Costo .16. Reales Cal. Janu. 1544.

# Diui Alberti Magni

Sūmi in via peripathetica philosophi: Theologiq3 profundissimi naturalia ac supranaturalia opera per Marcū Antoniuz Zimarā philosophuz excellētissimū nuper castigata erroribusq3 purgata: necnō cuz marginib9 optimis annotatiōib9 ornatis doctrinaq3 excultis atq3 fideliter ipressis feliciter incipiunt. Que sunt hec. v3.

| | |
|---|---|
| De Physico auditu | Lib. VIII. |
| De Celo 7 mundo | Lib. IIII. |
| De Generatiōe 7 corrup. | Lib. II. |
| De Methauris | Lib. IIII. |
| De Mineralibus | Lib. IIII. |
| De Anima | Lib. III. |
| De Intellectu 7 itelligibili | Lib. II. |
| De Metaphysica | Lib. XIII. |

Chaves

¶ Incipit tabula gñalis totius phie Diui Alberti Magni phi pstãtissimi Theologiq; pclarissimi. vz. in libros Physicorum. Celi et mũdi. Gñationis et corruptiõis. Methauroru. Mineraliũ. Anime. Intellc̃s et itelligibilis ac Metaphysices: castigatissime edita atq; impressa.

Primus Liber phicor̃ siue de physico auditu: cuius primus tractatus est de prelibandis ani sciẽtiam continet infrascripta capitula.



¶ Secundus Liber Physicorum: cuius primus tractatus est de natura continet infrascripta capitula.



¶ Tractat9 Tertius de eo q nã agit pp aliquid: et de necessitate que est in physicis cõtinet infrascripta capitula.

Tertius Liber Physicorum cuius Tractatus pmus de motu continet infrascripta capitula.



Tractat' Scđs de īfinito cōtinet infrascripta capl'a.



Quartus Liber: cuius primus Tractatus est de loco: continet infrascripta capitula.



Tractatus Secundus. De vacuo continet infrascripta capitula.



Tractatus Tertius de tempore: continet infrascripta capitula.

Explicit Tabula Libri Physicorum.

Tabula

Tabula Libri de Celo et Mundo incipit: et continet quatuor libros.



Capitula Tractatus secundi: libri primi.



Capitula Tractatus tertii: libri primi.



Capitula Tractatus quarti libri primi.



Capitula Tractatus primi: secundi libri.



Capitula Tractatus secundi: libri secundi.



Capitula Tractatus tertii: secundi libri.

C Capitula Tractatus quarti: secundi libri.



C Registrum capitulorum tertij libri.



C Capitula Tractatus secundi: libri tertij.



C Registrum capitulorum quarti libri.



C Capitula Tractatus secundi libri quarti.



C Explicit Tabula de Celo ⁊ Mundo.

¶ Incipit Tabula de generatione ⁊ corruptione.

Liber Secundus de generatione ⁊ corruptione elementorum continet infrascriptos tractatus ⁊ capitula.



Tabula Libri Metheororum Alberti Magni Incipit: ⁊ habet quatuor libros.

Liber prim⁹ de rebus accidentib⁹ in alto que sunt propinque locis stellarū: ⁊ de demonstrationibus earum per causam que sunt sicut galaxia ⁊ stelle: que dicuntur cometes: ⁊ habet quatuor tractatus.

¶Explicit Tabula Libri Metheororum.

¶Tabula Libri Mineraliũ Alberti Magni incipit: et libros quinque continet partiales.

¶Primus Liber duos tractatus continet.
¶Tractatus Primus est de lapidibus in cõmuni.
¶Tractatus Secundus est de accidentibus lapidum.

¶Primus Tractatus nouem continet capitula.



¶Secundus Tractatus octo continet capitula.



¶Liber Secundus Mineralium duos habet tractatus.

¶Primus Tractatꝰ inuestigat cãm virtutis lapidũ: et discriptiões eoꝝ: et sigilla que inueniunt in quibusdã depicta.
¶Secundus Tractatus est de lapidibus preciosis et eorum virtutibus.
¶Tertius Tractatus est de sigillis lapidũ: et qualiter est dicendum de sigillis: et quot sunt modi sigillorum et de expertis.

¶Primus Tractatus habet quatuor capitula.



¶Secundus Tractatus habet viginti capitula.



¶Tractatus Tertius continet sex capitula.



¶Liber Tertius duos continet Tractatus.

¶Primus est de substantialibus metallorum.
¶Tractatus Secundus est de actionibus metallorum.
¶Primus Tractatus habet decem capitula.



¶Tractatus Secundus continet sex capitula.



¶Liber Quartus vnicũ hꝫ Tractatũ in quo determinat de metallis in speciali: et continet capitula octo.



¶Liber Quintus vnicum habet Tractatum in quo determinatur de medijs Mineralibus que media inter naturas lapidum et metallorum esse videntur.



¶Explicit Tabula Libri Mineralium.

Explicit Tabula Libri de anima.

¶ Tabula de intellectu z intelligibili incipit: z libros cōtinet duos.

¶ Liber Primus de intellecto z itelligibili: cuius Tractatus Primus est de natura intellectus: continet infrascripta capitula.



¶ Tractat⁹ Scd's de p se itelligibili ptinet ifrascripta capl'a.



¶ Tractatus Tertius de comparatione intellectus ad intelligibile: continet hec capitula.



¶ Liber Secundus qui est de perfectiōe naturali intellect⁹: continet hec capitula.



¶ Explicit Tabula Libri de intellectu z intelligibili.



¶ Incipit Tabula Libri Metaphysice: cui⁹ libros ptinet. 13

¶ Primus liber Metaphsice hui⁹ ptinet ifrascripta capl'a.
¶ Tractat⁹ pmus est de stabilitate hui⁹ scie z nobilitate.



¶ Tractatus Scd's in quo agitur de pprietatib⁹ sapie hui⁹ sm se continet ipsfrascripta capitula.



¶ Tractatus Tertius qui est de causis z principijs sm antiquorum Epicureorum opinionem.

Tractatus Quart9 q est de opionib9 stoicoꝝ de principijs.



Tractat9 Quit9 de 9dictiõe opionũ iductarũ de p̃cipijs.



Liber Secũdus in quo agit de sciẽtia veritatis: et qũo consideratio de veritate vno modo est facilis alio modo difficilis: continet infrascripta capitula.



Liber Tertius qui est de qõnibus et principio querendis: cuius Tractatus primus est de intentione libri: et numero conclusionum.



Tractatus Secundus de disputatione qõnũ inductarũ.



Tractat9 Tertius qui est de iterata disputatione.27. inductarũ qõnũ: et est totus digressio declarãs antehabita.

¶ Liber vndecimus cuius Tractatus primus est de substantia in communi: ⁊ diuisionibus eius: ⁊ continet infrascripta capitula.



¶ Tractatus Secundus qui est de substantia insensibili ⁊ immobili continet infrascripta capitula.

¶ Explicit Tabula libri Metaphysice.

nectit ordinibus. Prouidētia enī excedit fatum eo q̄ prouidentia cūcta pariter q̄uis diuersa infinita cōplectit. Fatū vero singula dirigit in motu: locis. formis & tēporibus distributa: vt hec tēporalis ordinis explicatio in diuine mētis adunata prospectu prouidentia sit. eadē vero adunatio digesta atq̄ explicata temporibus fatū vocetur. Que lz diuersa sint alterum tamē pendet ex altero Sicut enim artifex faciende rei formā mente percipiens mouet ad operis effectum. Et q̄d simplr presentialiterq̄ prospexerat ad temporales ordines ducit. Ita deus prouidentia qdem singulariter stabilitq̄ facienda disponit. Fato vero hec ipsa que disponit multiplr ac tēporaliter administrat. Siue igit famulantibus quibusdā diuine prouidentie spiritib⁹ exercet: seu aīa: seu tota inseruiēte nā: seu celestib⁹ siderū motibus: seu angelica virtute: seu demonū varia sollertia: seu aliquibus hor seu oīb⁹ fatalis series contexit. Illud certe manifestū est immobilē simplicēq̄ gerēdarū formā rerū eē prouidentiā. Fatū vero eorū que diuina simplicitas gerēda disposuit mobilē nexū atq̄ ordinē tēporalē. Ex his oībus colligit de fato qd sit sm rei veritatē. Cū enim prima causarū sit deus: & oīum quorū cā est ipse prouidentiā habeat eo q̄ ipse causat per itellectū & sua scia est causa rerū ipse causat ea sic: q̄ mediātibus causis vlibus producit causas particulares. & mediātibus particularib⁹ producit quecūq̄ fiūt [illegible] & a proposito volūtatis. Id g̊ q̄d primo pcedit ab ipso est necessarium. sicut orbes & motus eorū: q̄d aūt ab illo pcedit & ab orbiū motu aliquā habet & idō īpediri potest & ideo caret necessitate: sed euenit vt frequenter: et hoc est in elemētorū mixtione. & causis seminalibus rerū naturalium. & artē res & opera oīa fiunt ex his causis: qa effect⁹ & motus inferiorū pēdet ex superiorib⁹ sicut ex causis: & superiora pēdent ex prouidentia: & ideo dispositio prouidētie infusa toti isti contextioni causarū dicit fatum. Sed tū qdam mathematicorū fatum non ↄsiderant sm primam originē: sz tm sm id eē q̄d habet in cōtextione causarū nullum infusiōe: & ideo nō referunt ad prouidentiam: sed potius ad ordinem stellarū & respectus earū: qa illis sicut primis motorib⁹ primo infundit. Si eni considerāt fatum sm primū eius processū tunc est id q̄d puenit ex prouidentia per q̄d sicut per legē vniuersitas administrat. Si autē ↄsideretur sm ordinē eorum in quibus habet esse: tunc est vis cōnexione causarū superiorū & inferiorū in causata pcedens. Si autē considerāt sm relationē quā habet ad effectum tunc est regula effectuū oīum & operum pueniens ex applicatiōe causarum ad effect⁹ particulares. Ex hiis p̄z qd intelligunt per fatum oēs q̄ sibi q̄ inducti sunt quorum dicta in eādem veritatem nobiscū consentiunt. Et ideo fatū negantes esse non audimus: qa falsum dicūt. Si eni ↄtextionem dictam causarum non negare possumus absq̄ dubio fatū etiam ↄcedere cogemur: cū idē sit q̄ ↄtextio causarum. verūtamen infra ostēdemus q̄ lz fatum sit quodāmodo necessarium: nō tamen imponit necessitatem rebus: & si in hoc sensu negat fatum esse: prout dicit legem ex superiorum motu pueniētem inferiora ad euētus imobiles obligantem etiā ego sum de negantibus fatū. Sed hoc modo Epicuri de fato locuti sunt & nō placuit hoc sniē Peripatheticorū. Q̄d vt melius intelligat sciās q̄ Epicurus oīum causas diis imittebat quos ad similitudinem iferiorum figurabat & imaginabatur. Dixit enim deos quidem nō carnem sed vt carnē aliqd habere: & non os sed aliquid vt os: & nō pellem sed aliqd vt pellem & sic de ceteris. Non autem dixit esse distributos in reb⁹ superioribus & inferioribus & oīa legibus sue voluntatis imobiliter administrare. Stoicus autē hoc q̄d Epicurus in similitudine corporaliū dixit virtutibus spiritualib⁹ attribuit. Sed peripathetici subtiliter hoc ↄsiderantes dicunt q̄ mundi tota dispositio pendet ex motu celi: & dispositio illa qua mūdus mouetur & regit ex prima causa infunditur celo. Ex celo autem per motum infundit formis que sunt in materia generabilium mouentes: & ideo q̄ prima causa est simplr & vt vnū & indifferēs ab essentia prime cause hoc infusum celestibus & motoribus celorū multiplicatur & diuersificat & ordinatur & tamē nō amittit necessitatem: eo q̄ nec celeste corpus in toto vel in partibus: nec etiā in motu suo habet contrariū quo minus ↄsequtur effectum sed infusum a celo in materiā generabilium & corruptibiliū. Adhuc amplius sm suā

In q̄ sensu fatū negari pt

Nota dr̄iaz inter Epicureos Stoicos & Peripatheticos de fato.

Rō fatalis dispō dr̄ster

esse variatur & distribuit in plura ppter plurimas sui subiecti variationes: & acquirit aliquā varietatē & nunc valet impediri sm sniam oīum Peripatheticorū. Stoici autē etiā dicebant q̄ impediri posset. sed nō ppter hoc q̄ hz eē infusum materie subiectum. Sed qa dicebant sapientis aīum semper placari posse per preces: & enim oīa inferiora reduxerunt ad dispōnem deorū incorporaliū: dixerunt eos esse sapiētia pditos: & ideo placabiles per sacrificia & preces & supplicationes: vt ea que disposuerūt aliqū non irrogēt ppter q̄d Arcsina & Cerina pati eo pceperūt in timore malorū fatorū Iouem placari capite agne albe immaculate: qa caput ammonitiuum est sapientie. & agna mansuetudinis: & sexus femineus de facili mouet a proposito: & albedo ptem meliorē fortune significabat. Talia ergo dicta sunt de eo q̄d querit quid sit fatum.

Cap. 20. Et est de. declarans que sint sub fato: & qualiter imponit rebus necessitatem & qualiter non.

Iam autem Facile clarescit ex phabitis vtrū imponat necessitatē. Scire enim debemus ex physicis q̄ cū fatum sit mobilium rerum dispositio q̄ nō oīa fiant sub fato que cadūt sub prouidentia Sub prouidentia eni sunt & necessaria & non necessaria: & idō sba celorū & ordo & motus cadit sub prouidētia quorū nullū cadit sub fatali dispōne. cuius causa est qa sub fato nō est id in quo primo dispō fati hz eē. habet autē primo esse dispositio fati in ordine celorū & motu: & idō nō sunt sub fato sed ea que mutabilia sunt aliq̄ mō ne oīno dissiluant fato ligant Et hec sunt ea que fiūt in mi generabilium & corruptibiliū. Horū aūt duo exēpla inducit Boethius quorū vnū est de circulo qui de cētro mobili & simplici ampliatur in circūferentiā infinitā & velocissime mobilē et partes quo magis a simplici & imobili cētro recedūt eo magis dilatant & variant & mouentur velocius. amplitudo tamē & varietas tota circuli aliquo mō religat ad vnum per relationem ad centrum vnum simplex & imobile. Aliud aūt exēplum est de tpe q̄d fluxu ↄtinuo & defectu pcedit ab eternitate nunc indiuisibili: & totum deficeret & desueret nisi ad eternitatis stabilitatē & simplicitatē referretur. Eodē autē mō est de oīum tēporaliū lege & dispōne nisi enim particulares effectus varii & mutabiles referantur ad motū elītorū: & motus elītorū ad motum celestiū: & motus celestiū ad motum primū: & motus primus ad prouidētiā motoris primi: diuersa non rediret ad vnū non mobile. Si autē nō ligaretur ad imobile primum fieret tanta diuersitas & mutabilitas in reb⁹ q̄ in seipsis perirent res nae. pp q̄d fatum superfluum est eis sicut vinculū ↄtinēs ea & sicut regula regēs que qdem si cōsideret sm q̄ pcedit a summis ad ima imobilis est & vna & vniformis. qa ex superiorib⁹ hec oia hz que dicta sūt & q̄ q̄d ↄstantie & ↄcordie & ↄformitatis est in infimis ex illo est sicut ex cā & regula. Si aūt ↄsiderat ipsa sm esse q̄d hz citer ex superiorib⁹ & imis tūc ipsa est in quibusdā mobilis per accidēs: hoc est per eē q̄d hz in illis de se aūt est imobilis q̄ pcedit ab imobili ordine & ordine cāru. Et huius exemplū ↄueniens est de regula & rectitudie eius. Ponamus n. q̄ regula edificatoris nō extrinsecus adiaceat edificio & tecticet ipm per igcetium sui in edificiū: tūc oportebit p certo regulā sm eē q̄d hz in edificio q̄ nullo mō ad plenū diriqi pōt aliquā ↄsequtiuitatem sui eē cū tamē de se insimilē babeat certitudinē: q̄ nisi talē hēet nūq̄ ad ipm dirigeretur edificiū sm causatū rectitudinis quātū suscipere valet. hoc igit modo facit & adiacet rebus & est infusum ipsis. & ideo etiā nō est insimilē est per suam essentiā & originem & tū valde dessimilē per esse q̄d hz in rebus que fato disponuntur. Et sic diuersimode fatum considerantes diuersi phi cōttaria vidētur credere de ipso. Seneca enim dicit q̄ fata ius suum peragūt nec vlla cōmouētur prece: nec misericordia flectit nec gratia seruāt cursum irreuocabilem in gesta ex destinato fluunt quēadmodum rabidorū fluuiorū aque currentium in se non reuertit: nec moratur qdem qa posteriorē priorem superueniēs precipitat. Sic ordinem fati terū eternū series regit cuius hec prima lex est stare de cetero. sic de fati tractatu poeta de paride. Te tua fata trahunt ne cepta relinquere possis. Sic trahas aīum te tua fata trahūt. Trahunt enim fata sm q̄ ex imobili dispōne celestium & prouidē-

Nō oē q̄d cadit sub prouidētia cadit sub fato.

Exēpla Boetij de fato.

Exemplū vaticinio,

Nota cās ppt quā scribentes de fato diuersa sentire videntur.

impediri posse sm peripatheticos & sm Stoicos.

c z

¶ Incipit Liber Physicorum siue auditus physici Alberti Magni Tractatus primus: de plibādis ante sciam Caplm primū. Et est digressio declarans que sit intentio in hoc opere: ꝛ que pars essentialis philosophie sit sciētia naturalis: ꝛ cuius ordinis inter partes.

Ntētio nostra in sciā naturali est satisfacere pro nr̄a possibilitate fratrib⁹ ordinis nostri nos rogātibus ex plurib⁹ iā precedētibus annis: vt talē librū de phicis eis cōponeremus: in quo et sciam nālem pfectam haberent: ꝛ ex quo libros Aristo. cōpetēter intelligere possent. Ad quod opus licȝ nō sufficiētes nos reputem⁹: tamē precibus fratrum deesse nō valentes: opus qđ multotiens abnuimus tādez annuimus: ꝛ suscepimus deuicti p̄cibus aliquorū. Ad laudē p̄mo dei omnipotentis qui fons est sapientie ꝛ nature sator ꝛ institutor ꝛ rector: ꝛ ad vtilitatem fratrū: ꝛ per cōsequens oīum in eo legentium ꝛ desiderātium adipisci sciam naturalē. ¶ Erit autē modus noster in hoc opere: Aristo. ordinē ꝛ sniam sequi ꝛ dicere ad explanationem eius: ꝛ ad p̄bationem eius queciqȝ necessaria eē videbuntur: ita tamē ꝙ textus eius nulla fiat mētio. Et p̄ter hoc digressiones faciemus declarantes dubia subeuntia ꝛ supplētes queciqȝ minus dicta in sentētia phi obscuritatem quibusdam attulecūt. Distinguemus autem totum hoc opus per titulos capitulorum: ꝛ vbi titulus ostēdit simpliciter mām capituli: signat hoc caplm eē de serie librorum Aristo. vbicūqȝ autē in titulo presignat ꝙ digressio fit: ibi additū est ex nobis ad suppletionē vel probationē inductū. Taliter autem p̄cedēdo libros perficiemus eodem numero ꝛ nōibus quibus fecit libros suos Aristo. Et addemus etiam alicubi partes librorum imperfectas: ꝛ alicubi libros intermissos vel omissos quos vel Aristo. nō fecit: ꝛ forte si fecit ad nos nō peruenerunt: hoc autem, vbi fiat sequens declarabit tractatus. ¶ Cum autē tres sint partes eētiales phie realis que inquātum phia non causatur in nobis ab opere nostro: sicut causatur sciētiis moralis: sȝ potius ipsa causat ab ope nature in nobis que partes sunt nālis siue phica et metaphica ꝛ mathematica: nostra intētio est oēs dictas partes facere latinis intelligibiles. ¶ Inter vo ptes illas: p̄ma quidē sm ordinem rei est que est vniulis de ente sm ꝙ ens qđ non cōcipitur cum motu ꝛ materia sensibili sm se ꝛ sm sua principia: nec sm esse nec sm rōnem: ꝛ hec est phia p̄ma que dicitur metaphysica vel theologia. Secūda autem in eodem ordine rei est mathematica que quidem cōcipit cum motu ꝛ materia sensibili sm esse: sed non sm rōnem. Ultima autē est phica que tota sm esse ꝛ rōnem cōcipitur cū motu ꝛ materia sensibili. Si quis enim diffinire velit substātiā in eo ꝙ suba ꝛ esse eius cōsiderare voluerimus nihil sensibiliū vel mobiliū ingredietur in eē ꝛ rōnem suaȝ: qꝛ si talia in esse sube ꝛ rōnem ingrederētur oporteret ꝙ essent de esse et rōne omnis substātie: ꝛ hoc pȝ nō eē verum: cū nihil horum cōueniat substātijs separatis. Similr si quis diffinierit circulū mathematicū vel lineam nō ponet in diffinitione eius lignum vel es vel aliquā aliam mām sensibilem in qua circulum possibile est figurari: alioquin circulus eēt equocus ligneus ꝛ ereus qđ nō est verū. Nihil ergo cadit in rōne mathematicorum de mā sensibili: sed potius de mā intelligibili que est quātitas imaginabilis: ꝛ ideo abstrahēs ab oī materia sensibili diffinit quā do dicit Euclides ꝙ circulus est figura plana vna linea cōtēta in cuius medio est pūctū qđ vocat centrū a quo oēs linee ad circūferentiam p̄ducte sūt equales. Figura enim que quātitas terminata est ꝛ materia circuli ꝛ subm abstrahit ab omni particulari circulo in mā sensibili descripto: sed tamē eē circuli extra mām sensibilē nō inuenitur. Si eni cōsideremus circulos qui in corporib⁹ naturalibus spericis describunt: sicut in celo ꝛ in elemētis nullus eorum eē inuenimus extra corpus sensibile. Similr autē artificiales circuli sicut cupreus vel aureus nō habēt esse extra mām sensibilē. tamē si ratio circuli querat nō dabitur ex materia sensibili que sit celi vel ignis vel auri. sed potius ponet abstrahēs ab oībus his cū dicitur. Circulus est figura plana vna linea cōtenta: p̄pter qđ qꝛ ratio figure vna ē in celo ꝛ in terra ꝛ alijs sensibilib⁹ corporibus circulus ē vni⁹ rōnis in oībus eis: omni autē eodē modo est in oīb⁹ mathematicis. hoc autē vt patuit prius de ente ꝛ suba in eo qđ ens ꝛ substātia nō erat verum: quoniā illa ante omne corp⁹ sensibile inueniūtur: ꝛ ideo esse eorum nō fundat in corpore sensibili etiā quādo sunt in ipsis: ita ꝙ trahant eē a corpore sensibili: sed potius ecōuerso: corpus sensibile ꝛ eē principia quibus in esse cōstituit trahit ab illis. Sȝ phica de quibus hic intēdimus: sunt in toto cōcepta cū materia per eē ꝛ diffinitionem. Si quis eni diffinit celum vel elemētū vel aliqd ex elemētis: vt eorum vel es vel os: nūqȝ potest diffinire sine mā que subijcit motui. Est eni natura celi corpus rotūdū qđ circulariter mouetur. Similr elemētuȝ est subm motui ꝛ mutationi: ꝛ sic diffinit: ꝛ similr ea que sūt ex elemētis: p̄pter qđ omnia nālia diffinitiōes habēt māles: per materiā eniȝ sensibilem ꝛ subiectaȝ diffiniunt: qꝛ essentialia nālis rei que in diffinitiōe ponēda sunt talia sunt ꝙ motui ꝛ sensibilib⁹ qualitatibus subijciūtur. ¶ Si eni darentur per intētiōes cōes generum ꝛ differētiarum que abstracta in vniuli sm rōneȝ simplicem accipiūtur manifestū esset ꝙ tunc essent logice: et ideo quo ad phicuȝ negociū essent vage omnes quoniaȝ ex talibus nō cōstituitur esse rei. sed potius ex materia ꝛ forma sensibilibus. ¶ Est autē in his tribus phie partibus adhuc aduertere ꝙ sm dicta ea que abstrahunt a motu ꝛ mā sm esse ꝛ diffinitioneȝ: sunt intelligibilia tm̄. Ea vo que abstrahūtur a motu ꝛ materia sm diffinitionem ꝛ nō sm esse sunt intelligibilia ꝛ imaginabilia. Que autē cōcepta sunt cū materia per esse ꝛ diffinitionē sunt simul intelligibilia ꝛ imaginabilia ꝛ sensibilia. Si eniȝ accipiatur diffinitio sube sm ꝙ substātia est: ipsa erit abstrahēs ab omni magnitudie ꝛ sensibilibus: ꝛ ideo dabit diffinitio illa per quiditates simplices que simplicia cōcepta sunt itellectus. Si vo diffiniātur figure spereȝ ꝛ circulorum: non pōt esse quiditas eorum: nisi in quātitate: quantitas autē sm omnes partes sui imaginabilis est. Et ideo in eo ꝙ quiditates taliuȝ sunt intelligibilia sunt: sed in eo ꝙ quiditas est horum quiditas: necessario imaginatiōi imprimūtur. Phicorum vo quiditas in eo ꝙ quiditas est in itellectu est: qꝛ omnis rei rō per intelligibilia est. In eo autē ꝙ talia quātitate distincta sunt imagiabilia sūt. In eo aūt ꝙ sunt distincta formis actiuis ꝛ passiuis sūt sensibilia: qꝛ agere ꝛ pati nō cōuenit nisi sm aliquam qualitatem sensus. ¶ Adhuc autē cum prima simplex quiditas primū det esse a quo fluit esse huius quantitatis su mēsurato per quātitatem: a quo vlterius etiaȝ p̄fluit eē huius sensibilis distincti per quātitatem ꝛ distincti per formas actiuas ꝛ passiuas erit p̄imū absqȝ dubio causa secūdi ꝛ tertij. vñ taȝ mathematica ꝙ nālia causantur a metaphysicis ꝛ accipiūt principia ab ipsis: ꝛ qꝛ ibi probata sunt: ideo nō peccāt supponēdo ea. ¶ Adhuc autē cuȝ quiditas essentie absolute sit entis in vniuersali nō contracti in partem aliquā. quiditas autem essentie cōtrahe ad materiā quantitatiuā vel cōtrarias formas passiōis ꝛ actiōis habētem sit entis sm parteȝ accepti: sequit necessario ꝙ metaphysica sit sciētia vniulis speculātis ens inquātum ens. Alie autē due sunt sciētie particulares nō speculātes ens inquātuȝ ens: sed quasdā partes entis. s. subiectū quātitati vel subiectū quantitati ꝛ motui. ¶ Cū ergo ens vniule diuidat in principiū ꝛ de principio esse cōpetit primo pho querere de p̄ncipijs. ꝛ mathematico ꝛ naturali cōpetit hoc. qꝛ nō haberēt viam ad p̄bādum nisi per ens ꝛ differētias entis inquātum est ens: ꝛ hoc nō cōsiderat nisi primus phus: ꝛ ideo nullius sciētie particularis disputatio est ad destruēdē principia. Sȝ primi phi solius ex cōitate subiecti ꝛ logici ex medio sue argumētationis: quoniā ipse

Sexto prime phie. t. cō. 2.

Uide p hoc cōmētu 3ᵐ se m metaph ꝛ p. 39. septimi

Quid sit mā intelligibil habes hic p q vide ēt Au. 7.

metaphi. cō. 35. 34. ꝛ. 8. meta. cō. 15. ꝛ 6. meta. cō. 20

Nota dr̄iaȝ i triplici genē entiū. diuiorum mathematicorum ꝛ nāliuȝ.

Uide p h 4ᵒ metaph. t. cō. p̄mi.

Dñ⁹ ex cōitate sbi: diale cuc⁹ ex cōmu

procedit ex cōmunibus que inueniūtur in multis ⁊ nō sunt essentialia illis. ⁊ ideo logica dicit̄ inquisitiua ad oium methodoꝝ principia viam habens. Tanta ergo dicta sint ⁊ tot ad sciēdū ꝙ phisica pars eēntialis est phie realis: ⁊ ꝙ pꝰ eiꝰ est: ⁊ ꝙ ipsa sermonē ad destructem principia nō hꝫ. ¶ Ex dictis autē facile inotescit quo ordine se hꝫ ad alias partes phie realis. Est eni ipsa ordine sui questi ⁊ scibilis vltima: sꝫ tamē ordine doctrine est ipsa pma. Doctrina eni nō semper incipit a priori fm reꝫ ⁊ nām. sed ab eo a quo facilior est doctrina. Cōstat aūt ꝙ humanus itellectus ꝓpter reflexionem quā hꝫ ad sensuꝫ a sensu colligit sciam: ⁊ ideo facilior ē doctrina vt icipiat̄ ab eo qđ possumus accipere sensu ⁊ imaginatiōe ⁊ itellectu ꝗ̄ ab eo qđ possumus accipere imaginatione ⁊ itellectu: vel ab eo qđ accipimus intellectu solo. Et ideo et iaꝫ nos tractādo de partibus phie pmo cōplebimus deo iuuante sciētiam nālem: ⁊ deinde loquemur de mathematicis oibus ⁊ intētionē nostrā finiemus in scia diuina.

Ide phus. 5. met. t. c. pmi.

Scia nāl' via doctrine pcedit mathematicas scias: ꝫ hoc oppm tenet btūs Do ctor sup Boetio d trī. q. ꝗ̄ ąrit. vtrū spe culatiua suffi ciēter in has tres diuisa sit. 3.

¶ Capꝫ 2m. Et est disgressio declarans: vtrū sit scientia de phicis vel non.

Anteꝗ̄ autem veniamus ad ꝓpositū opꝫ nos accingi ad defendēdū nos ab obiectis Heracliti qui lꝫ de oibus diceret nihil sciri de eis dicit tn̄ specialr̄ hoc de phisicis. ¶ Cuius tres dixit rōnes potissimas: vnā quidē qa phica omia nō vere sciuntur nisi sciātur fm suū esse ⁊ in eo ꝙ sunt. Sed fm ꝙ sunt: sunt infinitas differētias hntia. Intellectus autē refugit infinitū ⁊ nullo mō cōprehendit ipm: nālia ergo vere nō cōprehēdūtur. ¶ Adhuc autem secūda rōne negat Heraclitus phicū negociū posse habere mediū per qđ ꝓbari possit ⁊ demonstrari: qa diffinitio eale mediū erit si mediuꝫ habebit. Sed diffinitio in phicis est particularis vt dicit: quā si accipiatur diffinitio aialis fm esse phicū ipsa fm vnūquodꝗ̄ aial erit altera: ⁊ fm esse cuiuslibet particularis erit altera. Sicut ergo non est vnū esse pluriū: ita nec vna diffinitio nisi equoce: medium autē equiuocū nō est medium aliqđ ꝓbans: ⁊ si deficit ꝓbatio deficit sciētia ꝯclusionis: ⁊ vlterius tota deficit sciētia. Si autez tu dicas inqt Heraclitus ꝙ hꝫ nālis persuasiōes non per causas essentiales sumptas: sed per signa cōmunia. Dicā ꝙ talis persuasio nō facit sciam nisi reducat̄ ad demōstrationeꝫ aliquā: sed nō potest reduci in genere phice ad modum demōstrationis: ergo nunꝗ̄ erit scia de aliquo quesito in phicis: sed tm̄ existimatio quedā. Est autē etiā incōueniēs talē persuasiōis modū esse phicum. Cū enim sit scia determinati subiecti sicut habitū est ipsa ex cōibus ꝓcedere nō pōt. cū nō habeat nisi ꝓpria subiecto suo. Talis ergo modus ꝯstat ꝙ erit logicus ⁊ vanus per quē nihil scitur de phicis inꝗ̄tū phica sunt. ¶ Tertia Heracliti rō est formarū nāliuꝫ instabilitas: accepta eni forma fm esse qđ habet in mā mutatur eo ꝙ oīa phica motui subiacent ⁊ mutatiōi. Nunꝗ̄ ergo in eodē statu permanēt. De talibus autē nō est sciētia que solūmodo de necessarijs est. Hec autē rō ita violēta videbat̄ Heraclito ⁊ alijs Heraclitanis. ꝙ cū viderēt omne qđ mouet̄ ⁊ mutatur esse partim in termino motus ad quem: ⁊ viderent illos terminos esse appositos cōtrarie ⁊ cōtradictorie: qa ad motum esse inter bonū ⁊ malū ⁊ albū ⁊ nigruꝫ: sequitur motū esse inter bonum ⁊ nō bonum: ⁊ inter album ⁊ nō album: cōcedebant eandē rem simul esse albam ⁊ nigrā: ⁊ albam ⁊ nō albam: quinimo concedebant idem esse bonū ⁊ malum: ⁊ bonum ⁊ nō bonum essentialiter. ⁊ ideo etiā contraria simul esse vera de eodem ⁊ cōtradictoria de eodē verificari: qa nesciuerunt distinguere inter subiectum ⁊ accidens: nec cōsiderauerunt ꝙ eidēꝫ subiecto multa inesse possent accidentaliter: ⁊ ꝙ potētia habens in se cōtraria nō haberet ea in actu completo. sicut cōtraria habet qđ mouetur potentia fm ꝙ contraria sunt in motu. nō autez habet actu simul: ⁊ fm idem contraria. ¶ Et ꝙ hijs plus mirabile est etiam vir in multis prudēs Ptolomeus propter vltimam rationem dicit de naturis nō haberi sciētiam certam ꝓpter sui mutabilitatem: sed potius esse opinioneꝫ de ipsis cuius signum eē dicit: qa plurimi in naturis diuersa opinati sunt: omnes autem in mathematicis cōmunione tradiderunt. Istos autez Heraclitanos qui nihil sciri dicūt fm veritatez Arabes loquentes appellant quasi garrientes: qa eorū dicta absꝗ̄ dubio nō sunt recta ⁊ extra garritum nihil vigoris habētia.

Aris pro hoc 4. Met. t. c. 22.

Opia Ptolomei i pꝰ al magesti. 3.

¶ Nos autem de phicis dicimus esse scientiaꝫ ⁊ demōstrationem cum habeāt phica subiectum ⁊ passiōes ⁊ principia per que passio de subiecto ꝓbatur. Aliter eni nō esset intelligere ⁊ scire in ipsa qđ est circa omnes scientias: qđ tamē innuit Aristo. etiaꝫ in phica. ¶ Ad ratiōes autem Heracliti nihil difficile est soluere. Si eniꝫ opus nature est indiuiduū signatuꝫ: tunc Heraclitus aliquid diceret in sua prima ratiōe. sed hoc nō est verum: sicut nos infra ostēdemus. Est autem opus nature id qđ est completum in naturalibus essentialibus: ⁊ hoc est spēs fm esse substantie completum accepta. Qđ autem hec spēs est in isto ⁊ in illo: hoc est in tātū ad qđ respicit natura per accidens ⁊ nō per se ex hoc ꝙ est per accidens respectum a natura nō trahitur scientia rerum naturaliuꝫ: ⁊ ideo nō impedit nos in sciēdo infinitas quā dicit Heraclitus. Ens eni completum intēdit̄ a natura. ⁊ hoc finituꝫ est ⁊ finit̄ per causas suas essentiales realiter acceptas: que sunt forma ⁊ materia: ⁊ per cām mouentem qđ est efficiens: ⁊ per causaꝫ ad quā est motus que est finis. ¶ Secūda autez ratio sua sophistica est: qꝛ eē phicum duplicem habet cōparationem. s. ad ea a quibus est: ⁊ ea in qbus est. Et si qdidem comparetur ad ea a qbus est: illa sunt principia eius que vno mō fm rationem diffinitionis sunt cōstituentia esse in tota specie: ⁊ ideo ibi vniuocat̄ diffinitio. Et cum illa a quibus est nō sint eadem in diuersis speciebus phicis. ideo etiā cōmune per vnum eē non est in oibus speciebus. ⁊ ideo dicit Aristo. ꝙ ratio animalis fꝫ vnūquodꝗ̄ est altera. Si autem cōparetur ad ea in quibus est ista sunt variata: sed nō impediūt scientiam: qa sunt ꝓducta a natura per accidēs vt dictum est: ⁊ non per se. Nec est verum ꝙ esse cōpletuꝫ in naturalibus diuersificetur in indiuiduis signatis quemadmodū in speciebus: quoniam in speciebus per principia essentialia diuersificatur: sed in indiuiduis multiplicatur tm̄ per dispositiones materie ad quas nunꝗ̄ ex principali intētiōe respicit natura. ¶ Per hoc patet solutio ad vltimū: qa sicut quiditas ⁊ esse vniuocantur: ita etiam imobilia sunt ⁊ necessaria: nō qdidem imobilia sicut per diffinitionē a motu ⁊ ratione motus sperata: sed sicut ratio respectu mobilis est imobilis: eo ꝙ ipsa abstracta est a particulari qđ fm actum est in motu ⁊ mutatiōe. ¶ Et ad hoc intelligēdum oportet scire ꝙ ea que abstrahūtur sine separātur duobus modis abstrahūtur. s. per rationeꝫ diffinitiuam: sicut dictum est quādo diffinitia nō ꝯcipiūt motum ⁊ materiā sensibilem. sed sunt ante ipsa fm naturā: ⁊ talis abstractio in nullo est phicorum: siue sit phicuꝫ vt subiectum: siue sit phicum vt passio ꝓbata de subiecto. Est autez abstractio vniuersalis ab hoc particulari signato sicut quādo cōsideramus lignum fm esse ligni ⁊ rōnem: ⁊ nō in eo ꝙ est hoc lignum qđ est hec cedrus: vel hec palma: ⁊ talem abstractionem in omni sciētia oportet esse: quoniam ois scientia de vniuersali est: siue illud fm intētiones cōmunes accipiatur qđ est intendere logice: siue accipiatur fm naturaꝫ ⁊ esse phicum qđ est intendere phice ⁊ per ꝓpria rei. Hec igit̄ dicta sunt ad defensionē sciētie naturalis ab Heraclianis.

Sola doctoris ad ꝗ̄stiōꝫ et ad ratiōes Heracliti.

Indiuiduū nō sit d ꝑ̄ intētione nāe fm pi. pathenicos vl de p hoc cō. metri. 5. terri d aia ⁊ Aui. i sua sufficiētia.

Abstractio duplex.

¶ Capꝫ. 3. Et est disgressio declarās subiectū sciētie nālis.

Inquiremus autē post hec de subiecto scientie nālis. Ois enim sciētia est alicuius generis subiecti de quo ꝓbātur passiones. ⁊ cuius cōsiderat passiōes ⁊ differētias: hoc autez in omni sciētia naturali absꝗ̄ dubio est corpus mobile ꝓut motui subijcitur: voco autez corpus subiectum phice in cōmuni ⁊ nō hoc corpus vel illud. In cōmuni autez accipio nō simpliciter sed qū motui subijcit̄. Est eniꝫ corpꝰ in eo qđ corpus ante motū quoniā mathematicū corpꝰ non subijcitur motui fm ꝙ est mathematicuꝫ. Corpus eniꝫ ab alio habet ꝙ est corpus simplr̄: ⁊ ab alio ꝙ est hoc corpus: siue mathematicū: siue naturale: habere eni ꝙ est simpliciter corpus ex eo ꝙ vbiꝗ̄ aptum est ꝙ due diametri ad rectos angulos se secent: tertia secet duas diametros ad rectos angulos. Trium autē diametrorum vna est mēsura lōgitudinis: alia latitudinis: ⁊ tertia ꝓfunditatis corporis: si eni corpus haberet qđ est corpus ab actu intersecatiōis harū diametroꝝ

Ab alio hꝫ cōpꝰ ꝙ sit corpus simplr̄ et ab alio hꝫ ꝙ sit hoc vl illud pote nāle aut mathematicū: ⁊ nota ꝙ corpꝰ nō hꝫ

metroꝝ oporteret ꝙ cum cera comprimitur inter manus vel aliud corpus formabile ꝙ mutaretur fm corporeitatez: hoc autem nõ est verum. Nõ ergo habet ꝙ corpus est ab aliqua actuali dimensione que sic per tres diametros se in vno pũcto secãtes fm latum lõgum ⁊ pfundum: sed potius ab aptitudine sic se intersecãdi tres diametros in sua dimensione. Ab actuali autẽ trina dimẽsiõe trium diametroꝝ habet ꝙ est hoc corpus mathematicũ: sed a forma perficiente materiã sensibilem in aptitudine trine dimẽsiõis existentem: habet ꝙ est corpus naturale inquãtuz naturale est. Et ab actuali trina dimẽsiõe materie sensibilis que forma substãtiali pfecta est: habet ꝙ est corpus naturale hoc vel illũ. Sic ergo patet ꝙ corpus absolute ⁊ simplr sumptũ est ante mathematicũ ⁊ añ nãle: ⁊ fm reductionẽ ad ens ↄsiderat ipz diuinus. Corpus autẽ mathematicuz fm diuersitates figuraꝝ actualiter in ipso inuẽtarum cõsiderat geometra. Corpus autem naturale in vniuersali subiectũ est naturalis phie. ⁊ corpus hoc phicum vel illud. s. mobile ad locuz tm̃ vel mobile ad formã ⁊ locum: vel corpus simplex vel mixtuz cadit in cõsiderationem alicuius partis sciẽtie naturalis.

Dubitatio. ¶ Cũ autẽ omne corpus qđ tertio vel quarto mõ dicitur sit mobile: ⁊ hoc solum est de cõsideratione phici: videtur ꝙ non egemus dicere ꝙ corpus mobile sit subiectuz phie: sed sufficit ꝙ dicamus ꝙ corpus hoc modo dictũ subiectũ sit scientie naturalis: quia per mobile qđ additur ei in nullo videt̃ restringi: sicut nec nix cum dicit̃ nix alba: vel ethiops tum dĩ ethiops niger.

Solu. ¶ Sz ad hoc soluentes diximus ꝙ lz omne corpus qđ in natura ẽ mobile sit: tamẽ cum ponit̃ esse subiectũ phie oportet ꝙ addatur sibi hoc qđ dico mobile: qa alia est consideratio corporis inquãtum huiusmodi: ⁊ alia est cõsideratio mobilis lz omne corpus sit mobile: qr nõ inquãtum corpus: sed inquãtum corpus mobile subijcit̃ sciẽtie naturali: ideo dicimus ꝙ nõ corpus tm̃. sed corpus mobile est subiectũ sciẽtie naturalis. Lz autez natura sit pncipium motus ⁊ quietis sicut infra ostẽdemus: nõ tamẽ dicimus ꝙ corpus mobile ⁊ qescibile sit subiectuz phie: qa quies priuatio motus est: ⁊ ideo quies nõ dicit formã positiuam circa corpus: sed pot⁹ priuationẽ que nõ intelligitur nisi per habitum. Et ideo meli⁹ determinat̃ corpus per mobile ꝙ̃ per quiescibile. ¶ Possumus etiã ad hoc aliter dicere. s. qr omne corpus phicum mobile est. sed nõ omne corpus physicũ est qescibile: qa id qđ est perpetui motus nõ est quiescibile fm naturã. ¶ Si quis autẽ fortasse dicat ꝙ nec omne corpus phicuz mobile est: qr terra ⁊ maxime partes que sunt circa cẽtruz spere mũdi mobiles nõ sunt: qa in omni spera mota necesse est centrum et vtrũqz polum imobilia eẽ. Dico ꝙ licet inqñtũ circa cẽtrũ sunt imobiles sint partes terre: vel etiã si diceretur tota terra eẽ imobilis non erunt imobilia que dicta sunt: nisi motu locali: possunt autẽ moueri alteratiõis motu ⁊ alteratio est motus phicus sicut ⁊ motus fm locuz. Nihil enim est vbi virtutes totius spere ⁊ oium partiuz cõfluãt nisi centrũ: ⁊ iõ ipz alterari a virtutibus illis est necesse. Sũt tamẽ quedã physica de quib⁹ intẽdit physicus nõ ꝑpter hoc ꝙ sint corp⁹ mobile: nec ꝑpter hoc ꝙ sint corpora. sed qr referunt̃ ad motuz vt mouẽtia sicut motores orbiũ fm ꝙ ad motũ referunt̃: et anime fm ꝙ sunt cause motuum in vegetabilib⁹ ⁊ animalibus. ⁊ hec sunt naturalia ad motũ relata: ⁊ non sicut per se subiecta motui ⁊ mutationi. Motus enĩ nõ est in ipsis sed potius ab ipsis in qbusdã alijs: ⁊ hoc mõ etiã fit tractatus de ipsis. qa hoc mõ aia est principium vegetabiliũ ⁊ aialiuz sicut suo loco ostẽdet̃. Hec igit̃ de subiecto dicta sufficiãt.

¶ Capitulum 4[m]. Et ẽ dis. de. sciẽtie naturalis diuisiõez vt sciat̃ numerus partiũ scie nãlis: ⁊ de titulo libri ⁊ de ordine ⁊ diuisione librorum phice siue primi libri naturalium.

**V**T autem sciamus ad quem finem intendimus in scientia naturali: ⁊ quãdo habemus oẽs eius particulas. ⁊ quando non habemus eas: ⁊ que earum deficiunt: ⁊ que non: volumus ex diuisiõe subiecti qđ diximus ostẽdere libros omnes sciẽtie naturalis. Dicamus igitur ꝙ cũ corpus mobile sit subiectum ipsum habet cõsiderari in sciẽtia naturali fm omnes differẽtias ⁊ diuisiones eius. Est autem prima eius diuisio ꝙ ipsum potest cõsiderari in se ⁊ absolute: siue simpliciter ⁊ vniuersaliter: vel ad materiaz contractuz. In se quidẽ absolute ⁊ simpliciter ⁊ vniusr consideratuz habet tractari in libro qui dicitur de auditu phico. ¶ Corp⁹ autez mobile cõtractũ ad materiam habet primam diuisionẽ fm materie differentiam: hoc enim est corpus simplex vel corpus cõmixtum ⁊ compositũ ex simplicibus. Si autẽ est corpus simplex: hoc adhuc habet duas differẽtias. quoniã ipz potest esse mobile ad situm tm̃ vel ad formaz: quia iste due potentie motus sunt in mobili: ⁊ vna earũ causatur ex alia: ⁊ vna earum que est sicut causa est simplicior: ⁊ alia est minus simplex. ¶ Corpus autem mobile ad formã determinatur in libris de generatiõe ⁊ corruptione: sed mobile ad sitũ siue sic circulariter mobile siue in rectum determinat̃ in libris de celo ⁊ mundo. Sed tamen illud mobile ad situz duplicem habet cõsiderationez: potest eniz cõsiderari in se vel fm ꝙ habet ordinẽ ad mobile fm formam ꝙ recipit impressiones eius: ⁊ priori quidem modo cõsiderandum est in celo ⁊ mundo. Secũdo autem modo adhuc dupliciter cõsideratur: qa ad hoc ꝙ sciatur impressio quã celeste corpus relinquit in elemẽtis que mouẽtur ad formam ⁊ etiam in corporib⁹ cõmixtis: oportet ꝙ sciat̃ eius habitudo quã habet ad locum generationis impressionum illarum. Habitudo autez illa determinari habet in quodã libro qui dicit̃ esse de lõgitudine ⁊ latitudine terrarum ⁊ ciuitatum ⁊ de locis habitabilibus. Impressiones autem tractari habẽt in libro qui dicitur de causis ꝓprietatum elemẽtorum ⁊ planetaꝝ. ¶ Corpus võ mobile cõmixtum consideratur duplr: aut enim est in via mixtionis. aut in specie vel genere cõstitutum in esse mixti. Et primo quidem modo sufficiẽter tradita est corporis. s. mixti sciẽtia in quatuor libris metheororum. Secũdo autẽ modo variat̃ per duas differentias: corpus enĩ mixtũ in specie nature constitutũ per mixtionez vel est inanimatuz vel animatũ. Et nõ animatuz quidem simplicius est ⁊ scientia ipsius spectat ad libros de mineralib⁹. Sz sciẽtia de animatis habet duas partes. Cũ enim anima sit principiũ aiatorum ⁊ principiũ oportet accognoscere ante principiatũ opz haberi scientiam de anima anteꝙ̃ habeatur sciẽtia de corporibus animatis. ¶ Sciẽtia autem de anima duas necessario habet partitiones: quoniaz aut est de ipsa anima ⁊ potẽtijs siue partibus eius. Aut sciẽtia de opibus anime quecunqz habet in corpore ⁊ de passionibus eius quas patit̃ in corpore. Et scientia quidẽ de anima fm se ⁊ potentias eius habet tradi in libris de aia dictis. ¶ Opera autem eius duplicia sunt. qa aut sunt anime in corpus ita ꝙ non per potentias sed per se operat̃ anima aut operat̃ fm potentias. Et opus anime quidez per substãtiam anime factum in corpore est vita cui mors opponit̃. Et hoc opus determinat̃ in libro de causa vite ⁊ mortis ⁊ causis lõgitudinis vite. ¶ Opa võ aie alia sunt multiplicata fm potẽtias vegetabilis: sensibilis: ⁊ intellectualis anime partis. Et opera qdem vegetabilis sunt nutrire ⁊ augere ⁊ generare: sed duo illorũ sufficiẽter in libro de generatiõe. s. generatio ⁊ augmẽtum. Tertiuz autem in genere habet determinari in libro de nutrimẽto. ¶ Opera autẽ sensibilis duo sunt in genere. s. sentire ⁊ mouere fm locũ. Opus autem sensibilis fm sentire tripliciter variat̃: aut enim accipit̃ fm comparationem sensus ad animal. s. fm ꝙ sensus egredit̃ vel ingredit̃ in animal: vel fz cõparationez sensus ad sensibile: aut fm reditũ et specie sensibili seruata apud animam in rem prius acceptam in sensu. Et horũ triũ. Primũ quidem in libros de somno ⁊ vigilia tradit̃. Secũdum autem in libro de sensu ⁊ sensato. Tertium autẽ in libro de memoria ⁊ reminiscẽtia. ¶ Secũdum autez ꝙ motiua est anima sensibilis dupliciter mouet̃. s. fm locum: aut mutãdo locum: aut dilatãdo ⁊ cõstringendo corpus in eodem loco ⁊ vtrũqz horũ traditur in libro de motibus aialium: hic autem motus est generalis omnibus animalibus sub disiunctione acceptus. Quoniã omne animal aut mouet̃ motu ꝓcessiuo: aut dilatationis ⁊ constrictionis motu: aut vtroqz: facit autẽ spãlem motum in habentibus pulmonem qui est ad refrigerium pectoris per spiritũ attractum quem mouet trahendo ⁊ retinẽdo ⁊ emittendo ⁊ huiusmodi sciẽtia tradit̃ in libro de respiratione ⁊ inspiratione. Et ad ãminiculum eius est liber quẽ Cõstabenluce cõposuit de differentia spiritus ⁊ anime. Opus autez aie fm

partem intellectualem tractat in scientiis subtili de intellectu ⁊ intelligibili. ¶ Quibus habitis sufficit addere scientias de corpore animato vegetabili ⁊ sensibili: cuius differentie quo ad vegetabilia traduntur in libris de vegetabilibus. Et quo ad differentias animalium tradit scientia sufficiens in libris de animalibus: ⁊ iste liber est finis scientie naturalis. ¶ Ex hijs omnibus colligitur quod quasi tres partes sunt scientie naturalis. Est enim scientia de mobili simplici ⁊ de mobili simplicitati faciende compositionem. ⁊ est scientia de composito ⁊ commixto. ¶ De mobili enim simplici prima est pars scientie naturalis tractanda in physicis ⁊ de celo ⁊ mundo: ⁊ libro de generatione ⁊ corruptione. ¶ De mobili autem simplici faciente commixtiones habebimus tractatum in metheoris ¶ Et de mobili commixto ⁊ composito in libris qui sunt deinceps post scientiam metheororum. ¶ Scientia autem de mobili simplici partes habet quas supra assignauimus. inter quas prima est scientia que est de mobili simpliciter accepto non contracto ad materiam que tradenda est in primo libro qui dicitur physicorum.

> [Margin: ista vide phz in phis quantum metaphi vbi hz quod proprium doctrine non semper incipere a priori [illegible] quam ab eo ex quo facilius adiscitur. ⁊ hec non aduertunt vulgares, Z.]

¶ Dicitur autem liber physicorum eo quod ipse in vniuersali totum complectatur negocium physicum. ¶ Dicitur etiam liber de auditu physico: quia ibi tangitur ea que auditu plus quam demonstratione sciuntur de physicis: hoc est principia physica vniuersalia ex quibus alia habent probari, propter quod aliquando intitulantur de principijs physicis. ¶ Sunt enim principia physica principia mobilis corporis ⁊ motus que in rei veritate in primo libro scientie naturalis habent determinari omnia secundum suam communitatem. Alia enim sunt principia motus ⁊ mobilis causantia motum ⁊ mobile. Et alia sunt consequentia mobile ⁊ motum. Principia autem causantia aut sunt causantia motum ⁊ mobile: aut sunt causantia esse. ¶ Et quia nos de motu ⁊ mobili intendimus: ideo nos incipiemus tractatum nostrum a principijs motus ⁊ mobilis que sunt materia ⁊ forma ⁊ priuatio: ⁊ postea agemus de omnibus causis physicis ⁊ differentijs ⁊ speciebus earum. Et tunc procedemus ad loquendum de motu ⁊ partibus ipsius in genere ⁊ in specie secundum omnem modum diuisionis eorum que consequuntur eum.

> [Margin: Quare liber iste de physico auditu dicatur: vide Themistium in sua paraphrasi hic.]

¶ Capitulum 5m. Quia a communibus principijs est in omni scientia ⁊ precipue naturali.

> [Margin: Tex. c. 1. co. 1.]

QUONIAM Quidem igitur de principijs corporis mobilis sermo nobis est habendus: oportet nos temptare determinare prima principia in naturali scientia. Natura enim omnis scientie talis est quod si ipsa habet principia ⁊ causas ⁊ elementa quod intelligere ⁊ scire non accidit in ipsa nisi ex cognitione istorum que dicta sunt. Cum enim intellectus in scientijs non sit nisi habitus et acceptio principiorum ex quibus sciuntur alia: scire autem sit accipere conclusionem que sequitur ex illis principijs: oportet quod omnis scientia que vere scientia est initium processus sui habeat a principijs primis vsque ad principia prima. Dico autem quod omnis scientia que habet principia sic procedit ⁊ illa sola est vere scientia: que est demonstratiua ⁊ effectus solius demonstrationis est scire. ¶ Si autem ipsa non habeat verum nomen scientie: tunc ipsa erit scientia topica dialectice vel rhetorice ⁊ effectus eius non erit scientia sed opinio vel suspicio siue presumptio: ⁊ ideo non habet principia ⁊ causas ⁊ elementa ex quibus procedit. sed habebit considerationes topicas quas sumit aut ex intentionibus communibus que nulli conueniunt proprie: sed inueniuntur in pluribus: sicut dialectica: aut sumit eas ex circumstantibus negocium vel personam sicut facit rhetor. Nullum autem istorum est alicuius rei principium vel causa vel elementum: quia omnia principia ⁊ cause ⁊ elementa sunt essentialia: ⁊ propria rei qualia non sunt ea que in logicis vel rhetoricis assumuntur.

> [Margin: Idem Commentator hic.]

¶ Quod autem in omni scientia cuius vere est scire oporteat esse processum a primis in genere suo principijs vsque ad elementa: probatur quia (sicut dictum est) in posterioribus analeticis tunc opinamur nos cognoscere vnumquodque quod scimus vere quando cognoscimus prima in genere principia eius: ⁊ causas eius ⁊ elementa eius ex quibus componitur ⁊ non aliter. ¶ Vocamus autem hoc loco principia causas efficientes in genere corporis mobilis secundum quod est mobile: quia nos non scimus naturalia nisi sciamus causas efficientes eorum primas: causas autem dicimus vltimos fines propter quos sunt omnes alij fines: eo quod nature operationum nihil est vanum: sed omnia sunt propter finem certum in natura sine cuius scientia non perfecte scietur natura eorum: finis enim dicitur causa principaliter: eo quod causa causarum est quia propter illum mouet efficiens ⁊ propter illum mouet materia: ⁊ illum attingit forma rei per aliquem modum. ¶ Elementa autem dicimus duas causas ingredientes essentiam rerum naturalium que sunt forma ⁊ materia.

> [Margin: Com. 1. Expo. ista est Auerrois in primo loco.]

¶ Et hec quidem sunt que faciunt esse physicorum que quidem in nulla aliarum scientiarum realium adeo plene colliguntur sicut in scientia naturali: quoniam in mathematicis eo quod sine motu considerantur nihil demonstratur per efficientem ⁊ finem: quia efficiens mouet motum ⁊ per motum attingit ⁊ acquirit finem. ⁊ ideo que sine motu sunt considerationem efficientis ⁊ finis habere non possunt. Similiter etiam mathematicus non curat materiam eo quod abstrahit ab illa propter hoc quod ipsa est subiectum motus formam autem accipit solam secundum quod ab ipsa diffinitio accipitur: que quod quid erat esse quod subijcitur passioni quam probat inesse substantie formali. Metaphysicus autem licet consideret omnes causas non tamen considerat eas in eo quod causantes sunt: quia materiam ⁊ formam non considerat secundum quod ingrediuntur in rem quam componendo constituunt: sed potius secundum quod reducuntur in rationem substantie que est verum ens ⁊ principium aliorum: que metaphysicus attendit: ⁊ ideo solius physice est procedere ex principijs ⁊ causis ⁊ elementis secundum quod sunt huiusmodi.

> [Margin: Com. 1.]
>
> [Margin: Sed cogita in ista ratione doctoris quia pari posset dici quod in scientia diuina nulla fiat demonstratio per causam efficientem ⁊ finem cum scientia diuina abstrahat a motu.]
>
> [Margin: Metaphysicus non considerat causas in eo quod causantes sunt sed cogita quomodo ad hoc sit adueniendum. Auer. 1. meta. c. 6. vbi hz quod consideratio vtilis omnibus causis in causis sit cognitio primi phi.]

Est autem Dubiū. Utrum sola existe substa ipsa sit diuisibilis vel nō: quod enī hz ptes diuisibile esse videtur. Substa aūt sola exīte ipsa pōt esse cōposita ex mā ⁊ forma: ḡ nō remouet ab ea diuisio etiā si sola sit absq; q̄titate. ¶ Si aūt dicat q̄ nos loquimur hic de diuisione que est in infinitū vel de diuisione partiū eiusdē gñis: sicut sunt ptes ꝯtinui: ad hoc videt esse falsum: qḋ dictū est. Q̄ enī est cā q̄titis: videt etiam esse cā ꝯñtis. eēntia aūt q̄titatis causat a substa. sicut eēntia cuiusli bet alterius p̄dicamēti: videt ḡ q̄ passio ꝯñs q̄titatē causet etiā a substa que est diuidi in infinitū: ḡ p̄mo accidit sube: vt videt. ¶ Adhuc ꝯstat q̄ mā nō tota est in vno: sed in mltis est prita: ḡ hz ptē. Sed qḋ hz ptē ⁊ partē est diuisibile: videtur ḡ substa māe diuisibilis esse. ¶ Adhuc ꝯstat q̄ subz nihil hz ab accn̄te de essentialibus sibi. Est aūt essentiale māe qḋ est de ipsa in vno: ⁊ qḋ est de ipsa in alio. ⁊ sic de alijs in quas est diuisa. ḡ ptes illas a q̄titate nō hz: ḡ nec diuisibilitatē: vi enī aliter nō posse extrahi gñatio in infinitū nisi mā prima diuisibilis sit in infinitū p hoc q̄ est mā. ¶ Sunt aūt qdā theologizantiū qui oia hec ꝯcedūt ⁊ qḋ Arist. dicit: dicunt dicere ipm fm sensum: cū tñ fm rōnē aliter sit: q: diuisio fm rōnez vt dicūt primo est in substa p ea que dicta sūt. ¶ Sed hoc friuolum est: q: tūc Phūs falsum diceret: ⁊ videret verū dicē: ⁊ hoc esset deceptoriū ⁊ nō philosophicū dictū. ¶ Cā aūt dicti istoꝝ est q̄ ipi dicūt hoies esse mltiplicatos ex vno mali ali quo qḋ fuit in p̄mo hoie ex quo lz sit paruū nunq̄ deficiet generatio: q: diuisibile est in infinitū. nec est diuisibile vt inquiunt sicut quātū: q: quātū hz partē iuxta partē distantē ab ea p situ. Sed substa māe nō hz partes a se inuicē distātes p situ: sed hz ptē in pte: ⁊ nō iuxta ptē: ⁊ illa pars que est in pte producit in gnōne sine diminutione ptis ex qua educit p multiplicationē māe: ⁊ ptiū māe in seipsis absq; additione aliqua ⁊ hoc mō dicūt multiplicatū esse genus humanū: ⁊ oē qḋ est multiplicatū p gnōnē. ¶ Sed q̄ hoc absurdū sit: sic demonstrat. Mā absq; q̄titate accepta aut est simplex: aut est cōposita: si est simplex. tūc est indiuisibilis p oēm modū: si aūt est cōposita dicat qua cōpōne. Est. n. cōpositio p̄ma ⁊ cōpositio scda. Cōpositio p̄ma ex essentialibus est. Cōpositio scda ex accn̄te ⁊ subo: sicut se hz accn̄s ad subam: ita se hz cōpositio scda ad cōpositionē p̄mā: sed accn̄s causat a substa: ḡ cōpositio accn̄talis causat a cōpositiōe essentiali. ḡ vbi nō erit cōpositio prima: ibi nulla erit cōpositio: sz in mā p̄ma nō est cōpositio prima: q: prima cōpositio est ex potentia ⁊ actu: ḡ in mā nulla est cōpositio: ergo simplr ⁊ absolute est indiuisibilis. ¶ Adhuc aūt sicut iuxta ⁊ citra ⁊ infra: dicūt enī dīas positionis partiū in toto: ita dicūt dīas pōnis ⁊ situs intus ⁊ extra: ergo ipossibile est imaginari partē in parte nisi intra dicat aliquā pōnis dīam. ¶ Adhuc autē in oī qḋ hz ptes is quas diuidit: necesse est q̄ partes inter se differant aliqua dīa: si enim nulla dīa differrent: tunc essent oēs eadē ⁊ vna. q: idē est a quo nō differūt dīa: partes ḡ in quas diuiditur mā differāt inter se: queraf ḡ qualr differunt: aut dīa substātiali aut accidētali. Cōstat q̄ nō accidētali: q: mā prima ponit esse sine accidēte fm seipsam. Similr pz q̄ nō sbstātiali: q: tūc differrent formis vel materijs: ⁊ ꝯstat q̄ non formis: q: hypothesis est: q̄ sint sine formis. Materijs āt non differūt: q: nō est idē in quo aliqua ꝯueniant ⁊ in quo differunt. Cōueniūt aūt in p̄ncipio mali: ergo nō differūt in illo ⁊ tunc mirabile est qualr sint partes cū nihil sit cā pluralitatis nisi dīa sola diuidens. ¶ Adhuc etiā logica rōne cōstat idē: q: enī ꝯuenit passio ꝯuenit ⁊ subm: diuisio aūt passio est q̄ntitatis: ḡ tali māe si diuidit cōuenit esse q̄tū. ¶ Adhuc passio diffinita p subiectū nō se extendit extra subm illud: sicut symmū nō extēdit se extra nasum. Sed diuisio passio est diffinita p subm. diuisio dico que est p ea que sunt eiusdem rōnis cū toto. sic enī diuisio nō diffinit nisi p ꝯtinuū: ḡ nō inuenitur vnq̄ extra illud: nō ḡ ꝯuenit māe que est ante ꝯtinuū p nām. ¶ Sed si forte aliquis dicat q̄ mā intelligit esse diuisibilis sicut intelligit separabilis a forma: non enī actu vnq̄ separat ab oibus formis: ita q̄ sub nulla forma sit. Sed q: successiue ab hac ⁊ illa separat: ideo separabilis esse dicit: ita etiā diuisibilis esse p se dicit: nō q: diuidat qū nunq̄ ponit: sed q: diuisa in entibus inuenit. ¶ Si ḡ sic aliquis vellit dicere: ꝯstat absurdū sit esse: q̄ enī mā nunq̄ separata est a formis oibus hoc est ꝑpter sui imperfectionē que ad esse non sufficit sine forma. ⁊ hec iperfectio nunq̄ mām derelinquit: ⁊ ideo cū forma semp erit fm actū. Sed diuisio non accidit māe ꝑpter imperfectionē nec accidit ei ex alio aliquo sicut dictū est in hypothesi: ḡ māe ꝯueniet ei p seipsam. ¶ Adhoc aūt eadē rōne calor ⁊ albedo pñt dici diuisibilia per se. q: in entibus q̄ntis diuidi inueniunt: qḋ tñ est absurdū. ¶ Adhuc etiā fm hoc qualis mā p se diceret q: inuenit qualitate aliqua disposita in entibus. ¶ Forte aūt aliqs dicet q̄ inuenit mā diuisa in entibus qbusdā absq; q̄titate sicut in intelligētijs ⁊ aiabus: ⁊ ita diuidi nō ꝯuenit ei rōne quantitatis. ¶ Sed ꝯ hoc ꝑcedit ex eo q̄ difficilius assumit: q: nō est ꝓbatū intelligētias ⁊ aias ex materijs ꝯstare. ¶ Adhuc aūt ⁊ si ꝯcedat intelligētias ⁊ aias habere mās: adhuc absurdum erit dicere vel ponere ptes materie que sunt in intelligētijs ⁊ aiabus diuisas ex mā vna esse cuius ille pticulares materie sunt ptes: sed potius vnaqueq; erit ex mā sua tota que secū producta est in esse ⁊ nō reducunt iste pticulares māe i vnū qḋ sit eis cōe re: sicut totū integrale cōe est ptibus: sed potius in vnū qḋ est cōe rōne. De tali aūt māe diuisione nō loquimur: q: bene scimus genus diuidi p dīas: ⁊ mā diuidi p formas: ⁊ hoc dupl̄r. s. qū est cōe vnū diuidit p gnōnē: ⁊ qū aliter est nō diuidit sed plures māe talibus ꝯcreantur. ¶ Adhuc aūt mirū videt si intelligibile est qḋ dicūt de multiplicatione māe in seipsa sine additione. Multiplicatio enī nō causat nisi diuisione ꝯtinui vel p dīam cāe ⁊ causati: vt docet Phs. ¶ Nullo aūt istoꝝ modoꝝ fit ista multiplicatio. Si aūt multiplicationē rei in seipsam vocēt augmentuz rei ⁊ incrementū. Hoc erit mirabilius si intelligere possunt aliquid augeri nisi rarefactū nec ꝑductum sine additione alicuius ad ipsum: q: oē augmentū est preexistentis magnitudinis additamentū. ¶ Adhuc aūt queramus qua rōne ponāt hoc hic qḋ dicūt de tali multiplicatione: Phi enī nō est ponere aliquid nisi p rōnē certā. Hāc aūt rōnē nō videmus aliā nisi q: sic placet dicere gratia ꝯtentionis. ¶ Adhuc Aristo. ꝓbauit in libro de gnōne ⁊ corruptione. q̄ gnō nō est infinita ꝑpter māe infinitatē: sed potius ꝑpter gnōnis reciprocationē. Gñatio. n. vnius est corruptio alterius: ⁊ corruptio vnius gñatio alterius in simplicib᷒: ḡ positio ista que ponit sic mām diuisibilē in infinitū: nō est de pōne peripateticoꝝ. ¶ Adhuc aūt totū opus nature p hūc modū esset per multiplicationē māe in seipsam ⁊ diuisibilitatē: q̄ramus ḡ quid ad actū ducat illā potētialē multiplicationem que est in mā: aut. n. hoc facit nā: aut deus. Si nā hoc est absurdū: q: nā expedit se paucioribus q̄ potest: ḡ nā non adhibet materiā p cibum vel aliunde: vt ex sua operet in hoibus ⁊ plantis ⁊ aialibus: qḋ videmus esse falsum. Si aūt deus sic opat: tūc ea que videmus non erunt opa nature sed dei. ¶ Adhuc āt deus magis ordinatus est in ope suo q̄ nā: ḡ suū opus minus abundat superfluis q̄ nature: quare ergo adhibet ⁊ ipse fomenta aliena ciboꝝ vt suum opus multiplicet. Si dicat q̄ cibi impediunt ne ꝯsumant ea que sunt materie p̄me partes hoc erit mirabile. Si enim ꝯsumptibilis est mā: tūc est corruptibilis: ergo habet ꝯriuz: qḋ est absurduz. ¶ Adhuc aūt si ꝯsumptibilis est: impossibile est impediri q̄ aliqd nō ꝯsumatur ex ꝯtinua calidi actione quantūcūq; fomentetur ⁊ impediatur per cibū. Si ergo cōsumit aut ꝯsumptum restauratur aut non: si non ergo diu est consumpta a principio mundi. Si restauratur aut accipit in se restaurationez: aut a cibo: si in se ḡ cibo nō indigent ea que cibant: si aūt accipit ex cibo: tunc necessario aliqd ꝯuertit in ipsaz: nō ḡ multiplicat in seipsa. ¶ Hāc igit positionē tāq̄ absurdā ⁊ mēdacijs plenā relinquētes dicimus ad p̄mo obiecta: q̄ cōpositio que est ex mā ⁊ forma non est cōpositio dans materie partes ⁊ faciens eam compositam: ⁊ ideo de tali compositione non est nobis hic sermo. ¶ Quod autez obijcitur de diuisione que est per modum continui dicendum q̄ quādo ꝯsequens est passio alicuius: ⁊ antecedens est subiectum: tunc non oportet q̄ idem sit causa antecedentis ⁊ ꝯsequentis: quia consequens sinit: tunc ex essentialibus antecedentis: ⁊ anteced ēs non sinit ex essentialibus sube sed potius substa est causa accidētiū sicut subm ⁊ nō sicut essentiale ipsis. ¶ Si vo demus etiā q̄ ꝯñs causat a substa sicut ⁊ añs: adhuc nō valebit rō: q:

Marginal notes:

R.ñ° aliorum quāvs doctor subtilis imitari 2° sniaꝝ di. 12°. q̄one 2°. aliq̄ ex pte

Impugnatio

Compositio duplex.

2° ratio

3° ratio

4° ratio

5° ratio

Euasio ad instantias

Impugnatio

Triplex materia indacte

Alia euasio

Impugnatio eiusdem.

6° rō p̄ncipalis ꝯtra opionē p̄ncipalē.

7° ratio

8° ratio

p° de gnōne. t.c. 15.16.⁊.19

9° ratio

Solo doctoris ad obiecta positionis adueric.

Unde quomō substa est cā ac

Videtis 4° me ta. cōmēto. 2.

nō est necesse ꝙ eā disponat dispositione effectus sui nisi sic eā ꝑ se ⁊ vniuoce: sicut fit ab hoie hō: ⁊ calidū a calido: talis aūt causalitas nō est inter subam ⁊ accidēs. ¶ Adhuc aūt si ꝯcedamus tenere argᵐ nō pōt ꝓbari ꝙ suba diuidat᷑ nisi sicut est quāta. Est aūt potētia quāta nō actu: ideo potētia nō actu est diuisibilis. Nō aūt mā nō tota est in quolibet māto: sed ꝑ ptes ꝯuenit: iō q: nō ingredit᷑ mā sua nisi sub ꝓma forma sua que est corporeitas: ⁊ ꝑ illā efficit᷑ diuisibilis. ¶ Nec dicimus hoc ꝙ subm nihil habeat ab accidēte: alba eni nīr disgregare hꝫ visum ab accidēte. Simil'r suba diuisibilitatē hꝫ ab accidēte: q: diuidi accidit substātie. Sed vex est ꝙ essentialiū nil hꝫ subm ab acciñte: q: si aliqd̄ essentialiuꝫ suba acciperet ab accidēte ꝯtingeret ꝙ acciñs esset cā sube: qđ nō pōt esse: q: ecōuerso est. suba enim est cā acciñtis. Hec ḡ hic dicta sufficiāt: qm̄ que restāt de nutrimēto ⁊ augmēto rex partim in libro de gn̄ōne ⁊ corruptione: tractatu de augmēto: partim aūt in libro de nutrimēto habent determinari.

Nō intelligitur subꝫ nihil hře ab accnte

¶ Cap. 5ᵐ. De turbatione antiquorꝫ ꝓpter v̄bū substātiuuꝫ qđ est tertiū adiacēs inter subiectū ⁊ esse nāle predicatum.

Tex. c. c. 20.

Redeamus Ergo nūc ad improbatio nez positionum Melissi ⁊ Parmenidis. Fuerūt. n. quidā sequētes eos adeo ꝯturbati ⁊ impediti dictis ⁊ rōnibus eorꝫ: ꝙ putabāt ꝙ ens nō esset nisi vnū qđ est suba vna in gn̄e vel numero: ⁊ accidēs dicebāt esse extra ens: ⁊ iō nō debere p̄dicari de suba ꝑ verbū substātiuū notās cōpōnē acciñtis cū suba. Qm̄ eni hoc verbū est tertiū adiacēs fuit in ꝓpōne ⁊ suba fuit ī subiecto ⁊ acciñs in p̄dicato: sicut qm̄ dicebat᷑ hō est albus: cōturbant᷑ eo ꝙ putabāt verbū substantiuū essentialē notare cōpōnez: ⁊ sic id qđ erat vnū fieri multa: q: putabāt idē significari eē acciñs qđ erat suba: nescientes ꝙ ens qđ importat᷑ in verbo substātiuo multipl'r dī de suba ⁊ acciñte: ⁊ iō qdam eorꝫ dicebāt hoc verbū est: esse auferēdū de talibus ꝓpōnibus: sicut Lycophron. Alij aūt emēdabāt dictionē dicētes ipꝫ debere implicite significari: dicētes ꝙ nō opꝫ dici: hō est albus: sꝫ hō albat᷑: neqꝫ opꝫ dici hō est ambulās: sed hō ambulat: ne forte si ponerēt verbū est pro nota cōpōnis: significarent subaꝫ esse acciñs: ⁊ ita vnū significaret᷑ esse multa: q: suba est suba ⁊ nō est acciñs: ⁊ acciñs est acciñs ⁊ nō suba: ⁊ iō hec sunt duo: vñ si vnū significat᷑ esse alteꝝ: vnū significat᷑ esse duo: qđ est incōueniēs. ¶ Causa aūt cōturbationis fuit vt diximus ꝙ verbū substātiuū semꝑ putabāt essentialē notare cōpōnez: ⁊ iō qm̄ inter subm ponit᷑ ⁊ p̄dicatū putabāt: ꝙ p̄dicatū eēt semper essentia subiecti: nescientes ꝙ qm̄ tertiū fuit adiacēs: hoc v̄bū est: qđ tūc significat quādā cōpōnē essentialē vel accñtalē quā sine cōpositis nō est intelligere. ⁊ hec est qn̄qꝫ essentialis: qn̄qꝫ accñtalis: q: ens multipl'r dī de subiecto ⁊ accidēte.

Tex. c. c. 21.

¶ Ipsi aūt ꝓcesserūt in dictis suis tanq̄ᷓ singul'r: hoc est vno mō diceret᷑ vnū ⁊ ens: ⁊ hoc falsum est: qm̄ entia multa sunt nō vnā rōnē hñtia. Et vnū dī multipl'r: aliqn̄. n. plura sunt aliqua ſm rōnē diffinitiuā. sicut aliud esse diffinitiue inest albo: ⁊ aliud musico. Sed tñ eadē sunt vtraqꝫ ꝑ subm. Similiter ens dī potētia ⁊ actu ⁊ simil'r vnū: sicut totū est vnū cū ꝑtibus actu: ⁊ tñ multa est potētia diuisionis. ¶ Hic aūt is distinctione entis ⁊ vnı⁹ deficiebāt antiqui ⁊ cōfitebant᷑ ſeqꝫ ex nota cōpōnis importata ꝑ v̄bū substātiuū: vnū esse multa tanq̄ᷓ magnū incōueniens esset vnū ſm diuersas rōnes esse multa: cū tñ ſm aliquē modū aliqua esse multa: ⁊ esse vnum ſm aliū modū nō sint opposita. ¶ Dicit᷑ enīz vnū multipl'r: potētia ⁊ endelechia: hoc est actu ⁊ alijs modis quos in ꝓma p̄hia habemus determinare. Modo igit᷑ ꝓbabito precedētibus non videt᷑ impossibile vnū esse multa.

¶ Caplm. 6ᵐ. De solutione syllogismorꝫ Melissi.

Tex. c. c. 22.

Rationes Autē ex qb⁹ ea q̄ demonstrare voluit Melissus ⁊ Parmenides soluē nō ē difficile: vtri ꝙ eni eorꝫ peccat: ⁊ tā in forma rōnis q̄ᷓ in mā: q: ⁊ falsa recipiūt quācū ad peccatū māe syllorꝫ suorū: ⁊ nō sunt īferētes siue syllogizātes quācū ad peccatū ī forma: tū iter duos syllogismos. s. Melissi ⁊ Parmenidis. Rōcinatio Melissi magis est tediosa ⁊ onerosa cuilibet sapiēti Pho eo ꝙ nō hꝫ cām defectus: ⁊ dubitationis: q: vno incōueniēti assignato ⁊ cōcesso ꝯtigūt alia: ⁊ hoc soluere nō est graue. Melissus eni ⁊ peccat in mā falsūꝫ assumēdo: ⁊ peccat in forma nō ꝯcludēdo: ⁊ etiā ex his que dicit nō pōt ꝯcludere ꝓpositū sophistice impediēte equiuocatione in noīe p̄ncipij: Parmenides aūt lꝫ tā in māꝫ q̄ᷓ in formā peccet nīī ꝯcludere videt᷑ ꝓpositū: ⁊ ideo tediosior est oratio Melissi q̄ᷓ Parmenidis.

Tex. c. c. 23.

¶ Qđ qdem igit᷑ male syllogizet Melissus ꝓpter ītia sup ips dicta peccata manifestū ē. Ipse eni opinat᷑ hāc ꝯñam accipe: si aliqd̄ est factuꝫ hꝫ p̄nᵐ: ḡ qđ nō est factū nō hꝫ p̄nᵐ: ⁊ pꝫ ꝙ est a destructione aūtis: ⁊ ideo fallacia ꝯsequētis incidit. ⁊ hoc qual'r sit nō pōt intelligi nisi syllogismus Melissi ⁊ eius ꝯsequētes ꝯclūones ⁊ ꝓpositionū ꝓbationes accipiant᷑. ¶ Sic āt narrat Alexāder isti fuerūt eius syllogismi oē qđ est factū hꝫ p̄nᵐ: ens nō est factuꝫ: ḡ non hꝫ p̄nᵐ. Inde ꝯclūonē istius syllogismi assumēdo ꝓ premissa: ꝓcedit vlterius sic: qcqd̄ nō hꝫ p̄nᵐ est infinitum: ens non hꝫ p̄nᵐ: ergo est infinitū.

Mᵉ fuer᷑ syllogismi Melissi ex senten tia alexādri.

¶ Inde iteꝝ ex ꝯclūone istius vlterius intulit sumēdo eā pro minori sic: qcqd̄ est infinitū nō hꝫ locū quo moueat᷑: ens est infinitū. ergo nō hꝫ locū quo moueat᷑. ¶ Et inde vlterius intulit qcqd̄ nō hꝫ locū quo moueat᷑ est imobile: ens nō hꝫ locū quo moueat᷑: ḡ ens est imobile. ¶ Et ideo dixit Melissus esse vnū ⁊ infinituꝫ ⁊ imobile. Qꝫ aūt ens non sit factū ꝓbat Melissus sic. s. detur oppositū ꝙ ens sit factū: aut erit factū ex ente: aut ex non ente: si ex ente factū sit: ergo ens fit ex ente qđ est. sed qđ fit nō est: ḡ qđ nō est fit ex ente qđ est incōueniēs. Si aūt fit ex non ente: tūc nō ens mutat᷑ in ens: qđ iteꝝ incōueniēs est. cū oēs in hoc ꝯuenerint ꝙ ex nō ente nihil fit.

Cō. 23.

¶ Patet aūt ꝙ in p̄mo syllogismo Melissi est fallacia ꝯsequentis: q: a destructione antecedentis ꝓcedit ad destructionem cōsequentis cum econuerso fieri debeat. In scd̄o aūt syllogismo aliter sumit principium q̄ᷓ in primo: q: cum dicit᷑ qđ non habet principium est infinitum: non est hoc veꝝ nisi principium sit extremitas magnitudinis. Si enim magnitudo caret extremitate se ambiente: tunc est infinita: sed in primo syllogismo non ꝯcludebatur nisi de principio temporis vel generationis mundi. Et ideo patet ꝙ hec secūda ratiocinatio nō ꝯcludit ꝓpositum Melissi. ¶ Falsum autem est qđ assumit ꝙ ens non habet principiuꝫ quia multipliciter dicitur ens: ⁊ aliquod habet principium: ⁊ aliquod non habet: ⁊ ex his facile patēt peccata Melissi. ¶ Qđ autē ipse dicit: quia qđ fit aut fit ex ente: aut ex non ente: non opꝫ nos hoc soluere. Ens enim in vniuersali non fit: sed hoc ens qđ est particulare: ⁊ fit ex ente in potētia: nec fit ex ente in actu: neqꝫ ex simpliciter non ente: sed potentia ente ⁊ actu non ente.

Ens in vl'i nō fit, vide 7° metā. t. c. 28. ⁊ infra.

¶ Postea autem etiam si non stat vis in talibus incōueniens tamen est qđ assumit Melissus dicēs: omnis rei esse p̄ncipiū aliquid: hoc est ꝙ principiuꝫ rei sit aliquid de re ipsa extremitas: videlicet ipsius rei sicut magnitudo in qua est corp⁹ principiū habet ꝙ principiū est superficies: vel linea vel punctum: quia principiū non semper dicit᷑ aliquid rei sicut extremitas magnitudinis: sed dicit᷑ alijs multis modis.

Cō. 25.

¶ Nō ne enim res durans per aliquod tēpus principiū habet temporis: sicut enim infra dicemus in quarto huius scientie libro: in tempore esse est quadam parte tēporis mensurari. ¶ Adhuc autē nunquid non est principiū alterationis que est generatio non simpliciter sicut principiū habet mutatio que non est momētanea. ¶ Si enim dicit᷑ qđ non est factū nō habet principiū non potest intelligi hoc nisi de principio siue factionis qđ est principiū tēporis: principiū aūt factionis siue temporis est principiū alterationis qua alterat᷑ mā rei cū fit: eo ꝙ factio sua non est momentanea mutatio sicut est generatio simplex que non est motus: sed mutatio sola. Infra enim docebimus ꝙ generatio simplex est mutatio momentanea ⁊ nō motus: qđ autē momentaneū est hoc est in nūc: ⁊ hoc non habet principium: q: qđ habet principiū est compositum ex nunc ⁊ tēpore qđ ad nunc ꝯtinuatur: ⁊ ideo male arguit Melissus: q: etiam si detur ꝙ ens est infinituꝫ: tamē habere potest sine factionis principiū tēporis: sicut habet principiū alteratio que non est momentanea mutatio: ⁊ ideo ex hoc qđ non habet principiuꝫ non sequit᷑ qđ non sit factū impediente fallacia equiuocationis in hoc nomine principiū.

¶ Preterea ꝓpter qđ sequit᷑ si ens ē vnū ⁊ infinitū qđ sit im-

Tex. c. c. 24.

mobile eo ꝙ non habeat locū ad quem moueť: pōt.n. aliqd esse qđ nō h̄z locū ad quē moueť: ⁊ tñ ptes eius moueñť itra ip̄m: sicut est vidēre in aq̄ fluēte q̄ ſm se totā nō mutat locū: ⁊ cū q̄libet pars eius mutať in ip̄sa cū ſm se totā nō trāseat in locū aliū ⁊ si tota accipiať ſm vniuersitatē suaꝝ ptiū: ⁊ non ſm ꝙ est tota ſm rōnē totalitatis sue: q̄re nō diceret oīs aq̄ moueri: lz ſm totalitatē nunq̄ inueniret ex locū suū. ¶ Preterea q̄ ꝯña est hec nō moueť ſz locū: ḡ nō moueť: e cōuerso eni valeret: ⁊ iō falsa in argumētādo icidit ſz locū ꝯñtis: pōt eni alterari ⁊ si nō moueť localr. ¶ At vō ēt in eo qđ dić vnū eē ens Melissus mētiť ⁊ falsuz assumit: ⁊ sit hoc peccatū in mā syllꝰ: q: entia nō pñt eē vnū forma siue spē: sz potꝰ in mā pñt esse vnū sić ex q̄ fiūt: sić dixerūt aliq̄ nālium phoꝝ. Hō.n. ⁊ equus sunt altera specie: ⁊ hñt ad inuicem ꝯrias dr̄ias. Q: āt entia nō sint vnū ⁊ ꝯtinuū. vel vnū idiuisibile pz ad sensuz: ⁊ ideo ad hoc rōnē nos inducere nō oportet: hec igiť sufficiāt quantum ad solutionē rationum Melissi.

¶ Cap. 7m. De destructiōe siue iprobatione Parmenidis.

Tex.c.25.

Vt ad Parmenidē aūt idē modus rōnū i cōi ꝯtis aliȷ sint modi rōnū in spāli ⁊ hoc est iō q: Parmenides ⁊ Melissus vnā fere ⁊ eādē hñt pōnē: ⁊ iō solꝰ eodez mō est: partim.n. soluiť syllꝰ Parmenidis: q: falsuz supponit: ⁊ primꝰ: q: nō ꝯcludit peccans in forma syllꝰ: qđ q̄liter ꝯtingat sciri ꝯuenientēr non pōt nisi syllꝰ Parmenidis accipiaňť qui fuerūt isti. Quicq̄d est ens ē vere ens sz vnū est ens ḡ est vere ens: ḡ vere ens est vnū. Inde arguit vlterius sić: oē ens vnū vere est ens: sz accñs ē eť vnū vere ens: ḡ accñs nō est vnū vere ens: ḡ vnū ens ē suba.

Syllogismi Parmenidis.

¶ Et idē argm ꝓducit vlterius sić: q̄cq̄d est vnū caret multitudie ⁊ motu: ꝙ āt oē qđ ē vnū careat motu ⁊ multitudie ꝓbat ex hoc qđ moueť: moueť ad aliqđ qđ nō h̄z: qđ āt nō h̄z est eť se: ḡ moueť ad id qđ est eť se: sz eť ens nihil est: ergo si moueť ens moueť ad id qđ nihil est qđ est falsum: ḡ ens est vnū ⁊ imobile. ¶ Pz āt in his syllꝰ ꝙ supponiť ens vno mō dici: ⁊ iō idē esset dictu: aliqđ esse eť vere ens qđ est esse eť ens: ⁊ hoc nō est veꝝ: q: vere ens est ꝑ se ens ⁊ suba: ens aūt ambigue dr̄ de suba ⁊ accñte: peccat āt in forma eo ꝙ nō sequiť aliquo mō si tñ dicať esse ens ⁊ eť ens nihil esse dicať ꝙ tñ sit vnicū ens: q: lz tñ ens esse dicať: tñ pñt eē entia plura que entis recipiūt ꝑdicationē ꝑ prius ⁊ posterius: sić subm ⁊ accñs: ⁊ iō nō sequiť est tñ ens: ḡ tñ vnicū ens: Parmenides.n. accepit vnō ens ꝓ vnico ente tñ nō equocabat aliqđ ⁊ iō magis ꝓpositū suū īferebat q̄ Melissus: videamus āt hoc qđ dixi mus ꝑ singula. ¶ Dicamꝰ ergo q: falsa assumit Parmenides in eo ꝙ supponit ens simplr: hoc est vno mō dici cū multiplr dicať sicut ꝓhabitū ē: sz nō ꝯcludit in forma syllꝰ sicut videre possumus tali exēplo. ¶ Si.n. nos ponamꝰ ꝙ nihil sit nisi albū ⁊ ꝙ albū significet vnū qđ est ens: tūc sequiť ꝙ oē qđ est: est albū: sz albū est vnū: ḡ oē qđ est est vnū. Et si īferať vlterius sić. oē qđ ē: est vnū: ḡ nō sunt multa non valet: q: cū dr̄ oē qđ est: est albū significať subm ⁊ accñs: ⁊ hec duo nec rōne nec ꝯtinuatione sūt vnū: ⁊ ꝯstat oibꝰ ꝙ nec sūe īdiuisibile vnū: ⁊ iō illa simplr sūt multe essentie: lz vnū sint subō: ꝙ āt aliq̄ vnū sint subō ⁊ m̄lta in eēntia nō vidit neqz itellexit Parmenides. Et similr nō sequiť q̄cq̄d ē ꝓter ens est nō ens. Ens āt est vnū: q: vnū ⁊ ens ꝯuertuňť: ḡ q̄cq̄d est ꝓter vnū est nō ens: ḡ ens est vnū ⁊ vnitum: q: lz tñ ens sit: ⁊ hoc sit vnū quodāmō ꝑ analogiā: tñ m̄lta esse pñt quoꝝ vnū est ve subm qđ est suba: ⁊ alia sūt sić accñtia in suba: sić nouē ꝑdicamēta accñtiū. ¶ Qđ āt dicimꝰ ꝙ aliud esse diffinitum est albo ⁊ subō qđ suscipit ip̄m non itelligimus: ita ꝙ accñs sepeť a subō: q: accñs nō est sepabile a subō eo ꝙ accñtis eē est inesse: sz alteꝝ est esse albo ⁊ subō cui inest album: q̄a si diffiniať subiectum alia erit eius diffinitio ſm ꝙ est suba: ⁊ alia albi inquantuz est albuz. ¶ Patet igiť qualr Parmenides ⁊ falsum assumpsit: ⁊ in forma argumētādi peccauit.

Tex.c.25.

¶ Cap. 8m. De destructione siue iprobatiōe Parmenidis.

Tex.c.26.

Volumus aūt ē nūc destruere ⁊ iprobare pōnē eiꝰ necessarijs argumētis: ꝓmo per diuisionem. ¶ Quia si tōť ens vnū est: aut est vnū qđ est: qđ est accñs: aut est vnū qđ est suba. Si āt est vnuz quod est accidens cum accidentis esse sit inesse cuidam de quo predicať denoīatiue necessē est ꝙ ens illud qđ eē dr̄ ens nō solū significet eius accñtale de quo ꝑdicať: sed ei cꝰ ꝙ sit illud qđ vere est ens ⁊ vnū ⁊ hoc est subz. Cū.n. accñs semp de quodā subō denoīatiue dicať: si dicať solū accñs esse ⁊ nō subm: sequiť illud nō esse cui accidit illud qđ est: q: sequitur subm nō esse cui accidit: ꝙ solū esse positū est. Subm.n. est alteꝝ ab ente qđ positū est esse: sz sequiť eť ex ip̄a rei veritate ꝙ illud sit cui accidit ens ⁊ verius sit q̄ illud qđ accidit ei: ḡ ex his duobꝰ sequiť ꝙ aliqđ sit cū nō est q: subm nō esse poniť: cū tñ sequať ip̄m esse si accidit ei ens. ¶ Si aūt subz nō est: tūc etiā accñs nulli aliȷ inerit cū accñs ꝑ hoc qđ poniť nō inesse sit illud qđ vere est. Si.n. subm nō esse ponať: tūc accidēs nō inerit ei qđ est vere esse: sz in hoc si ens multa significare dicať subz videlz ⁊ accñs: ⁊ tūc sequiť ꝙ eē sit ad vnū qđ qz multiplr dr̄ū de suba ⁊ accñtibus: qđ est ꝯ hypothesiz q: ꝯcessuz est vnū solū significare qđ est accñs. ¶ Si vō dicat Parmenides ꝙ ens qđ est oīa significans: ⁊ iō vere ens nulli accidit: ⁊ sić suba cui accidit aliqđ: tūc ꝓcedemus ꝯtra ꝑ significatū eiꝰ ꝙ vere esse dicit. Cōstat.n. ꝙ id qđ vē ē magis significat ens q̄ nō ens. Si.n. ponamꝰ simile vt dicamꝰ ꝙ vere ens significat albū qđ est subz cū accñte: tūc sz Parmenidē albo īquātū albū nō ꝯuenit vere eē: ḡ ei subō qđ solū poniť esse a Parmenide nō pōt accidere ens: iō q: id qđ est nō vere est. ⁊ iō q̄cq̄d nō vere est vt suba: illud nō est. Sz nō ens nō accidit alicui: ḡ subō qđ esse pōiť nihil accidit de oibꝰ accñtibus: q: illa nō vere sūe ḡ illud subm nō est albū: q: albū ſm ꝙ est albū est accñs. Si āt dicat ꝙ accñs nō simpliciter est nō ens: sz nō ens aliqđ qđ ē suba ⁊ vere ens: hoc stare nō pōt cū hoc qđ dicit: ꝙ q̄cq̄d est ꝓter vere ens: est nō ens: nō ens.n. tñ dicit nō ens hoc vel illđ: sz dicit simplr nō ens. ⁊ qđ est simplr nō ens nulli accidit. sicut prius ꝓbatū est. Sed cū dicit illđ vnū qđ ponit eē Parmenides eē albū sić supposuimus prius: ip̄m vē significať eē albū: ḡ vē est albū: ḡ qđ nō est vē est. Ueꝝ.n. erat dicē ꝙ illđ vnū albū est sić dicit hypothesis: ⁊ hoc nō significauit qđ est ens: sz qđ nō est ens. ¶ Si vō ⁊ albū significat qđ vē est: tūc opz ꝙ ens m̄lta significet q̄ sūt suba vł accñs: ⁊ hoc negauit Parmenides. ¶ Ulterius ēt sequiť ex dicto Parmenidis ꝙ magnitudo nō sit: q: si id qđ est ꝓter vnū solū est nō ens cū magnitudo diuidiť vtriqz ptiū est alteꝝ eē ptiū: ḡ sūt eť vnū solū ḡ ptes sūt non entes: sed totū ꝯstituiť ex ptibus ḡ ēt ip̄sa magnitudo tota est nō ens qđ est icōueniēs ⁊ ꝯ sensuz. ¶ Adhuc āt si dicať sola suba eē sequiť adhuc multa esse: diuidiť.n. id qđ vere est in aliqđ aliud qđ ēt vē est: ⁊ hoc manifestū est in diffōne eēntiali sić vidē possumus in hoīe. Et dicamꝰ diffō hoīs sit aīal bipes. Si.n. hō dicať vē esse opz ēt ꝙ aīal vē sit ⁊ ꝙ bipes vē sit: q: id qđ vere est nō ꝯstituiť inesse nisi ex his q̄ vere sunt. Si.n. diceret ꝙ aīal ⁊ bipes nō vē sūt: tūc oporteret ꝙ essent accñtia: ⁊ si hoc eēt: tūc oporteret ꝙ vel accideret hoī vel alicui aliȷ subō. ¶ Et ꝓbemus ꝓmo ꝙ nō sūt accñtia hoīs: accidēs.n. duplex ē. s. sepabile ⁊ īsepabile: accñs.n. sepabile dr̄ eē illud qđ ꝯtingit inesse ⁊ nō inesse. Accñs āt īsepabile ē illđ in cuiꝰ diffōne cadit subm cui accidit: ⁊ est exēplū sepabilis accñtis vt sedere: qđ ꝯtigit inesse ⁊ nō inesse. Insepabile aūt accidens est: vt simmū: in cuius diffōne cadit nasus cui accidit simmium. ¶ His habitis amplius dicamus ꝙ quecūqz cadunt in diffinitiuam rōnem alicuius aut ex quibus sunt illa que cadunt in diffinitiuā rōnē alicuius illa non possunt econuerso recipere ea in quoꝝ rōne cadunt in suas diffinitiones. Sicut enim in ꝓhemio diximus diffinitū est sicut qđdā totū ꝯstitutū ex diffinientibꝰ sić hō ꝯstituiť ex aīali ⁊ bipede: ⁊ illa ēt ꝯstituuňť ex aliȷs sibi suꝑiorībꝰ essentialibꝰ sić aīal ꝯstituiť ex corpe aīato sensibili. Et sić oz venire vsqz ad pm genꝰ: ⁊ ipōe ꝙ hō veniat in alicuius suꝑioris diffinientis rōnē. Et iō cū bipes diffiniat hoīez nō pōt hō cadē in diffōnē bipedis sić ꝯuenit in accñtibus. Subm.n. similr in diffōne accñtiū: q: in diffōne albi qđ albus dr̄ eē hō cadit rō albi hoīs: sić in ꝓma ꝓhīa dicere hēmus. ¶ Si igiť ea q̄ diximus hñt hūc modū ⁊ hoī accidit bipes necesse est ꝙ aut accidat ei vt sepabile accñs: aut vt īseparabile. Si āt accidit ei vt separabile: tunc ꝯtinget hominē nō esse bipedē qđ falsum est. Si vō accidit vt inseparabile accidēs: tunc opz ꝙ hō cadat

Tex.c.27.
Tex.c.28.
Tex.c.29.

in diffõne bipedis qđ iterū est falsum cum bipes sic in ratiõe hois diffinitiua. ¶ Si ppter hoc dicat q̄ ai ai ⁊ bipes accidit alicui alteri subõ q̄ hoi: tūc opz q̄ ēt ɔstitutū ex eis accidit alij: q2 si ɔstituētia nō sūt vere entia ⁊ ɔstitutū ex ipis nō erit vere ens: ergo est accñs ⁊ nō vere ens: qđ ē falsū ⁊ ɔ hypothesim. ergo si dicat id qđ vere ē significare vnū solū qđ ē suba: adhuc sequit multa entia esse. ¶ Parmenides āt h dixit q̄ vere ens nihil eēt accñs ⁊ esse ipm qđ vere est de quo ambo dixr. s. subm qđ defert accñtis: de illo. n. di q̄ est suba ⁊ vere ens ⁊ accñs denoīans di de eodē: ⁊ dic vere ens dici vtrūqz istoꝝ: q2 subm vere est in eo qđ est suba. ⁊ accñs vere est i eo qđ significat vere esse qñ denoīatiue de subo pdicat. Et dic ēt id qđ est ex his ve esse: sed hoc totū dic eē idiuisibile vnū. Si āt hoc dicat tūc sequit totū cōponi ex idiuisibilib⁹ q2 nō vidit Parmenides diuersitatē eēntie que causat ex formis eo q̄ ipse formalē cāz nō vidit s3 mālē. Mā3 āt dixit eē q̄tū corpus: ⁊ hoc dixit eē idiuisibile: q2 si cōponeret oporteret eē q̄ aut ex diuisibilib⁹ aut ex idiuisibilib⁹ cōponeret: nō āt pōt cōponi ex idiuisibilib⁹: q2 idiuisibilia nō faciūt q̄tū aliqđ: s3 si cōponit ex diuisibilib⁹ oporteret q̄ illa iterū ex minorib⁹ diuisibilibus cōponerent: ⁊ illa iterū ex alijs: ⁊ sic semp pcederet vsqz ad pūcta idiuisibilia ex qbus pma q̄ta cōponerent qđ est ipossibile: ergo ⁊ hoc ipossibile est q̄ totū ex diuisibilibus cōponat: ergo totū sm q̄ vnitū esse di est in se idiuisibile vnū ⁊ nō cōpositū: verūtamē istā rōnē Parmenidis iprobādā reseruabimus vsqz in librū de gnōne ⁊ corruptione: q2 per rōnes Democriti ⁊ Leucippi ibi soluetur.

¶ Caplm 8m. De his q vtriqz positiōi Parmenidis ⁊ Melissi consentiunt.

Sunt autē Quidā p̄teritoꝝ qui vtriqz rōni Parmenidis in parte cōsentiunt ⁊ in parte ɔdicūt: prime rōni ɔsentiūt dicētes: qm̄ oīa vnū sunt si qđ est ens significat tm̄ vnū qđ ē vere ens: s3 dicūt cū hoc: q2 est ēt illō qđ nō est: q2 accñs qđ ē extra ens significat eē: m denoīatiue pdicat de eo qđ vere ē. Scđe āt rōni: q1 dic magnitudies eē idiuiduas: in hoc ɔsenserūt q̄ dicūt q̄sdā magnitudies eē idiuisibiles: s3 i hoc ɔdicūt: q̄ dicūt cōponi magnitudinē toti⁹ ex pūis idiuisibilib⁹ q̄tis ⁊ magnitudines eē idiuisibiles. Et volūt euitare vnū icōueniēs q̄ dixit totū nō cōponi ⁊ icidūt in aliud ɔcedētes athomas magnitudies ¶ Sed ɔ hoc est id qđ est mãifestū q̄ nō verū ē qđ dicūt: si. n. dec ens vnū significare solū: ⁊ dec ēt ɔdictoria nō posse eē simul vera: tūc id qđ est extra ens non pōt eē ens: qm̄ ens de nullo dicet nisi in significatione sube ⁊ qđ est extra subaz nō hebit pdicationē entis: ergo erit nō ens. Si āt cū hoc dicat eē ens erit nō ens simul ⁊ ens: ⁊ sic ɔdictoria simul erūt va qđ nō pōt eē. Cū. n. di q̄ id qđ est extra ens sit nō ens: ⁊ illud cū sit ens opz vt negatio nō phibeat nō ens esse simplr q2 sic eēt nihil. s3 opz vt nō ens sit nō ens aliquid hoc vel illud: qđ ponit vere esse: ⁊ hec est negatio in gñe ⁊ nō negatio absolute: ⁊ extra gen⁹ negās ⁊ phibēs entitatē. Est ergo icōueniēs dicē q̄ vnuz sit oia nisi aliqđ aliō a vere ente eē ponat extra ipm ens: ⁊ sic ens plura significabit. s. vere ens ⁊ accñs. Et hoc manifestū ē ēt alia rōne: q2 cū3 di vere ens nō itelligit in itētiōe vere entis: neqz addiscit p nomē ei⁹ nisi q̄ vere ens sit aliqđ: s3 hoc ɔcesso q̄ aliqđ sit vere ens nō est phibitū p hoc q̄ nō sint multa que sunt entia: quoꝝ nullum est extra ens sicut dictuz est prius. ¶ Manifestum est ergo ex his que dicta sunt q̄ ipossibile est q̄ ea que sunt hoc mō vnuz sint sicut dixerunt Melissus ⁊ Parmenides.

¶ Caplm 10m. Et est digressio declarās intellectū dictoruz Melissi ⁊ Parmenidis.

Est aūt Attēdenduz ad oīuz hoꝝ intellm q̄ isti viri solā mãm reꝝ esse dixerunt p̄n^m sicut ēt diximus supra: ⁊ cā deceptionis eoꝝ fuit hec: qm̄ si nos resoluamus mãm sensibiliuz ɔtinget venire in mãm q̄ sola q̄titate determinat eo q̄ corp⁹ mã ē sensibilis corpis: si āt corpus resoluamus ɔtinget venire in mã3 que est corporeitatis susceptibilis: ⁊ hoc ē hyle siue origo: ⁊ nō h3 esse corporale nisi in corpe: ⁊ hoc nō idigemus vlterio ri mãe resolutione. S3 ifra loqmur de mã itelligētiaꝝ: Utrz vna sit cuz mã corpoꝝ ⁊ q̄liō vna. s3 hoc nobis sufficit q2 aīr oīum corpoꝝ mã est vna. ¶ Hāc āt mãm totā subam ⁊ totū esse oīuz corpoꝝ esse dixerūt: q2 formā que est in mã esse non pceperunt sed putabāt ipsā3 p nō vere ens distingui. q2 formas: ⁊ accñtia nō dixerūt esse nisi in sentire ⁊ apparere ⁊ non inesse sicut adhuc multi dicūt: quoꝝ pi erroris est Alexāder ⁊ David de diuinato q seruus est Alexādrū in hoc. ⁊ iō dixerūt q̄ id qđ est eē ens ⁊ eē vere ens ⁊ hoc nō est ens s3 vi eē sm sensuz ⁊ estimationē: ⁊ q̄ hō ⁊ asin⁹ sūt vnū. s3 apparent alia ⁊ ɔdictoria sūt simul va si appeat vnū vni: ⁊ alteꝝ alteri: q2 cū mã pma vna sic id qđ agit pluralitatē nō est ve ens. s3 eē vi. ¶ Et distinxerūt id qđ eē est in id qđ ve est s3 significari. Et in id qđ vere est sm rē: ve. n. est s3 rē q̄ tatā ⁊ verā h3 entitatē ⁊ hec est mã pma q̄ sola entitas e reꝝ. ve āt significat q̄ appet veꝝ significāri sm estimationē ⁊ sensuz. ⁊ iō s3 istos hū ɔtingit q̄ aliqđ ve significat: ⁊ cū est eē ve ens. Supius āt hīte sūt pbatiōes sup hoc q̄ aliud est ve significari aliqđ: ⁊ aliud ve significari eē: cū āt di hō ē alb⁹: nō significat ve albū s3 dicētē: s3 significat albū ve esse in re: q2 accidit ve enti. Et oē accñs ve enti h3 entitatē: ⁊ sic necesse est q̄ ens multa significet: ⁊ dicat multiplr de ente p se qđ est subzp^m mãe: ⁊ de ente i illo qđ denoīat ip3: vt forma accñtalis. ¶ Has āt opiniones sic explanat Alexāder in quodā libello: vbi oia vnuz esse qđ ē mã pbare itēdit: ⁊ David de diuinato in li⁹ athomoꝝ. Nos āt Utrū oia sint vnū pscrutabimur in pte iferi⁹: sed insufficiētia h3 determinari in prima philosophia.

¶ Caplm xim. De opinionibus eoꝝ qui physice sunt locuti de principijs naturalibus.

Supra nos Diximus q̄ si vnū est p̄n^m mãle nãlis aut est imobile sic dixerūt Melissus ⁊ Parmenides: aut mobile sic dicūt physici. ¶ Quia ergo iā diximus rōnes eoꝝ qui dixerunt imobile ⁊ vnū. Tāgamus ēt eos q dixerūt mobile ⁊ vnū: q2 isti nālr sūt locuti. ¶ Dicam⁹ ergo q̄ illi q dicūt sic physici in duos ɔsentiūt mōs: qdā. n. illoꝝ q dicūt. vnū eē ens dicūt q̄ illō est corp⁹ subz motui: ⁊ ē aut triū eloꝝ vnū. s. ignis vl aer vel aq̄: aut aliō corp⁹ p̄ter ela qđ est dēsi⁹ igne: ⁊ rari⁹ aere. Illi. n. q vnū eloꝝ ponūt p̄n^m nō posuerūt terrā eē p̄n^m ppter terre imobilitatē. Illi āt q dixerūt mediū iter ela potius iter ignē ⁊ aerē mediū eē dixerūt q̄ inter alia: q2 videbāt q̄ nullū eloꝝ simplr erat reꝝ nisi ignis. Videbat āt eis q̄ p̄^a ɔria erāt raꝝ ⁊ dēsuz: ⁊ iō voluerūt q̄ p̄n^m mãle mediū eēt in alterutrū passionē pmutabile. s. raritatē ⁊ dēsitatē gñabāt. n. oia p̄n^a ⁊ reliq̄ ela p raritatē ⁊ dēsitatē: p illa. n. tota multitudo reꝝ ɔstituebat sm eos: nec erat diuersitas alteri⁹ forme in rebus nisi p raꝝ ⁊ dēsū. hec. n. dicebāt eē ɔria q̄ p̄n^m mãle pmutāt. ¶ Ut āt loquēdo dicebāt ista ɔria eē excellētiā ⁊ defectū p additionē ⁊ diminutionē primz mãe: sic Plato q dixit q̄ magnū ⁊ pūū sūt ɔria s3 differebat ab alijs Plato i hoc: qđ ipse dixit q̄ duo ɔria. s. magnū ⁊ pūū sūt mãlia: ⁊ dixit formale p̄n^m eē vnū. ¶ Alij vo dixerūt q̄ male p̄n^m est vnū ⁊ ɔria q̄ dcā sūt dic sūt ⁊ spēs ipi⁹: qdā āt intēdūt p aliā viā q2 dicūt q̄ ex vno oia ɔtinēte segregant ɔtrietates q̄ iherēt ei: ⁊ fuit in ipso actu qdē: s3 latēt sic fecit Anaximādros: ⁊ q̄cūqz alij phi nãles hoc mō dixerūt eē vnū p̄n^m ⁊ multa: sic dixit Empe. ⁊ Anaxag. oēs. n. isti alia segregari dixūt ex illo vno sicut ex q̄dā cōmixtiōe s3 differūt iter se in eo qđ Empe. ⁊ sui sequaces ifinitas fieri dicūt circulatiōes ex mixto ⁊ i mixtū: q2 qđdā tēpus h3 mūdus: vt dic q̄ t eo gñate exeūt ex mixtiōe q̄tuor eloꝝ: ⁊ qđdā tēpus in quo gñata oia redeūt ad ip3: ⁊ sic circulādo ppetuo pmanet mūdus. ¶ Anaxag. āt nō pōit circulū: s3 exitū solū: ni ppetuū eē mūdū ex eo q̄ ifinitū ē qđ erit ex mixto in quo iacēt ea q̄ egrediunt ex ipo. Differūt etiā in hoc q̄ Anaxag. ela reꝝ dic eē ifinita: oia. n. silia in ptib⁹ que hōgenia dixr: dixit esse ɔria p̄n^a. Empeđ. āt nō ponit p̄^a ɔria p̄n^a nisi q̄tuor ela: hec igit sūt q̄ dicūt nãles de pncipijs physicis: rōnes āt oiuz istoꝝ nō opz nos h ponē: q2 Utrū vnoz sit p̄n^m vel plura ifra determinabimus. Empeđ. āt pōnē in li⁹ de gnōne ⁊ corruptiōe hēmus tāgē: vbi loqmur de eloꝝ gnōne. s3 pōnē Anaxag. h determinare opz: ⁊ iō rōnes qb⁹ suā pbauit pōnē ponemus hic solū. ¶ Sūt āt rōnes ei⁹ due: q̄ruz vna ē q̄ ipse supposuit q̄ opio cōis oiuz nāliū ē va. s. q̄ nihil fit ex eo qđ nō ē: ⁊ dicūt illō fieri ex eo qđ nō ē qđ fit ex illo qđ nō ē aliqđ sue eēntie: hec. n. fuit cā q̄re dixerūt q̄ i vno mix

Tex. c. 30.

de gnōne. t. cō. 9.

Tex. c. c. 30.

Tex. c. c. 30.

Tex. c. c. 31.

Tex. c. c. 32.

Antiq̄ui nālis phice loquētū posuerūt solā terrā p̄n^m nālē

Tex. c. c. 33.

to sūt oīa simul: q2 si aliqd eoꝝ q̄ fcā sūt ibi non fuisset oporteret ꝙ illud factū fuisset ex eo qđ non est aliqd sue essentie: ⁊ ideo factū esset ex nihilo. Huius āt fieri qđ fit ex eo qđ est: dixerūt ꝙ est alterari: q2 in tali fieri nihil fit nouū: s3 qđ latebat erit in aptū. ¶ Alij āt dixerūt ꝙ tale fieri est cōgregari ⁊ segregari a discōuenientibus: ⁊ hoꝝ oīum in libro de gñōne ⁊ corruptione dīa: ⁊ tō determinaꝛ: hec ḡ est rō vna Anax. ꝙ oportuit ꝙ oīa inerāt in vno que sūt siliuz ptiū ex qb⁹ postea p cōpōnē istoꝝ aīa gñanꝛ sic manus ⁊ pes. ⁊ hmōi. ¶ Amplius āt ex eo qđ ꝯria fiūt ex alterutris dicebāt oīa eē ī vno. qđ eoꝝ fit ex aliq̄ īsuit ei pus. dicūt. n. ꝙ oē qđ fit necesse est fieri: aut ex his que sūt: aut ex his que nō sūt sed īpoē est fieri ex his que nō sūt qđ est alteꝝ mēbrū diuisiōis: q2 oēs qui locuti sūt de nā ꝯuenerūt in hoc ꝙ nihil fit ex his que nō sunt ḡ relinquiꝛ reliquū mēbrū supra dicte diuisiōis qđ est fieri ea que fiūt ex his que sūt actu ⁊ īsūt ei ex quo fit ⁊ qđ fit. Insunt eni oīa ī oīb⁹ s3 sūt īsensibilia nobis ꝓpter puitatē magnitudinū q̄s hāt qñ īsūt. Dixūt. n. oēs fere nāles ꝙ oīa hōgenia in oīb⁹ hōgenijs mixta sūt ꝓpter id qđ oīa ex oīb⁹ videbāt fieri. ¶ Si āt q̄riꝛ q̄re vnū hōgenioꝝ denoiaꝛ ab vno ⁊ alterū ab altero: ꝗ oīa sūt in oīb⁹: dī. n. vnū aq̄ ⁊ alteꝝ sanguis ⁊ tertiū medulla: ⁊ sic de alijs: dicebāt ꝙ nomē accipiūt ab eo qđ supabundat in eis ⁊ cōtinet alia in forma sua: eo ꝙ plures hʒ ptes in mixtura cōi que īfinita sunt ꝑm numeꝝ suaꝝ partiū. ¶ Dicūt. n. ꝙ nullū totuz sincere est albuz aut nigrū: aut dulce: aut caro: aut os: aut aliqd alioꝝ qđ est hōgenioꝝ. S3 vnūquodq3 vr ⁊ iudicaꝛ ꝑm denoiationē illud eē de quo plus hʒ ꝑm mixturam rei homogenioꝝ.

Tex. c. 34.

¶ Cap. 12m. Et est disgressio dclarās explanationē haꝝ opionū q̄ dicta sunt vt intelligaꝛ ea que obijciēda sunt ꝯ eos.

Vt aūt intelligaꝛ que obijciēda sūt ꝯtra istas opiones ītelligēdū est in quo ꝯueniūt ⁊ in quo differūt: ⁊ qd ponūt. Cōueniūt āt in hoc ꝙ ex nihilo qđ est absolute ⁊ simpl'r nō ens nihil fit: ⁊ iđ oȝ ꝙ q̄libȝ res fiat ex aliquo qđ est aliqd sue eēntie formalis. Illđ āt qđ est aliqd sue eēntie formalis aut est ītra māz: aut est extra ipsaz. Si āt ponaꝛ extra ipsaz: tūc opȝ ꝙ sit lux datoris formaꝝ: qui est ītelligētia irradiās sup māz eoꝝ que fiūt ⁊ sicut lux solis icorpata supficiei corpis nō pui3 est vna ⁊ facit multos colores ꝑm diuersitatē supficiei: q2 si est clara facit albū. ⁊ si est opaca facit nigrū: ⁊ si est media facit colores medios: ita lux ītelligētie cū sit vna facit formas diuersas: ꝑm diuersitatez ꝓportionis māe: ⁊ hec fuit positio Platonis ⁊ ante eū Pithag. Et iđ dixit ꝙ magnū ⁊ puū sūt mā: q2 q̄titates ꝯstituūt ex ꝓportione magni ⁊ pui: ⁊ vnū est forma qđ ē lux datoris formaꝝ. ¶ Si āt id ex quo est res qđ est aliquid eēntie rei gñande siue fiēde sit ītra māz: tūc diuersificabanꝛ opiones in tres sectas phoꝝ. Quidā. n. dicebāt ꝙ cōpositio est duplex: ⁊ vna eaꝝ est ꝑor alia. ¶ Est. n. cōpositio ⁊ homogenioꝝ ex homogenijs sicut man⁹ ⁊ pes cōponiꝛ ex carne ⁊ neruo ⁊ osse: ⁊ silibus alijs. Et vlteri⁹ homogenia cōponuntur ex elemētis: ita ꝙ in ꝯstitutiōe homogenioꝝ mixtoꝝ cōueniūt elemēta. Et illi dixerūt formas elemētoꝝ eē semina oīuz formaꝝ: ⁊ qñ semina ꝯueniūt ad ꝯuenietia sibi s3 ꝓportionē mixture: tūc ꝯstituūt hōgenia q̄ sūt sanguis ⁊ os ⁊ silia. ⁊ hoc mō dixit Empe. ⁊ iđ dixit ꝙ in elemētoꝝ mixtione saluanꝛ forme elemētoꝝ ⁊ nō corrūpunꝛ: ⁊ pcipue ignis qui ꝓpter vim actiuā in nullū trāsmutaꝛ elemētoꝝ: eo qđ nō viciꝛ vt dixit q̄litas ei⁹ ⁊ cū misceꝛ elemēta ꝯstituūt homogenia sed nō sunt colligata: ⁊ iđ sūt sicut germana ad germanitatē nō adducta: vñ Empe. dixit ꝙ in mixto multoꝝ germanoꝝ capita sūt sine ceruice colligāte capita corpis: ⁊ postea p amicitiā faciētē ꝯuenire germana fiūt ⁊ homogenia: ita ꝙ germana manui veniūt ad manū: ⁊ germana hoī ad hoiem: ⁊ sic de alijs a toīs ⁊ ptib⁹ ⁊ hōgenijs. hec igiꝛ fuit positio Empeđ. ¶ Fuit āt positio Anaxag. ꝙ silia in ptib⁹ q̄ dicūt hōgenia sint ꝑncipia pma: q2 ipse dicebat hec ꝑora esse elis: ꝓp id qđ videbat ꝙ mā ꝑm sui subaz separata est a ꝯrijs: silia āt minus hūt de ꝯrietate q̄ elā: ⁊ iđ dicebat ptes hōgenias cōpositoꝝ esse ꝑncipia mālia eloꝝ. Et ꝙ ponebat ꝙ oīa sūt in oībus actu s3 latēt qđ ⁊ iđ dixit ꝙ caro est in ligno: ⁊ ecōuerso: latet āt in eo ꝙ minoꝝ est ptiu3: in eo āt appet qđ est ptium maioꝝ: ⁊ iđ iste nō dixit ꝑncipia mālia eē q̄tuor: sic Empeđ. s3 poti⁹ īfinita p numeꝝ: ⁊ qđlibet ꝑncipioꝝ eē in quolibȝ: ⁊ fieri qđlibet ex quolibet. ex quo sequiꝛ qđlibet esse ꝑncipiū ad alteꝝ: ⁊ ꝑncipiatū ab illo: ⁊ gñationē dixit alterationē. ¶ Qđ ēt dixit Empe. sed aslr ⁊ alr. q2 Empeđ. dixit ꝙ nō fit nouū. sed qđ est sparsuz in seminib⁹ colligiꝛ ad germana: ⁊ hoc collectū ꝯstituit formā gñati: iste āt dicit ꝙ homogeniū latēs exit ad manifestū: ⁊ aliđ aslr ⁊ tertiū: ⁊ sic de alijs ⁊ hec ꝯstituūt ⁊ homogeniū cōpositū ex homogenijs: ⁊ hec ē gñō tei vt dic. Secta āt Arist. ⁊ pipatheticoꝝ est ꝙ oē qđ fit ē in eo ex quo fit in potētia q̄ nō est nisi forma: q2 potētia ē habitualis que est eēntia forme pfecta: ⁊ q̄si forme icboatio ⁊ fit q̄si ꝓduciꝛ ad actū p gñōnē ⁊ nos hic de his pōnibus nō ītēdimus disputare: s3 in meta.ca disputabimus de ipsis ostendētes qđ habeāt veritatis: opio tñ Empedo. ptinet ad gñationis elemētoꝝ sciaz: ⁊ ideo de ipsa in libro de gñōne ⁊ corruptione determinādū erit. Sed ꝯtra Anaxago. disputabiꝛ eo ꝙ ipse ponit principia infinita: ⁊ nos hic de principijs intendimus determinare in quo sunt numero.

¶ Cap. 13m. De destructione opinionis Anaxag. in eo qđ posuit principia esse infinita ⁊ qđlibet esse in quolibet.

Tex. c. 35.

SI ergo Ponaꝛ ꝑncipiū eoꝝ que sunt entia esse infinitū opȝ ꝙ sit ignoratū: q2 hʒ multitudinē in numero ⁊ ꝑm magnitudinē in ꝯtinuo acceptū infinituz est q̄ttū quoddā ignoratū. Infinitū ꝑm numeꝝ specieꝝ suaꝝ est quale quoddā ignoratū his tribus modis. Anaxag. ꝑncipia dixit esse infinita: homogenea eni que sunt lapis ⁊ lignū ⁊ caro ⁊ sanguis ⁊ os ⁊c. huiusmodi infinita posuit esse multitudine: ⁊ cū multitudo eoꝝ sit a formis ⁊ spēbus suis: dixit ēt īfinita esse spe. Et q2 posuit generationē īfinitā ⁊ qđlibet fieri ex quolibet: iđ dixit qđlibet istoꝝ esse īfinitū magnitudine: q2 īfinitus sanguis est in aq̄: ⁊ ecōuerso: ⁊ īfinita caro in ligno: ⁊ ecōuerso: q2 aliter vt dixit in īfinito tpe nō semp aq̄ educereꝛ de sanguine ⁊ ecōuerso. ¶ Si aūt ꝑncipia sic sūt īfinita ꝑm multitudinē ⁊ speciem tūc īpossibile erit cognoscere totū cōpositū ⁊ homogeniū qđ fit ex similibus īfinitis. Nos. n. nō habemus cognitionē cōpositi ꝑm ꝙ cōpositū est aliā nisi qñ scimus ex qb⁹ ⁊ quot cōponētibus est: hoc aūt ideo ꝯuenit: q2 itellim opȝ trāsire sup dīas ⁊ ptes eius qđ intelligiꝛ si bene debeat cōprehēdi p intellectū: sed īfinitū ptrāsiri nō pōt: ⁊ ideo remanet nō ītellectū nisi ꝑm quid. sciꝛ eni iq̄ntū īfinitū est: vt in 3° huius scie libro determinabimus. ¶ Amplius necessariū est ꝙ totum sit īfinitū cuius partes sūt īfinite: tales. n. ptes dicimus esse toti⁹ cōpositi in q̄s cū īsūt toti diuidiꝛ totuz: ⁊ hoc mō pūcta nō sūt ptes ꝯtinui toti⁹: q2 in ea nō diuidiꝛ ꝯtinuū. Si āt totū ⁊ hōgeniū cōpositū ex silib⁹ sic est aīal vel plāta nō ē īfinitū īpoē est ptes siles ex qb⁹ cōponiꝛ ⁊ in q̄s diuidiꝛ eē īfinitas: opȝ. n. ꝙ q̄ttū ad diuisiōnē totū sit sīr sic ptes. Caro āt ⁊ os: ⁊ huiusmodi ptes sūt aīalis: ⁊ fruct⁹ sūt ptes plātaꝝ. Manifestū est ḡ ꝙ īpoē est carnē aut os aut aliqd taliū īfinitū esse magnitudie ꝑm maius vel min⁹: q2 opȝ ꝙ ēt cōpositū eēt īfinite puū vel īfinite magnū cui⁹ ꝯriū videm⁹ oclis. ¶ Amplius si oia hmōi silia in ptib⁹ īsūt in se īuicē: vt dixit Anaxa. ⁊ nō fiūt noua s3 poti⁹ segreganꝛ ab alijs qb⁹ īsūt. ⁊ sic ꝓcedūt ad aptū ⁊ denoīanꝛ a plurimo: cū tñ oīa sint in quolibet eoꝝ ⁊ si qđlibet eoꝝ fit ex quolibet eoꝝ sicut ex carne segregaꝛ aq̄ que inest ei: ⁊ ecōuerso ex aq̄ caro: manifestū erit ꝙ ꝯtinget aliqñ ꝙ nō qđlibet est in quolibet. Et hoc pȝ tali rōne: cum eni totū finitū sic erit ⁊ pars finita sicut cōstat ex rōne ante: hoc finitū recidi ⁊ segregari pōt a finito. Remoueaꝛ ḡ aliquāta caro ex aq̄: ⁊ iteꝝ postea aliquāta: ⁊ sic fiat semp tū sit finita caro in aq̄ opȝ ꝙ aliqñ stet segregatio ista: nō aūt stat nisi q2 tota caro iā remota est: ḡ tunc nō oē erit in qolibet: q2 in aqua remanēte post segregationē nō est caro. ¶ Si v° dicaꝛ ꝙ in scđa segregatione minor caro segregaꝛ ab aq̄ q̄ in pma: ⁊ sic semp minor in posteriorib⁹ segregaꝛ: istđ nō ipedit: q2 l3 semp minor sit cū nō tāto minor ē ꝙ excellat omnē puitatē: pua ḡ finita in carne segregata separāt totā carnez ab aq̄ ipsa. ¶ Si āt dicaꝛ ꝙ iđ nō stat segregatio: q2 caro est īfinita in aqua: hoc erit impossibile: q2 ꝯstat ad visum ꝙ ea que segreganꝛ sunt magnitudine finita ⁊ sunt equalia ⁊ totū est finituz. Sequiꝛ ḡ ꝑm hoc ꝙ equalia finita ꝑm numeꝝ que sunt in magnitudine finita insunt ei qđ magnitudie in-

Tex. c. 36.

Tex. c. 37.

Nō q̄ūo plato posuit magnū ⁊ puū ex pte māe ⁊ vnū ex pte forme. De ipsis ēt positionib⁹ vide copiose auerroe in comento 15°. 12. metaphysice.

finitū est. Infinitū ergo hȝ finitas ptes se numerātes qđ est impossibile: qꝛ sic sequeret̄ ꝙ infinitū esset finitum. ℂ Adhuc aūt si ꝯcedat̄ nobis ꝙ omne corpus a quo remouet̄ aliqua pars eius necesse est fieri minus fm quātitatē: cōstat aūt ex scđa supra habita ratione ꝙ carnis determinata est ꝛ finita q̄ntitas fm magnitudinē ꝛ puitatē: tāta enim pōt esse magnitudo ei⁹ ꝙ nō est caro ꝛ tāta pōt esse puitas ei⁹ ꝙ iterū nō erit caro: qꝛ nō pōt facē carnis op⁹. Manifestū est tūc ꝙ ex minima carne nullū corporꝫ similiū nāliū segregari poterit. Si.n. detur ex minima carne aliqđ segregari opꝫ ꝙ segregatum sit minus q̄ illud ex quo fit segregatio: ergo erit aliqđ minus minimo. Lȝ enī in continuo mathematico non sit accipere minimū: tū in physicis corporibus minimū accipit̄ ꝛ maximū: qꝛ oium nā ꝛ ꝯstantiū terminus quidā est ꝛ determinata rō magnitudinis siue dimēsionis in paruitate ꝛ magnitudine: hoc aūt pbabimus in primo libro de gnatione ꝛ corruptione. In his que dicturi sumus ꝯtra Democritū ꝛ Leucippū. ℂ Amp. cū quodlibet sit in quolibet opꝫ ꝙ in infinitis similibus corporibus insit infinita caro ꝛ cerebrū infinitum ꝛ medulla infinita: ꝛ in istis que dicta sunt: ꝛ alia silia corporꝫ infinita sūt: ꝛ hec oīa infinita sunt distincta in loco ꝛ formis: qꝛ sunt que sunt fm suas spēs lȝ sint in aliis: ergo infinitū infinities est in q̄libet aliorꝫ: ꝛ hoc est irrationabile valde: nō enim indigemus in nā ꝙ sit infinities vnū infinitum in quolibet cū semel infinitum inesse sufficiens sit. ℂ Qđ aūt obijcitur ab Anaxag. ꝙ vnū ab alio neq̄ aq̄ sit segregādū: sed semp remaneat fm aliqđ in ipso lȝ sit verꝫ: de aliqbus tū nō est dcm̄ sciētis causam dicti. Dixit enim hic Anaxag. ideo qꝛ putabat id qđ est infinitū fm totū ab eo cui in est extrahi nō posse: ꝛ hoc insciēter dcm̄ est sicut pȝ ex pdictis: sed dcm̄ verꝫ est de passionibus que sunt accītia. Ille enī nō sūt separabiles a subiecto. Si igit̄ colores ꝛ habitus ꝛ accidētia alia dicant̄ esse mixta sicut dicit Anaxag. ꝛ ꝙ segregent̄ sicut alia homogenia: tūc opꝫ ꝯcedere ꝙ aliqđ sit albū fm ꝙ albū ꝛ sanatum fm ꝙ sanatū cū alterꝫ nihil qđ sit sbꝫ istorꝫ: ꝛ ꝙ ista denoīatiue de subiecto non dicunt̄: qđ est falsum. ℂ Ex oibus his igit̄ clarꝫ est ꝙ intellectus Anaxag. est incōueniēs ꝛ querēs ipossibilia qñ vult segregare que nullo mō segregabilia sūt neq̄ fm quātitatē: neq̄ fm q̄litatē. Si.n. fm quātitatem fit segregatio minus semp erit segregatū q̄ id vnū segregat̄: ꝛ tūc minus minimo qđ est incōueniēs sicut supra ostēdim⁹: si aūt fm q̄litatē vult segregare: erit ideo incōueniēs: qꝛ accidētia isepabilia sint a subo sicut vltimo oñdimus. ℂ Peccat aūt etiā Anaxag. in cā sue positionis: putabat.n. ꝙ nūq̄ gnat̄ aliqđ nisi ex simili sibi fm spēm: ꝛ ideo ponit oīa in oībus fm spēm. nos.n. videmus ꝙ nō tm̄ fit simile in specie ex simili: sed etiā dissimile ex dissimili. Diuidit̄.n. p gnationē aliqñ lutū in luta que sunt similia in spe luto: ꝛ aliqñ nō est idē modus gnationis in alijs qbusdā: fiūt.n. lateres ex luto ꝛ est aliquo mō silis gnatio ex sili. ꝛ fit dom⁹ ex laterib⁹: ꝛ est gnatio dissimilis ex dissimili: ꝛ hoc nō est tm̄ in artificialib⁹: sȝ etiā in nālibus: qꝛ aer fit ex aqua sibi dissimili ꝛ ecōuerso. ℂ Dignius aūt est pauciora ꝛ finita principia accipe vñ mō ex his causari possint nālia q̄ infinita: ꝛ est hoc verꝫ. dic̄ Empedo. ꝙ finita pncipia ponunt̄ rerꝫ nāliū. ℂ Argumentabat̄ enī Anaxag. dicēs ꝙ si ex nihilo fit nihil opꝫ ꝙ ex aliquo fiat aliquid: aliqđ dico cuius suba ꝛ spēs sit in eo ex quo fit: qꝛ aliter id ex quo fit nihil esset eius qđ fit. Si āt ex aliquo fit aliquid nolebat inferre ꝙ cadē rōne fiūt ex multis multa ꝛ ex infinitis infinita: sȝ ea ex qbus fiūt que fiūt sunt pncipia: ergo pncipia sunt infinita: hoc aūt nō opꝫ qm̄ multitudo que est in pncipiatis ad paucitatē que est in principijs reducit̄: ꝛ in hoc melius dixit Empedocles q̄ Anaxag.

ℂ Tractatus tertius primi libri physicorꝫ de principijs fm sententiam veram.

ℂ Capl'm primum. Qꝛ principia sint contraria falsa.

T. c. c. 58. Incipientes igiẽ in vli dicimus aliquãdo ex alio fieri aliud sm mutationem in suba: ⁊ dicimus ex altero fieri alterum sm mutationẽ in accñtibꝰ: vtroqꝫ aũt istoꝝ modoꝝ possumus significare simpler ⁊ possumus significare cõpositum. Simpler autẽ significamꝰ dupliciter. s. subiectũ tñ supponẽtes vel priuationẽ siue alterũ cõtrarioꝝ supponentes. Cõpositũ aũt quãdo supponimus subiectuz cũ priuatiõe pmixtuz. Simpler eni subz dicimus fieri sicut qñ dicimus hõ fit musicus. Simpliciẽ aũt ꝑuationẽ dicimus qñ dicimus imusicus fit musicus. Cõpositũ autẽ sicut qñ dicimus hõ imusicus fit musicus: ⁊ sicut est ex pte subiecti qꝫ fit ista multiplex significatio: ita est eadẽ multiplicitas ex parte ꝑdicati qd est terminus mutatiõis. Dicimus eni hõ fit musicꝰ vel hõ fit hõ musicus sꝫ nõ dicimꝰ vel musicũ vel hoiem fieri hoiem: qa subiectũ nũqꝫ est terminꝰ mutatiõis vel motꝰ. Sciẽduz g̃ qꝫ cum ꝑpositio ex sit nota originis motꝰ ⁊ in origie motus aliqd obijciaẽ qd est priuatio nõ ꝑprie dicimus ex: nisi qñ supponiẽ priuatio simpr vel mã imixta priuatiõi: ⁊ ideo dr ex imusico fit musicus ⁊ ex imusico hoie fit musicus: vel ex imusico fit hõ musicꝰ: vel ex imusico hoie fit hõ musicus. Sꝫ cũ subijciẽ solũ subiectũ entis nihil in toto motu abijciẽ nõ recipit semp ꝑpõnem. vñ bene dr hõ fit musicus: sꝫ nõ ꝯueniẽter dr ex hoie fit musicuz vel hõ musicus.

Ex abs nũqꝫ ẽ terminꝰ motus aut mutatiõis qd vel ligo ꝑ se q̃ aꝑ accñs subz ⁊ terminꝰ motꝰ põt eẽ idẽ subto sic pꝫ 5. phy. cõ. 5. T. t. cõ. 59.

Pꝫ igiẽ ex his priuationẽ ⁊ subiectuz videri eẽ duo: qa vnum eoꝝ permanet alteꝝ nõ pmanet: ⁊ iõ in motu diuersa supposita diuersimode significanẽ: hõ entz permanet idẽ in motu. Jmmusicũ aũt nõ pmanet sꝫ abijciẽ cũ hõ imusicus fit musicus: siue simpler priuatio siue cũ subiecto cõposita ⁊ cõplexa significeẽ. Cũ autẽ significaẽ priuatio simpler põt poni sine ex ꝑpõne: vt dicaẽ imusicũ fit musicum

ficum sicut diximus: tamē magis ꝓprie significatur cū ꝓpositiōe qd̄ abijcitur ⁊ nō manet idē in toto motu. T.c.60. ¶ Si igit̄ aliquis subtilit̄ ea que dicta sunt inspiciat videbit ꝙ in oī motu aliqd̄ aliud a priuatiōe ⁊ habitu opꝫ subijci: ⁊ illud est qd̄ ꝓprie fit ⁊ permanet in toto motu: ⁊ lꝫ hoc nūero sit vnum p se ⁊ cū priuatiōe sumptū: tñ nō est vnū spē ⁊ forma. Si enim eēt vnum specie eēt idē rōne: qa specie idē ⁊ rōne idem ꝓ eodem accipimus. ¶ Qd̄ aūt hoc sit vez in exēplis prius habitis est accipere: qa lꝫ idē subtm̄ sint hō ⁊ imusicum: tñ est alia rō hoīs ⁊ alia rō imusici. g̃ ⁊ alia spēs ⁊ forma vtriusqꝫ penes quā sumit̄ rō. Cōstat eni ꝙ nō est vna spēs ⁊ rō ꝑmanētis ⁊ nō ꝑmanētis: id eni qd̄ neutri ꝯrioꝝ oppositū est sicut subꝫ illud ꝑmanet ⁊ alteri ꝯrōnis in motu ꝙ̄ id qd̄ est vnū oppositoꝝ in motu ⁊ non permanet in toto motu: sicut hō ꝑmanet qui subijcit̄ musico ⁊ imusico: sed musicū ⁊ imusicū nō ꝑmanēt sed vno adueniēte per motū abijcit̄ alterū ⁊ hoc sil̄r est in cōposito mō significatis: qa lꝫ vnū sit numero qd̄ supponitur qñ dr̄ imusicus hō fit musicus tñ priuatio abijcit̄ ⁊ subiectum manet. Et ideo altera sunt spē hō ⁊ imusicus hō. inquātū est imusicū qdd̄az. T.c.61. ¶ Lꝫ autez sic nuper diximus ex aliq fieri aliquid in nō permanētib⁹ magis ⁊ cōuenientius ꝙ̄ in permanētib⁹: sicut diximus ex nō musico fieri musicū: ⁊ nō dicimus ex hoīe fieri musicū: tamē ēt aliquādo dicimus in permanētib⁹: ⁊ hoc ꝑcipue quādo in noīe subti ꝑmanentis importat̄ priuatio ad formā que est terminus mutatiōis sic cuprum se habet ad statuā ꝓm se sed per artē accipit figurationē: ⁊ ita se hꝫ semen ad id cui⁹ est semen. ⁊ iō dicimus ex ere fieri statuā ⁊ ex semine aīal: ⁊ nō dicimus es fieri statuā vel semen fieri aīal. ¶ Vterqꝫ autē modus dictus est conueniēs opposito nō permanēti in motu: qa in ipso diximus ex hoc fieri hoc: ⁊ dicimus hoc fieri hoc verbi grā: qa dicim⁹ ex imusico fieri musicū: ⁊ dicimus imusicū fieri musicū: ⁊ in cōposito cū priuatiōe sil̄r obseruat̄ vterqꝫ modus: qa ⁊ dicimus ex imusico hoīe fit musicus: ⁊ imusicus hō fit musicus: sed vnum illoꝝ dr̄ grā subti: ⁊ alterū gratia priuatiōis vt diximus: qa lꝫ dicamus imusicū fit musicum: supponit̄ tamen ibi subiectū qd̄ idē nūero est cū imusico lꝫ rōne sit differēs: ⁊ iō subm̄ q̄dāmō est vnū ⁊ q̄dāmō duo ⁊ qdem est in oī fieri. T.c.62. ¶ Dr̄ eni fieri multipl̄r: qa quedā nō dicunt̄ simpl̄r fieri sed potius dicunt̄ ꝓm aliqd̄ fieri. sic ea que alterant̄ vel augent̄ vel diminuunt̄. q̄dā autē dr̄ simpl̄r fieri sic sube qñ gñant̄: alia aūt dr̄ ꝓm qd̄ fieri: ⁊ nō simpl̄r ⁊ manifestuꝫ est ꝙ in oī fieri est necesse aliqd̄ subijci qd̄ fit res aliq̄: ⁊ hoc manifestū est in mutatiōib⁹ accñtiū. qa q̄ntuꝫ ⁊ q̄le ⁊ vbi nō fiunt nisi in sbto aliq̄: ideo sola suba ē que nō est in subto sic ꝙ indenominatiue sit ꝑdicata oe ipso ⁊ nō sit in eo sic quedā ps. Alia aūt oīa denoīatiue dr̄t oe suba ⁊ sunt in ipsa sic in subiecto ⁊ nō sic pars q̄dā eē ipsi⁹. ¶ Qd̄ aūt ēt sube cū fiūt ex q̄dam subiecto fiāt diligēter ꝯsiderāti fiet vtiqꝫ māifestū. semꝑ eiꝫ aliqd̄ ē subm̄ i ipso fieri subaꝝ ex q̄ fit qd̄ fit sicut cū plāte: ⁊ aīalia fiūt ex semie subijcit̄ mā ex ꝑuatiōe ꝓcedēs ad habitū: sed est dr̄a qa in mutationib⁹ accñtiū subijcit̄ id quod simpl̄r est subiectū. Jn mutatiōe aūt substāriaꝝ subijcit̄ subiectū qdd̄ā: subiectū eniꝫ ē ens in se cōpletū p formā substātialē ⁊ mām que ē cā accñti exñti in eo lꝫ mā que subijcit̄ generatiōi substātie nō ē ens cōpletū i se ſꝫ in po^a est ⁊ subijcit̄ nō accñti ꝑ^a ſꝫ forme substātiali: ⁊ iō ē subiectū qdd̄ā. T.c.63. ¶ Similit̄r aūt illa que fiūt simpl̄r sic substātie multipl̄r fiunt alia eni illoꝝ fiūt trāsfiguratiōe sic̄ que ex isignato eē figurant̄: sic fiūt statue imagis ⁊ idoloꝝ. Alia aūt fiūt appōne siue additiōe partiū sic̄ que augent̄ p extrinsecā appōnē sic̄ mons q fit ex additiōe terre super terrā per diluuium vel per aliam cām. quedā ēt fiunt abstractiōe pacciuꝫ q̄cūdā sicut figura incisionis sicut quādo ex lapide sculpitur forma Mercurij vel Jouis. Quedā autē fiunt cōpōne quadā diuersoꝝ vt domus: quedā autē alteratiōe sicut illa quoꝝ mā per actionez qualitatum ꝑmaꝝ cōuertit̄ sicut ex semine fit caro ⁊ os ⁊ ex luto fit later ⁊ in oībus huiusmodi manifestū est qd̄ dixim⁹ T.c.64. ꝙ oīa vꝫ fiūt ex substātijs que subijciunt̄ fieri ipsoꝝ. ¶ Vñ ex oīb⁹ que dicta sūt est ostēsuꝫ ꝓ hoc qd̄ fit semꝑ est cōpositum ex mā ⁊ priuatiōe: qa cū fit aliqd̄ qd̄ fit simpl̄r ⁊ aliquid qd̄ fit hoc siue ꝓm qd̄ ⁊ nō simpl̄r semꝑ est in eo dupl̄r qd̄ fit. s. subm̄ ⁊ oppositū habitui qd̄ est priuatio. Dico eni in eo sterili qñ hō fit musicum oppositum habitui nō musicum ⁊ subijci hoīem. Sil̄r autē quādo fit figuratum opponit̄ ifiguratio ⁊ subijcit̄ vel aliud aliqd̄: ⁊ sil̄r qñ aliqd̄ fit ordinatiōe opponit̄ inordinatio. ⁊ subijcit̄ subiectū ordis ⁊ inordinationis. Ex sil̄r opponit̄ informatio formatiōi ⁊ sic de alijs: es autez ⁊ lapis ⁊ aurū ⁊ huiusmodi que formant̄ ⁊ figurant̄ sunt subiecta manētia in toto fieri. T.c.65. ¶ Manifestū est igit̄ ex his que dicta sunt ꝙ eē ⁊ principia eoꝝ que nā sunt ⁊ fiunt nā ⁊ non ꝓm accñs sunt in numero illo in quo sunt ea ex qb⁹ fiunt nālia per se ⁊ nō ꝓm accñs. Cōstat aūt ē ꝙ vnūquodqꝫ qd̄ fit ſꝫ ꝙ fit ex subiecto māli ⁊ forma. ⁊ hoc est videre i eo qd̄ fit ſꝫ accñs qa musicus hō cōponit̄ q̄dāmō accñtal̄r ex subiecto hoīe ⁊ musico cui⁹ ꝓbatio ē qa si tu resoluas rōnē hoīs musici resolues ipsaꝫ in hoiem ⁊ musicum: sed ex eisdē cōponit̄ cōpositum in que resoluit̄. ergo ex illis cōponit̄ ⁊ fit ex his: ⁊ sil̄r in cōpositis substātijs que fiunt ex hoc ꝙ mā accipit formā per motuꝫ: ⁊ ꝓm hoc videbit̄ duo esse principia ei⁹ qd̄ fit formā ⁊ māꝫ. ¶ Unde si ꝑmu rō est vera qd̄ subijcit̄ ē mā ⁊ imixta māe: priuatio ⁊ forma accipit̄ per motum: videbitur ꝙ tria sint principia. s. mā ⁊ forma ⁊ priuatio: ⁊ si hec vltima ratio est vera ꝙ principia sunt que cōponunt rem factam videbitur duo esse principia tm̄. s. materiam ⁊ formam. Et sic patet qd̄ supra diximus dubitationem vꝫ esse multam vtrū duo vel tria sint principia rei eius que fit naturaliter.

¶ Cap. 9^m. Qualr̄ principia sunt duo ⁊ qual̄r tria.

Redeamus Ergo adhuc ⁊ videam⁹ ex his que dicta sūt vtruꝫ sint duo aut tria ꝑncipia. T.c.66. ¶ Dictu autē ꝙ cū semꝑ mā imixta priuationi subijciat̄ vt diximus. ⁊ ipsa sit subm̄ ei⁹ qd̄ ē fieri ⁊ moueri erit ipsa absqꝫ dubio numero vna ⁊ specie duo. hō eni ⁊ aurū ⁊ vl̄r oīs mā sbta mutatiōi ⁊ motui numerabil̄r est in numero ꝑncipioꝝ. ipsa eni iter ꝑn^a magis est hoc qd̄ subsistit ⁊ hoc aliqd̄ qd̄ est cōposituꝫ qd̄ sit nō ꝓm accñs sit ex ipsa qa ipsa est saluata in suba ei⁹: ⁊ ꝯstituit ipm̄ sic ps ei⁹ eēntialis. ſꝫ priuatio que est ꝯria habitui nō ē ꝑn^m saluatū in eo ꝙ ē hoc aliqd̄. ſꝫ est ꝑn^m ei⁹ ſꝫ accñs hoc est inq̄ntū factū ē ex ipo ita ꝙ ꝑpositio ex nō notet nisi ordinē in fiēdo. qa post ꝑuatiōnē abiectā idurta ē forma in mām. sic g̃ mā vnita ē ꝑn^m subale ei⁹ qd̄ fit. Spēs aūt ēt vna cā est ens qd̄ fit ꝯstituēdo ipꝫ sicut ordiatio aut musica aut aliud huiusmodi eoꝝ que hñt habit⁹ ꝑfectiōis ꝑdicationē. T.c.67. ¶ Vñ ꝯtingit quodāmō duo dicēda eē ꝑn^a ⁊ quodāmō tria ⁊ conuenit quodāmō dicēda eē ꝯria ꝑn^a sicut musicū ⁊ imusicuꝫ ⁊ calidū ⁊ frigidū aut ꝯsonās ⁊ icōsonās ⁊ quodāmō nō sunt ꝯria. qa sola mā cū forma p se ⁊ substātial̄r sunt ꝑn^a entis ei⁹ qd̄ fit: ⁊ sicut diximus in phicis sꝫ ꝯria abstracta a mā ꝓm se accipiācur ipossibile est pati ꝯria ab alterutris. Et iō soluit̄ hic qñ mā eōis subijcit̄ neutri ꝯrioꝝ est ꝯtraria. q̄re nō cōuenit dicē ꝙ plura ꝯrioꝝ ꝙ̄ dcm̄ est sine ꝑn^a quodāmō: qa vno mō sūt ambo ꝯtraria pricipia ſꝫ diuersis modis: ſꝫ ꝯuenit duo dicē esse principia numero: nec iteꝝ sunt penitus duo eo ꝙ alterū est esse materie ꝓm se ⁊ priuatiōi imixte. ⁊ hoc mō sunt tria spē ⁊ rōne nō numero: qa alteꝝ est eē hoi ⁊ nō musico qñ motui subijcit̄ nō musicus hō: ⁊ alteꝝ est esse eri ⁊ ifigurato qñ motui subijcit̄ es infiguratuꝫ. Documentū ¶ Sciēdū enī ꝙ sicut in añhabitis diximus priuatio ꝓm ꝙ priuatio nihil ponit: ⁊ tñ nō est reducibilis in oīno nihil eo ꝙ relinqt aptitudinez in subiecto gratia cui⁹ efficit̄ ꝑn^m motus: que qdē aptitudo abijcit̄ cum adepta est mā formā lꝫ remaneat iteꝝ in mā priuatio ⁊ aptitudo ad formā aliā: ⁊ gratia illi⁹ priuationis que imixta est māe supra ostēdimus ꝙ mā subijcit̄ motui ⁊ mutationi qa aliter nō saluaret̄ ꝓcessus ⁊ fluxus alicuius essentie in terminum mot⁹. oīs autē mutatio ⁊ mot⁹ est qdd̄am ens formale fluens ad terminuꝫ qui est ꝑfecti mobilis inquātuꝫ mouet̄ ad ipm̄: suba eni materie non fluit sed ꝑmanet. qa si flueret tunc mā de po^a exiret ad eē materie: ⁊ oporteret tūc ꝙ materie eēt mā. ⁊ potētie po^a ⁊ essent in omni gñatiōe duo flux⁹. vnus qdē materie vt efficeret̄ mā: ⁊ alter forme que educeret̄ ad actuꝫ. Ex oīb⁹ igit̄ his sequit̄ ꝙ mā non subijcitur motui nisi inq̄ntū imixta est priuatiōi vna numero cuꝫ ipsa ꝓm ꝙ vnuꝫ nūero est vnū accñte. sic dcm̄ ē in exēplis hoīs imusici vel eris infigurati. Jndiget eni mā priuatiōe nō ꝓm se. vel inquātum est alteꝝ cōponētiuꝫ in cōposito. ſꝫ inq̄ntum subijcitur mutationi ⁊ motui. ⁊ ideo vnū nō numerat̄ in rō-

ne principij motus sine alio. pp qd vnum numero dicunt pncipium. qa cum mã separabilis est ab hac priuatiõe: z illa ẽt tõtiue abijcit eã in motu: z est in toto abiecta qñ cõiuncta ẽ forme. ideo necesse est q alter sit eẽ multiplex materie. z alterũ priuatiõis z q differãt spe principiorum. lz nõ sint spẽs sm se: z hoc mõ dcm est q sunt tria pñcipia spẽ z duo sm numerum. z nõ itelligit de numero eẽntiarum. qa alia est eẽntia priuationis z alia materie sz potius de numero principiorum in eo q principiãt motum. Nõ eni principiãt ipm nisi inqntum sunt sibi permixta z eadẽ nũero z subiecto per eẽ diũa. forma aũt pñm est sm se prima sz rõnẽ z intẽtionẽ: z iõ illa semp numerat numero principij. sic ẽt pz quast res p accñs fit ee priuatione. qa nõ nisi inqtum accipit eẽ per motũ z mutationem sz ex mã accipit eẽ per se inquãtum est cõposita absolute: qr mã manet in ipsa. sz priuatio trãsit. Sũt aũt multi alr de dictis loquẽtes. sed qa nõ bñ dicunt iõ nõ facio de dictis eorum mm tionẽ. ¶ Dcm est igit de oibus pricipijs q̃tcũqz sunt circa generationẽ corporum phicorum z dcm est qño sũt tot q̃t dicta sũt: duo vz vel tria: z est ostẽsum qm subijci opz aliqd 3rijs: z q opz 3ria prima duo eẽ. z ita tria esse pñ sm spẽm z rõnẽ. Et ostẽsum est iterum q quodã aliomõ nõ est necium eẽ duo 3ria pricipia: qa vnũ eorum q est sic habilis sufficiẽs est absẽtia z pñsentia facẽ mutationẽ: z priuatio nõ exigit ad hoc q p se sit pñm motus sz tñ ad hoc q sine ipsa mã nõ põt subijci mutatiõi. non eni põt esse pñm alicui qd abijcit ab ipso qñ pcedit ad eẽ per pñm suũ. sz priuatio abijcit a re que fit quando pcedit ad eẽ per pñm ipsius. g nõ est pñm nisi sicut dcm est per accidẽs. qa s. mã nõ põt esse pricipiũ nisi imixta ei. z hoc modo duo sunt pricipia per numerum pricipiorum rei facte sz vnũ ipsorum est duplex sm eẽ z spẽm vt prius dcm est ¶ Mã autem subiecta in motu que pñm est rei facte nõ est scibilis per se sz potius per analogiã hoc est pportionẽ z pcipue si per silitudinẽ accipiant nãlia ad artificialia. qa sicut in artificialibus es hz se ad statuã: z lignũ ad lectum vel archã in eo q sustiner formã artificialẽ aut aliorum aliqd qd hz formã artificialẽ ad informe sm artis formã se hz anteq̃ artis formã accipiat: sic ipsa pma mã se habet ad substãtiã genitã siue ad hoc aliquid z ad id qd perfectum est in nã: qr ipsa est informe qd sustinet formã substãtialẽ. z per 3ñs oẽs alias formas essentiales. vñ hoc pñm vnum est subto. cũ tñ nõ sit vnum sz rõnem: est eni vnum numero id qd informe sz aliud esse ipsius sm id quod est z aliud sm q informe est lz non subijciatur motui nisi inquantum informe est. Dico autem sm qd est nõ quia sic sit sicut hoc aliqd qd est pfectum in nã z cõpositũ sz qa est sic hñs eẽ mãe qd est eẽ in po z nõ in pfectiõe: vnum ẽt in numero pricipiorum ẽ id qd est forma a qua sumit rõ rei sz diffinitũ esse. oẽ eni q vere pñm est mobilis pñm est sic subiectum motus vel sic finis. ¶ Qd autẽ abijcit a motu non põt numerari iter pricipia. Sz qa per ipm mã subijcit motui: iõ ẽ aliqua spẽs z rõ pricipij hoc aũt ẽ 3rium forme qe est sic habitus siue pfectio eius qd fit: z iã dcm est in supiorib quast hec sunt duo z quast sũt tria. ¶ Ex his aũt pz solo duorum dubitabilium quorum vnũ est q̃re potius mã vnum nũero dr cum priuatiõe q̃ cum forma: cum ita vnibilis sit forme in cõposito is finẽ motus sic vnit priuatiõi an finẽ motus. huius. n. cã est qa nõ dr secum vnum numero ita q nõ numerent esse due eẽntie q̃ sunt mãe z priuatiõis. sz iõ qa hec duo nõ numerent diuersa pricipia cum vnũ eorum motui nõ subijciat nisi gratia alterius: z iõ priuatio nõ referet ad motum per se sz potius qa ẽ materie rõ q̃dã per quã subijcit motui. forma aũt per se desiderat in motu. ¶ Alterum aũt est quast pricipia sint tria z quast duo. Si. n. pricipia dicant q̃ ad pricipiatũ motum duo sunt tñ: qa pricipiãs motũ vna numero est mã imixta priuatiõi z forma que ẽ finis motus. tria autẽ sunt si debeat nũerari eẽ pricipiorum sm principiorum eẽntias z nõ sm q principiãt motũ qa sic mã duplex hz esse principij s. subiecti z priuatiõis. ¶ Primũ igit qd dcm est de pricipijs est: q 3ria opz eẽ principia: postea aũt pbatũ est q necesse est ẽt aliõ eẽ principium qd subijcit vtrisqz 3riorum: z sic necesse ẽ eẽ tria ex illis duobus. Nunc pbatum est q diũa est 3riorum: qa vnum illorum per se est pricipium rei mobilis: z alterum tñ sm q est rõ qua mã subijcit motui z nõ p se. Ex hoc eni pz quast pricipia se habeant adiuicẽ: z qd ipsorum sit subm: z qd nõ. Sz nondũ habitum est vtrũ id qd est spẽs z forma sit magis suba vel subm qd ẽ mã. hoc enim in prima phia pscrutandum est. Sed habitũ ẽ q principia sunt tria sm eẽ z duo sm numerum pncipiãtium motum. z ostẽsum est qño z qs sit motus eorum. Qd igit ista sint principia: z que sint ex his que dicta sunt consideretur.

¶ Cap. 10m. Et est dis. declarans vtrũ pñm dicat ex equo vel per prius z posterius de materia forma z priuatione.

Ex dictis aũt oñr qd nõ dissimulãda qa cum dcm sit tria eẽ pñ motus z rei mobilis in eo q est mobilis queri põt ab aliquo vtrũ ipsa ex equo sit principium ¶ Dixerunt eni alij Phi pñ eẽ tñ duo sic Plo z aliorum qdam vtentes his rõnibus: qa qd nõ est pñm esse nõ põt. priuatio autẽ nõ est: z ita non videt esse pñm. ¶ Adhuc aũt qd nõ est pñm nisi p accñs nõ numerat absolute inter pñ: sz priuatio nõ est pñm nisi p accñs vt dcm est. g nõ absolute numerat iter pñ. Non enim est pñm nisi inquãtum mã per ipm subijcit motui vt dcm est. ¶ Adhuc autem qcqd pñm est hz numerum iter pñ: sz priuatio nõ hz numerum iter pricipia g non est pñm. videt g friuola eẽ rephẽsio qua rephẽdit alios q nõ posuerunt priuationẽ eẽ pñm. ¶ Econtra autẽ pñm videt eẽ priuatio. qa sicut nos supra eẽ ostẽdimus id qd fit nõ fit ex quolibet sz p se fit ex contrario qd est priuatio. p accñs autẽ fit ex eo qd non est 3riũ: sicut album per se ex non albo qd est nigrũ. p accñs autem ex musico si musico accidat eẽ nigrum: sed hoc est pñm ex q p se fit id qd fit. g priuatio est pñm. ¶ Adhuc autẽ opposita videbit sm hoc dixisse eius qd supra determinatum ẽ q ex priuatiõe per se fit id qd fit. postea aũt diximus q ex mã p se fit id qd fit ex priuatiõe aũt p accñs. ¶ Ad oia autẽ her dõz sz Auic. q pñm per prius z posterius dr de mã z forma z priuatione: si eni priuatio accipiat duplr vt diximus s. p ea pte qua nihil ponit z p ea qua relinqt aptitudinẽ in subto que est incboatio forme in ipso: in qua ichoatiõe forma est in po formali vtroqz mõ ipsa sm aliqd pñm est. Sz si accipiat p carẽtia forme que nihil ponit nõ hz rõnẽ principij nisi vnã. s. q ipsa nõ est ex alio sz alia sunt ex ipsa. ita q ppositio ex non dicat nisi ordinẽ: qa tunc res facta accipit formã postq̃ nõ hz ipam. sed ipsa hoc mõ 3siderata est pñm motus sm q primũ est a q̃ nõ 3uertit 3ña: qa qcqd mouet ad actum pcedit ex priuatione ipsius sed non cõuertit: qa qcqd est in priuatione q moueat ad actum priuationi illi oppõm. z hoc modo priuatio dr esse principiũ a quo est motus z cuius eẽntia nõ saluat in ipso motu vel mobili. ¶ Si autẽ priuatio sumat p aptitudie quã relinqt in subto sic iterum est principium vnũ numero cũ mã diuersum in eẽ z iquãtum qdẽ est aptitudo ad formã 3tinue pficit. z iquãtum est res quedã formalis manet z cõplemẽtum accipit in actu sic diximus supra. z sic dr spẽs principij q̃dã l. sepatum a mã nõ numerat iter pñ sz pñ manentia in motu z numerata numero pncipiorum sũt mã z forma z forma qdem magis est pñm q̃ mã que sm rõnem prior est ipsa lz tẽpore sit posterior: z pp ipsam moueat mã ab efficiẽte z materia in motu suo desideret formã sicut inferius manifestabit. pmo ergo pñm est forma z posterius mã: postrema autem priuatio. ¶ Qd ergo obijcit q priuatio non sit: z iõ non possit esse principiũ. dicẽdum q lz non sit priuatio inq̃tũ est q̃dam negatio habitus: nõ eñ reducibilis est in oino nihil. qr relinqt subm z aptitudinẽ: z quo ad hoc aliq̃ mõ hz rõnem principij. ¶ Et qd dr q ex ipsa fit res per accñs dõm q per se dr duplr. s. q est rei subalis: z sic per se opponit ad per accidẽs: z per se dr q est sm ipm. z sic opponit ad id qd est p per aliud: z primo qdẽ mõ nõ per se est priuatio pñm eius qd mouet z fit sed potius per accñs: qr nõ manet in eo qd fit sz efficit pñm per mãm cui est imixta. alio aũt mõ id qd fit p se fit ex priuatiõe: qr id qd est sub priuatiõe sm ipm subijcitur motui z nõ sm aliud: z sic etiã soluit id qd querebatur de 3rietate eorum que sunt determinata. qr z per se fit res ex priuatione: z per accidens diuersis modis quibus supra diximus. ¶ Ad id autẽ qd obijcit q non numerat inter principia: dicendum videt vt diximus. s. q dicit spẽm quãdã materie subiecte motui: sed nõ principium qd per se principiet motum: z ita nõ numerat numero principiorum: sed potius cum materia cadit in eũdem numerum sicut superius sepe diximus. Sed tamẽ quidam dixerunt q ideo nõ numerat: qr inquantum priuatio est: non est: z dicit species materie inquantum

priuatio

Margin notes:

T. c. tõ. 65.

T. c. cõ. 69.

Rõo mã sit vna nuõ. vĩd 12. met. c. 14.

Quare mã potius dr vnum nuõ cũ priuatiõe q̃ cũ forma.

Quare pncipia sint tria et quare duo vide tñ q Cõmentator alr soluit p° huius. cõ. 65.

Tex. c. 70.

Rõnes plonis z aliorum negãtiũ pñ nõem eẽ pñm

Rationes de teria i oppositum.

Cõnis decisio sz mẽtem Auicẽ.

Solo ad rõnes plonis.

priuatio speciei est spēs quedaꝫ: τ ita videnꝭ dicere multi: ſʒ non placet dictū eoꝝ. qꝛ nō directe dicūt sniaꝫ Peripatheti coꝝ q dicūt sic. Et per hoc pʒ solo oium eoꝝ que sūt iducta.

C Cap. ii. Et est dif. declarās vtrum oium corporaliū τ in corporalium substantiarum sit materia vna.

Ex his Autē que dicta sunt ſm sniaꝫ Peripatheticoꝝ pʒ ꝙ mā per analogiam cognoscit: qꝛ sicut iforme in artibus se hʒ ad formatū sic ipsa se hʒ in nālib⁹: τ ideo ipsa est id qđ formaꝭ. τ distiguiꝭ omni forma. τ dicit Auicebron in libro quē fecit de mā τ forma: quē fontem vite vocauit eo ꝙ ex ipso sicut ex fonte vita fluat itellectus τ scie ꝙ oium sit mā prima. Et sunt ei⁹ rōnes multe quaruꝫ tñ quatuor magis sunt aliis efficaces.

Rōnes Auicebrō pbantes oib⁹ esse mām pmā.

C Prima aūt haꝝ est. qꝛ quoꝝ reductio ē ad vnū genus illoꝝ reductio est ad principia illius gñis: sed oiuꝫ subarum corporeaꝝ τ icorporeaꝝ reductio est ad vnū genus qđ ē substātia: ḡ ipsaꝝ est reductio ad pn⁹ generis illius. Cōstat autez ꝙ eū genus sit cōpositū vt supra diximus: τ in pma pbia hʒ ostendi ꝙ prima principia ei⁹ componētia sunt mā τ forma. τ sic ꝯstat oiuꝫ corporeaꝝ τ incorporeaꝝ subaꝝ que i genere cadūt esse māꝫ vnā primā. Dico aūt que in gñe cadunt ꝑpter cām primā que est deus gloriosus τ sublimis: qꝛ ipsa est suba extra genus pp qđ nō hʒ mām ſʒ est in fine simplicitatis.

Scda rō.

C Scda aūt rō sumiꝭ ab eo qđ est subsistere τ sustinē formā nō rōnis qdem ſʒ nāe que dat esse simpler vel ſm qd. Cū eni sustinere τ substare ꝯueniat multis τ ſm rōnē vnaꝫ opꝫ ꝙ ꝯueniat vni primo qđ est cā substādi oib⁹ aliis. cōuenit aūt substare māe τ prime sbe τ scde. Et ꝯstat ꝯuenire secūde sbe per hoc ꝙ abstrahiꝭ a prima. Prime aūt nō cōuenit nisi ex aliq̄ principioꝝ cōponētiū ipsaꝫ. hec aūt nō est forma: qꝛ illa nō substat sed potius ei substat qđ substat p⁹: hec aūt est materia: ḡ oē id in quo iueniꝭ substans forme τ sustinēs eā in illo est mā. Inueniꝭ aūt in itelligētiis τ oib⁹ incorporeis substātiis aliqđ substās forme ꝑter id qđ est p actuꝫ intellectual nāe. ḡ in talib⁹ est mā sic in corporalib⁹: ḡ tā corporaliū ꝙ̄ icorporaliū est mā vna prima. C Nec est istātia vt ingt Auicebron in formis rōnis que sūt passiōes subtoꝝ: sicut sunt par τ ipar passiōes nūeri: seu curuū τ rectū linee: qꝛ tales forme nō cōparanꝭ ad sbm vt ad sbm nisi de q̄ pbanꝭ: ſʒ potius cōparanꝭ ad ipm sicut ad cām ipsoꝝ: pp qđ sbʒ nō cōparaꝭ ad ipsas formas tales vt potentia que cōpleaꝭ per passionez sicut per actū quēadmodū mā ad formā ſʒ potius ecōuerso accidit: qa in diffōne passiōis sbm cadit loco dīie: sicut pʒ cū diffiniꝭ symmū: τ dr̄ curuitas nasi. curuitas eni genus est: τ sic potētia que determinatur per nasum qui ē sbm symmi. ſʒ in his que substāt eēntie siue forme eēntiali nō est sic: qꝛ substās eñ potētia cōpleta per essentialē formā cui substat. Cū aūt icorporee sube cōplete sint in eē opꝫ ꝙ in eis sit cōplens τ qđ cōpleꝭ primo. τ hec sunt forma τ mā vt dixim⁹.

Tertia rō.

C Tertia vō rō est qꝛ oē formatū τ distinctū ſm viā rōnis aū se hʒ informe τ idistinctū ſʒ forte ſm eē simul fiet cū ipo. Cōstat aūt ꝙ omne per se existens in natura est formatū qdem ad esse distinctū ab aliis per differētias que ꝯueniūt ipsi. ḡ ante se hʒ iforme τ idistinctū ſm viā rōnis τ itellect⁹: ḡ ante oia corporalia τ icorporalia formata τ distīcta in eē sube ē iforme τ indistīctū ſm viā rōnis. Informe aūt τ indistīctū se hʒ ad formatū τ distinctū vt mā vt supra diximus. ḡ aū oēs subas corporeas τ icorporeas formatas τ distīctas in eē substātiali est iforme qđ est mā: ḡ vna prima mā est oium substātiaꝝ corporeaꝝ τ icorporeaꝝ.

Quarta rō.

C Ad huc aūt quarto vidētur hōc per hoc ꝙ ꝓprietas māe est posita in se hīc formas sient genus dīias. Cōstat aūt ꝙ ad eādē gñis potētiā reducūtur hee dīie que primo diuidūt subam que sunt corporeū τ incorporeū. sicut etiā testaꝭ Porphyrius: ḡ τ ad vnā māꝫ illi generi rūdentez reducunꝭ forme corporeaꝝ τ icorporearū subarum que primo sunt in ipsa vt in potentia. ḡ vtriusqꝫ istaꝝ subaꝝ est mā τ potentia vna ſm nām. ab hinc ergo ꝓcedēdo apparet oium eē materiā vnā que qdem quāto fuerit prior ēto potētia ambit plures formas: τ ideo pma mā potentia hʒ oēs formas. C Forme autē sunt duoꝝ modoꝝ: quedam. n. sunt ante genus que dicuntur principia. sicut entitas τ vnum: τ res: τ si qua alia sunt talia. Que autem sunt ponentes formatum in genus distinctū sicut subalitas τ accidentalitas τ huiusmodi. Prime aūt sunt nō distiguētes māꝫ: τ qꝛ nō distinguunt eā: ideo coartāt potētiā ei⁹: τ ideo prima mā ens tñ po⁹ sua ambit τ tā corporalia ꝙ̄ incorporalia. materia autē cū sit pn̄ᵐ sube cōposite nō susceptibilis est accñtiuꝫ nisi pfecta per formā subalē. Et ideo subalitate pfecta mā subm est accñtiū: τ sic est dēm ab Arist. ꝙ ipsa ē subiectū pmū respectu forme subalis. Et ex hoc inuiꝭ ꝙ id qđ substat formis accñtiā est subm ſm ꝙ est cōpoᵐ ex mā τ forma: qđ tñ substare non hʒ nisi a mā que primo substat: sic ḡ pmo mā pfectionē hñte ab entitate τ subalitate: adhuc ipsa po⁹ sua ambit oēs formas subaꝝ ꝯñtes: qꝛ supius oīa iferiora claudit in se sicut in po⁹ habituali ambiēte ipsa. τ idō vna est po⁹ distiguibilis per formā nature icorporee τ p formas corporis in eo ꝙ corp⁹ in vniuli acceptū. Est aūt forma nature icorporee potius sup corp⁹ mouēdo ipm τ iprimēdo in ipm τ idō mā distīcta per formā icorporee nature que est itellectualitas vel sensibilitas vel vegetatio supra oē corpus ē. Et idō itellectualis nā quodāmō hʒ in se oia per lucē itelligētie formalis ꝯuertiꝭ sup ea oia que hʒ: qꝛ itelligētia est ante corpus ſm ordinē nature. Si aūt plus distiguiꝭ mā per formā sequētē post itelligētiā que est rō cōprehēdet qdē oia sequētia se: ſʒ aīa sequētis itelligentie nō cōprehendet nisi inquātū per effectū ipressiōes itelligētiaꝝ sunt in aia ab⁹ rōnabilibus. Et hoc mō minus cōprehēsiua est vis sensibilis q̄ sequētia se tñ cōprehēdit: τ est in po⁹ oia illa τ de accñtibus nō cōprehēdit nisi per effectū ipressiōis in ipsaꝫ sic dēm est. vegetatiuū ēt sequentia se mouet po⁹ sicut corpus τ iprimit in ipm. ſʒ qꝛ in eo fere ad nām corporis distincta est po⁹ que est oia sequētia se idō nihil cōprehēdit τ ꝑcipue idō qꝛ de luce cognitiōis nihil eñ in ipsa. C Silr aūt est in corpore: mā. n. corporis primi potētiā hʒ sup iferiora. Et mā distīcta ꝯrietate ꝓpria silr potētiā hʒ sup oia sequentib⁹ ꝯrietatib⁹ distincta. Istā. n. viā sequēs Auicebrō. vult ꝙ sicut est in inferioribus τ superiorib⁹. ꝙ iferiora sunt in po⁹ superioꝝ in via rōnis: ita superiora ſm nature ordinē sunt potētie ampliores: τ possunt sup inferiora. τ inferiora sunt in eis ſʒ quēdā modū. Et qꝛ oē qđ cōicat in genere vno necesse est deriuari ab aliquo principio vno: cognitio aūt est genus vnū idō dīc oiuꝫ cognitionē exire ab itelligētia. Et cū potentia materie sola distiguiꝭ itelligētia nō claudiꝭ ad aliqđ cognoscibiliū cuius forma est in ipsa potētia: τ claudiꝭ aūt plus τ plus per ꝯsequētes formas que sunt rō τ sensus τ vegetatio τ corpus. Silr dicit oēs motus pncipiū esse itelligentiā τ clauditur vis mouēdi plus τ plus ſm descēsum in formis τ distiguētib⁹ mām.

Opīo doctoris i q̄ dclat errorē Auicebron.

C Et nos quidē hic nō habemus loqui de his ſʒ in scia diuina nisi ꝓ tāto ꝙ dicit oium naturā esse vnā. huic eniꝫ non oēs ꝯcordauerūt Peripathetici τ ipse Auicebron mag⁹ videtur fuisse stoicus virtutes ponēs incorporeas in nullo existentes ꝙ̄ peripatheticus. Et idō volumus ponere sniaꝫ peripatheticoꝝ quā putamus fuisse Aristo. τ ostēdere in quo deuiauit ab hiis Auicebron. C Dico ergo ꝙ nō fuit sententia Peripatheticoꝝ itelligentias cōpositas fuisse ex materia τ forma sed esse formas simplices: nō tñ in fine simplicitatis. τ idō posse eas reflecti super se in scia eēntie sue τ i hoc hīe eas dicūt modū cōpōnis τ non cōpōnem essentialez. Dr̄ enim ꝙ vbi nō est potētia exiens aliquo mō ad actū ibi non est mā. τ ideo prima materia ſm eē nō ꝯsideraꝭ nisi in corpore moto vel mobili in quo est potētia ad sitū. In intelligētia nō est potētia talis: ſʒ intelligētia est lux quedā itellectualis cause prime: τ lʒ sit separata ita ꝙ non est actus corporis ita ꝙ determinet sibi partē in ipso ſm cuius nām agat τ cognoscat sicut potētia visiua determinat sibi oculuꝫ in corpore organico. tamen ipsa intelligentia coniūgiꝭ orbi suo sicut motor mobili. Motor autem a mobili nihil accipit sed multa imprimit in ipm sicut est videre in exēplo manifesto qđ ponit Auic. Si eni demus ꝙ in corpore nostro nō sit intellect⁹ actiuus siue practicus: ipse nihil cognitiōis vel motus accipiet a corpore: τ tamen mouebit ipsum inquantum est istrumentum per qđ agit formas artis quas habet in se in materias artificiales: sic sunt superiorum corporum motores: qꝛ nihil accipiunt ab ipsis sed influunt eis motum per queꝫ in materias naturales ꝓducunt formas quas apud se habēt: oium enim naturalium forme sunt in intelligentiis eo modo quo forme artificialium sunt in intellectu practico: sicut

Peripatheticoꝝ snia in telligētie ex ea pᵒᵐ fūt forme simplices ſʒ ñ i fine simplicitaꝭ vide p B.3.d ma. cō.5.i salone 3.q.τ i.c.14. eiusdē tertij.

Oiaꝝ nāliū for^e st i itelli

*gētis s₃ philosophor. vide 12. met. c. 18. i fine commenti.*

Peripathetici tradiderunt. ¶ Intelligētia ergo sic p̄sidēs orbi quodāmō vnita est in tali vnione q̄lis est inter mouēs ꝛ mobile qḋ sm̄ actum mouet ab ipso ꝛ nō est actus eius eo mō quo actus h₃ eē ꝛ operationē per corporis cōpletionē vl virtutē: ꝛ est quodāmō vnita ꝛ quodāmodo nō vnita. Incez eni cognitionis h₃ nō vnitam ꝛ virtute motiua vnit ei. ꝛ huius est exēplum in flāma adherente lignis: qr illa in pte vbi euadat lōgius a lignis est lucida ꝛ clara ꝛ in parte vbi adheret lignis est fumosa ꝛ ita est itelligētia. Sm̄ eni id qḋ cōparatur ad cām primā sic lux eius tota est irradiata ꝛ simplex sm̄ autē id qḋ adheret orbi magis distat ꝛ est motiua ꝛ obscurior: ꝛ sic ipsa est duplicis eē cum tn̄ sit essentia vna. ꝛ sic habet modū cōpōnis sm̄ hoc ꝙ est vnita orbi ꝛ non vnita ꝛ reflectitur lux eius separata super ipsaz vnitā cū m̄ sit essentie vnius sicut dcm̄ est: ꝛ hoc mō cōponēdo intelligētias nō opz nos dicere ꝙ sint cōposite ex mā ꝛ forma. ꝛ sic nō erit necīuz dcm̄ Auicebron. ¶ Nos aūt hic nec vnā opinionez nec aliaz approbare vel improbare volētes dicimus ꝙ dupl'r conuenit loqui de mā. s. sm̄ ꝙ est substātia quedam in cōposito essenciali cōpōne per quā substat compositū l₃ non sit per eā. ꝛ sm̄ ꝙ est sba que est in potētia p quā subijcit motui ꝛ mutationi. Et sm̄ p̄mā sui intētionem opz necessario ꝯcedere ꝙ ipsa est in oībus substātijs ordiatis in genere sube siue sint corporales siue sint incorporee vt dicit Auicebron. ꝛ hoc mō oium ordinator in genere sube est materia vna gn̄is vnitate. qr l₃ genus sit vl'is forma vt diximus. tn̄ itētio eius respondet materie in rebus ꝛ vnitas eius respondet vnitati generis. ¶ Si aūt sube icorporee nō sunt ordinate in genere. s₃ sunt forme simplices tūc nō opz eē verū qḋ dcm̄ est sed tunc oium corporaliū erit hoc mō dicta materia vna. ¶ Si vo secūdo mō dicat tūc materia nō ꝯsiderat nisi in moto corpore sicut dicit Arist. in 2° libro p̄hie prime. ꝛ hoz est materia vna prima: que m̄ diuidit sm̄ primam potētie diuisionē que est potētia ad vbi tm̄. ꝛ potētia ad formā. Et qr ille potentie diuise sunt sm̄ esse ꝛ per proximas materias eo ꝙ in his in qb⁹ potentia est vbi tm̄ est tota materia eoz que susceptibilis ē forme talium corpoz intra ea. In his autez in qbus est potētia ad vbi: ꝛ ad formam nō est tota materia susceptibilis illius forme intra ea: ideo equiuoca est materia in illis si ratio materie sumat sm̄ esse p̄hicū qḋ h₃ in corporib⁹ illis. Et ideo dicit Aristo. aliq̄ celestia corpora nō h̄nt mām. aliq̄ sūt ꝙ materia equoce dr̄ de materia corpoz superioz ꝛ inferioz. Oium aūt generabiliū ꝛ corruptibiliū materia ē vna: ꝛ ꝙ potētia ad formā est in eis vna: ꝛ multiplicat materia p dispositiones approximātes eam ad hāc formā vel illam: ꝛ sm̄ ꝙ est magis remota: est etiam magis cōmunis in potētia ad plures formas. ꝛ sm̄ ꝙ magis approximatur coartat potentia eius ad formas pauciores. Et quādoqz nō est nisi in potētia ad vnā sicut est semē hoīs ad hoīem. vn̄ cōpositio sola cū forma corporis in potētia est ad formā elēti ꝛ distincta ꝯrietate elēti in potētia ē ad formā cōmixtiōis ꝛ ea que cōmixta est in potētia est ad cōplōnē ꝛ cōplōnata in potētia est ad organicam corporis cōpositionē. ꝛ hec est materie vltima determinatio ꝛ distinctio. ¶ Non aūt pertinet ad nos hic determinare vtrum intelligentia ambitum formarum quas h₃ habeat a materia qua potētia est oia ꝛ cognitionē eaz habeat a luce forme ꝛ itellectualitatis. ꝛ vtrū fiat descēsus in materiali p̄ncipio icorporeo sicut diximus fieri descēsum in eo ꝙ est potentia ad formā: ꝙ v₃ forma rationabilitatis magis determinat materiā sp̄ualez ꝛ incorpoream q̄ forma intellectualitatis: ꝛ ideo minoris ambitus est potentia eius ꝛ pauciora sunt in ipsa potētia ꝛ forma eius ē obscurioris lucis. ꝛ ideo non perfecta est cognitio formaz in rōnali anima sicut est in itelligentia ꝛ sm̄ eūdē modū fiat descensus in sensibili natura ꝛ sm̄ materiā ꝛ formā. Et in vegetatiuo sub quo postea est determiatio materie per corporeitatē in qua mā potētia nō sunt nisi corporales forme. ¶ Et iterum non diffinimus vtrū talis ordo sit nāe que icorporea ē pp ambitū potētie mālis: ꝛ lucē suaz formaz cognoscant et imprimāt in oia sequentia: siue eni hoc sit: siue non sit determinandū est in vltima parte scie diuine. sed hic tm̄ hēmus dicere ꝙ materiā inq̄rimus que p̄n̄ᵐ est p̄hicoruz ꝛ mutabiliū corpoz ꝛ nō aliam. ꝛ que diximus hic dicta sunt ad facilioreni doctrinam per digressionē factā metaphysicalis.

*Nota q̄ūo intelligentia sit vnita orbi et q̄ūo separata ab orbe. vide p̄ h̄ calcē p̄i mi capitu ð s̄ba orbis.*

*Et ista ē via Aūi. sꝫ Porphyrii cap. de sp̄e ꝛ 2. celi cō. 49 vbi ponit corpus cōe⁹ᵐ ex mā ꝛ for^a esse genus gn̄alissimū p̄dicamēti substātie.*

¶ Cap. 12ᵐ. Et est di. ad declarādas rōnes noīuz materie.

**H**Oc aūt Principiū qḋ est niā multa h₃ noīa: quoz quedā sunt p̄p̄ria: ꝛ q̄dā per trāslationē cōueniunt ei. Noīa aūt qb⁹ noīat p̄p̄rie sūt hyle: sba: mās: materia: origo: ꝛ elm̄. Noīa aūt qb⁹ noīat trāsumptiue sūt: silua: mr̄ femina. ¶ Noīum aūt p̄p̄rioz Auic. in sufficiētia sua reddit rōnē talē dicēs ꝙ dr̄ hyle: sm̄ ꝙ ipsa est receptibilis formaz in potētia aut forme. ¶ Subm aūt dr̄ sm̄ hoc ꝙ est in actu sustinēs formam aut motū ad formā. Nō aūt dr̄ sbm̄ ex hoc intellectu quo dr̄ suba p̄ma vel scd̄a eē sbm̄ in logicis. qr v₃ substet scd̄is sbātijs ꝛ accn̄tib⁹. vel qr substet accidētibus tm̄ sicut sbm̄ in p̄dicamētis accipit. sed potius hoc mō ꝙ ipsa substat forme: et gratia ipsius substare h₃ oē qḋ substat. pp qḋ etiam ipsa vocatur sbm̄ p̄mūz: ꝛ substātia cōposita prima vel scd̄a dr̄ subz scd̄m. ¶ Materia aūt est sm̄ ꝙ oīa resoluunt in illā sicut in alterū cōponentiuz. ¶ Massa vo sm̄ ꝙ ipsa vna p̄ma exīs per diuisionē formaz est in oibus cōpositis substātijs diuersificata: sicut vasa figuli ex vna massa figuli fingunt diuersificata formis artificialib⁹. ¶ Origo autē dr̄ inq̄tū ab ipsa ē motus: sic autē est imixta priuationi vt diximus qr per p̄uationē que permixta est ei principiū efficit ꝛ rei origo a qua si intelligeretur abstracta posset q̄dē eē incōposita alterū componētiū tū forma: nō tn̄ subijci posset motui pp causas q̄s supra assignauimus pp qḋ ipsa est vnū nūero p̄n̄ᵐ mot⁹ cuz priuatiōe: l₃ sp̄e differat ab ipsa eo mō quo sp̄es est materie sp̄es. ¶ Elm̄tū aūt dr̄ sm̄ ꝙ est in resoluōne vltimū ꝛ in cōpōne primū ꝛ in ipsa stat resoluō: qr ipsa nō resoluit in aliquid aliud aliquo mō resolōnis: qr elm̄tū simplicior est p̄s cōpositi ꝛ vno mō simplicior est q̄ forma: qr̄ forma sp̄ei que est in indiuiduo hoc signato cōtingit resoluere idiffinitētia sic docet in 7° p̄hie p̄me. ¶ Mā aūt in nihil oino resoluibilis est. ¶ Silue aūt rōnē reddunt expositores Platonis sic ꝙ silua dicit sm̄ ꝙ ipsa est p̄ma ꝛ indeterminata per dispōnes quasi dolabilis in eē edificiū naturale. ꝛ hoc vocauit Empedocles mixtū in quo germana capita sunt sine ceruice eo ꝙ illa que germana sunt principia cōpositoz non h̄nt ibi dispositiones facientes ea germana. Et hoc mō et dicebāt Platonici oium eē mām vnā sicut silua vna ex qua est omne edificiū. ¶ Mater aūt dr̄ ꝙ ipsa in se recipit formam ꝛ quasi pariendo ex ipsa educitur ad actū quādo de potētia educit: ꝛ hoc est nomē qḋ inter transumptiua noīa magis competit ei. qr sicut nos supra ostēdimus materia ꝯtinet in se omnes formas tanq̄ in potētia habituali. ¶ Femina autē dicit in quantū est imperfecta ad formā h̄ns tamē potētiā habitualem ad ipsam: qr sicut femina ad partū idiget masculo mouente formali'r ꝛ ali'r non parit: ita mā indiget efficiēte mouente formali'r mām ꝛ ali'r non educit de potētia ad actū. Femina eni est que parit in se mouēte alio: ꝛ in se h₃ p̄ncipia part⁹ cōfusa ꝛ iperfecta que per semē masculinū adunant ꝛ ducūtur ad p̄fectionē: vn̄ q̄nis in qbusdā sicut in aialiū gn̄atiōe aliqd de materia decidat a masculo: in hoc m̄ nā nō itēdit dare mām sed facit decisionē pp virtutē quā subm̄ ex quo i feminā traijciat hic opz: etiā hoc mō trāsumptiue aptat ei nomē qḋ est turpe: turpe eni in se h₃ habitū moris potentia habituali sicut in 2° ethicoz p̄batur. qr si sibi virtus eēt oino ꝯ naturā ꝛ violēta nō plus assuesceret morē qḋ assuesceret posset lapis sursum: si autē eēt ecōtra perfectū ad virtutē nō indigeret assuetudine operum que formali'r generāt habitū: ꝛ ideo sicut turpe inatū est suscipe morē nō h̄ns ip̄m nisi assuetudie operū: ita mā imixta priuatiōi nata est habituali'r hēe formas: nō h̄ns tū ipas nisi ex generante ꝛ mouente.

*Nota differentiaz hyle ꝛ s̄biectum. vide Themistiū p̄ phy. i digressiōe ð potētia materie.*

¶ Cap. 13ᵐ. Et est digressio soluens qnque q̄ōnes de mā. s. an sit sine p̄uatiōe aliq̄n: ꝛ an sit simplex: ꝛ quali'r differt a prima cā: ꝛ q̄li'r exiuit i eē: ꝛ vtrū sit eadē essentia tū forma.

**S**Ed hic Oritur questio multiplex nō dissimulāda. s. vtrū mā possit eē vel sit priuatiōi nō imixta: ꝛ si consideratur hoc mō vtrū sit oino simplex: ꝛ si est aliquo mō oino simplex vtrū differat a p̄ma cā: ꝛ si differt a prima causa quali'r exiuit in esse: ꝛ si exiuit in esse a causa prima vtrum sit eiusdem esse cū ea est forma: ꝛ vna essentia cum forma sicut quidā dixerūt. ¶ Qd

¶ Quod enĩ possit esse mã priuationi nõ ĩmixta videt᷑: quia quo-cũcꝫ sunt essentie separate illa sunt abinuicẽ separabilia: sed essentie separate sunt essentia materie ⁊ essentia priua-tionis sicut sepius supra ꝓbatũ est cũ priuatio sit ꝯ̃ria forme. Mã aũt nõ: ⁊ cũ mã maneat in forma: priuatio aũt nõ: ergo mã põt esse priuationi nõ imixta. ¶ Adhuc aũt hyle sine mã est in oĩ corpore: sed nõ oẽ corpus h̃ȝ priuationẽ ad formam: ergo in tali corpore qḋ priuationẽ nõ h̃ȝ mã nõ põt esse: sed etiã est sine priuatione. ¶ Quod ãt in omni gñe corporis sit mã ꝓbat᷑ ex eo ꝙ id qḋ sustinet formã est mã. In ꝑpetuis ãt celestibus corporibus aliqḋ est qḋ sustinet formã. ꝓpter qḋ Arist. dicit ꝙ cũ dico hoc celũ: dico formã in hac mã. ¶ Quod ãt priuatio nõ insit talibus ꝑpetuis corporib⁹ ex hoc ꝓbat᷑ ꝙ opposita nõ simul sunt in eodẽ: forma aũt ⁊ priuatio sunt op-posita sicut iam habitũ est sepius: cũ ergo talibus corporib⁹ semꝑ insit ⁊ necessario insit forma nunꝙ̃ inerit ꝑuatio eisdẽ. ¶ Amplius lȝ tria sint principia eius qḋ mouet᷑ ad formam tñ nõ sunt nisi duo principia entis que saluant᷑ in ipso: sed talia corpora ꝑpetua sunt ⁊ nõ mutant᷑ ad formas suas: er-go nõ sunt nisi duo ꝑncipia in ipsis que sunt mã ⁊ forma sine mixtione priuationis. ¶ Amplius cuicũꝙ inest priuatio ad formã aliquã illud nõ h̃ȝ formã illã ⁊ aptũ natũ est h̃re: aut igit᷑ aliqñ habebit ipm aut aptitudo est frustra. Frustra ãt nihil est in nã sicut supra diximus: ⁊ in scḋo hui⁹ scie libro h̃ȝ ꝓbari: ergo si in corꝑibus celestibus priuatio est necessario ipsa habebũt nalẽ aptitudinẽ ad formã habẽdã quã nõ habẽt: ⁊ aliqñ habebũt qḋ est absurdũ cũ sint intrãsmutabilia sȝ for-mã. Hoc aũt qḋ iaȝ ꝓbatũ est: sñia est oĩum ꝑhoꝝ. ¶ Sed q̃-dã debilit᷑ obijciunt in ꝯ̃riũ dicẽtes: ꝙ in oĩ mã sunt potẽtia ꝯ̃ria quẽadmodũ in oĩ genere ꝯ̃rie dr̃e: ꝯ̃ria aũt reducunt᷑ ad priuationẽ ⁊ habitũ sicut supra diximus: ergo in mã celestiũ aliquo mõ opȝ esse priuationẽ. ¶ Nobis aũt prima sñia que ꝑhoꝝ est magis placet: ⁊ iõ dicimus ꝙ in oĩ mã sũt ꝯ̃ria: que q̃dẽ mã nõ tota ꝯiuncta est vni ꝯ̃rioꝝ: sicut mã ꝑpetuoꝝ que sunt ingenerabilia ⁊ incorruptibilia. Nec est simile de gene-re logico qḋ ſm rõnẽ abstrahit᷑ ab eo cuius est genus: ⁊ hoc mõ vnũ est genus logicũ ad corpora corruptibilia ⁊ incorru-ptibilia ⁊ h̃ȝ potestate dr̃ias ꝯ̃rias: sed si genus ſm esse acci-piat᷑: tũc nõ est simile: quia tũc nõ in eodẽ genere sunt corrupti-bilia ⁊ incorruptibilia: ⁊ ſm hoc genus subm est qḋ nõ est in potẽtia ꝓprie loquẽdo in corporibus ꝑpetuis: sed potius est in esse semꝑ ꝓpter qḋ infra 3° li° huius scie ostẽdemus ꝙ in ꝑpetuis nõ differt esse ⁊ posse: quia posse in esse semꝑ est acce-ptũ. ¶ Sũt tñ qui dicãt duo esse de intẽtione ꝑuationis quo-rũ vnũ est abnegatio forme ⁊ ab hoc dr̃ priuatio. Scḋm aũt est aptitudo formalis que inenit᷑ ad formã in mã: ⁊ hec apti-tudo dupl᷑ ꝯsiderat᷑. s. vt aptitudo ⁊ vt res q̃dã: siue forma-lis: ⁊ ꝑmo q̃dẽ mõ dicũt priuationẽ nõ esse in celestibus: sic aũt neqꝫ in scḋo: sed tertio mõ est in ipsis ⁊ saluat᷑ in forma. ¶ Sed hoc nihil videt᷑ esse: quia ſm modũ quẽ dicunt ꝑuatio a forma re nõ differt: ⁊ iõ primũ videt᷑ esse magis veꝝ: vñ in talibus corporibus vel non est priuatio: vel si est: ad vbi est tñ: quia illa corpora nõ mouent᷑ nisi motu locali. ¶ Sed tũc vi-det᷑ talr̃ ꝯsiderata mã esse oĩno simplex: quia simplex est id qḋ caret parte essentiali ⁊ q̃ntitatiua. Mã aũt in se accepta ⁊ ab oĩ forma separata caret parte essentiali e q̃ntitatiua: er-go est oĩno simplex. ¶ In ꝯ̃riũ aũt huius est ꝙ talis mã aut põt esse subm forme: aut nõ. si nõ põt esse subm forme: ergo im-possibile est ipsam vnꝙ̃ forme subijci: qḋ falsum est: cũ nos videamus eã esse subm. Si aũt põt: aliqua potẽtia põt: sed nõ est idẽ id qḋ põt ⁊ potẽtia eius: ergo ipsa simplex non est. Si aũt ꝯcedat᷑ ⁊ hoc. tũc querit᷑ vtrũ illa potentia sit forma vel mã: ꝯstat aũt ꝙ nõ est mã: quia tũc quereret᷑ iteꝝ de illa: ⁊ sic ibit᷑ in infinitũ: quia quelibet mã põt substare forme ꝑ aliã potentiã que erit iteꝝ mã. Si aũt est forma: ⁊ hec forma est ante priuationẽ que est prime forme inchoatio qḋ absurdũ est. ¶ Adhuc aũt forma ista aut est subã aut accñs: ꝯstat ꝙ nõ subã: quia tũc mã sine priuatione ⁊ forma accepta esset com-posita ex forma ⁊ mã. Si aũt est accñs hoc stare non põt: quia scḋa cõpositio semꝑ est post primã: scḋa aũt compositio est q̃ accñs cõponit᷑ cũ subiecto ⁊ hãc ꝑcedit ꝑor que ẽ ex forma ⁊ mã subalibus: ⁊ sic iteꝝ sequet᷑ ꝙ mã sit cõposita ex forma subali ⁊ mã q̃ñ accipit᷑ ante oẽm forme inchoationẽ: qḋ ab-surdũ est. ¶ Si aũt aliquis dicat ꝓpter hoc ⁊ alia ꝙ mã est simplex: ⁊ sua potentia est idẽ ipsi videbit᷑ tũc esse mã in fine simplicitatis ꝑ hoc ꝙ ipsa mã est idẽ ei qḋ h̃ȝ in se: h̃ȝ. n. po-tentiã qua forme subijci põt in seipsa: ⁊ illa est potẽtia: hic ãt modus simplicitatis nõ ꝯuenit nisi prime cause. illa. n. est oẽ id qḋ habet in se: quia illa est sua voluntas ⁊ sua potentia ⁊ sua intelligentia. ¶ Quod etiã quidam errãtes sic probare co-nantur dicentes ꝙ idem est a quo non differt differentia: sȝ qḋ non habet differentiam non differt differentia: ergo est idem. simplex aũt primum a simplici ⁊ primo inquantũ ho-rus non habet differentiam qua differat: ergo cum prima cã sit simplex primum ⁊ materia prima simil᷑ neutraȝ habebit differentiam: ergo nõ differunt. aut si differunt tunc differẽ-tiam habent: sed que habent aliquid sunt composita: ergo prima sunt cõposita: qḋ est absurdum. ¶ Adhuc aũt non est substantia que sit ante omnia fieri e post omne corrumpi eo-dem modo se habẽs nisi suba prime cause: sed suba mate-rie prime est ante omne fieri: ⁊ post omne corrumpi eodem modo se habẽs: ergo suba materie est suba ꝑme cause: hoc aũt infra ꝓbabit᷑ ꝙ suba materie sic ante oẽ fieri ⁊ post omne corrumpi. ¶ Adhuc aũt id ex quo cũcta ꝓducunt᷑ ⁊ fuerunt forma l᷑ in ipso est primũ: ⁊ simil᷑ hoc ipsuȝ ꝯuenit materie prime: videt᷑ ergo ꝙ non possit essentialis inueniri differen-tia prime cause ⁊ prime materie. ¶ In ꝯ̃riũ aũt huius erro-ris pessimi obijciam primo ostendendo falsum esse qḋ con-cluditur: ⁊ postea soluã ad inducta: sicut eniȝ in libro de cau-sis ꝓbat᷑: prima cã regit res oẽs preterꝙ̃ cõmisceat᷑ cuȝ eis: sed mã cõmiscet᷑ cum oĩbus: ergo suba materie nõ est suba prime cause. ¶ Adhuc aũt in scḋo huius scientie libro ꝓba-bitur ꝙ mã ⁊ efficiens nunꝙ̃ coincidunt in rem vnam: sed prima causa est efficiens ꝑ se ⁊ primũ ⁊ subal᷑: ergo nunꝙ̃ est vna res cũ mã. ¶ Adhuc mouens ⁊ motũ ⁊ agens ⁊ passum differũt ꝑ subam: prima aũt causa mouens est e agens: mã aũt mota ⁊ passa: ergo non sunt in suba idem prima causa ⁊ mã. ¶ Adhuc prima causa de potentia educit quicquid edu-cit᷑ de ipsa: materia aũt nihil educit: sed motu prime cause de ipsa mã educit᷑ quicquid educit᷑: ergo prima causa ⁊ mã nõ sunt idẽ. ¶ Adhuc ꝑfectissimũ ⁊ imperfectissimũ nõ sunt idem: sed ꝑfectissimũ in fine ꝑfectionis est cã prima. Im-ꝑfectissimũ aũt ⁊ ꝓpe nihil est mã prima: ergo non sunt ideȝ. ¶ Propter qḋ dicimus ꝙ mã intelligibilis sine priuatione ⁊ accepta sine forma simplex est nõ in fine simplicitatis: lȝ enĩ nõ habeat partem essentialẽ sine quantitatiuã eo ꝙ non sit composita ex essentijs diuersis vel ex q̃ntitate: tñ ꝯcreta est habitudinibus ⁊ cõponibilis est: ⁊ ideo habitudo qua se ha-bet ad formam cuius potest esse subiectũ aliquid est in ipsa: e forte est relatio potentialis ad formã: ⁊ tunc potentia qua subm esse potest diuersa est a mã: sed nõ dicit rem sed rõneȝ qua refertur ad formã ⁊ illi potentie substat ꝑ seipsaȝ: quia mã ex seipsa est subm forme prime vel potentie ad formam primam. ¶ Nec ꝓpter hoc sequit᷑ ꝙ ipsa sit quicquid h̃ȝ: quia h̃ȝ formã ⁊ nõ est forma: sed sequitur ꝙ ipsa seipsa est subm forme prime vel potẽtie prime. si dicat᷑ potentiã esse relatio-nẽ differentẽ ab ipsa: ⁊ sic nõ ꝯuenit ei qḋ est deo ꝓpriũ. Est etiã cõponibilis ⁊ hoc deo nõ ꝯuenit etiã: ⁊ ita est habitudi-nibus ꝯcreta inq̃ntũ est subijcibilis ⁊ mobilis ⁊ ꝯiunctibi-lis que oĩa q̃dã relationẽ dicũt ⁊ cõpositionẽ ſm ꝙ habi-tudines relationes sũt vel nõ sine relatiõe. Et qḋ obijcit᷑ ꝙ idẽ est a quo nõ differt nihil. dicẽdũ ꝙ veꝝ est: sȝ simplicia ꝑ-ma maxima differũt dr̃ia: quia differũt seipsis quẽadmodum differũt abinuicẽ quelibet due dr̃e a duab⁹ ſpeb⁹ abstracte. Ille. n. ⁊ simplices sũt ⁊ seipsis differũt sicut rõnale ⁊ irrõna-le. Si. n. dr̃e h̃rẽt dr̃iam ibit᷑ in ĩfinitũ necessario: quia tũc ille differentie differentiaꝝ differẽtias habent ⁊ sic in infinituȝ abibit ⁊ non stabit. ¶ Ad id aũt qḋ dicũt subaȝ materie esse ante fieri ⁊ esse post oẽ corrũpi eodẽ mõ se habẽtẽ: dico ꝙ fal-sum est: quia ipsa nõ eodẽ modo se h̃ȝ cũ variet᷑ ⁊ mutet᷑ ꝑ for-mas. Sed veꝝ est ꝙ nõ generat᷑ neqꝫ corrũpit᷑ ſm modum nalis gñationis ⁊ nalis corruptionis: sicut infra declarabit᷑. Deus aũt est eternus ante omne fieri: ⁊ erit post oẽ corrũpi non subiectus gñationi ⁊ corruptioni sicut mã subijcit᷑: ⁊ iõ per formas est inuariabilis deus in quibus variat᷑ materia. Simil᷑ tñ oĩa ex deo ꝓducunt᷑: ꝓducuntur ex causa ideal᷑ omnia ꝑhabente ꝑ formas intellectus: sicut artifex ꝑhabet artificiatoꝝ formas: sȝ mã ꝑhabet ea sicut potẽtia habiena-

Primo celi t.co.92.

Obiectio aliorũ ꝯ̃ p̃dicta

Solutio

Alioꝝ solutio

Impugnatio

An materia sit simplex essentia

Rõnes aliquoꝝ ꝓbãtiũ mãȝ adeo nõ distingui.

Impugnatio illi⁹ opionis.

Doctoris solutio

Nota quali᷑ mã sine priuatione ⁊ forma ꝯcepta nõ est in fine simplicitatis.

Põdera subtilẽ modũ loquẽdi doctoris de potẽtia materie.

Quõ mã habitudinib⁹ cõcreta sit. vide 12 meta. c. 11. ⁊ p̃ de gñõne t. c. 22.

Quali᷑ diuersimode res ꝓducant᷑ a deo ⁊ ex mã.

Q Uot Quidē igitur sunt cause ꝛ ꝙ tot sint numero modi causarꝫ quot diximꝰ manifestum est ex p̃habitis. Sed ꝛ hic de hoc inducemus quādā rōnem. lꝫ enim ꝓpter qđ sit idem cū cā nl nobis est notius quia cum querimus de cā querimus pp qđ. Cōprehendit autem pp qđ oīa genera causarꝫ: ꝛ non cōprehendit plura genera q̄ꝫ quatuor: que dicta sunt. siue eniꝫ queramus cām in imobilibus que sunt diuina ꝛ mathematica: siue q̄ramus pp quid de mobilibus que sunt physica: non querimus nisi aliquā causarꝫ q̄tuor. ¶ In mathematicis eni q̄rētes cām formalē vt quid sit rectū vel qđ sit etiā mensurabile: aut cuiuscunqꝫ alterius querimus diffōnem formaleꝫ reducimus qōneꝫ ad vltimuꝫ pp qđ qđ est causa formalis in qua stat resolutio: sicut nos supra docuimus. sed nō requirimus ibi mām qa abstracta sunt mathematica: nec querimus ibi mouentē: qa etiā a motu mathematica sunt separata: nec querimus ibi finē: qa finis fm rōnem mobilis ꝛ digni nō est nisi i mobilibꝰ. ¶ Sed querēdo de mobilibꝰ physicis pp qđ reducimus in mouētem cāꝫ que est effitiēs: sicut cū querimus pp qđ certauerunt vel qđ mouerit eos ad certamen: dicimus qꝛ furati sunt volētes ꝙ furtum sit cā mouens ad certamē: vel querimus pp qđ certauerint querentes finē: dicimus vt dn̄enꝭ. Aut si querimus cām in his que fiunt reducimus aliqū cām in mām: q̄ꝫ manifestū est ꝙ cause sunt hee que dicte sunt: ꝛ tot nūero: q̄t dicte sunt. ¶ Quoniā aūt cause quatuor sunt: de oībus erit cognoscere physici: cū eni querimus pp qđ ipse hꝫ reducere questiones ad causas physicas oēs: ꝛ ideo demōstrabit mām ꝛ spēꝫ siue formā: ꝛ mouētem ꝛ finē: cuius cā fit hoc qđ fit. Sed in physicis tres cause multotiens coincidūt in rem vnā fm rōnem: lꝫ nō coincidant in vnū modū causalitatis: qa modus causalitatis

eorꝫ

oriunꝭ ē hmō q̄ꝫ i hoibꝰ: ꝛ i hoibꝰ melius magis q̄ꝫ i aliis alterꝰ cōplexio.

Iudiciuꝫ rei simpṙ est fm cās primas.

Solō lᵃ qꝛ nō iudicat approbādā ē ista cap. io.

Solō ad obiectiōes iductas ab Aui. supra cap. io.

Tex. c. c. 68.

Tex. c. c. 69. Finis fm rōnē nobil. ꝛ digni non ē nisi i mobilibꝰ. cogita ista de diuinis.

Tex. c. c. 70.

Quo finis et for^a sint idez numero.

eoꝝ oppositus est: lz res causaꝝ nõ sint opposite semper. In physicis enĩz qditas qua aliqd est qδ est que est forma τ cã finalis cuius cã fit hoc qδ fit: vna res est nũero semp lz dif- ferat fm rõnem causalitatis: qm̃ idez qδ est forma faciens actu esse mãm: τ qδ est qditas rei causans sibi rõnem τ spe- ciem est finis fm ꝙ est terminãs motum efficiẽtis: qui itẽ- dit ipm fm esse qδ hz in mã. ¶ Et sic patet ꝙ vna res nũe- ro τ subã est τ finis τ forma: lz diuersificetur in esse τ ratione. ¶ Efficiens autẽ in naturis nõ est idem numero cũ forma τ fine sed semper est idem specie: si sit efficiens vniuocum.

Quã efficiẽs idẽ spẽ sit cũz for^a τ fine. vide cõ. p h cõ- mẽtũ. 24. 12. metaphysice.

¶ Aliud eni efficiens qδ nõ efficit vniuoce nõ est ita vniuo- cum eo ꝙ nõ est ɔiunctum materie: sicut id qδ agit vniuo- ce. Habet tñ hic dubitationẽ in his que fiũt ex putrefactio- ne: sed illa dubitatio explicari põt in quarto metheoroꝝ. Sed qδ ad istã sufficit intẽtionẽ est ꝙ spẽs illoꝝ est quodã modo fm ɔñtiã in causa putrefactoꝝ seminali: sicut τ alioꝝ generatoꝝ species mouẽs est in semine. Sũt. n. semina reꝝ reducta ad spẽm eoꝝ quoꝝ sunt semina fm originẽ τ finez. Semen eni nõ nominat aliqd in natura cõpletũ: sed poti^9 id qδ est via ad alterũ. Et ideo finalis intẽtio nature in se- mine nõ est forma seminis fm ꝙ semen est sed potius for- ma rei cuius semẽ est. ɔuenit ĝ non semp efficiens vniuocũ in numero rũ forma: sed semp ɔuenit in specie. sicut pz cum hõ generat hoiem. ¶ Cũ enim hõ pducit hoiem forma ho- minis mouẽs est in gñatione τ est intenta a generante sicut finis. τ est eadẽ que facit actu esse mãm. generãt autẽ homi nem et sol τ calor aliorum corpoꝝ celestium: sed nõ est vni- uocum nec hñs eandẽ mãm cũ generato: τ ideo diximus in principio istius libri scdi ꝙ nõ est adeo physicuz queadmo- dũ generãtia inferiora. Nos aũt diximus ꝙ coincidũt mul totiens tres cause in vnũ ꝯseruando nos fm sniam Arist. τ a generãte equoce: τ a generatis ex putrefactione: τ etiã qñ finis naturalis alicuius est generãtia: τ alicuius rei genera

Vide Cõmẽ- tatorẽ hic. Tex. τ. c. 71.

te. Gñantis eni finis est per gñationẽ venire in perfectio- nẽ suam vltimã: que est qñ põt facere tale alterũ quale ipm est. Sed finis generati est venire in perfectionẽ suã primaz que est esse actu fm formã nãlem. ¶ Physicus autez tenet ɔsiderare mouentia quecunqz mouẽt mota: quecũqz autez mouẽt nõ mota sed oĩno imobilia sunt nõ pertinẽt ad consi derationẽ physicã. nisi qñtuz ad motũ referant: talia eniz in seipsis nõ hñt pn^m physicuz motus: qδ est natura mouẽs: sz potius mouẽt per intellectũ: sicut diximus a pn^o huius scdi libri: cũ talia mouent: sed sunt imobilia. Et ideo tria nego cia sunt ẽẽntialiũ partiũ pbie: quedã eni pars est circa imo- bile fm eẽ τ fm rõnẽ: sicut est negociũ diuinũ. Et qdã pars pbie est circa id qδ fm esse qdem est mobile: τ fm rõnem i- mobile τ icorruptibile: sicut scia mathematicoꝝ. ¶ Tertia autẽ est pars realis pbie circa spẽs mobiles τ corruptibiles

T. τ. cõ. 72.

fm esse τ fm rationẽ: sicut est physica. ¶ Ergo ppter qd in questiõe physica reddit a physico resoluente questionez in mãm: τ in id quod qd est: hoc est formã τ in primũ mouẽs. Illi eni qui loquunt de generatione rerũ maxime hñt consi derare huiusmodi causas querentes quid post aliqd fiat: hoc est qd effectus: postqz causam querentes qd fuit pmuz efficiens τ quid primum sustinuit passionem: hoc enim est materia prima τ veniant de causa pma ad scdam: τ de scda ad tertiam: τ sic semper cõsequenter vsqz ad vltimum que-

Tex. τ. c. 73.

situm. ¶ Duplicia aũt sunt principia mouentia queadmo- dum diximus. quoꝝ alterũ est physicũ τ alterũ nõ: qδ nõ habet in seipso principium motus qδ est natura: huiusmo- di autez est illud qδ mouet imobile manẽs penitus qδ mo uet τ nullo modo moues: τ hoc est oĩum primũ in ordie mo-

Tex. τ. c. 74.

uentium. ¶ Et oportet scire ꝙ sicut ppter quid interrogan ti physicus reddit has causas ita ɔsiderat formam que est quiditas rei que aliqd erat esse: hoc enim est in physicis fi- nis: τ cuius causa fit hoc qδ fit. hanc eniz oportet cognosce- re physicum si vniuẽr τ penitus vult reddere causam ad p- pter qd interroganti: sicut respondet materiaz quãdo dicit ꝙ ex hoc materiali necesse est hoc esse: aut semper: aut sicut frequenter. Si hoc materiali supposito opz hoc fieri. sic cõ- tinuo ex premissis ppositionibus suppositis: τ de forma rñ- det dicens. ꝙ hoc est qδ aliquid erat esse ppter formam et quiditatem: τ ppter finem dicit dignius esse sic qz alio mo- do. Dignitas enim finis est in physicis: eo ꝙ nã nihil agit ociose vel frustra: que dignitas finis non attendit in alijs. Cause tamen iste non sunt reddende simplr: sed potius fm ꝙ pportionantur subẽ vniuscuiusqz rei naturalis. Si enim aliquãdo queratur de causa efficiente: cum efficiens causa fm se non sit ppinqua causa quare forma sit in materia: vel finis. oportet reddere efficientem put est sub intentione fi- nis mouentis. Nõ enim esset respõsio sic cõpetens ad iterro gationem qre est domus qδ diceret ꝙ habet artificem: sed oportet ꝙ dicatur qa artifex intẽtione defensiõis a pluuia: τ ɔtinendi diuitias fecit eam. Si autem aliquãdo sufficit rñ dere solam causam efficientẽ: tamẽ etiam tũc habet in se or dinem ad finez: vel questio est de causa finis sicut queritur quare sanatus est iste: τ est supponẽs finem qstio ista: τ que- rit de efficiente: τ ideo ɔgrua est respõsio dicẽs simplicẽ cãz efficiẽtem valet qa talem bibit medicinam. Medicina eiz fm se effectiua est sanitatis: τ hoc mõ oportet cõsiderare in oĩbus causis ꝙ respõdeatur ad qstionẽ physicã: put habẽt ad subam vniuscuiusqz rei proportionem. Sũt tamẽ qui di cunt ꝙ hoc non sit intelligendũ nisi de fine: qδ Arist. dixit ꝙ non simpliciter assignãda est causa: sed ad vniuscuiusqz sub stantiam: sed primum mihi videtur magis.

¶ Tractatus Tertius Scdi Libri Physicoꝝ: de eo ꝙ natu ra agit ppter aliqd: τ de necessario prout est in physicis.

¶ Cap. p^m. De rationibus eorum qui negant naturaz age- re propter aliquid quod agit.

D **Icendum aũt deiceps** Tex. τ. c. 75.

Primuz erit: quoniã natura est de nume- ro causaꝝ que sunt ppter finem determia- tum: postea autem dicẽdum est de necessa- rio qño se habet in physicis: τ tunc termi- nabit nostra intẽtio in hoc nostro libro 2^o. Omnes autẽ antiqui physici inducũt se in cãm istam que est necessaria ex parte materie sumpta: τ ne- gant cãm finalem: dicẽtes ꝙ natura nihil agit pp finem de- terminatũ: sed cogit hoc vel illud facere ex necessitate ma- terie. dicẽtes ꝙ hoc vel hoc ex necessitate sit τ fiõt ex neces- sitate: τ fieri apta nata sunt hoies vel asini: vel lõga: vel bre- uia: ppter mãles dispõnes que cogunt iclinãdo ad hũc effe ctũ plus qz ad aliũ: sicut ꝙ calor talis est: vl frigus huiusmo di est mã. Si eni aliam aliquã cãm qz mãlem dicũt necessita rem eẽ rerũ nãlium: quãcũqz illam tñ tãgũt τ finõt se gaude re: in hoc nõ pergrentes veritatẽ de ipsa: volẽtes sic euade- re aliquas difficultates: τ de lõge inspiciũt eam sicut fulgur micãs qδ subito cadit extra visum intuẽtiuz: tãgũt causam efficiẽtem obscure: ita ꝙ aliqs eoꝝ dicit eã eẽ ɔcordiã τ dis cordiã: sicut Empedocles. Aliqs autẽ dicit eaz esse intelle- ctum agẽtem: sicut Anaxa. ¶ Oppositionem habet aũt fm

Tex. τ. c. 76.

dictos physicos querẽtes qd phibet nãm operari ex necessi tate materie: τ dispositionum in materia inuẽtarũ τ non pp aliqd ꝙ finis sit a natura intẽtus: sicut dr ꝙ pluit Juppiter: qui fm vulgus deus fuit regẽs oẽ qδ est τ hoc nõ facit Jup- piter aliqδ intẽdẽdo. Nõ eni intẽdit in vere ꝙ per pluuiam frumentuz augmentet: sed ex necessitate materie pluit. Cũ enim per euaporatiões aq ducta est sursuz ad locũ frigiduz opz eã ibi inspissari ex frigore τ ɔgelari: τ postqz ispissata est vel ɔgelata: tunc igit liqda accipiat formã grauis aque: τ iõ pluuia descẽdit deorsuz ex necessitate τ si tũc casu inenit se- getes augmẽtat eas. Si aũt hoc Juppiter facerer sic hñs i- tellectũ fm puidẽtiã deoꝝ: tũc nõ aliquãdo destrueret sege- res per pluuiã: sed tñ hoc accidit qa aliqñ per pluuiã putre- scit τ perdit frumentum in area: sicut qñ plus solito pluit in messe. Et in hac snia videt fuisse Seneca: qui in lib^o de nã- libus qstionibus sic dicit de Joue: vis nature Jouis prece- ptũ τ pmissio est nec aliter ista dĩ facere: nisi qa ex necessita- te fiũt nature quã istuit Juppiter: cũ ipse sit oĩmodo toti mũ do puidens: vel forte totus mũdus partib^9 suis inductus. ¶ Querũt aũt dicti phĩ dicẽtes: ꝙ sic in trãsmutatiõe eĩnto rũ ea que fiũt ex neeitate fiũt: qd phibet ꝙ ea que fiũt i aia- libus sic fiãt ex necessitate materie: sic dẽtes anteriores fiũt tenues in acumine τ acuti ita ꝙ cibũ faciliter diuidant: et maxillares dentes qui τ molares dicunt fiunt lati vtiles ad ɔterendũ τ molendũ cibum: nõ pp hoc ꝙ nã has vtilitates

intēdit in formā dentiū: sed qa talis erat mā in dispōne sua diuersa. oportuit taliṩ formatos dentes fieri ex ipsa: ꝛ conue nit ꝙ iste facti sint tertio: ꝛ acuti ante in ore. Siliṩ dicunt ꝙ oīa fiunt quecūqȝ fiunt in partibus aīaliū. oēs enim fiūt casu ꝛ per accidens: ꝛ nō ex intentiōe quecunqȝ videntur fieri de terminate necessitate pter hunc finez. ¶ Sȝ tm̄ debēt eē differētie ꝙ quādo casu apta cōiunguntur que ex ꝯrietate materie se nō corrūpunt tūc saluantur: sic quādo fiūt illa que dicuntur fieri consueto cursu nature. Qñ aūt casu ꝯiunguntur ea que non sunt apta ꝯiungi: tunc ex ꝯrietate materie corrūpuntur ꝛ nō saluantur: sicut Empedocles dixit vaccas vitipas siue virigenas vel vnigenas ꝛ bouigenas: que erant de genere hominis: seu viri superius ꝛ īferius de genere bouis. quē poete minotaurum vocauerūt. quem interfecit Theseus. Ille enim nō est saluatus vt sīlia sibi pduceret in specie nāe: qa fuerūt ꝯria ipsum corrumpētia: vt dixit Empedocles: ꝛ de alijs mōstris nature sīlis est per oīa rō. Iste igitur rōnes sunt que induxerūt antiquos dubitare de fine nature: ꝛ similes his quas poni per singula non oportet.

¶ Cap. 2m. De rōnibus īductis ad hoc ꝙ nō ꝓpter finē determinatū operetur natura: ꝛ de similitudine nature ꝛ artis.

*Tex. c. co. 77.*

**Sed ipossibile** Est ꝙ tes nāe modus istū obtineant: qa sicut ꝯdēnamus eos qui casuz negāt esse in natura: ita condēnamus etiā eos qui oīa naturalia dicūt fieri a casu: sicut isti dicūt quos nup idurimus. ¶ Oia enim nālia sicut ꝛ ea que idurimus ꝛ de pluuia ꝛ mēbris aīalium: aut semp fiūt aut frequēter. Sed ea que fiūt de numero eoꝝ que fiūt casu ꝛ fortuna nullū fit semp vel frequenter sicut ꝯstat ex supius habitis: ergo ea que fiūt a nā nō fiūt casu et fortuna. Nō enī a casu ꝛ fortuna est ꝙ pluit multotiēs i hyeme: sed aliqd rōnis hēt ꝙ dicerent ꝙ casu ꝛ fortuna plueret qñ sol est iuxta canē in diebus canicularibus: qa lȝ hoc fiat a nā tm̄ fit raro. neqȝ hēt rōnē ꝙ dicāt cauma siue estū casu fieri in diebus canicularibus: qa hoc fit frequēter. Sȝ aliqd rōnis videretur habere si dicerēt casu fieri cauma siue estū quādo fit in hyeme: qꝛ cū casualibus in hoc cōuenit ꝙ hoc fit raro: qꝛ sua cā ꝯcurrit raro. ¶ Si igitur oia nālia aut a casu videntur fieri: aut a nā pp aliqd operāte ꝛ finem intēdente: ꝛ īpossibile est ea fieri a casu ꝛ fortuna: necessario fiūt a natura determināte finē in vnoquoqȝ eoꝝ intēdente. Huiusmodi enim oia que semp vel frequenter saluata sunt a nā sunt: quēadmodū etiā antiqui affirmabāt: qui casuȝ ꝛ fortunā causas reꝝ eē dicebant. ergo oia nālia sunt pp aliqd ꝛ habēt finem determinatū. ¶ Sūt autē qdam Peripatheticoꝝ qui calūniantur exemplū a nobis inductū quādo dirimus ꝙ pluuia est pp messes. ¶ Dixit enim Alexāder pluuiā nō pp messes esse: qa messes nō sunt a natura sed ab arte: sed tm̄ plurima eoꝝ que sunt ab arte cōplet nā: siue hoc fit qd dicit siue non: nō pertinet multū hoc ad nostrā intētionē. Nos enim nolumus hoc inuestigare nisi ꝙ pluuia ē pp aliqd sicut ꝛ alia q̄ sunt a natura. vñ si finis eaꝝ nō sit messis est tm̄ aliqs alius: sicut forte est equalitas gñationis in'elātis per eqles eoꝝ trāsmutationes: sicut in libro metheoroꝝ demōstrare habemus. ¶ Amplius in quibuscūqȝ est finis determiātus omnis quecūqȝ fiūt sic fiunt: siue priora sint siue lōgiora sint a fine: siue ꝯtīa que sunt fini primiora: ea si fiant pp finē illū ꝛ illius causa. Nō aūt agunt aliqua siue ab arte siue a nā nisi fm ꝙ sunt apta nata agi vt attingant finē pp quez sunt nisi aliqd impediat. ergo vnūquodqȝ eoꝝ agitur ꝓpter illud vel hoc determinate: ꝛ aptū natū est fieri pp illud qd est determinatū finis eius: sicut enī efficiēs primū pmo ꝯstituit finez aliquē in quē dirigit ꝛ producit opus: sic etiā ipsa res per sīlitudinem quā habet ad finē ex cōfuso habitu finis qui est in mā ex primatiōe. sicut diximus in pmo libro tendit in eūdē finē p aptitudinez nature: ꝛ iō verū est ꝙ sicut fit ab efficiente: ita aptū natum est agi: qꝛ aliter occasio non esset nālis: sed ꝯ nām sic sȝ lapis ꝓbarī superius. exēplū autem est in domo que si a nā enim esset aliqua res nature absqȝ dubio fieret: sicut mō fit ab arte cā eiusdē finis. Sīr econuerso si ea que sunt a nā etiā fierent ab arte artifex ipsoꝝ dirigeret ea in eosdē fines i q̄s nunc diriguntur a natura: ꝛ easdē retinerēt aptitudines ex parte materie: pter hoc solū ꝙ forma artificialis esset a princi-

plo qd est extra mām operans: sed naturalis eēt a pricipio operante intrinsecus: ꝙ vtrūqȝ eoꝝ esset pp alterū operans qd est determiatus finis in quē producit opus. ¶ Oino autē siue vniuersaliṩ loquendo duplex est ars mechanica: qm̄ quedam perficit que forte natura cōplere nō pōt: quedā autem nām imitatur in hoc ꝙ finē prestituit in quē dirigit opus suum. Si igitur innegabile est ꝙ ea que fiūt per artē fiunt pp hoc q̄ sunt fines determinati rex artificialiū: sic ops ꝙ ēt ea que sunt a nā sint pp aliquos fines determinatos: qꝛ nunqȝ posset fieri ꝙ id qd casus incipit posset cōpleri ab arte aliqd intendēte nec mutari ab arte aliqd intendente. Si. n. sanitas fieret a casu nō posset perfici a medico nature defectus nec iuuari: ꝛ sīr si animal fieret a casu nō posset hoc ars imitari. Cuius rō est: qꝛ casualiū ꝛ fortuitorum finis semper est ex operantem ꝛ accītalis. Artificialium aūt ipossibile est finē esse extra operātē ꝛ accītalē: ergo ipossibile est per artē mutari vel cōpleri opus casuale vel fortuitū. ¶ Amplius ars nō est nisi eoꝝ ad que sunt ordinata principia artis: sed ad id qd est per accñs ꝛ improuisum ipossibile est ordinare artis pncipia: ergo ars nō est de eo cōplendo vel imitando: qd est p accidēs ꝛ improuisum. Sūt enī per accidēs ꝛ improuisum oia casualia ꝛ fortuita sicut clarū est ex superius determinatis: ergo si opus nature est casuale ipossibile est ꝙ ars operetur ad ipsū vel cōplendo vel mutando. ¶ Manifestū est igitur ꝙ ea que sunt fm nāz pp hoc fiunt: eo ꝙ sīr se habēt ars ꝛ nā ad se inuicem tā in his que fiunt fm artē q̄ in his que fiunt fm naturā posteriora ad priora: posteriora autē vocamus finem: ꝛ priora ea que fiūt ꝓpter illū mouentia mota. ¶ Est autez maxime manifestū ꝙ natura agit ꝓpter finē determinatuz in aīalibus brutis: que diuersificantur ab hoīe i hoc ꝙ nec q̄rentia cām: nec deliberantia faciunt opera sua: ꝛ hoc cū ita directe ad finem terminatū dirigūt opera sua: qd ēt qdam dubitauerunt an operarentur ab itellectu aliquo qui eēt i ipsis aut quodā alio pncipio finē precipiētē: que tm̄ dubitatio per hoc determinatur ꝙ si operarentur ab intellectu vel pncipio p̄concipiente: diuersificarentur opera eoꝝ sed nō diuersificantur: qꝛ imaginata ab vno non sunt imaginata ꝛ precōcepta ab alio: sicut videmus hoīum opera diuersificata. Oportet igitur ꝙ oia que sunt vnius nature aīalia instinctu nature similiter operentur que operantur: sicut etiā ī pncipio huius sciē determinauimus ergo instinctus nature eoꝝ est pp aliquez finem determinatū: ꝛ sic natura ꝓpter aliqd operatur: talia autem aīalia sunt sicut araneę ꝛ formice ꝛ huiusmodi minuta aīalia: in quibus ꝯstat ꝙ nō est cōceptio nisi parua ꝛ tm̄ ad finez operantur. Si aūt paulatim ꝓcedamus ꝯsiderantes opera vegetabilium in que plus instinctū nature sequuntur de facili percipere possumus etiam in illis que agūt ꝓpter aliqd ea que agunt. sicut ꝙ producunt folia vt cooperimēta sint fructuū: ergo quecunqȝ naturaliter faciunt ꝓpter aliquem determinatum finem faciunt. Scimus enim ꝙ hirūdo ꝓpter finez determinatum facit nidum: ꝛ aranea telam: ꝛ plante folia: ꝛ ꝓpter aliquid habent radices deorsum: ꝛ nō sursum: qꝛ nutrimētum est in terra qd sugūt per radices: ꝛ sic vegetantur: ergo manifestū est ꝙ cā huius que finalis est in his ē q̄ fiūt fm nām. ¶ Quia vero natura duplex est ꝛ dicitur: alia enī est materia: alia forma: finis autē in naturis forma est sicut cōstat per ādicta erit forma cā finalis cuius grā sunt ꝛ fiunt q̄cūqȝ sunt ꝛ fiunt in nālibus ante forme adeptionem.

*Tex. c. 78.* *Tex. c. 80.* *Tex. c. co. 81.*

*Tex. c. c. 77.* *Opīo Alexandri.* *Idez Cōmētator hic. Tex. c. c. 78.*

¶ Cap. 3m. De probatione ꝙ natura agit propter finem determinatum ex peccato qd accidit in opere eius in quo etiā est de diuersitate munstrorum.

**Idem** Autē qd nūc ꝓbauimus ex similitudine artis ꝛ operibus aīaliuz et vegetabilium ꝙ s. natura operetur ad finem intētuz ꝛ determinatū: probabimus adhuc ex eo ꝙ accidit peccare in natura sicut ꝛ in arte: qd non accideret si natura nō ad finez determinatum dirigeret opus suum. Si enim finis non sit: ad nullum finez dirigitur opus. ergo qualecunqȝ fiat opus semper indicabitur rectuz: sicut est videre in finibus casualibus. ¶ Si enim non accidant illi fines nō propter hoc iudicabitur peccatum in opere: ꝛ similiter tum forma in natura sit finis: si non sit finis determinatus rebus naturalibus non haberent etiam formam determinataz: ergo siue vnā

sine aliam contingant formam nullum in eis iudicabit pec-
catum quod falsum est: quia peccatum fit tam in his que sm
artem sunt quam in his que sm naturam sunt: ⁊ hoc apparet tam
in arte que imitatur naturam in opere non naturali: quam in il-
lis que perficit opus nature ⁊ iuvat naturam in opere natu-
rali. Et exemplum primi horum est quod aliquando non re-
cte scribit grammaticus: ⁊ tunc propter omissionem alicuius
principiorum artis non pervenit ad finem orthographie: quia
grammatica quantum ad orthographiam scientia est recte scri-
bendi. Exemplum secundi est quod medicus aliquando propter
omissionem alicuius principiorum potavit eum scamonium
non recta portione. Cum ergo ars imitetur vel compleat
naturam accidit etiam peccare in natura: quando scilicet natura ope-
rans propter corruptionem alicuius principii naturalis non
pervenit ad finem intentum a natura. Si igitur sunt quedam
que fiunt sm artem in quibus tum recte fit non habet rationem
rectitudo: nisi quia debitum sibi finem directe attingit ex inten-
tione artis: ⁊ non peccatur in eis nisi tamen alicuius finis gra-
tia fiunt: sed fallit ita quod finem debitum non attingunt pro-
pter alicuius principiorum corruptionem. Similiter utique fiet
in physicis: quia quicquid ibi recte fit non habet rectitudinem:
nisi ex proportione ad finem debitum quem attingit: ⁊ cum
peccat peccatum suum perpenditur ex hoc quod finem illum non
attingit propter corruptionem alicuius principii naturalis.
Monstra enim sunt peccatum illius quod in natura est propter
aliquid. Fiunt autem monstra ut in genere dici potest propter
quatuor causas: que tamen sub se multas habent particula-
res causas. Aliquando autem fiunt propter materie diminu-
tionem. Aliquando propter materie superfluitatem. Aliquando propter
qualitatum improportionabilitatem ad materiam. Aliquando
autem propter continentis malitiam. Propter materie au-
tem diminutionem fiunt tripliciter: sm quantitatem magnitu-
dinis membrorum tantum: ⁊ non sm numerum: ⁊ aliquando sm quan-
titatem magnitudinis ⁊ sm numerum simul: aliquando au-
tem sm numerum ⁊ non sm magnitudinem. Ea autem
que fiunt sm quantitatem magnitudinis duplici ex causa fiunt.
Fiunt enim ex diminutione materie: aut debilitate virtutis
formative que non potest formare nisi partem de materia ⁊
reiicit aliam. Ea autem que fiunt sm diminutionem si-
mul ⁊ numerum: absque dubio propter utrasque causas fiunt scilicet
quia diminuta est materia ⁊ quia debilis est virtus formans. Si
autem fortis esset virtus formaret membra in materia da-
ta ⁊ attraheret aliam materiam in augmentum. Que autem
fiunt ex diminutione numeri ex utraque causa sigillatim fie-
ri possunt. scilicet ex defectu materie: vel quia virtus sibi datam ma-
teriam preparatam convertere non potest nec mutare. Et
huiusmodi signum est quod precipue deficiunt membra longe a
corde ⁊ epate distantia: in quibus precipue situm habent vir-
tutes membra formantes. sicut deficiunt manus vel pedes
vel aliquod extrinsecorum membrorum in capite. Que autem defi-
ciunt in membris: vel in toto deficiunt quasi sint abscisa: vel
deficiunt ab actu: eo quod sint curva ⁊ mollia que actum susti-
nere non possunt. Ex superfluitate etiam in genere fiunt tri-
pliciter: aut enim in sola excedunt magnitudine: aut in nu-
mero solo: aut in numero simul ⁊ magnitudine. In magni-
tudine autem sicut nascuntur infantes: vel totum corpus: vel
aliquod membrum habentes enorme. Et hoc contingit ex
duplici causa: aut enim contingit propter fortitudinem vir-
tutis ⁊ abundantiam materie simul: aut contingit solum pro-
pter materie abundantiam: propter hoc quod virtus sit ultra mo-
dum intensa. Signum autem primi est quando totum corpus
enorme est: sed tamen habet omnia membra respondentia si-
bi ⁊ proportionata adinvicem. Signum autem secundi est
quando corpus non habet membra sibi proportionata: sed unum
est enorme: ⁊ aliud non: quia quando virtus est proportiona-
ta ⁊ non materia: tunc virtus non potest omnia formare equa-
liter: ⁊ ideo habilem materiam melius format quam inhabilem.
Est autem sicut prius diximus materia exteriorum in qui-
bus minus potest formans virtus quam in interioribus: pro-
pterea quia plus distant a membris in quibus sita est vis for-
mativa. Aut excedunt in numero solo quod convenit semper pro-
pter materie prime spermatis abundantiam ⁊ virtutis for-
titudinem. ⁊ habet istud tres modos. Aliquando enim abun-
dans est membrum debitum ⁊ tamen abundat: quia ante

Tex. 4.c. 82.

Monstra propter quatuor causas in genere fiunt.

Monstra ex parte diminutionis materie tripliciter fiunt.

Monstra ex superfluitate materie fiunt tripliciter.

tempus oriuntur: sicut convenit in infantibus ⁊ aliis quibus-
dam qui cum dente parvo vel pluribus nascuntur: propter
abundantiam caloris ⁊ materie circa mandibulas. Et ad
istud pertinet nativitas natorum cum pilis magnis ⁊ ascel-
larum ⁊ multitudine capillorum in capite: quod propter forti-
tudinem cordis convenit ⁊ propter terrestreitatem fumorum
a corde ad exteriora expulsorum ⁊ iam meis temporibus pre-
sentata fuit puella que nata fuit dependentibus uberibus:
⁊ cum pilis inguinis ⁊ ascellarum: ⁊ fatebatur mater eius
etiam quod patiebatur resolutionem menstruorum quod absque
dubio accidit propter fortitudinem caloris formantis ⁊ ma-
turantis. Aliquando autem est membrum propter abundan-
tiam materie. Aliquando autem fit bicorporeum superius
vel inferius sicut accidit de eo qui fuit natus cum duobus
capitibus: ⁊ postea continuata erant duo corpora in collo ⁊
in dorso utriusque: ⁊ inferius videbatur unum corpus. Ali-
quando autem visus est natus econtra: qui quatuor habuit
crura ⁊ vultum ⁊ continuum corpus apparuit in superiori par-
te: quod absque dubio contingit ex divisione spermatis in ma-
trice. Sic etiam fit geminorum nativitas qui in una cella ma-
tricis nati inveniuntur. Sunt enim quedam mulieres ⁊ que-
dam animalium que multum in coitu delectantur: ⁊ in de-
lectatione illa movetur matrix cum sperma infunditur ner-
vis sensibilibus eius ⁊ in motu illo dividitur sperma. Cum
ergo divisio tota perficitur tunc fiunt gemini: si coalescit se-
men in fetum. Si ergo divisio non perficitur: sed sperma quasi
ramificatur: tunc fiunt bicorporea animalia: subtus vel su-
pra: vel etiam in medio sm modum per quem dividitur sper-
ma: ⁊ ideo quidam inveniuntur cum duobus ventribus: qui-
dam autem cum tribus vel quatuor brachiis: ⁊ sic de aliis
diversitatibus medii corporis. Iuxta autem modum me-
dium istius divisionis inveniuntur quidam nati cum multis
foraminibus: sicut sunt ora: ⁊ multis linguis in uno capite:
sicut aliquando presentatus fuit quidam temporibus nostris
qui habuit .ii. linguas ⁊ .ii. ora ⁊ labia incompleta .xx. ⁊ fuit
mortuus antequam nasceretur. Ea autem que fiunt propter qua-
litatum improportionabilitatem sunt sicut nimia macies ⁊
nimia pinguedo: quorum sic primum ex nimio calore: ⁊ secundum
ex nimio frigore: ⁊ si iunguntur qualitates contrarie quarum
utraque sit complexionalis ⁊ terminans: tunc convenit nasci
hermaphroditos ⁊ virtus formativa satisfacit utrique sexui tam
in membris exterioribus quam interioribus: sunt ad visum pro-
bavimus in quibusdam esse utrunque sexum: ita quod a sapien-
tibus discerni non potuit quis prevaleret: ⁊ dicitur de qui-
busdam quod in coitu ⁊ succumbunt ⁊ incumbunt: situs enim
membrorum genitalium non impedit hoc: quia situs membri
virilis est super nervum coxe: ⁊ situs vulve mulieris est infra
anum. Propter autem malitiam continentis peccata fiunt
dupliciter sm duplex continens. Est enim continens sicut
pellis que dicitur secundina: ⁊ est calor terminans continens
habens in se virtutem celestis circuli qui est primum circun-
dans. Ex ruptura autem secundinarum fit multiplex mon-
struositas: quoniam enim materia defluit ⁊ sic deficit mem-
brum vel curvatur: vel grandescit: vel discontinuatur: vel dislo-
catur a membro sibi vicino: ⁊ aliquando confluunt sperma-
ta diversorum fetuum: ⁊ tunc conglutinantur duo corpora
sunt in loco illo. Ex malitia autem continentis se in cele-
stem effectum ⁊ terminantis fiunt impressiones diversarum for-
matum: que competunt diversis speciebus animalium: sicut
porce parientes porcellos quorum capita sunt humana: et
sicut est de vaccis quas ponit Empedocles ⁊ huiusmodi: hec
enim ex spermatum commixtione fieri non possunt: quia spermata
valde diversa in specie se corrumpunt invicem ⁊ nihil generatur ex
ipsis: sed potius fit ad constellationem ad illam formam sperma ex
suam qualitatem movente: sicut est quod dicit Ptolomeus in qua-
dripartito: quod in quadam parte arietis luminaribus ⁊ quibus-
dam planetis aliis concurrentibus non potest fieri generatio huma-
na. Si autem essent similia ⁊ vicinarum specierum animalium tunc posset
ex illis generari medium animal: sicut ex equa ⁊ asino fit mu-
lus: ⁊ ex equo ⁊ asina fit burdo: ⁊ ex cane ⁊ lupo: vel vulpe et
lupo: ⁊ huiusmodi. Hec autem iam ad scientiam de animalibus perti-
nent hic interposuimus ut sciatur: non casu ut dixit Empe-
docles talium animalium generationem fieri vel continge-
re. Omnis enim hec monstra peccata nature sunt intenden-

Nota de nativitate geminorum separatorum et coniunctorum quomodo fit coniunctio eorum.

Nota de hermaphroditis

Monstra ex parte continentis fiunt ex duplici causa.

tis finem aliquem quem attingere nō valet ꝑpter corruptionem alicuius ꝑncipij nālis ergo ⁊ in his substātijs de quibus dicit Empedocles ꝙ in pma parte sunt bouigena: ⁊ in alia parte hūt figurā hoīs vel econuerso: si potuerūt venire ad finē aliquē ⁊ terminū quē natura ꝑstituit ⁊ desiderauit: nā dico que fuit vis formās semē: factū est hoc ipedimentū corruptione aliquo ꝑncipioꝝ vt diximus: ⁊ ideo facta sunt monstra: sicut ⁊ nūc ⁊ semper fit corruptio in semie. ¶ Amplius oportet et ꝙ semē sit prius ⁊ postea aial. ⁊ semē facit nā pmo etiaz molle vt sit aptū receptioni figuraꝝ. Hoc autem nō faceret nā tali ordine nisi esset semē ꝑpter aialis generationem: ergo nō est casu. sed ꝑpter finem determinatum. ¶ Quecūqꝫ enim sunt quoꝝ pn^m est a re terminata per nām: ⁊ mot^9 eoꝝ per res a natura terminatas: hoꝝ oium ordo necessariu est ad finē terminatum: talis aūt ꝑcessus est gn̄ationis omniū aialiū: qꝛ est a spermate terminato: ⁊ pmo est molle: deinde conuertit formaꝫ ⁊ maturaꝫ: gratia ipsoꝝ ordo ⁊ generatio ordinata est ad finē in nā determinatū. ¶ Amplius ⁊ in plātis sicut ⁊ in aialib^9 species inest eis pp aliqd qd est finis earum determinatus ꝑpter eādē rōnem lꝫ magis sit occultū ⁊ minus per rōnē colligi possit ꝙ in aialibus: ⁊ sic finis nē terminatus ad quē nā operaꝫ est in vtrisqꝫ. Et ex hac consideratiōe ꝫdicemus Empedocli qui dicit oia hec a casu et recte ⁊ nō recte ⁊ mōstruose: si enī casu sit in aialibus monstrū cuius superiora sierēt hoīs: ⁊ inferiora tauri qd est minotaurus: opꝫ ectā ꝙ casus isc fiat in plantis fm Empedoclē: ita ꝙ aliqn̄ generet plāta cuius vna pars sit vitis ⁊ alia oliua: sed tn̄ hoc non videmus: lꝫ equalr oporteat hoc fieri in plātis sicut in aialibus fm Empedo. ¶ Amplius autē in seminib^9 opꝫ fm Empedo. fieri gn̄ationem: sicut cōtingit a casu ⁊ fortuna: ⁊ nō fieret gn̄atio vnius spēi ex semine determinato: fieret enī sic ex semine hoīs bos sicut hō: ⁊ ex semie vitis ita cito oliua sicut vitis: si nihil eēt agēs in gn̄atiōe rerum nisi casus ⁊ fortuna. ¶ Causa autem subest quare plus mōstra in aialib^9 apparēt ꝙ in plantis quā ignorauit Empedo. Hoc autē est ꝙ mollius est semē aialis: ⁊ plura exigūtur ad terminationē eius ꝙ plāte: ⁊ aial difficilis est gn̄ationis ⁊ plāta similis ⁊ facilis gn̄ationis: ⁊ ideo facilius fit vt corrūpaꝫ aliqd pn^m generatiōis aialis ꝙ plāte. ¶ Oino aūt ⁊ vniuesr sic dicēs casum eē cām reꝝ nālium destruit id qd ē a natura ⁊ nām. Nā nāqꝫ sunt quecunqꝫ ab alio qd hūt in se ipsis ꝑncipio motus ꝯtinue mota in finē aliquē certū ⁊ determinatū veniunt: sicut a pn^o huius scōi ꝑbaꝫ ex diffōne nature: sed que fiunt a casu nō habēt in seipsis pn^m per se mouēs ad finem casualē. cū casualis finis īcidat ⁊ nō sit is agente ad finē illū: finis itē naturalis nō idē est vnicuiqꝫ rei naturali nec cōtingēs ⁊ accn̄talis. qꝛ ille indeterminatus est ⁊ infinitus. Si ergo res nālis est que finē hꝫ certū ⁊ determinatū semper ꝑueniet in eūdē: nisi sit aliqd impediēs qd corrūpit aliqd nālium principioꝝ. ¶ Finis aūt ille qui est cuius gratia fit totū qd fit: fieret absqꝫ dubio casu ⁊ fortuna: si sic fieret incerte ⁊ indeterminate: sicut dicamus ꝙ venit ad nos aliqs extraneus cū balneū nostrū paratuꝫ fuit tanꝙ balneaturus apud nos in nostro balneo cū sibi accidit venire tanꝙ propter hoc operat^9 sit ⁊ aduenerit cū tn̄ nō aduenerit pp hoc: qꝛ nescie aliqd de nostro balneo: sed accidit ei ⁊ nō ordinauit aduentum suū ad hoc vt balnearet. ¶ Fortuna nāqꝫ de numero est illarum causarū que sunt fm accidens: sicut diximus prius: sꝫ cum hoc semper aut frequenter fiat: tūc non fiat fm accidens neqꝫ a fortuna: sed potius fit ab ordinante ⁊ ordinato ad certum finem. In physicis autē semper sic fit nisi aliquid impediat sicut diximus etiam prius.

¶ Cap. 4^m. De solutionibus rationum Empedoclis ꝙ natura potest agere propter finem certum lꝫ non deliberet de ipso nisi cognoscat ipsum.

Inconueniens autē est qd dicit Empedocles ⁊ ceteri dicētes ꝙ casus est causa reꝝ nāliū: ꝑpter hoc ꝙ videt eis nihil operari ad finē certū: nisi ꝙ ꝑconcipit finem ⁊ deliberat de ipso: ⁊ postea cogitando et ratiocinando dirigit opus in finē illum. Et qꝛ natura non habet in se ꝑconceptionem finis ⁊ deliberationem ⁊ ordinē per ratiocinationem: ideo negant ipsam operari ad finem certum ⁊ determinatum: hoc enim est maximum inconueniens: ⁊ instantia huius in arte mechanica. Postꝙ enim aliquis adeptus est artem perfecte non deliberat nec preordinat qualiter fm artis principia operetur. Sicut enim operatio sua est cum addiscit artem: ⁊ est hec operatio tarda sicut apparet in his qui discunt citharizare. Illi enim primo deliberant ⁊ precogitant de proportione chordarum ⁊ que prius ⁊ que posterius sit tangenda ⁊ quantum ⁊ tunc operaꝫ tarde ⁊ cum timore: postꝙ autē didicerit non ꝑcogitat quimo cū precogitate inceperit in artis opere impedirentur ⁊ titubarent: sed moueꝫ ex arte sicut ex natura quadaꝫ: ⁊ hoc modo est de opere nature: qd absqꝫ dubio certissimum est: lꝫ nō preconcipiat: qꝛ habet in se incorporatam artem primi motoris mouentē in eo: ⁊ hoc est ac si nos diceremus ꝙ ars nauigandi que est in anima naute incorporata esset lignis nauis: tunc ars eius incorporata dirigeret nauem sicut modo facit ars naute: sed tanto certius operaretur quāto essentialis esset forma artis nauis magis essentialis ⁊ intrinseca. ¶ Hoc autem maxime manifestum est in medico qui curat seipm fm artem medicine que est in ipso. Ille enim lꝫ inquantum medicus non cureꝫ: sed inquantum eger: tamē curaꝫ per artem que est in ipso ⁊ ars que in ipso dirigit ipm inquātū est eger in finē sanitatis. Huic autē comparaꝫ optime op^9 nature qd hꝫ in se formam agentis primi que est in ipso incorporata ⁊ intranea: ⁊ deducit ipsum ad finem certum ⁊ determinatum. ¶ Ad hoc autem intelligendum sciendum est ꝙ omne mouens in natura reducitur ad motū mouentis primi: ⁊ per formam illius mouet omne mouēs scōm. Primū autem mouens est mouens per intentionem ⁊ intellectum: ⁊ ideo preordinat oia ad finem determinatū: ordo autē ille insultur nature nō per modū cognitionis ⁊ intellectus: sed potius per modū illum quo est principium motus ⁊ operationis: ⁊ ideo in eodem ordine ad finem est in materia nāli in seminib^9 quo est in motore pmo lꝫ habeat aliud eē hinc ⁊ inde: ⁊ alterius sit rationis. Et huiusmodi exemplum est in eo qui sapiens est ⁊ dat consilium ad opus aliquod ⁊ adiungit preceptum vt fiat: audientes autem non sunt sapientes: nec possunt percipere rationem consilij: cum formā consilij apprehendunt prout est principiū operis: ⁊ vis precepti vrget eos vt impleant id qd ex consilio ordinatum est fieri a sapiente. Ita enim etiam est in operibus nature in quo sicut sapiens omnia ordinans ad certos fines est motor primus. Cause autem naturales in superioribus corporib^9 et inferioribus sunt sicut ministri formā consilij ⁊ ordinem recipientes ⁊ incorporantes sibi: ⁊ non accipiunt rationeꝫ ordinis ⁊ deliberationem ⁊ intellectū que sunt in motore primo. ⁊ loco precepti primi motoris accipiunt virtutes naturales de necessitate inclinantes ⁊ deducentes ad finem certum ⁊ determinatum: aliter enim non cōtingerent fines certos virtutes ille: sicut est videre in calore naturali qui nisi haberet in se ordinem naturalium vltium inclinantiuꝫ ad certum finem ipse interimeret omne illud in qd ageret. Nunc autem hoc non facit: sed terminat ad speciem carnis ⁊ ossis ⁊ huiusmodi: ⁊ ideo qd alterat calor hoc habet inquantum est vis corporalis elementi ⁊ ex necessitate: qd autē deducit ad formam hoc habet a forma ⁊ ordine motoris primi. ¶ Et huiusmodi exemplum est de eo qui dirigit sagittam vt vulneret: sagitta enim habet quod vulnerat ex necessitate materie propter acumē sui teli ꝙ autē perueniet in certum locum ⁊ nequaꝙ in alteram partem deflectitur hoc habet ex intentione ⁊ ordinatione dirigentis sagittam: ⁊ sic est in operibus nature quia qd qualitates prime alterāt ⁊ mouent materiam ⁊ transmutant absqꝫ dubio sub necessitate est: ⁊ hoc habent inquantum sunt virtutes corporales. sed hoc ꝙ actiones eorum terminantur ad fines determinatarū speciez in cōmixto ⁊ in natura: hoc hūt ex virtute forme que ex primo motore insluiꝫ oībus mouentibus in nā. ¶ Scias aūt ꝙ lꝫ finis aliquis sit in quē natura ordiat op^9 suū ac si illū finē ꝑcōceperit: ⁊ ille est finis ad quē moueꝫ cōtinuo motu ⁊ vno: sicut est forma specifica finis generationis: tn̄ sunt multi fines qui sequunꝫ necessitatem materie: qui sunt nō nāles: sicut dissolutio sequit cōmixtū: ⁊ mors sequiꝫ aiatū: ad quos fines nā ꝯiuncti non mouet: lꝫ aliꝙ mō moueat ad ipsos simplex qd est in cōmixto: cum enim mouet ad

Tex. c. cō. 33. · T. c. cō. 34. · Que ē cā ꝙ mōstra magis fiūt in aialib^9 ꝙ ī plantis. · T. c. cō. 34. · Tex. c. c. 35. · Tex. c. c. 36. · Documētū · Ordo nāe insinuāꝫ nō pmodū cognitionis intellectus sꝫ pmodū ꝙ ē pn^m mot^9 ⁊ operationis. · Vide p̄ Phi. de aia. cō. 41

net ad hoc q differt a suo contrario: et ita veniat ad defectionem sue speciei et locum in quo saluatur forma simplicis tūc per consequens mouet ad dissolutionem cōmixti: et ad mortem: et hoc modo quidem simpler desiderat finem certuz in natura sed ad hoc consequens dissolutio et mors non sunt fines naturales nisi forte per consequens: sicut iam dictum est. ¶ Quod igitur natura sit causa rerum naturalium: et sit sic causa sicut propter aliquem finem determinatuz et certū mouens manifestum est ex dictis.

¶ Cap. 5m. De necessario qualiter est in physicis non absolute: sed ex conditione finis: in quo prima propter posteriora sunt necessaria.

Causa autē Omnis erroris istius quo antiqui inducti sunt ad credendum q ex necessitate materie fieret omnis generatio animaliuz casu et plantarum et aliorum rerum naturalium fuit necessarium in disciplinis demōstratiuis: in quo videbant q per necessitatem primorum principiorum sequitur esse consequens: quia conclusio ibi necessario sit ppter principiorum materialium necessitatem: que principia materialia sunt propositiones inquantum in ipsis est cōclusio posita: et per habitum scientie confusum: sicut forma est in materia: sicut superius diximus. Et ideo oportet nos inuestigare de isto necessario qualiter est in physicis: et qualiter in demonstratiuis: et ostendere similitudinem inter illa. ¶ Queremus ergo primo Utrum necessarium physicorum sit necessarium simpliciter vel sic necessarium ex suppositione et cōditione cuiusdam presuppositi prestituti. verbi gratia necessarium simpliciter est sicut necesse est graue descendere et leue ascendere. Non enim oportet aliquid presupponi ad hoc q sit hoc necessarium: necessarium autem ex cōditione est ad cuius necessitatem oportet aliquid presupponi: neq ipsum est necessarium nisi ex suppositione: et sic necesse est sedere te: si ego video te sedentem. ¶ Est autem necessarium simpliciter in sola materie aptitudine et necessitate. Necessarium autē secundum positionem est in ordine hypothesis alicuius: sicut necesse est te dormire si quiescere debeant in te virtutes sensibiles. ¶ Hunc quidem enim opinantur antiqui qui casu oīa dicunt fieri non esse in natura nisi necessitatem absolutam que est ex materie obligatione: sicut si aliquis dicat non propter suppositionem finis: sed ppter materie obligationez et aptitudinem fieri domum: quia cogitat parietem esse factum et erectum: non ideo q sustineat tectum: sed ideo quia componitur paries ex diuersis quorum quedam sunt grauia: et ideo necesse descendunt in fundamentuz deorsum: eo q sic moueri apta nata sunt. Quedam autem sunt modo medio leuia: et ideo illa coherent grauibus in inferioribus: et extenduntur altiora contingendo: et ita fit expansio parietis: lapides enim deorsum feruntur et fiunt fundamentū: et ligna medio modo leuia altius ascendūt: et leuissima sūt in summo: ita dicunt q est motus mixtorum in mixto: et ideo ex necessitate materie adueniunt eis figure et forme competētes motibus eorum. Sic ergo patet q secundum istos forma sequitur necessitatem materie: et non ppter formam requiritur materia: ita vt materia nō queritur a natura nisi propter formā: et hec est necessitas absoluta que est ex materie obligatione. ¶ Sed dictum istorum non est verum: quia licz non sine materia necessaria fiat forma: non tamen ppter necessitatem materie fit forma: quia sic non quereretur materia propter formam: sed posset habere materia formam quecunqz sequeretur necessitatem motuum materie. Et sic iterum forma naturalis supponeretur casui cum non intenderetur a natura: et dicimus q forma non fit propter hoc nisi vocetur causa necessitatis que est disponens eius subiectum qd est materia: sed potius sicut in operibus artium omnia prima fiunt ppter posteriora: eo q posteriora facta sūt fines: et priora sunt ordinata ad finem: et tamen posteriora non fiunt sine prioribus: ita q per omnia est in rebus naturalibus: quia finis in eis est forma qua totius operationis est principiuz ppter qd fiunt vniuersa et sunt. Et hoc quidem manifestum est in domo: quia id qd est principium omnium eorum que fiunt in domo est q sibi preponit effectus qui facit domum: et hoc est operimentum a pluuiis in tempestate: et conuentiuz esse diuitiarum et solatiorum esse contentorum. Et propter illum finem queritur materia domus et paratur et disigitur: et omne qd fit circa domum fit ppter illud: et ideo diximus superius q finis qui primus in cognitione est. et vltimus in operatione: et esse est causa causarum: quia ppter ipsum esse alie causant qd causant. Sicut enim est in domo: ita est et in aliis oībus que fiunt propter aliquid qd est certus finis ipsorum. Nullum enim illorum fit quidem sine necessaria materia et disposita ad ipsum suscipiendum: sed tamen nunqz finis fit propter materiam vel necessitatem eius: sed econuerso materia et eius necessitas fit ppter finem: nisi equiuocatio fiat in prepositione causam denotante: ita q dicas causaz sine qua non et necessitatem materie que est causa disponēs in subiecto in quo finis habet esse: vnde si queratur ppter quid est serra huiusmodi: hec est ex ferro: dicetur q forma serre que est dentatio requirit talem materiam et ppter formam illaz materiam talem oportuit querere. Si autem queratur vltra quare dentes habet huiusmodi materia ferrea: dicetur pro causa: vltimus finis qui est opus serre qd est diuidere ligna: qd opus licz non fiat nisi dentes ferrei: sunt tamē opus qd est finis vltimus: cuius causa omnia fiunt non est ppter ferrū et dentes: licz ecōuerso illa sunt ppter illud. Si ergo necesse est serram ferream esse et dētatā si debeat complere opus eius: hic tamen non dicit necessitatem finis ppter quem sunt oīa que sunt circa serram: sed dicit necessitatem que est in materia et dispositionibus eius. Finis enim nō est in materia habens necessitatem: sed potius in ratione: quia sic est mouēs artificem: et efficitur principium totius operationis: et ideo sic ab ipsa fluit et motus quo mouet efficiens et necessitas materie qua preparatur ad finem cōsequendum. ¶ Incidit autez dubium de dictis ex eo q finis mouens efficientem qui principium est operis: est res in cognitione et ratione cōsistens: taliter autem ens est ens secundum quid. Si ergo illud est principiū et causa operis: erit ens secundum quid causa et principiū entis simpliciter. ¶ Sed ad hoc dicendum est q in artibus principium operis est intellectus operatiuus: et ideo id qd mouet intellectuz oportet q habeat esse quale permittit intellectus: sed forma que est in intellectu operatiuo alia est qz illa que est in intellectu speculatiuo. Illa enim que est in intellectu operatiuo est ars et principium formale et effectiuum operis. Illa autem que est in intellectu speculatiuo: est a re abstracta: et est principium cognitionis. et hoc est ens secundum quid: quia est intentio rei et non principium rei: sed principiatum a rebus in anima. Sed illa que est in intellectu practico per modum quo est in ipso non est a rebus sed principium rerum artificialium secundum hoc q forma est: qd autē habet esse in anima hoc accidit ei quia non cōuenit ei inquantum est forma artis: sed per esse suum qd habet in subiecto. Et ideo non phibet aliquid quin ipsa vt forma est sit principiuz rerum artificialiū. Et simile est huiusmodi in natura: quia forma primi motoris influitur omnibus: et per hoc q est in efficientibus materiam ipsa est finis et principium rebus materialibus: licz ipsa sit in eis secundum quid in esse suo: ipsa tamē simpliciter est forma rerum et principium earum.

¶ Cap. 6m. De necessario in disciplinis qualiter differat a necessario in physicis.

Est autem Necessariuz in disciplinis demonstratiuis qd fuit antiquis causa erroris in quo est necessarium simpliciter ppter suppositionē finis licz enim scientia cōclusionis sit finis in demōstratiuis: tamen premissa non sunt necessaria ppter cōclusionem sed in se habent necessitatem: et ppter necessitatem earum cōclusio est necessaria: et cum ipsa habeat necessitatem rei non attenditur in ipsis necessitas cōsequentie tm: sed potius necessitas rei que cōsequitur que vocatur a quibusdam necessitas cōsequentis. Est igitur in ipsis processus a premissis ad cōclusionem: et cōclusio est necessaria propter premissas et non econuerso: et si procedatur a cōclusione ad principia: non erit demonstratio ppter quid: sed quia: et illa demonstratio non ponit necessitatem nisi cōsequentie: quia vltima non sunt vera et necessaria ppter prima: sed ecōuerso: quia effectus nihil dat cause sed potius causa effectui.

Tex. 2. c. 87.

Tex. 2. c. 88.

Dubium de căsalitate finis.

Solutio

Forma vt est i intellectu pratico nō est a reb⁹ ꝫ modū quo est in ipso sed est rex artificialiū principiū. ꝫ cogita sup hoc q videt seq formas vel ec cō creatas itellectui vt pduci ad ipso quorumq est inconueniens. Tex. 2. c. 89.

¶ Videamus ergo de necessarijs in istis in quo conveniãt ⁊ differãt. Conveniũt aũt in hoc ꝙ tã in physicis ꝙ̃ in disciplinis est necessariũ simil'r. ita ꝙ in vtroqꝫ est principium ⁊ principiatuꝫ: ⁊ hoc patet. Si enim velimus concludere quoniã rectilineus triangulus habet tres angulos duobus rectis equales: nos accipiemus causatũ anguli triãguli rectilinei. Causam dico non inquantum est angulus sed inquantũ tantus quantus põt contineri duabus rectis lineis ⁊ a se inclinatis: ⁊ dicimus qñ angulus trianguli rectilinei cuius exterior angulus duobus sibi non coniunctis in eodem triangulo inclusis est equalis. ⁊ q2 exterior cum sibi coniuncto est equalis duobus rectis: ⁊ ideo necesse est ꝙ interior cõiunctus exteriori tuꝫ duobus interioribus sit equalis duobus rectis: ⁊ hoc in 32. geometrorũ libro primo demõstratur. vnde si interior valet duos rectos: tunc opꝫ triangulum habere tres angulos equales duobus rectis eo ꝙ duo anguli interiores valent vnum exteriorem sibi non coniunctum: ⁊ sic necessaria est conclusio ꝓpter premissas ⁊ non econuerso q2 non ꝓpter hoc ꝙ triangulus habet tres duobus rectis equales duo exteriores equipollent exteriori: q2 sic idem esset causa ⁊ causatũ: ⁊ principians ⁊ principiatum: tamen bene sequitur ꝙ si triangulus non habet tres angulos equales duobus rectis ꝙ non fuit causa recta per equipollentiam qđ est interiorẽ cũ duobus interioribus illi non coniunctis esse equalem duobus rectis. Sic ergo patet ꝙ in disciplinis priora sunt principia sequentium ⁊ ea que sunt materialia sunt principia finis: sed in his que fiunt ꝓpter aliquem finem siue in artibus siue in physicis fiant ecõtrario est. Ibi enim (vt diximus) finis mouet efficientem ⁊ ab efficiẽte infundit̃ materie motus: ⁊ sic finis est principiũ totius: ⁊ ideo est ibi necessitas conditionis ex finis suppositione. Si enim finis erit aut est: tũc necessario erit id qđ est ante finem aut est. Si vero id qđ est ante aut non fit: sic vel sic s̃m ꝙ exigit finis: tunc non est finis: sicut in disciplinis sequetur bene destructiue. Si enim non sit conclusio necessaria nõ erit id qđ est ante conclusionem qđ est principium conclusionis necessarium: ita sequitur ⁊ hic destructiue si non sit materia in necessitate debita tunc non erit finis: sed constructiue necessitas materie nõ est causa finis sicut in disciplinis necessitas principiorũ causa est conclusionis. Sicut enim in disciplinis principia se habẽt ad conclusionẽ: ita in his que fiunt finis se habet ad materiã ⁊ efficientem. Finis enim est principium in talibus sicut ibi premisse principia sunt. Sed differentia est in hoc ꝙ finis est principiũ non omnium hoc est cognitionis: sed actionis ⁊ operis. In disciplinis aũt principia sunt cognitionis ⁊ nõ actus: eo ꝙ finis est forma actionis ⁊ intellectus operatiui: ⁊ premisse sunt forme speculatiui intellectus ⁊ principia speculationis. sicut ante diximus. Si autem queritur per quem modum hoc possit esse tuꝫ ante dictuꝫ sit ꝙ premisse sunt sicut materia conclusionis: tũc enim conclusio erit sicut finis ⁊ forma. ⁊ ita in disciplinis conclusio debet esse principium sicut in his que fiunt ab arte vel natura. Dicendum ꝙ premisse sicut in ante habitis explanauimus non sunt vera materia conclusionis: nec conclusio est forme siue finis premissarum sed effectus: sed potius premisse ordinate in materia ⁊ figura habentes in virtutem medij vt medium causa est ꝓpter qđ sunt formales quo ad hoc ad conclusionem: sed in hoc similes sunt materie: q2 est in eis potentia ꝯ scientia conclusionis. Scđm ergo assignatã differentiã necessitatis in artibus ⁊ physicis pro parte vna: ⁊ in disciplinis pro parte alia necessitas in his que fiunt procedit: a fine autem omnia alia. ¶ Et ideo si erit domꝰ supposita necesse est hec materialia fieri aut existere p̃sentialiter aut esse futura. Aut vniuersaliter loquendo si finis supponatur necesse est existere lateres in tectis ⁊ lapides in fundamentis si domus esse vel fore supponitur. Non tamen finis propter illa si vocetur causa finalis: sed si vocetur causa disponens: tunc bene potest dici ꝓpter illa: sed melius dicitur finis esse in illis: sed tamen si materialia non essent sub dispositione debita vniuersaliter: tunc non esset finis sicut domus non est si lapides ⁊ ligna non sunt: nec serra erit nisi sit ferrum dentatum: q2 etiã in disciplinis bene sequebatur si conclusio nõ est nec principia sunt necessaria: sicut si triangulus non habet tres angulos equales duobus rectis non erit rectus equipollẽs angulus qui rectis equipollere supponebatur in premissis. Manifestuꝫ est igitur ex dictis ꝙ necessariũ est in physicis ex conditione finis. ⁊ etiam est in eis necessitas que dicta est sicut materia ⁊ motus materie qui est dispositio ipsius. ¶ Manifestũ est etiã ꝙ vtreqꝫ cause. s. materialis ⁊ finalis que est formalis dicende sunt a physico sed magis illa cuius gratia fit totum qđ fit q2 illa est principium in physicis sicut iam dictuꝫ est causa materiei s̃m ꝙ subijcitur motui materia: ⁊ s̃m ꝙ mouetur ab efficiente: sed non econuerso materia est causa finis nõ sicut superius diximus: q2 est causa eius sicut subiectum: ⁊ hoc s̃m esse finis ⁊ non s̃m ꝙ est finis vel causa finalis. Principium enim qđ est finis: est etiam principiũ a diffinitione quam ipse dat formam dando que ponit rem intra fines ⁊ terminos sui esse s̃m formam eo ꝙ forma est in omnibus physicis finis: ⁊ etiam principium a ratione s̃m ꝙ ipsum est ratio rei et qua scitur res ⁊ cognoscit̃. Non enim scitur res nisi per terminos essentiales in quibus est suum esse: hos aũt dat finis qui est forma: sicut dictũ est: ⁊ ideo est dictum in scđo de anima: ꝙ diffinitiones sumentur a fine. Sicut enim in artibus necessitas tota oritur ex fine: quoniã si domus huiusmodi est que est cooperiens ab imbribus ⁊ saluans diuitias: oportet hec materialia sic fieri ex necessitate ⁊ esse presentia: ⁊ hoc est in arte que imitatur naturam. In arte autem que iuuat naturam etiam sic est q2 ideo ꝙ sanitas Socratis est talis. opꝫ hec materialia sic fieri ex necessitate ⁊ esse sicut purgationes ⁊ sudores ⁊ huiusmodi: eodem autem modo si homo est talis s̃m materiam oportet vtiqꝫ esse ea que sunt materia eius sicut carnes ⁊ ossa ⁊ huiusmodi. Et si sunt carnes ⁊ ossa oportet esse ea que sunt ante ea materialia sicut humores: ⁊ si humores sunt oportet conuenire elementa ad mixturam: ⁊ sic semper qđ posterius est causa quia ꝓpter quid est prius. ¶ Pars autẽ materialis que est necessitatis ordinande ad formam illa forsassis necessaria est etiam in rõne ⁊ diffinitione q2 in physicis quibusdaꝫ ita est ꝙ non tñ materia declaratur esse necessario per consecutionem que est ex forma: sed etiam ipsa necessaria per se est ⁊ pars essentie: sicut materia earum que intrant in diffinitionem: sicut serra nescitur nisi diffinitio dicat materiam ⁊ formam: ita est in omnibus physicis que subiacent motui s̃m suum esse. Quedam aũt sunt physica per relationem ad motum quem non habent tales. ¶ Et est generaliter notandum ꝙ in physicis alterum duorũ oportet esse. s. aut ꝙ diffinitio detur per formam declarantẽ materiam s̃m consecutionem ad ipsaꝫ: aut ꝙ in diffinitione ponatur materia. Si enĩ diffiniatur species physica diffinietur per genus ⁊ differentiam: ⁊ genus est forma generalis que nõ est nisi materia in generali: ⁊ sic posito genere sequitur necessitas materie in genere: differentia autem vltima est ꝓpria forma ⁊ ad illam cõsequitur propria materia: ⁊ ideo dictum est ꝙ forme physice cõcepte sunt cum materia. ¶ Si autem diffiniatur aliqua passionum vel operationuꝫ physicarũ: oportet poni materiam in diffinitione: quia operatio illa est supra determinatam materiam: ⁊ passio similiter. Exemplum primi est ꝙ si homo diffiniatur nõ recipitur materia in diffinitione ipsius: sed ad vtrũqꝫ diffinientium supponitur ⁊ consequit̃ necessitas materie: quoniam si animal est necessario erit materia animalis: ⁊ si rationale ⁊ mortale: oportet esse materiã corporis ad mediuꝫ complexionis inter omnia corpora magis accedentem. ¶ Exemplũ autem est in diffinitionibus digestionum ⁊ indigestionum: que etiam quarto metheororum ponuntur: cum dicitur ꝙ digestio est completio a proprio ⁊ naturali calore ex contrariacentibus passionibus. In hac enim diffinitione ponitur efficiens cum materia: cuꝫ tamen efficiens ex fine ⁊ materia moueatur propter ipsum. ¶ Altero ergo istorum modorum diffinitio naturalis concepta est cum materia: sed diffinitio mathematica neutro modo cum materia est concepta: quia si dicam triangulum esse: non consequitur alicuius materie generalis vel specialis materia ad illud esse necessaria. Similiter si dicam rectum quod est passio anguli quedam non cadit in diffinitione eius materia. Eodem autem modo ⁊ multo amplius est in diffinitionibus substantiarum ⁊ passionum que sunt metaphysica: eo ꝙ illa per esse ⁊ rationem separata sunt a motu ⁊ materia. Hec igitur sunt que dicere volumus in hoc secundo libro scientie physicorum.

Nota h̃ quõ p̃misse sũt cã conclusionis

Tex. c. 90

Tex. c. 91

Tex. c. 92

Nõ quõ nõ semp in diffine rei aliq̃ ponit̃ altero duorũ modo

Incipit liber Tertius Physicorum.
Tractatus primus de motu.
Cap. pͥm. Que sit istius libri intentio qm̄ de motu.

Tex. c. 1.

Quoniam autem natura est principiū motus ꝛ status mutationis sicut in principio scḋi diximus: nobis autē in hoc opere intētio facta est de nā. opʒ nos nō ignorare quid sit motꝰ: eo ꝙ motus est ꝓprius nature effectus. Cū eni nō dicatur principiū motus. ꝛ nā dicat̄ duplr: vt ostendemus etiā principiū mutus dicet̄ duplr. Est aūt nā vno mō dicta mā: ꝛ hec bene declarabilis fuit sine diffinitione ꝛ distinctiōe motus ꝛ ꝯsequentiū motū: eo ꝙ ipsa nō est principiuʒ eius. nisi in quo est motus ꝛ mutatio: sed est aliud principiuʒ motus qḋ est motor: ꝛ precipue motor primus qui nō pōt cognosci nisi ex motu. Et ideo ad sciētiaʒ istius principij opʒ scire de motu. Si enim ignoret̄ motus: ignorabit̄ motor primus: ꝛ si ignoret̄ motor primus: ignorabunt̄ oēs motores: ꝛ tūc nihil scietur de nā: ꝛ ideo ignorato motu ignorabitur tota nā.

Cō. 1.

Cuʒ aūt intendamus determinare de motu: opʒ tentare eodē modo vt aggrediamur de his que ꝯsequunt̄ motum. Primū aūt qḋ sequit̄ ipsum est ꝙ motus est de genere ꝯtinuoꝝ: sicut infra ostendemus. Sed in diffinitione continui primū apparet infinitū: qm̄ infinitū est tam in numero ꝙ̄ in cōtinuo: sed ifinitū in numero causat̄ ab ifinito qḋ est in cōtinuo: ꝛ est prius in ipso: vnde etiā diffinientibus ꝯtinuū ꝯuenit multotiens vti ꝛ indigere infinito. Dico aūt multotiēs qm̄ ꝯtinuū multiplr̄ est diffinibile. Si enim attendat̄ nā ꝯtinui sm̄ ꝙ ipsuʒ hʒ formā que p diuisionē nō separat̄ ab ipso: tūc absqʒ dubio infinito indigemus in diffinitione eius: tūc eni ꝯtinuū est qḋ diuidit̄ in infinitū: eo ꝙ diuidētia semper manēt in forma ꝛ rōne totius diuisi. Si aūt attendat̄ nā ꝯtinui sm̄ ꝙ ad terminū aliquē ptes ꝯtinui terminant̄: tūc nō indigemus infinito in rōne eius: sed dicemus tūc ꝙ ꝯtinuū est in cuius medio accipere est pūctū ad quem ꝯtinui copulant̄ ambe medietates. Per hāc enim mām ꝯtinuū separatur a discreto. Quia igit̄ in diffinitione ꝯtinui multotiens indigemus infinito: ideo post motū loquemur de infinito: ꝛ nostra intētio in hoc tertio libro cōplebit̄ qn̄ de motu ꝛ infinito fuerimus locuti.

Cōtinuū mꝰ ipse est diffinibile.

Tex. c. 2.

Adhuc aūt impossibile est motum esse sine loco ꝛ tēpore: loco aūt accidit vacuū sicut multi priorꝫ dixerūt: lʒ eni nō ois motus sit localis: tm̄ omne qḋ mouetur est in loco: ꝛ oēm motū mēsurat tēpus: cū tēpus sit numerus motus: oportebit nos in 4° huius scie libro loqui de loco ꝛ vacuo ꝛ tēpore. Est aūt huiusmodi ꝛ alia rō hec. s. q2 ista sunt cōmunia oibus rebus nālibus: qm̄ lʒ ifinitū nō sit actu sed tm̄ potētia: ꝛ est in eo qḋ est finitum sicut in subo: ꝛ similiter vacuū est in pleno sm̄ ꝙ quodāmodo hʒ esse potētiale ꝛ priuatiuū: ꝛ ideo opʒ esse speculationē de his: ita ꝙ primo argumētemur de istis tractādo: q2 speculatio de ꝓprijs spēbus motuū ꝛ qño se hʒ motꝰ ad motorē: ꝛ vtrū motꝰ factꝰ ē vel non erit posterior in 5° ꝛ 6° ꝛ 7° ꝛ 8° libris huius scie: in his eni cōplebit̄ nostra intentio in hoc libro.

Cap. 2m. Qꝫ motus est aliquid entium.

Tex. c. 3.

Primum autē sicut diximus de motu est intēdendū. Ad cuiꝰ notificationē sciendū opʒ pmittere quedā. Cū enim motus sit aliqd ꝛ alicuius ꝛ sm̄ aliqd opʒ nos primū pmittere tres diuisiones. Ex quaꝝ prima accipiamus quid sit motus in genere: sicut in genere pfectionis ꝛ nō potētie: ꝛ ex eadē accipiemus sm̄ quid motus est pfectio sicut sm̄ ꝙ genus predicamenti. Tertiā aūt diuisionem pmittemus vt sciamus sm̄ quē modū fluit motus a motiuo in mobile: sicut in id quod mouet̄. Dicamus igit̄ ꝙ ens duplex est: est eni aliqd qḋ est endelechia solū sine actu: ꝛ hoc est ens oino pfectū nō indigens aliquo ad pfectionē eius. Est etiā aliud qḋ est potentia tm̄ sm̄ ꝙ accipit̄ vt indigēs aliquo ad sui cōplementum. Nec est itelligēdū ꝙ aliqd sit qḋ sit tm̄ in potētia ꝛ nullo mō actu: q2 hoc nō pōt esse in reꝝ nā quēadmodū ostēdimus in primo libro scie huius. Sed dicit̄ in potētia esse sm̄ ꝙ accipit̄ priuationi in genere imixtū: lʒ habeat formā sm̄ modum aliū quo non accipit̄ vt imixtū priuationi.

Cō. 3.

Hoc aūt modo quo diximus nihil est medium inter potentia ens ꝛ complemento ens. ꝛ ideo opʒ ꝙ motus sit aliquid hoꝝ duoꝝ ꝛ non pōt esse extra hec. Est eni motus pfectio eius qḋ est in potētia sm̄ ꝙ est in potētia. Scḋa aūt diuisio est ꝙ entiū aliud quidē significat hoc aliqd: ꝛ est subā. Hoc vo significat quātū qḋ est quantitas. Aliud aūt significat quale: ꝛ hoc est qualitas: ꝛ alia significāt eodē modo alia entis predicamēta. Ex hac aūt diuisione nos accipimus ꝙ si motus est perfectio: ꝛ ois pfectio est sm̄ aliquod genus entis. tūc opʒ ꝙ motus sit sʒ aliquod genus entis: vel aliqua genera entis plura vno. Motus enim inuenit̄ in quatuor generibus entis: sicut infra ostēdemus. Ea eni que sunt in genere aliqū sunt sine respectu adinuicē: aliqn̄do aūt sunt cū respectu: ꝛ que sunt cū respectu adinuicē duplr̄ sunt sm̄ ꝙ nūc spectat ad ꝓpositū: q2 mobile semp excellitur a motiuo ꝛ vincit̄ ab ipso. Et eaquoꝝ vnū excellitur: ꝛ alterum est excessum dupliciter se habent. Aut enim excellunt se sm̄ abundantiam ꝛ defectū quātitatis adinuicē: siue sm̄ magis ꝛ minus in quātitate sumptum: sicut duplum se habet ad dimidium. Aut excellunt se ꝛ excellunt̄ sm̄ virtutem sicut agens ꝛ patiēs: vel vt vniuersalius dicamus sicut mobile ꝛ motiuum: qm̄ in primo de generatione ꝛ corruptione ostendet̄: ꝙ mobile ꝛ motiuū vniuersaliora sunt ꝙ̄ agens ꝛ patiens: qm̄ omne genus est mouens. sed non ꝯuertit̄. Habēt aūt ista respectū adinuicem: quoniā omne motiuū est alicuius mobilis motiuū: ꝛ omne mobile est mobile a motiuo: quoniā relatio est quoddā genus qḋ spargit̄ in oibus alijs generibus quātū ad habitudinē generꝫ adinuicē: ꝛ eoꝝ que sunt in generibus que adinuicem cumparant̄. Sunt aūt ꝛ alie due comparationes relatiuoꝝ sm̄ suppositionem ꝛ equiperantiam dicte sicut dñs ꝛ secunꝰ: ꝛ socius ꝛ tuius est socius: sed nobis non faciunt hec ad ꝓpositum aliquid ad sciendum qualiter fluit motus a motiuo ad mobile: ꝛ ideo omittimus de illis.

ꝑ de gñatiōe t. c. 45.

Documentū

Sciendū aūt est ꝙ cum nos dicimus ꝙ motus est perfectio: ꝛ perfectio multipliciter dicitur: opʒ ꝙ etiam motus sit eoꝝ que multipliciter dicuntur. Est eniʒ perfectio prima ꝛ perfectio secunda: ꝛ vtraqʒ istarum dicitur tripliciter. Dicitur enim perfectio prima sm̄ prioritatem operis: ꝛ dicitur perfectio prima sm̄ esse ꝛ dicitur perfectio prima sm̄ prioritatem cause formalis ad actum eius: ꝛ omnibus his modis dicit̄ etiā perfectio secunda respondens prime perfectioni.

Perfectio prima ꝛ scḋa tripliciter capi possunt.

Prima autem perfectio sm̄ prioritatem temporis est illa que est ante omnes perfectiones tempore: ꝛ hec est que est via ꝛ exitus imperfecti ad perfectionem: ꝛ talis perfectio imperfecti est motus in genere acceptus: ꝛ secunda perfectio respōdens ei est forma sm̄ ꝙ accipitur in rōne finis ꝛ termini motus. Est autē perfectio prima sm̄ prioritatem esse ea que est sm̄ id qḋ primo principalr̄ est: sicut est illa que est sm̄ formam substantialem: ꝛ huic respondet secunda pfectio que est sm̄ accidens: siue sm̄ formam accidentalem aliquam: ꝛ hoc modo motus est de genere prime ꝛ secunde perfectionis: est enim motus in substantia ꝛ in accidentibus. Est iterum perfectio prima sm̄ prioritatem cause formalis ad effectuʒ eius: sicut dicimus ꝙ perfectio prima entis est figura entis: ꝛ perfectio secūda est incidere: qḋ est actus forme ꝛ figure entis: ꝛ hoc modo dicimus ꝙ anima est perfectio prima animati corporis ꝛ vegetari ꝛ sentire: ꝛ intelligere sunt perfectiones secunde ꝛ vniuersaliter loquēdo vnūquodqʒ est perfectum prima perfectione sm̄ esse: ꝛ est perfectum secunda perfectione sm̄ agere. Hoc aūt modo motus: nec prima perfectio est entis nec secūda: sed est via ad primam pfectionem. Cū aūt nos dicimus hoc tractatu ꝙ motus est pfectio prima mobilis nos intelligimus de primo modo dicta prima perfectione.

2m documētū

Adhuc autem obseruandum est ꝙ id qḋ est in potentia dicitur multipliciter: est eniʒ aliquid in potentia ad esse sicut materia: ꝛ est aliquid in potentia non ad esse simplr̄. sed ad esse sm̄ accidēs: sicut id qḋ potest esse album vel nigruʒ. Est aūt aliquid in potētia nec ad esse primū qḋ est substantiale: nec ad esse scḋm qḋ est accidentale ꝓprie: sed potius ad hoc ꝙ aliquid extra per aliqueʒ modū se habet ad ipsuʒ: sicut est potētia ad vbi vel ad situʒ: hoc enim non est sm̄ aliquā formaʒ quā acquirit id qḋ est in potentia: sed potius ex hoc ꝙ aliquid quod est locus se potest

aliqualiter ad ipsum habere. Cum enim dico aliquid esse in theatro vel in foro: significo ꝙ aliquid se hꝫ vt circūscribēs habens aliqđ corpus qđ dico esse in foro vel in theatro: absqꝫ hoc ꝙ aliqua fiat mutatio in eo quātū ad formā substātialē vel quātum ad accidētia eius intrinseca. ¶ Hoc aūt qđ di et de loco fm totū corpus: quidā dicūt similr̄ esse in situ quo ad partiū ordinationē in loco: sicut sedens potētia est stās: vel hoc modo ordinatus in loco: possibile est vt se conuertat manens quidē in eodē loco sed tn̄ aliter ꝯuersus in illo quo ad partiū ordinationē absqꝫ eo ꝙ mutetur in aliqua forma sbāli vel accidentali afficiēte corpus eius. ¶ Cū aūt dicit̄ motus esse aliqua dispositio que est in genere prime pfectionis eius qđ est in potētia: generalr̄ sumit̄ motus pro motu ꝛ mutatione: opꝫ ꝙ id qđ est in potētia omnibus his modis generalr̄ sumat̄: cū tamē primo ꝛ principalr̄ rōnem habeat potētie id qđ est in potentia ad formā sbālē: ꝛ scđo habet rōnem potentie id qđ est in potentia ad formā accidētalem ꝛ minime hꝫ de rōne potentie id qđ ad vbi vel ad situ in potentia est: ꝓpter qđ etiā mot⁹ in vbi ꝛ in situ ꝯuenit pfectis corporibus que minime sunt in potētia. Eodē aūt mō motus in cuius notificatione cadūt ista. est de numero eorum que modo dicunt̄. Est enī motus primo ꝛ principalr̄ dictus motus localis. Et secūdario dicunt̄ motus alij motus qui sunt ad formā: ꝛ hoc quidem intelligit̄ dupl̄r. Dico enim ꝙ motus localis primus causa est esse fm formam ꝛ cā motus est fm formā. Superiora enim causa sunt inferioꝝ fm esse qđ hñt: qꝛ superiora dant eis formas ꝛ accidentia per suū motū ꝛ nō tm̄ dant eis formas ꝛ accidentia: sed etiā dāt eis motus quos habēt ad esse ꝛ ad accidentia ꝛ hoc modo dicimus reprehēsibiles esse eos qui dicūt motū esse genus vnū ad motus spāles. s. localē ꝛ alterationē: ꝛ alias esse spēs eius eo ꝙ dicāt spēm motus nō causari a spē motus. sꝫ esse causetur ab esse. hoc enī nō est veꝝ: qꝛ ois motus reducit̄ ad primū motū sicut ad regulā ꝛ mensurā: ꝛ tamē qꝛ nō ꝯuenit in spēbus coequeuis sub vno genere sumptis. Est āt ꝛ alia huius rō que quasi logica est. Cū enim spēs coequeue sub vno sunt genere opꝫ ꝙ nā generis sit vniuoca in illis: sꝫ sꝫ esse variet̄ sicut nā aīalis vnicā hꝫ rōnē in spēbus aīaliuꝫ. Ipsa eoꝫ est que substat differentijs in oibus spēbus. Cū aūt motus accipit̄ in genere nō hꝫ vnā nām essentie alicuius fm ꝙ contrahit̄ ad alterationē ꝛ localē ꝛ augmentū ꝛ diminutionē: qđ ꝓbat̄ p hoc ꝙ nā vna nō decurrit p diuersas cathegorias entis. Opꝫ aūt ꝙ nā motus decurreret p diuersas cathegorias: qm̄ in alia cathegoria est motus localis: ꝛ in alia alteratio: ꝛ in alia augmentum ꝛ diminutio. ¶ Amplius ad idem est: quoniam nullum genus est in alia coordinatione cathegorie ꝙ̄ sit species. Si ergo motus esset genus quoddam sub quo esset species allatio ꝛ alteratio ꝛ augmentum ꝛ diminutio: oporteret ꝙ aut omnes species motus essent in genere vno: vel ꝙ motus esset in diuersis generibus: ꝛ esset tamen genus vnum: quoꝝ vtrūqꝫ est irrationabile. Ex hoc aūt vlterius arguūt hij qui dixerūt plura ꝙ̄ decem esse pdicamēta entis: ꝛ motū esse vnū entis pdicamētū: sicut de facili ꝓbat̄ ex dictis: nihil enī eoꝝ est pdicamētū que decurrūt de genere in genus sicut ostendimus. ¶ Cū aūt nihil sit cōmune pdicamētis p modū vniuoci: ꝛ motus sit cōmunis pluribus pdicamētis: opꝫ ꝙ nō sit p modū vniuoci: sed nec est cōmunis p modū equiuoci fm ꝙ equiuocum est a casu ꝛ fortuna sicut canis: sed est ambiguū siue multiplr̄ dictum: sicut ens qđ est in vno pfecte ꝛ pncipalr̄ ens. In alijs aūt secūdario ꝛ p relationē ad ens primū. ꝛ ita est de multiplicitate motus sicut in sequētibus huius scie ostendemus. Tale aūt dictū multiplr̄ cū diffinitione sua bene intrat in scientiā qꝛ cōparationē hꝫ ad vnū p qđ terminatur esse eius ꝛ describitur in comparatione ad illud. Hoc aūt totum dictum est ideo: qꝛ cum motus nō est vno modo dictus impossibile est ꝙ habeat diffinitionem vno modo dictam.

Tex. c. 4.

Ma le dicūt motū eē gen⁹ ad motū localē ꝛ ad motū alterationis ꝛ ad alias spēs eius.

Cō. 4.

## ¶ Cap. 3m. An in pdicamētis sit motus: ꝛ qualr̄ sit in illis.

Tex. c. 4.

Dicemus autē deinceps qualr̄ motus cadit in pdicamēto: qm̄ sine hoc diffinitio motus haberi nō pōt. Ad hoc aūt sumendū est primū ꝙ motus nunꝙ̄ est ꝓter res cathegoricoꝝ: id enī qđ mutat̄ semp mutat̄: aut fm subām: aut fm qualitatē: aut fm locū: aut aliqđ alioꝝ pdicamētoꝝ. ¶ Nihil āt accipere est cōe ad ista pdicamēta fm vniuocationē sicut superius diximus: ita ꝙ illud cōe sit genus vnū nō incidēs in aliqđ istoꝝ pdicamētoꝝ: ita ꝙ ip̄m sit neqꝫ hoc qđ est subā: neqꝫ quale: neqꝫ quātū: neqꝫ aliqđ alioꝝ pdicamētoꝝ: sicut dixerūt qui motū ꝛ mutationē vnū pdicamentū distinctum dixerūt: ꝙ neqꝫ motus neqꝫ mutatio est alicui⁹ generis qđ sit extra genera dicta. ¶ Sed in his oibus entibus dicitur vnūquodqꝫ genus dupl̄r sicut pꝫ in gñe sube. Est enī in genere sube aliqđ principiū sicut forma ꝛ act⁹. ꝛ aliud est sicut priuatio siue potentia que mixta est priuationi que motui subijcit̄. Scđm qualitatē aūt etiā est hic sicut actus ꝛ habitus vt albū: ꝛ aliud est sicut priuatio vt nigrū qđ supra ostēdimus opposi ad albū sicut opponit̄ priuatio ad habitum: simil̄r est fm quātitatē vnū sicut pfectū: ꝛ aliud est sicut impfectū in quātitate. Simil̄r est in loci mutatione hoc est sursum ꝛ aliud deorsuꝫ: ꝛ deorsuꝫ qdē est pmixtuꝫ priuationi ꝛ sursum est sicut habitus: ꝛ in eis que mouent̄ localr̄ hoc qdē est vt leue aliud vo vt graue. ꝛ leue est sicut habitus ꝛ pfectio: graue vt priuationi ꝯmixtū. Et hoꝝ oium superius ostēdimus rōnes ꝛ ampliores ad hoc ponemus rōnes in libro perigeneos: vbi loquemur de gñatione simpl̄r: ꝛ de gñatione fm quid. Scđm hec aūt que sic sunt in generibus per modū priuationis ꝛ actus distinguunt̄ penes spēs mot⁹ in cōmuni sumpti. ꝛ in quatuor gñibus sunt octo extra oppositionū dictaꝝ p modū priuationis ꝛ habitus. ꝛ cū spēs mot⁹ distinguant̄ fm terminos ipsius opꝫ ꝙ sint octo spēs motus in gñe quoꝝ due sunt in suba. s. gñatio ad id qđ est in actu: ꝛ corruptio ad priuationē: ꝛ duo in q̄litate: vnus ad q̄litatē que est sicut actus: ꝛ alter ad qualitatē que est vt priuatio lꝫ habeant nomē vnū in cōmuni. Et de hoc in 5° huius sciētie libro reddemus rōnē. Et due sunt in quātitate fm augmētū ꝛ diminutionē: ꝛ due in loco penes ꝯrietatē que est in vbi. Et nos nō ponimus iter istos motū circularē: qm̄ sicut nos supra ostēdimus nō est oino nālis. ¶ Est aūt in his que diximus multa ambiguitas ꝛ multoꝝ phoꝝ snie diuerse. Cū enī dicāt in pdicamētis ꝙ motus est in passione: videtur aūt hic dici motū esse in gñibus multis: vel etiā in oibus videbit̄ hec ꝯrietas q̄dā esse. Et nos qdē iam destruximus errorē eoꝝ qui dicūt motū esse genus vnū p se ꝓter decē entis predicamēta. ¶ Auerrois aūt ad istā soluit ꝯrietatē dicens ꝙ motus fm ꝙ nō differt a pfectione ad quā vadit nisi fm magis ꝛ minus: necesse est vt sit de genere illius pfectionis. Motus. n. nihil aliud est ꝙ̄ gñatio vnius pris post aliā illi⁹ pfectionis ad quā tēdit mot⁹ donec pficiat̄ ꝛ sit in actu: vnde necesse est vt motus qui est in suba numeret̄ in gñe sube ꝛ motus qui est in quātitate numeret̄ in genere quātitatis: ꝛ similiter est de motu in vbi ꝛ in qualitate. Scđm autem ꝙ motus est via ad pfectionem alia ab ipsa pfectione: necesse est vt sit genus p se. via enim ad rem aliud est ab ipsa: ꝛ fm hoc fuit positū in predicamētis: ꝙ esset pdicamentuꝫ p se. s. passionis: ꝛ iste modus quo ponit̄ in predicamēto passiōis est famosior. Ille aūt quo est aliquid perfectionis ad quam vadit est verior. Et ideo Arist. in libro predicamentoꝝ vbi ꝓbabilr̄ loquit̄ dixit ꝙ esset motus in pdicamento passionis. In physicis aūt vbi loquit̄ de nā rei in veritate dixit ꝙ esset in decem predicamentis. ¶ Sed qꝛ ista solutio Auer. est obscura ꝛ dubia: ideo anteꝙ̄ inquiramus: de ea tangemus omnes diuersitates peripatheticoꝝ de genere motus: ꝛ has quidem ante nos videt̄ tetigisse Auicēna in sufficientia: dicēs ꝙ in generali tres sunt diuersitates opinionuꝫ de genere motus. Sunt enim quidam qui cōparauerūt motū ad mouēs: qꝛ viderūt ꝙ motus actus est mouētis: ꝛ ideo dixerunt ꝙ erat in pdicamēto actionis. Et in hoc consentire videt̄ Gilbertus Porretanus in libro qui de sex pncipijs iscribit̄ dicens ꝙ ois motus in actione: ꝛ ois actio in motu firmat̄. ¶ Alij aūt comparant motū ad mobile: qꝛ est actus mobilis quē suscipit a mouēte quo aliquid abijcit̄ ab ipso: ꝛ quo aliqđ acquirit̄ in ipso: ꝛ illi dicunt ꝙ est in pdicamēto passionis. Et hac via videt̄ pcedere Arist. ꝛ multi alij peripatheticoꝝ in pdicamētis. Scimus enim ꝙ ois passio magis facta ꝛ intensa aliquid abijcit a suba. ꝛ aliquid acquirit in ipsa: hec aūt ambo fiūt in re mota p motū quoniā abijcit̄ nā eius ex quo est motus: ꝛ acquirit̄ nā eius ad qđ est mo-

Tex. c. 5.

Dubitatio quare ꝛ quo ꝙ mutare sit motus quam motus. Comē hic 5. phy. co. 4.

Tres sūt opiniones diuersē in gñe de genere motus.

tus per motū. ¶ Tertia aūt est sententia eorū qui comparant motū ad finē et terminū motus: dicētes motū esse fluxū alicuius entis in id qd est terminus motus: sicut nigrescere fluxus est in nigredinē: et albescere in albedinē: et imperfecti quātitate fluxus ad pfectā quātitatē esse augmentū: et fluxū vbi esse allationē in loco: et hi diuidunt in duas sectas. Quidā enī dicūt qꝫ quisqꝫ fluxus a fine in quo stat nō differt differētia specifica siue p essentiam: sed p esse tm: et hij dicūt qꝫ motus est in oībus illis pdicamentis in quibus inuenit ens fluens: et terminus fluxus illius: et hec sunt predicamenta quattuor: et de hac sententia videt esse Auer. in supradictis verbis. Et fm istos nigrescere est nigredo ptrāsiens siue fluēs: et ascendere est vbi fluens qd est sursū: et sic de alijs: et nigrescere non differt a nigredine fm essentiā p differentiā specificā: sed differt ab ea fm esse in fluxu et in quiete: qd est esse aliud et aliud: et fm esse in via et in termino: qd item est esse aliud et aliud: et istis ꝯuenit dicere qꝫ motus est equiuocum ad ea que dicunt spēs motus: qz nulla est res vna vel natura vniēs quantitatē et qualitatē et vbi nisi illa analoga q̄ fuit ens et vnū: quorū nullū est motus. Et sic motus est equiuocū vel analogum nō inuētū in oībus predicamētis sed in pluribus. Scdm hos aūt opꝫ dici iterū qꝫ ea que dicunt spēs motus: nō sunt spēs vere: sed sunt modi quidā et manerie quibus aliter et aliter inuenit mot⁹ in hac nā que est huiusmodi pdicamenti: et aliter in alia nā est que est alterius predicamenti: et similr pfectio siue actus qd grece endelechia vocatur: que cadit in diffinitione motus: qm motus qui dicitur esse pfectio mobilis fm qꝫ est mobile nō est vnius rōnis: sicut exposuimus in capitulo qd premisimus. ¶ Sūt aūt qui etiā dicūt qꝫ motus est fluxus entis qd est in diuersis predicamētis: et dicunt qꝫ fluxus p essentiā et differentiā specificā differt ab eo a quo fluit: vnde dixūt qꝫ nigrescere p essentiā et p differentiā specificā differt a nigredine ppter qd et nigrescere nec est species qualitatis nec qualitas. et sic de alijs motibus: et de his ad que est motus. Et illi adhuc sunt duarū sectarum. Quidā enī illorū dicunt qꝫ motus neqꝫ in gñe neqꝫ in specie sumptus est in aliquo pdicamēto: sed est via ad rē pdicamēti et quoddā principiū ad ipsam: et cū hoc dicunt qꝫ motus in genere est nomen ambigue pdicatum de spālibus motibus ppter causas quas supra diximus. Et hec est secta in qua fuerūt quidā pbati viri valde in secta peripatheticorū. Et Auicēna magis ꝯsentire videt in hac sentētia: et cum Arist. dicit motū esse in diuersis pdicamētis: intelligūt hoc illi fm qꝫ via ad pdicamentū dicit esse de pdicamento: sicut etiā alia principia generū dicunt esse de generibus illis quorū sunt principia: sicut pūctus et vnitas sunt de genere quantitatis: et sicut forma et mā sunt de genere substātie: propter hoc solū qꝫ illa sunt principia essentialr saluata in illis generibus. Motus aūt non saluat essentialr in re generis qz est principiū sicut via et nō sicut ens pmanēs. Et ꝯfirmāt dictū illud p similē modū loquēdi: qz aliter Arist. nō dicit generationē esse nām nisi qz via est in nā: simili modo: ergo mot⁹ dicit esse in genere qz est via in genus. ¶ Scda aūt secta dicentium motū differre p essentiā a re in qua est motus: est eorū qui dicūt motū esse predicamentū per se: quorū sententia est qꝫ motus vniuoce pdicat de spēbus motus: vnde et cōtinet sub se alterationē et augmentū et allationem sicut spēs ppias. Et horū sentētia est debilis: et superius iprobata satis. ¶ Sūt ergo in vniuerso quinque opiniones de motu que sunt inter alias magis famose: et qz res est difficilis horū oīum ponamus rōnes et ꝯtradictiones: et postea eligā qd mihi magis verū videt esse. ¶ Pro his ergo qui motū in pdicamento actionis dicūt esse: videt qꝫ motus nihil aliud est nisi qd ab agente fluit in patiens: siue a mouēte in motum: sed nihil ab agente fluit in patiēs nisi actio agētis: ergo motus nihil aliud esse videt nisi actio agentis. ¶ Amplius motus est actus cōmunis agētis et patiētis siue mouētis et moti. Cōstat āt qꝫ cōmune vtriusqꝫ nihil est nisi qd fluit ab vno in alterū: ergo cōis vtriusqꝫ actus est fluens a mouente in motū: hoc aūt est actio mouētis: ergo motus est actio agentis. ¶ Adhuc ad idē ē qd in scdo de aīa habet ab Arist. qꝫ act⁹ actiuorū sunt in patiente et disposito: sed nihil est qd sic in patiente et disposito ab agēte nisi motus: ergo motus est actio agentis: et sic est in pdicamento actionis. ¶ Adhuc autem

Nota que sit Auer. opinio

Hoc videtur sentire Com. in cō. quarta huius tertij.

Alia opinio comparātiū motū ad terminū motus.

Opio Auic. quā et recitat Cō. 5. ph. c. 9

Rōnes ponē[tiū] motū in p[dicamento] actionis [et] passio[nis].

tria sunt actio: motus: et passio: et hoc igit aūt differunt fm essentiam: aut ꝯueniunt in eadē. Si differunt in essentia et sunt diuersa: tūc sunt abinuicē separabilia: et hoc nō est verū: ergo in essentia ꝯueniūt. Et sic videtur qꝫ motus nō differt ab actione nisi per accidēs et p rōnē. s. qz fm qꝫ est exitus mobilis est motus: et fm qꝫ idem exit et fluit ab agēte sic est actio: passio aūt est affectio qua afficit patiēs: ergo motus nō erit essentialr pdicamentū actionis: vt videt. Hec igit et quedam alie rōnes sunt eorū qui dicūt motū esse in pdicamēto actionis. ¶ His aūt obijcit qꝫ motus est in mobili sicut in subiecto: et nō in mouēte. Actio aūt est in agente sicut in subiecto: ergo mot⁹ diuersus est ab actione: nō ergo opꝫ qꝫ sit in pdicamento actionis: sed potius in pdicamento passionis: vt videt. ¶ Qꝫ aūt motus sit in mobili et non in mouente pbat per hoc: qz in quocūqꝫ est motus vt in subō illud mouet: ergo si motus esset in mouēte sicut in subiecto: oporteret qꝫ oē mouēs moueret: hoc aūt falsum est: omne aūt patiēs mouetur: et passio videt esse motus eius. ¶ Adhuc aūt motus est id qd ꝯtinue aliqd abijcit et aliquid inducit ꝯtinue in subiectū. hec aūt est passio que abijcit a subiecto et inducit in subm sicut ostendimus prius: ergo videt motus esse passio et esse in genere passionis. ¶ Hoc aūt etiā videt ex hoc qꝫ res non mouet nisi qñ afficit aliqua specie agentis. Affici aūt specie agentis pati est: ergo moueri pati est. ergo et motus quidā est in genere passionis. Hec igit et similes sunt rōnes eorū qui dicūt motū esse in genere passionis. ¶ His autē opponit et sunt rōnes pro tertia parte vel opinione facientes: sicut forma pmixta potētie: et forma pura: nō differūt p essentiā: sed p esse. motus aūt est fluens forma pmixta potentia: ergo nō differt ab eadē forma pure accepta: sed forma que mixta est potentie in motu est eadem cum ea que pura est in termino motus: ergo non differunt iste per essentiam: ergo essentialiter sunt in vno predicamento: sed forma que est terminus motus nec est in actiōe nec in passione: sed est in diuersis pdicamentis. ¶ Adhuc aūt cū fluit ens alicuius pdicamēti: aut terminat ad terminū sibi extrinsecū: et essentialr nullo modo in ipso ꝯtentum: aut terminatur termino in ipso essentialr ꝯtento: lz p esse differat ab ipso. Siquidē terminat termino sibi nō essentiali: et qui nō ꝯtinet in ipso: ergo terminat ad ipsum tanqꝫ ad extraneū: sed quodlibet extraneū eqnalr est terminus extranei: ergo quilibet mot⁹ pōt terminari ad quēcūqꝫ terminū: qd est absurdū. qz quilibet motus hꝫ ppriū terminū. ergo relinquit qꝫ terminus motus intrinsecus sit p essentiā motui: ergo est idē cū ente fluente ad ipsū p essentiā lz nō p esse. ¶ Adhuc aūt si nos imaginemur pūcti fluxū facere lineā et terminari fluxū puncti in aliquo puncto vbi terminat fluxus eius: ꝯstat qꝫ terminus linee in quo stat fluxus pūcti intrinsecus est et essentialis linee: et nō possemus dicere qꝫ pūctus termināns fluxū esset alterius essentie qꝫ pūctus fluēs. sed esse est aliud fluētis et stātis p modū termini. Est aūt p oīa simile in qūli fluēte et termināte fluxū illi: et in quāto fluēte et terminānte fluxū quāti: et sic de alijs: ergo eiusdē est motus et terminus motus: et sic pꝫ qꝫ motus est in eodē pdicamento in quo est terminus motus: vñ etiā dixit Alpharabi⁹: qꝫ motus acquirit formā post formas: sicut est additio linee ad lineā et sicut est additio intēsi ad id qd minus est intēsum: et hoc volebat dicere Auer. qñ dixit motū nihil aliud esse nisi gñationem vnius partis post aliā illius pfectionis ad quā tendit motus. ¶ Amplius nomen et diffinitio rebus nō adaptat nisi p essentiale rebus: sꝫ nomē et diffinitio motus aptatur motibus spālibus p terminos eorū: ergo termini eorū eiusdē essentie sunt cū ipsis motibus naīr acceptis: ergo fm qꝫ terminus motus est in predicamēto: ita et motus. ¶ Adhuc aūt forma que est actus mãe et forma que potētia est in mā: sunt essentialr forma vna: sed eadē forma que est in potētia et in actu est fluens qñ simul est in actu et in potentia: g ipsa essentialr est eadē cum forma in potētia existente in actu: forma aūt fluens est motus: g motus realr sumptus est eiusdē essentie et eiusdē predicamenti cū forma que est act⁹ etiā mobilis: et sic in quot pdicamētis fuerit forma que est actus mobilis in tot pdicamentis motus inuenit. ¶ Sed lz hec sententia sit absqꝫ dubio Aristo. et Alexandri et Auer. et Themistij: et fere oīū peripatheticorū: tamē opponitur contra ipsam pbabilr sic fm hanc opinio-

Rōnes ꝯ illā rōnē: et p rōne ponēte motū esse in pdicamento passionis.

Rōnes p opinione tenente motū eē idem cum termino mot⁹ solū differēntem fm eē: et est opio Cōmētatoris.

Cō. 40.

Rōnes ꝯ pōnē Auer. et p quarta opinione

nē: nigrescere est nigredinis itēsio ⁊ fluxus nigredinis: ⁊ idē in essentia cū nigredine: sed forma que intendit aut est aut nō est. Si est: ergo nō acquirit p motū: qd falsum est: tūc nigredo acquirit p motū qui est nigrescere. Si aūt nō est: sed qd nō est nō intendit: ergo non intendit forma illa vt mā videtur. ¶ Adhuc aūt albedo pmixta nigredini ⁊ albedo pura nō sunt eiusdē speciei nec eiusdē essentie: sʒ omnis forma fluens in motu pmixta est ecōtrario. ergo nulla taliū formarū est eiusdē speciei ⁊ eiusdē essentie cū forma pura ⁊ depurata a ɔtrario: sed in termino motus est forma pura: ergo forma fluens in motū: ⁊ forma que est terminus motus non sunt eiusdē speciei ⁊ eiusdē essentie. Et ppter has duas rōnes dicit Auicenna q abhorret hāc opinionē. ¶ Adhuc aūt ⁊ sic pōt obijci ɔtra eandem: p motū aliquid recipit ɔtinue de forma ad quā est motus: sʒ receptū p motū nō est mot⁹: ergo forma ad quā est motus ⁊ forma que sm partē recipit antecʒ res sit in termino motus nō sunt aliqd de mutu: ⁊ sic motus nō est eiusdē pdicamēti cū forma illa. ¶ Adhuc autē si motus nō differret a pfectione ad quā vadit nisi sʒ magis ⁊ minus: tūc nō differret a forma ad quā vadit nisi sicut differt imperfectū a pfecto. Sed cū impfectū venit ad pfectum: tūc maxime est ⁊ manet: ergo cū motus venit ad formā ad quā est tūc maxime esset ⁊ maneret: qd falsum est: qr cū motus venit ad terminū ad quē est: tūc non est: sed desinit esse. ¶ Adhuc forma mouēs ⁊ agēs gñe differt a suo mouere: qr mouere est in pdicamēto actionis: ⁊ forma agēs ⁊ mouens forte in pdicamēto qualitatis vel sube: vel alterius predicamēti: ergo a simili ⁊ p eandē rōnē forma recepta ⁊ acta differt a suo mouere: ergo moueri est in vno pdicamento: ⁊ forma recepta p motū in alio: sed motus est cuius est moueri: ergo motus cū forma recepta p motū nō est in eodē predicamēto. ¶ Adhuc aūt illi sentētie qua dicūt motū acceptum sic vt viā esse in pdicamēto passionis: videt esse ɔtriū q motus est sicut via inter duos terminos sursum ⁊ deorsum: sed spatiū nō est magis sursum q deorsum: ergo ⁊ motus non magis est actio q passio: sed est vtrūqʒ: ⁊ sic cadit in duobus pdicamētis que sunt actio ⁊ passio. ¶ Rōnes aūt iste oēs preterq vltima pro quarta sunt inducte opinione: ɔtra quā videt esse q id qd est pncipiū alicui⁹ generis est ante oīa que sunt generis eiusdē: ⁊ nō causatū ab aliquo illo. Motus aūt qui est alteratio causat ab aliquo qd est in genere qualitatis: ergo nō est alicuius pncipiū qd sit in genere qualitatis. ¶ Ad hec aūt oīa notādū est q aliud est loqui de motu sm suū esse qd hʒ in mobili: ⁊ aliud est loqui de ipso sm q est causans ⁊ efficiens aliquid in mobili qd mouet. Sed si nos loquamur de motu sm esse qd hʒ in mobili: nos loquimur vere de essentia motus. Cū aūt hoc mō sit imperfecta perfectio eius qd mouet: opʒ necessario q inquantū est perfectio formarū ɔueniat cū eo qd est pfectio pura ⁊ pfecta. Et ideo dixerūt quidā illustres viri de secta peripatheticor q motus nō differt essentialr a forma ad quā est motus. Inquantū aūt est imperfecta pfectio sic differt a forma ad quā est motus p esse imperfectionis ⁊ pmixtionis cū priuatione illius forme ad quā tendit motus: ⁊ hoc modo innegabiliter sententia Arist. est esse motū in tot pdicamētis: in quot est forma que p motū acquiri pōt ⁊ hec est opinio quā credo esse verā. Si aūt attendat in cōparatione ad mouentem a quo causatur motus: sic motus est actionis agētis effectus ⁊ nō actio eius: qr actio est in agēte: ⁊ motus in mobili: sicut dixit obiectio superius inducta: ⁊ tūc motus firmat in actione: sicut effectus in causa: ⁊ actio firmatur in motu sicut causa in effectu: ⁊ nō puto hoc esse verū q mouere mouentis sic motus mobilis essentialr: nisi intelligat q hoc mouere qd est a mouente in mobili sicut a suscipiente mouere mouentis: sed nō suscipit ipm p modum eius qd est mouere: sed p modū eius qd est moueri. Sed ad hoc nos redibimus in sequentibus ⁊ subtilius de hoc ɔsiderabimus. ¶ Si aūt ɔsideraf motus sm q est affectio mobilis que affectio causat a motu: hoc est a forma fluēte de esse in esse eo q mouetur: sic motus est in predicamento passionis sm rei veritatem: ⁊ ideo lʒ multe sint sententie de motu in quo predicamēto sit: tamē iste due sunt celebriores. s. q sit in pluribus sm numerū eoz in quibus est terminus motus: ⁊ q sit in pdicamēto passionis: qr esse motus absqʒ dubio in mobili est: aut vt forma fluēs: aut vt affectio mobilis sicut diximus. ¶ Rōnibus aūt inductis opʒ nos cadere in quibusdā: qr quedā solo pʒ ex pdictis ⁊ ex dicēdis erūt manifeste. Ea igit que ad hoc inducta sunt q motus sit in actione solus: nō p hoc q actio dupliciter dicit. s. mālr ⁊ formalr: hoc est id qd est actio sm q est accidēs agētis. ⁊ cōparatio agentis ad patiens ⁊ primo quidē modo motus est actio agentis qr est id qd est ab agēte siue mouēte. Scdo aūt modo motus non est actio sed est effectus actionis: ⁊ p hoc pʒ solō triūm primor. ¶ Sed ad hoc qd inducit q mouere ⁊ moueri: ⁊ agere ⁊ pati sunt idem infra respōdebimus: hic nō dicimus q in oībus his sūt duo. s. cōparatio qua cōparat agēs ad patiens: ⁊ ecōuerso: ⁊ qua cōparat mouēs ad motū: ⁊ ecōuerso ⁊ hee cōparationes sūt aliquo mō eedē differentes penes cōparata. Res aūt penes quas cōparationes ille sunt ⁊ relationes sunt in his que cōparant: ⁊ ille ppriē sunt actio ⁊ passio ⁊ mouere ⁊ moueri: ⁊ nō sunt eedē: sed habēt quēdā modū oppositiōis: ⁊ ideo nec motus idē est actioni. ¶ Ea aūt que inducunt ad hoc q motus sit in pdicamēto passionis multi ɔcedūt: sed tamē potest dici ad ea q motus aliud est q affectio mobilis facta in motu ⁊ p motū: ⁊ affectio quidē in passione motus aūt nō: ⁊ nō sequit si motus ⁊ passio sunt in eodē subiecto q sint in eodē pdicamēto: sic enī oīa essent in vno pdicamēto cū omnia alia sint in subiecto ⁊ suba. ¶ Qd aūt motus abijcit a suba ⁊ passio nō valet: qr arguit in scda figura ex affirmatiuis: posset tū rńderi ppositionibus illis q in veritate aliter abijcit a substātia passio: ⁊ aliter motus. Motus enim nihil abijcit substantie sed abijcit priuationi eo modo quo motus est cōtinuus exitus forme de pmixtione priuationis. sed passio afficit subam passi: ⁊ ideo abijcit aliquid de ipsa: ⁊ tūc dissolutionē sube patiētis inducie si intēdat ⁊ magis fiat. ¶ Qd aūt dicit q in oē motu aliqua spēs mouētis ⁊ agentis afficit mobile. Dicendū q verū est: ⁊ ideo in motu est passio nō tū motus est passio vt dictū est. ¶ Tertiā aūt opinionē de motu inter oēs nos reputamus veriorē. Ea aūt que Auicēna obijcit in ɔtriū soluēda sunt p hoc q nigrescere est nigredo fluēs qr nihil phibet id qd significat in motu: ⁊ id qd significat in quiete esse eiusdē essentie dūmodo in esse diuersificent: sicut amare ⁊ amor: ⁊ sicut in multis alijs. Et nō habēt differentiā specificā qua differant abinuicē nisi illa differētia accipiatur esse differēs: qr penes talē differentiā verbalr significant vnū ⁊ cū motu ⁊ tēpore. Alter nominalr ⁊ sine motu: ⁊ sic pʒ q nigrescere ⁊ nigredo sunt aliquo mō idē: ⁊ aliquo mō diuersa. ¶ Ad hoc aūt qd obijcit vlterius q cū nigredo intendit: aut intendit nigredo que est: aut que nō est. Dico q intēdit nigredo que quodāmodo est ⁊ quodāmodo nō est: sicut est in oī intensione. Est enī nigredo ens p se ⁊ nō ens per accńs: nigredo dico q est fluēs: p se enī ē: qr p se forma fluēs est sed inquantū priuationi adhuc pmixta est ⁊ sic non est: ⁊ hoc modo dicit Arist. māam que motui subijcit p se esse ⁊ p accidens nō esse inquātū priuationi permixta est sicut in primo libro diximus. Id aūt qd intendit quādiu est in motu intensioris: vnū quidē est essentia: ⁊ ɔtinue diuersificat in esse: qr nisi esset vnū in essentia nō reciperet cōparationē p magis ⁊ minus: ⁊ nisi ɔtinue in esse diuersificaret nō differret a se p magis ⁊ minus: qr cōparatio nō est nisi vniuoci qd vniens vna: ⁊ differentia p magis ⁊ minus nō est nisi eius qd hʒ esse accedit sm magis ⁊ minus ad nām illam vel actiter cui nomen est impositum quod quidam vocant accessuʒ ad veram nominis impositionem. ¶ Qd aūt dicit mixtum alterius speciei q purum: ⁊ probatur ita esse in colorib⁹ mediis ⁊ extremis. Dicendum q hoc non est simile. Omne enī qd mouet prius est in medio q in extremo sed medium inter extrema duobus modis accipitur: sm esse completum: ⁊ sm potentiam fluentem ɔtinue ad perfectum esse. Et primo quidem modo alterius speciei est medium q extremū: qr non est vtrūqʒ species completa quarū vna est composita: ⁊ altera simplex. Scdo autē modo medium non est species neqʒ forma completa: sed est via ad formam completam: ⁊ in illo vnica fluit forma a suo esse incompleto ad suum esse completum: ⁊ hoc non vocatur absolute medium: sed cum determinatione: vt dicatur medium motus vel fluxus: ⁊ hoc modo medium specificat ⁊ diffinitur. ¶ Quod aūt hoc qd diximus verum sit pʒ in simili: cōstat enim q cōtinuum

Rōnes ɔ quartā opiones q est Auic.

Solō doctoris

Nō quō motus pro fluente forma idē est cum termino motus ⁊ quō nō idem.

Nō quō motus in pdicamēto passionis esse dicat

Solō ad rōnes probātes motum esse in pdicamēto actionis.

Solō ad obiecta scde op.

Op opio ... rois docto... ... veriori...

Solō ad ... nes Auic.

Nigredo ... ens ⁊ ... ... fig... cari in mo... ⁊ inquan... Forma ... quodāmo... ⁊ quodā... do non e... est p se ⁊ ... est p accid...

Medi... extrema ... plr sunt ...

partes nõ hʒ nisi potẽtia que in actu efficiunt signa ⁊ diuidũt ɔtinuũ. Ponamus ergo fluere punctũ ⁊ fluat ad cubitũ in longitudine: sed signetur fluxus eius in dimidio cubiti erit punctus terminus linee qui est in dimidio cubiti ⁊ erit actu terminus linee ɔstitute p fluxum puncti. Si aũt pducatur fluxus puncti in totũ cubitũ: et sit punctus actu terminus linee ɔstitute per fluxum puncti qui est in extremitate longitudinis cubitalis: ⁊ ille punctus qui est in semicubito nõ erit in linea ɔstituta nisi potentialr: ⁊ forma totius fluxus nõ dicet terminari nisi pũcto vltimo. Per oẽm aũt eundẽ modũ vt dicit Alpharabius est in omni vero motu. Mot⁹ enim est de numero ɔtinuoꝝ: ⁊ ideo non specificatur in ipso ens finẽs qñcunqʒ fuerit p id qd̃ est in potẽtia sed per id qd̃ est in actu: ⁊ hoc est vltimũ ad qd̃ terminatur fluxus eius qd̃ est in potẽtia. Sed si nos signemus ⁊ diuidamus motũ cũ aliquo nũc tempore motus vel tertie partis: tunc in illo nũc erit finis mot⁹: ⁊ ideo ille dat spẽm motui: ⁊ tunc forma fluens accipit esse actuale in illo qꝛ id medium est ei sicut extremũ quo ad hoc q̄ est terminus motus actu: qd̃ tñ mediũ nõ erit nisi in potẽtia si motus vltimus versus verã extremitatẽ dicatur ɔtinue pduci: ⁊ hoc mõ forma sequẽs addita cũ precedenti efficitur vnus motus specificatus in extremo. nõ est enim in medio priori qd̃ nõ est nisi potẽtia in ipso motu. ¶ Qd̃ aũt dicũt q̄ forma est accepta p motũ: ⁊ acceptũ p motũ nõ est motus: hoc nõ est difficile. Acceptũ enim p motũ nõ est motus. sʒ terminus ⁊ finis motus. ¶ Et qd̃ dicitur q̄ motus est generatio ɔtinua partis post partẽ illius pfectionis ad quã vadit motus tanq̄ termini eius. Dicendũ q̄ pfectio illa ad quã est motus tanq̄ ad spẽm ⁊ finẽ dupli͛r p hoc ɔsideratur. s. fm esse ⁊ eẽntiã. Et fm eẽntiã quidẽ nõ hʒ ptẽ ⁊ ptẽ sʒ ẽ forma simplex. Sed pars fm esse accepta nõ est pars nisi sicut mot⁹ est pars. Hec enim est pars fluxus eius: ⁊ hic fluxus ɔtinu⁹ in ptib⁹ talibus est motus nõ differẽs a cõplemẽto ad qd̃ vadit nisi sicut magis ⁊ minus: qd̃ tũc nõ differt nisi sicut minus pfectũ a pfectiori. Dicendũ est q̄ magis ⁊ minus dicũt diuersitatẽ inesse forme fluentis: ⁊ bene ɔcedo q̄ differũt sicut complementũ inesse: ⁊ sicut incõpletum inesse. ¶ Qd̃ aũt dicũt imperfectum maxime cũ ɔiungitur pfecto: dicendũ q̄ hoc non est generalr veꝝ de omni imperfecto: sed est imperfectũ qd̃ est sub lectũ iperfectionis ⁊ pfectionis: ⁊ de illo est veꝝ qd̃ dicunt. Est aũt imperfectũ inesse ppter hoc q̄ fluit ⁊ extẽditur extra potẽtiã ⁊ imperfectionẽ donec depuretur ⁊ sit pfectũ ⁊ hoc non est qñ cõpletũ est: qꝛ nõ hʒ pmanentiã in ptibus: sed successionẽ: ⁊ tale quidẽ est motus ⁊ similr tẽpus: ⁊ ideo peccatũ est in argumento fm sophisma equiuocationis. ¶ Ad hoc aũt qd̃ dicũt q̄ forma mouẽs ⁊ dans differt genere a mouere: ⁊ similr volũt arguere q̄ forma recepta differt a moueri: dico ego q̄ hoc est necessariũ. qꝛ mouere est agere: ⁊ moueri est pati quoddã si in genere sumatur nomẽ actionis: ⁊ neutrum illoꝝ est forma dans vel recepta qꝛ forma recepta hoc modo quo recipitur dupli͛r recipitur. s. fm esse influxũ ⁊ fm affectionem quã facit in subiecto. Et primo quidẽ modo est mot⁹. Secũdo mõ est effectiua passionis: cũ tñ ipsa sit forte in genere qualitatis ⁊ quãtitatis vel vbi: vel in aliquo genere fm diuersitatẽ pdicamentoꝝ. ¶ Qd̃ aũt dicũt q̄ fm q̄ est via est passio. dicendũ q̄ hoc dixit Auer. ⁊ forte melius fuisset si dixisset affectionẽ mobilis esse passionẽ. Si tñ nos velim⁹ verificare dictũ eius dicemus q̄ via põt accipi in se in ratione spatij vel ex parte viantis p ipsam: ⁊ via quidem similis est motui vt est in se ⁊ non passioni: sed via ex parte viantis in ipsa est passio viantis q̄ per viam quasi trahitur ab agẽte qd̃ cõpellit ipsum sic viare ⁊ moueri. ¶ Opinionẽ vero que dicit nõ in genere esse motũ: sed viam esse ad ea que sunt generis improbare nolo: qꝛ sic o q̄ genera pdicamẽtoꝝ ɔtinẽt entia. Motus aũt ppter sui imperfectionẽ nõ est ens pprie loquẽdo: sed est entis: ⁊ ideo nõ pprie cadit in genere nisi hoc mõ quo ea que sunt reꝝ que sunt in generibus reducuntur ad genera: ⁊ qd̃ dicitur q̄ causatur a re generis. dicendũ q̄ hoc est verũ: nihilominus est etiã causa reꝝ que sunt in genere. Et hoc modo quodãmodo est principiũ vel actus aliquoꝝ principioꝝ: ⁊ ideo est actus mouentis cause ⁊ actus mobilis qd̃ reducitur ad mãm. Hec igitur sufficiant de determinatione diuersaꝝ opinionum in diuersis generibus motũ ponentiũ. Nos aũt in 5° huius scientie libro inuestigabimus Utrum

Cõ.4.

motus sit in oĩbus pdicamẽtis an nõ: ⁊ vtrũ est in subã motus ⁊ qualr ponitur esse in q̄tuor generibus hec. n. sciri non possunt nisi ɔsiderent spẽs motus. Et nos nõ itẽdimus hic nisi de motu in cõmuni ponẽdo diffinitionẽ eius.

¶ Cap. 4m. De diffinitione motus data magis fm formam: ⁊ de probatione per inductionem eius q̄ dicitur motus esse actus eius qd̃ est in potentia.

Tex. c. 6.
uenit sm istam positionem ꝙ vacuum nõ est causa ois motus sed motus qui sursum causatũ. vacuum autẽ sm actũ non efficitur nisi in raro: ⁊ rarũ est leue. ꝓpter qd ignẽ rarum esse dicunt eo ꝙ leuis est ⁊ ascendit sursũ. ¶ Scdm aũt qd contingit isti positioni est ꝙ vacuum hoc mõ non est cã motus vt dixerunt antiqui non enim est causa motus sicut ad qd vel ex quo est motus: qa tunc oporteret ꝙ esset extra corpora distinctum. Sed cõuenit ipsum esse causam motus sicut dispositio mobilis que est mouens: siue adiuuans id qd mouet. Est enim causa sicut vtres pleni vento sunt causa ꝙ sursum ferantur alligata sibi ⁊ continuata in eo ꝙ ipsi enatant ⁊ sursum feruntur: sic vacuum in raro enatatiuum est: ⁊ ideo corpus ascendit ꝙ talis habet in se vacua colligata ⁊ continuata partibus suis. ¶ Et etiã sm istos queremus ab eis qualiter potuit esse ꝙ vnum ⁊ idẽ sit motus ⁊ motũ ⁊ locus ad quem mouetur: vacuum enim vt iam dictũ est est mouens: ⁊ qa est intrinsecũ corpori. oportet etiã ꝙ sit motum: ⁊ opꝫ iterũ esse receptum a vacuo: qa aliter duo corpora erunt in eodem loco: ⁊ hoc quomõ potest esse: qa tũc vacuum erit vacui: ⁊ hoc ibit in infinitũ. ¶ Amplius autem si vacuum est causa motus vniuersalis: vt dicunt isti quã causam poterunt assignare in graui: ꝓpter quam feratur deorsum. Manifestũ est ꝙ si quanto rarius est sic magis vacuũ: tunc etiam quanto magis est vacuum: tanto fit leuius ⁊ magis sursum fertur: ꝗ vacuũ nõ est causa grauis: sed potius plenũ: non ergo vacuum est causa quare aliquid feratur deorsum. ¶ Adhuc autem sm hoc si aliquid esset oino vacuum idem velocissime fertur sursum: sed hoc est falsum qa forte est impossibile ꝙ vacuum moueatur oino: ⁊ ratio eniꝫ vna ⁊ realis est que dicta est de vacuo separato. Sicut enim non dicitur motus esse in vacuo: sine motu eni sunt omnia ⁊ imobilia sunt: eo ꝙ necesse est fore motum in instãti: ⁊ ꝓportionem esse inter motum in pleno ⁊ motum in vacuo: ita etiã erit vacuum sine motu: qa si causaret motum vacuũ oporteret ꝙ oino vacuum causaret motum in instãti: eo ꝙ incõparabiles sunt velocitates pleni ⁊ vacui: ⁊ ideo si aliqd plenum rarum causabit velocem motum: ⁊ rarius illo causabit velociorem: ⁊ sic oportet ꝙ id qd omnino est vacuum et ipsa vacuitas causet motum in instanti: ⁊ hoc est impossibile: ergo etiam impossibile est ꝙ vacuum sit causa motus.

Tex. c. cõ. 82.

¶ Cap. 10m. De epilogo rationum Xutos philosophi: ⁊ de solutione earum.

Quoniam Autem nos non dicimus eẽ vacuum aliquid in natura: sicut patet ex pehabitis: opꝫ autem nos dicere ꝙ ea que inducta sunt de raro ⁊ denso sunt bene dubitatione digna: ⁊ ideo vere dubitata sunt. Sunt autẽ ista ꝙ nisi ponatur esse densum ⁊ rarum ex vacuo ⁊ pleno turbatur celum. Item aut non est motus oino: aut oportet generatione eoꝝ que ex densis fiunt rara ⁊ ecõuerso semper fieri equalem in eadem hora: vt quantum de aere fit ex aqua: tãtum in eadẽ hora de aqua fiat ex aere. Et manifestũ est ex predictis dubitabilibus Xutos phi ꝙ si plus aeris ex aqua fieret ⁊ nõ poneretur esse vacuum: tũc oporteret ꝙ continue depellerentur vltime superficies corpoꝝ semper in maiorem locum donec tumultuaret etiam expulsum celum in maiorẽ locum. ¶ Et ecõuerso est quãdo plus est de aqua fit ex aere: qa tunc necesse videtur ꝙ constringantur vltima corpoꝝ in locum minorem: ita ꝙ tãdem cõtraheretur celum qd est vltimũ oium. Aut oportet ꝙ supponamus alicubi equaliter fieri mutationẽ vnius ex alio in eadem hora ⁊ ecõuerso: ita ꝙ omne corpus vniuersũ sit semper equale. Aut oportet ꝙ nihil oino moueatur: in omni eni eo qd mouetur accidit talis tumultuatio vltimorũ ⁊ expulsio sicut diximus: nisi in motu circulatiõis. Non autem ꝓpter motum circulationis positum est esse vacuum: qa circulatio non recedit de loco suo: sed potius propter motum rectũ positum est esse vacuum: non semper eni in circulum est loci mutatio: sed etiam aliquãdo fit in rectũ. ¶ Hi igitur qui nominati sunt ꝓpter hoc qd dictũ est aliqd vacuum esse dicunt. Et redit dictum eorũ ad hoc ꝙ vacuũ sit rarum: eo ꝙ partes naturales implentes foramina quãdo res est densa exeunt ab ea intus: ⁊ additur ei extra: ⁊ ideo crescit in maiorem quantitatem ex interpositiõe vacui

inter

inter partes suas. Quādo autē fit densum ex raro: tunc partes materie adducuntur rei intus ⁊ implent foramina: vacuo interposito partibus rari. ⁊ sic nunq̄ fit rarum ⁊ densuȝ: nisi additione ⁊ subtractione partiū naturaliū. ⁊ nos non loquimur de augmento animatoꝝ: q̄a illud fit per additioneȝ: sȝ loquimur de incremento rei: ⁊ de incremento facto per rarefactionem ⁊ condēsationem. ¶ Hoc aūt modo Xutos etiāȝ plus dixit fieri intēsionem quando. s. de calido fiebat magis calidum: ⁊ hoc dixit fieri per subtractionem partiuȝ materialium frigidaꝝ ⁊ appositionem calidaꝝ: ⁊ hoc modo dixit de frigido fieri caliduȝ: q̄a non videbat qualiter vna potentia contrariorum esset. Hoc etiam dixit fieri in figuris: q̄a quando de arcu maioris incuruationis fiebat curuatio minor. i. remissior arcus: vel econuerso de remissiori intensior ⁊ magis curuatus: dicebat aūt q̄a recte partes que sūt in maiori arcu interposite curuis partibus contrahuntur ⁊ incuruantur: ⁊ tūc fit arcus contractior. Hec autē etiā adaptabat in elemētoꝝ generatione: q̄a cū elemētū fit ex elemēto ⁊ pacuū fit maius: ⁊ ecōuerso: ⁊ calidū fit calidius vel frigidum frigidius: ⁊ sic de ceteris qualitatibus elemētoꝝ habentium symboluȝ: ⁊ si non habent symbolū: tunc fit contrariū ex contrario. Et q̄a elementa rotūda sunt fit minor arcus ex maiori vel econuerso: ⁊ hec omnia vt dictum est appositione ⁊ subtractione partiū fieri dicebat Xutos. Est autem aduertendum ꝙ hanc additionem ⁊ subtractionē non dicebat fieri in corporalibus tm̄: sed etiāȝ tā in materialibꝰ q̄ in formalibus simul.

Tex. c. 84.

¶ Nos autem hec omnia soluētes dicimus p̄cedētes ex subiectis que determinata sunt in primo huius scīētie lib. ⁊ supponemus q̄tuor p̄positiones ex quibus omnia superius dubitata soluere possumus: quarum vna est ꝙ vna est materia contrariorum ⁊ calidi ⁊ frigidi: ⁊ aliaꝝ oīum physicaꝝ contrarietatum: sicut sunt raruȝ et densum ⁊ graue ⁊ leue. Secūda est ꝙ cum aliquid generatꝰ ꝙ illud generatꝰ existens in actu ex eo qd̄ est in potentia preter alicuius extrinseci additionem: actus enim totus est in potētia in materia sicut ostēdimus in primo libro. Et si dicatꝰ agens dare formam patienti: hoc nō est aliter nisi quia sua actio in passiuo est educens de potentia ad actuȝ id qd̄ est in m̄ā: ⁊ hec omnia manifesta sunt si ea que in fine p̄mi libri diximus ad memoriam reuocentꝰ. Tertia autem p̄positio est ꝙ materia non est separata a cōtrariis ⁊ formis: sed semper cōiuncta alicui contrariorum ⁊ alicui formarū ⁊ p̄cipue materia simplex que est materia elemētorum. Quarta vō est ꝙ ipsa est numero ⁊ subiecto vna. sed esse eius est alterum ⁊ alterum quādo contingit vni vel alteri contrariorum: sicut quando contingit ꝙ est sub calore vel frigore. Igitur ex dictis dico ꝙ corporis est eadem materia magni ⁊ parui quando fiūt ista ex raro ⁊ denso: ⁊ nō ita ꝙ alia materia addatur paruo ex quo fit magnuȝ vel aliqua materia subtrahatur magno ex cuius subtractione fiat paruuȝ: hoc autē manifestum est: cū eniȝ ex aqua fit aer ⁊ dicamos ꝙ ex essentia aque fiat aer. tūc materia est trāsmutata in maiorē quātitatē nō accipiens additiones aliqd̄ in partibꝰ m̄alibꝰ sed id qd̄ in materia erat potētia hoc factū est actu: ⁊ tamē ecōuerso fit iterū aqua ex aere m̄ā facta minoris quātitatis preter alicuius appositionē vel subtractionē: ⁊ sic aliquādo trāsmutatur ex paruitate in magnitudinē: aliquādo ex magnitudine in paruitatem ⁊ huiusmodi cā agens nō est q̄dē nisi frigus: aut calor: vel q̄r substantialis forma aque in densiori ⁊ habēte magis partes cōstātes vult esse q̄ substantialis forma aeris que hȝ partes que sunt extēsioris q̄titatis: ⁊ ideo maiorem requirunt locum p̄ter vacui interpositionē: ⁊ materia aque hȝ partes minoris quātitatis: ⁊ ideo compressioris ⁊ minoris loci p̄ter alicuius partis materie subtractionem: pōt enim vna numero materia susceptibilis eē maioris ⁊ minoris quātitatis preter appōnē vel subtractionē vt diximus. Silr̄ ēt cum multus aer aliq̄n fit in minori corpore cōpressus ⁊ aliq̄n ēt in maiori ⁊ fit ex minori maior: ⁊ ecōuerso q̄a cum m̄ā istoꝝ vtroruq̄ȝ potētia est. s. maius ⁊ minus ipsa fit vtraq̄ȝ agētibus in se q̄riis que sunt calidū ⁊ frigidū. Sicut eni eadē est m̄ā cū ex calido fit frigiduȝ: eo ꝙ vna susceptibilis q̄rioꝝ sine acceptiōe vel abiectiōe aliquarū partium. Et sicut vna est cū ecōuerso ex calido fit frigidū: vel ex frigido fit calidū sic ⁊ vna est cū ex calido fit magis calidum nulla parte facta calida que nō sit in m̄ā prius calida: ⁊ ei apposita vt fieret magis calida. Sed oīs pars m̄āe que prius fuit calida murata est per intensionem caloris. et facta est magis calida: ⁊ hoc est sicut circulatiōe maioris vł amplioris circuli ⁊ ambitu eius quando fit per maioreȝ incuruationem minoris circuli: siue dicatur circulatio eē eadem numero cum priori vel etiam alia: q̄a de hoc modo nō est questio: semper enim ille due circulationes sunt in eadē materia. ⁊ in nullo alio factus est ambitus minoris circuli qd̄ non esset subiectuȝ maioris circulationis prius: sed eēt rectum: sicut dixit Xutos ꝙ rectum qd̄ fuit interpositū curuis: ⁊ fecit maiorem ambitum eēt incuruatuȝ in minori circulo ⁊ ideo esset circulus minor maioris curuitatis: q̄ plures haberet partes curuas: non enim maius vel minus in deficiendo aliquo vel apponendo: sed potius vt diximus transmutatione totius materie de potentia ad actum. Nō eniȝ potest accipi fm̄ magnitudinē scintilla vel flāma ignis que non sit calida aut lucens siue alba. ⁊ ideo cum intenditur scintilla non est hec: q̄a partes frigide que sunt in ipsa igniantur. ⁊ ita efficiatur calidior: eo ꝙ plures q̄ prius habeat partes calidas. sed potius q̄a tota materia ex minori calido qd̄ potentia calidius est trāsmutatur in caliditatē maiorem. Sic igitur prior inest calor posteriori vt potentia est in actu: quare etiam magnitudo ⁊ paruitas corporis sensibilis fiunt circa materiam eādem: ⁊ extenditur m̄ā in quantitatem maiorem non accipienteȝ aliqd̄ additionis in partibus m̄alibus: sed q̄a materia potentia est vtraq̄ȝ istarum quātitatum ⁊ potentia est densum ⁊ rarū. Sicut enim diximus vna est istaruȝ materia sicut ⁊ aliarum p̄habitarū contrarietatum. ¶ Est autem vt semper ⁊ absolute densum quidem graue eo ꝙ partes eius fiant simul compresse in parua quantitate ⁊ loco. Raꝝ autēȝ semper est leue quādo simplr̄ ⁊ absolute est rarum: eo ꝙ partes eius sunt remote adinuicem: eo ꝙ sunt magne quātitatis ⁊ magni loci.

Tex. t. c. 85.

¶ Amplius sicut circuli circulatio quādo cōducta ⁊ curuata est in minus nullum accipit aliud cōcauuȝ quātuȝ ad partes materie de nouo sibi additas ab extrinseco: vel in q̄bus noua generata sit curuitas cum prius essent recte in maiori circulo existētes. Sed cōcauuȝ ⁊ curuum qd̄ imixtum erat sibi in oībꝰ partibus: hic amplius incuruatꝰ sic ⁊ ignis q̄r quicq̄d est de igne est calidum: ⁊ sic magis calidum oibus partibus m̄ālibꝰ intēsis in calido: sic etiā est in circulo: q̄a omnis cōgregatio in minorem vel correctio sua in maiorē est ipsius materiei q̄a vna ⁊ eadem subijcitur incuruatiōi ⁊ directiōi. Et si in m̄ūdo toto fiat cōgregatiōe generatio opȝ ꝙ ista fiant circa eādem materiam numero per esse alteruȝ ⁊ alteruȝ numero differētem. Sunt eniȝ duo cōsequentia tam rarū q̄ densuȝ: graue eni durum ⁊ densum sequuntꝰ: ⁊ leue ⁊ molle raruȝ sequuntur: huiusmodi autē oppositum deberet eē si verū eēt qd̄ dixit Xutos. Cum enim rarum maioris sit quātitatis q̄ densum: ⁊ qd̄ maioris est quātitatis ei plus addituꝝ est in partibus m̄āe: sicut dixit Xutos deberet rarū esse ⁊ duruȝ ⁊ graue: q̄a qd̄ habet plus de materie partibus hoc hȝ easdē magis cōsectas ⁊ ita duras: ⁊ ita grauius per oppositam autem causaȝ densum deberet eē molle ⁊ leue. Accipiamus autem hic molle ⁊ durū in gn̄alibus significationibus eoꝝ: p̄ut durum est omne id qd̄ non cedit tangenti: ⁊ molle qd̄ cedit quocunq̄ȝ modo cedat: subtiles autem distinctiōes istorum in quarto metheoroꝝ determinari habēt. Quādo autem durum ⁊ molle non accipiūtur pro his que absolute dura ⁊ mollia sunt. ⁊ densum ⁊ rarum non accipiuntur p̄ his que absolute ⁊ simpliciter sunt densa ⁊ rara: sed etiāȝ p̄ his que sunt quodāmodo ⁊ respectiue densa ⁊ rara: tūc aliquādo dissonant ea que sequuntur ipsa. Non enim semper illud qd̄ durius ⁊ densius est etiam grauius est: q̄a plūbum grauius est ferro: ⁊ tamen ferruȝ durius est plumbo ⁊ densius.

Nō semp id qd̄ densius ⁊ durius est etiam grauiꝰ ē.

Ex dictis etiam patet ꝙ falsum est qd̄ dixit Xutos densum ⁊ rarum eē quantitates materie: cum ex quantitate non sequantur qualitates cōtrarie causate ab ipsa. Ex denso autē ⁊ raro sicut ex causis contrariis que dicta sunt sequuntur.

T. t. cō. 88.

¶ Ex predictis ergo manifestum est ꝙ nec aliquid discretum neq̄ȝ separatum est vacuuȝ neq̄ȝ simpliciter est vacuū: neq̄ȝ cōmixtum in raro ⁊ denso neq̄ȝ est etiāȝ in potētia hoc modo quo dixit Xutos ꝙ esset in potentia: ⁊ non actu: quis

semper esset infinitum: et non sic actu separatum vacuum. Dico autem ipsum nõ esse in potentia nisi aliqs vocet vacuum ipsum in in que est aliqua causa illius qđ fertur: et loci mutationis sicut subiectũ dicitur esse causa. Sm hoc enim materia vna que subiectũ grauitatis est et leuitatis dicet vacuum: sed tunc ito: debuit poni vacuum causa motus sicut densum et rarum: qa illa sunt actiua et factiua motus: mã autem nõ. Sz potius debuit dici ꝙ vacuum est causa motus ex eo ꝙ corpora susceptiua motus localis recti inquãtum sunt susceptibilia rari et densi: et cum rarum et densum sm suam contrarietatem sint actiua motus: durum et molle que sequuntur de ipsa nõ se habẽt ad motum localẽ vt actiua sed potius ve passiua facienda ad motus facilitatẽ vel difficultatẽ: qm motus rectus facilis est per molle qđ cedit: et difficilis vel impossibilis per durum. Et vt generalr dicatur magis sunt durũ et molle sm suam cõtrarietatem causa alterationis ꝙ loci mutationis. Sic igit ex sillogismo patet ꝙ materia est vna contrariorum: et cũ rarũ et densum sint contraria ꝙ vna est materia eoꝝ que est causa istoꝝ cõtrariorum pz etiam hoc ex signo infallibili ꝙ causantur ex vna materia sine additione et subtractione: eo ꝙ in omnibus partibus eiusdẽ materie inueniuntur: sicut postensum est. Q2 autem nõ sint quãtitates addite: sed qualitates ex situ partiũ materie causate: et hoc pbabitur ꝙ causantur ab ipsis qualitates cõtrarie que sunt durũ et molle et graue et leue. De vacuo igit quo est: et put ipm dr materia: et quomodo nõ est: put ipsum dicitur esse separatum extra celum vel infra ipsum existẽs: sit hoc modo quo diximus determinatum.

¶ Tractatus Tertius Quarti Libri Physicorum.

¶ Cap. pm. De tempore an sit tempus: et probatio ꝙ non sit aliquid per extraneas rationes.

Conueniens autem est ꝙ post predicta aggrediamur ad loquẽdum de tẽpore: eo ꝙ ipsum est vnũ de his que sequuntur motum: in eo ꝙ motus est in cõi. de quibus in hoc quarto libro pmisimus mentionem facere: et tractatum. ¶ Lz autem per seipsum manifestũ sit esse tẽpus: eo ꝙ ipsum percipit cum motu qui manifestus est ad sensum tamẽ per extraneas rõnes quidam sophiste arguũt tpm non esse pmũ ergo bene se hz opponere de ipso per rõnes extraneas vtrum sit de numero eoꝝ que sunt aut sic de numero eoꝝ que non sunt. ¶ Rõnes autẽ extraneas vocamus illas que sunt ex cõibus que in multis inueniunt: et nulli sunt ppria quales sũe rõnes logice. Naz logica propter eãdem cãm pbin extranea vocat: postea vo ex nãlibus et ppriis tẽpo:i perscrutabimur que sit nã ipsius. ¶ Qđ igit oino non sit tps aut sit vix et obscure ex dicendis aliqs cõcipere poterit. Qđ eni vere est cũ sit cõpositum ex partibus cõtinuis hz partes existẽtes ex quibus est sua continuitas: sed tps non hz partes existẽtes: qz tẽpus non videt esse partium eni temporis due sunt. s. preteritũ et futurum: preteritũ aũt non est sed factũ est et transijt: futurũ aũt nondũ est: psens autẽ cum sit indiuisibile nõ est pars cõtinui tẽporis. ergo infinitũ tẽpus qđ semper accipit sine fine componit ex his que nõ sunt. Ex his autẽ que non sunt cõpositũ non videt participare aliqñdo sbam qua sit. ergo tps oino nihil est aut si est vix est sicut sunt ea quorum eẽ est permixtũ priuationi et cũ hoc obscure est qa sm potentiam est Et forte apud intellectũ est actu eius vt quidam dixerũt: sed nos de hoc inferius queremus. ¶ Adhuc autem ois diuisibilis qđ est. aut necesse est oẽs partes aut quasdam eẽ. tẽporis autẽ due partes nõ sunt qa sicut dcm est preteritũ factum est et nõ est. Futurũ aũt nondũ est: et sic est in potentia est solũ: cum ergo tps diuisibile sit quodam videt tẽpus nihil esse. Si qs autẽ dicat ꝙ ipm psens nunc quedã pars tẽporis est: cõstat falsum eẽ qa omnis pars que est vere pars aliquota totius: mẽsurat et nũerata aliqñdo reddit totũ qđ cõponit ex partibus aliquotis sed nũc cũ sit indiuisibile nõ reddit totũ tps ergo tẽpus ex nũc nõ cõponit. Si aũt dicatur ꝙ est pars nõ aliquota: sicut binarius est pars quarij adhuc constat eẽ falsum: qa pars talis componit totũ cum alia parte. et est quãtitatis alicuius in toto. nũc autẽ nõ componit tẽpus nec est alicuius quãtitatis in tẽpore ergo nũc nõ est pars tẽporis nec pũctus est pars linee sed terminus eius ita etiaz nũc non est pars tẽporis sed terminus eius. ¶ Amplius si tẽpus continuũ est: vt dicunt affirmantes tẽpus tũc opz ꝙ distinguant partes: diuisibili nũc qđ est terminus tẽporis sicut pũctus linee. ¶ Queramus ergo de ipso nunc qđ determinat et distinguit inter pteritũ et futuꝝ vtrũ sit vnum et idem permanẽs semp aut sit aliud et aliud: hoc enim nõ facile est scire: et hoc est querere vtrũ sit vnũ et idem permanẽs nũc in toto tẽpore aut plura sibi succedentia plura enim simul eẽ nõ possunt qa si essent simul tũc oporteret ꝙ tempus esset de permanentibus et stantibus: et hoc nõ est verum. Si autẽ sunt plura nũc sibi succedentia ita ꝙ semp alteꝝ et alterum est eo ꝙ nulla pars eoꝝ que sunt in tẽpore simul esse cum alia nisi contineret ab ipsa sicut pars a toto sicut mẽsis continet sub anno: et septimana sub mense: et dies sub septimana: et hora sub die et pars hore sub hora: et hoc modo itur necessario vsqz ad indiuisibile nũc qđ solum est de tẽpore accipere. Minus enĩ tẽpus qđ est pars pluris semper continetur sub illo: si igitur sic est: tunc plura nũc non sunt simul: nisi vnũ contineat et reliquum contineat. sed indiuisibile nihil continet: ergo vnũ nunc non continet aliud vel alia nunc ergo si sunt plura tũc illa sunt succedentia: vt dcm est: ergo illud nũc qđ est pteritũ et fuit prius necessario modo est corruptũ ac omnia nũc vt dictum est nõ erunt simul: sed semper id qđ est prius necesse est corrũpi: aut ergo corrũpitur in eodẽ nunc qđ est ipsum: ita ꝙ corruptũ sit in seipso: aut corrũpitur vel est corruptũ in alio nunc ab ipso non aũt corrumpitur in eodem hoc est in se qa nihil simul est in aliquo et corruptum est in illo sed nunc est in seipso ergo non corrũpit in seipso. Si aũt corrumpitur in alio nũc: aut illud aliud nũc est imediatũ pñs ad ipsum: aut non est imediatũ. Sed inter nũc qđ corrumpit et nunc in quo corrũpit cadit tẽpus medium. Nõ autẽ cõuenit corrumpi prius nunc in pximo pseqnente nunc: qa nunc nõ ita se hñt adinuicem sicut nec in linea imediate pũctus cõsequitur pũctũ hoc aũt manifestabit in. 6. huius scie. Si aũt dicat corrũpi in nunc non pximo cõsequẽte. sed in eo inter qđ et ipm tps est mediuz: ergo prius nũc qđ est in pterito manet in eẽ saluatũ in infinitis nũc que sunt in tẽpore itermedio et simul erit cum oibus illis: hoc aũt est ipossibile qa ex hoc seqtur ꝙ id nũc qđ prius erat in pterito remanẽs in psenti et futuro qđ non patit naturã successionis. Seqtur ẽt ex illo ꝙ nunc qđ prius erat sit cum presenti et futuro ergo pteritũ psens et futuruz simul erunt: qđ est impossibile qa idiuisibile nõ põt habere rõnẽ cõtinẽtis. ¶ Sunt autẽ quidam qui dicũt ideo nũc psens nõ corrũpi in nũc posteriori imediato: vel ẽt in seipso qa omnis corruptio est in tempore et in nũc indiuisibili nihil corrũpitur: sed est corruptũ ad ipsum: et cũ corruptio sit motus quidam qui nõ põt esse in indiuisibili sicut pbabitur ifra in 6. Sed hoc nihil est qa corruptio nũc nõ est simplr corruptio sed sz quid. Si nihil enim corrumpi nũc est nisi desinere esse et talis desitio bene est in indiuisibili sicut motus in indiuisibili desinit hoc mõ desitione qa nihil inuenit de ipso vltra ipsum: et hoc mõ linea desinit in pũcto. Sed si fiat vis in vbo desitionis: tunc ponam finiri tẽpus in nunc: et motũ in momento et lineam in puncto. ¶ Sed si ppter istas rõnes dicat aliquis semper manere idẽ et vnũ numero nunc ostẽdemus ẽt hoc esse impossibile. Nullius enim continui diuisibilis finiti est terminus vnitus: siue in vno indiuisibili sit ptinuũ: siue continuet ad plura: siue in pluribus sicut linea cõtinuatur in vno indiuisibili sm rõnem qđ est pũctus et habet necessario duos termios quãdo finita accipit linea: qa illa nõ est circularis. In plura autẽ continuatur superficies. s. in quatuor terminos qa hz lineas et puncta. Corpus aũt ptinuat in terminos. 6. ppter tres diametros se in eodẽ ad rectos angulos intersecantes. Cũ ergo nũc ppter hoc qđ est indiuisibile necessario sit terminus et finis. Finis autem alicuius finiti finis est: oportet tẽpus accipere simul cuius instans sine nunc dicitur esse finis: sed nihil continuũ est finituz vno tm fine: ergo tẽpus necesse est habere plures fines et terminos: non ergo nunc est tm vnũ sed sunt plura nunc. Hec autem ratio fortior est omnibus illis quas induxerũt illi qui negat tẽpus esse aliquid. ¶ Amplius si simul eẽ aliqua sm tẽpus est

Tex. c. 87.
Tex. c. cõ. 87.
Tex. c. cõ. 88.
Tex. c. 89.
Tex. c. c. 90.
Tex. c. 91.
Tex. c. 92.

pus est esse ea neq; prius neq; posterius: sed in eodē ⁊ ipso nunc esse si dicat vnicum esse nūc in toto tēpore: tunc ea que fuerunt prius ⁊ sunt mō ⁊ erunt postea sunt in vnico ⁊ eodē nunc: ergo simul erunt omnia fm tēpus que sunt ⁊ fuerūt et que erunt. ergo que facta sunt in annū millesimum in preterito sūt cū his q̄ sūt hodie ⁊ nihil altero ē prius vel posterius qđ falsū est tot q̄ opposita sūt p phiaz ⁊ ξnea accepta ex his que insūt tēpori que sūt pteritū ⁊ futur: ⁊ nūc q̄ sūt i tpe. Nos autē hor solones in fine ponem⁹: qm̄ fine his que determinanda sunt determinari ista non satis manifeste possunt.

¶ Cap. 2m. De opinionibus antiquorum de natura temporis ⁊ de improbationibus eorum.

Tex. c. 93.

Quid Autē sit tempus ⁊ que sit natura tēporis: non satis manifestum est ex iā dictis: ⁊ non possumus scire qdditatem eius ex his sermonibus antiquoꝝ de quibus attingimus eos. Quidam enim antiquorum dicunt q̄ tempus est motus totius: hoc est motus diurnus qui est prime spere motus qui etiaz motus vocatur motus vniuersi: siue motus totius: ⁊ in hoc sententia fuit Plato. Et fuit sufficientius dictū qđ dixerunt antiqui de tempore. ¶ Alij autē dixerunt q̄ est spera ipsa. Sed deceptio est in dicto primoꝝ: qa si motus totius esset: tūc esset circulatio circuli: ⁊ hoc eē nō potest eo q̄ pars circularis circulatio nō est: sed pars tēporis est tēpus. ¶ Amplius autem si tempus esset circulatio circuli tūc si plures essent celi primi: sic dixerūt illi qui dixerunt mundos eē plures. tūc etiam essent plures circulatiōes: ergo etiā essent plura tempora: qa tempus esset motus cuiuslibet eoꝝ: ergo plura tēpora essent tēpora simul: ⁊ hoc inconueniens est. ¶ Si autez forte aliquis dicat q̄ ista cōclusio pcedit impossibili quodā supposito tali posito q̄ accidat falsum ⁊ impossibile esse nihil phibet. Dicendum q̄ conclusio bene deducit ad inconueniens fm sniam aduersarij qui tenet q̄ tēpus est motus circuli: qa multiplicato subiecto primo ⁊ pprio multiplicabitur accidēs qđ est in subiecto quādo subiectum imediate subijcitur accidēti. Motus autem tale accidens est qđ est in mobili: ⁊ ideo multiplicatis mobilibus necesse est multiplicari motus: sed tēpus non est tale accidens qđ per se statim sit in mobili vt mobile est: qa tunc tempus esset aīmotum. Sed sicut infra docebimus tēpus est in mobili per motum vt numerus motus existēs: ⁊ ideo si duo vel tres essent eque pmi motus nō multiplicaretur per hoc tempus: quia nec numerus multiplicaret: ⁊ ideo incōueniēs est dicere q̄ tempus est motus. ¶ Ulterius autē patet falsuz dicere eos qui dicunt sentire Aristo. q̄ si prima mobilia essent duo q̄ essent duo tēpora: positis enim primis mobilibus esse pluribus deducit ad istam ɔclusionem videlicet q̄ sint plura tēpora tanq̄ ad aliquid incōueniens. Sequeretur autē ex hoc vlterius vt videtur esse infinita tempora: qa si duo tempora sunt simul. constat autem q̄ nō sunt simul nisi in tempore. hoc autem tempus in quo sunt simul nō esset aliqđ ipsorum: ergo iam esset tertium tempus ⁊ illa tria iterum essent simul in quarto: ⁊ sic de alijs. Nisi forte aliqs dicat ad hoc q̄ sic duo corpora sunt simul non in vltimis alterius corporis sed in vltimis suis: ita etiam duo vel plura tempora si eēnt essent simul eo q̄ essent in nūc alicuius ipsoꝝ vel plurium: hoc autem inferius melius est expressuz.

Si duo vel tres erāt pmi mot⁹ nō multiplicaret pp h tps: q̄ ipm nō est mot⁹ sz numerus mot⁹.

T. c. 94.

¶ Totius autē mundi spera que est spera prima visa est esse tempus quibusdam dicentibus eam esse tempus: hac rōne q̄ sicut in spera prima sunt omnia: ita etiam in tempore sunt oīa. Est autez stultius hoc qđ dictū est hac ratione. s. primā sperā eē tēpus q̄ q̄ de hoc aliqua ipossibilia cōsiderent per que ipossibilis esse dicat ista opinio. ¶ Si quis enīz hoc sic syllogizet. In tempore sunt omnia: ⁊ in prima spera sunt oīa. ergo tempus est spera prima: ⁊ syllogizet ex affirmatiuis in secūda figura ⁊ equiuocat in ppositionē notantē ɔtinentiā: qa aliter sunt res in prima spera q̄ sunt in ea sic in loco ⁊ aliter sunt in tēpore: quoniā sicut in nūero sunt in tēpore. Et falsas assumit ppōnes quoniā falsuz est omnia esse in tempore: ⁊ falsum est etiā omnia esse in totius spera: hoc autem sequens sermo declarabit: vbi ostēdetur que sunt in tempore ⁊ que non.

Tex. t. c. 95.

¶ Qm̄ autem maxime ⁊ probabilissime videtur tēpus esse motus ⁊ mutatio quedam: redibimus super hanc opinionem ⁊ considerabimus de ipsa an sit vera an falsa. Ostēditur autē esse falsa ex hoc q̄ vniuscuiusq; mutatio vel motus solūmodo est in eo qđ mutatur vel qđ mouetur motu suo. aut vbi est illud qđ mouetur vel transmutatur. tēpus autem similr est ⁊ apud omnia tēporalia vbiq; omnia eni temporalia que vbiq; sunt in vno ⁊ eodem sunt tempore nūc presenti.

Tex. t. c. 98.

¶ Amplius autē omnis mutatio vel motus velocior vel tardior est eo q̄ passiones motus sunt velox ⁊ tardum: nullum autē tempus est velox vel tardum: ergo nullum tēpus est motus vel mutatio. Q; autem velox ⁊ tardum non sint tēpus probatur per hoc q̄ tam velox q̄ tardū diffiniuntur tempore. tēpus autem tēpore non diffinitur. velox enim est qđ in paruo tēpore moueť per multum spatium. Tardus autem est qđ in multo tēpore moueť per paruum spatiū. tēpus autē tēpore nō diffiniť: neq; in eo q̄ quale ſtneq; in eo q̄ quantum: sicut iam diximus q̄ qualitas mot⁹ est velocitas ⁊ tarditas que tēpore diffiniunť: q̄titas etiā motus diffinitur tēpore: qa magnus est motus qui est magni temporis ⁊ paruus qui est parui.

Tex. t. c. 97.

¶ Manifestum est igiť ex dictis q̄ tēpus non est motus. ⁊ nō facimus hic differentiā aliquā inter motum ⁊ mutationē: eo q̄ nō differunt in mensura tēporis: sz alias differentias habent quas in qnto dicemus.

¶ Cap. 3m. Hic est digressio declarans sententiam eorū qui dixerunt tempus non esse nisi in anima.

Sunt Etiam alij pōt qui videntes q̄ tempus habet esse: ⁊ q̄ non est mot⁹: neq; spera prima: dicunt ipsum nō habere esse nisi in anima: ⁊ sunt illi qui dicunt q̄ sicut ex rebus que non sunt absolute in rebus surgunt forme cōparationum que nō sunt nisi in anima compar ante: ⁊ nō in rerum sunt natura: ita et dicunt hic q̄ cum mobile sit in transitu spatij accipit ipm anima ante ⁊ post: ⁊ remanet in aīa ante ⁊ post: sz in re nō sit remanens ⁊ cōparat q̄ cito est mobile de anteriori spatio in posterius. Et hec cōparatio que sic mensurat motuz mobilis vocatur tēpus: cum tamen in re ipsa actu nō sit nisi hic: ⁊ potentia in vlteriori parte spatij: ⁊ q̄ prius fuerit in anteriori qđ pertransit: ⁊ sic trāsituz illum cōparandū de anteriori in vlterius ⁊ distinguendo per hoc q̄ est medium inter ante in spatio ⁊ post facit anima tps: qđ est mēsura mot⁹ qui est velox vel tardus. dicit autē ista sententia vt refert Auicēna q̄ in veritate tēpus nō est nisi aggregatio momentoruz. Huius autē signū esse dicit q̄ percipiť tēpus quādo momenta aggreganť. Momēta autē designare sic vel aliter est i volūtate aggregantis ⁊ designantis. vbi gratia. cum dicit erit sic vel sic cras: vel post duos dies quādo eleuabiť sol: ⁊ posset si vellet aliud designare qđcunq; esset momentum determinans quācunq; solis eleuationez. Cum autē momentorum aggregationem sic dicant illi esse tēpus: dicūt tñ q̄ aīa cōparat motū momento fm successionē motus: ⁊ iā tps est per modū extēsionis continue: ptendiť eni imaginatio vel alia vis anime in pteritū ex psenti vel in futuꝝ: ⁊ hāc ptēsionem vocant isti tēporis ɔtinuitatē. ¶ Et ad hanc sniam cōfirmandā plurimas inducūt rōnes quaꝝ medi a breuiter pstringam ad vitādū pliritatez. Dicūt ergo q̄ ex quo tps est numerus motus ex priori ⁊ posteriori qđ est in motu causatū: sicut prius ⁊ posterius in motu nō sunt simul fm actuz: sz tñ simul sunt in actiōe anime: ita tēpus opz esse in aīa ⁊ nō in natura. Sicut eni existere prius ⁊ posteri⁹ in motu se habet ad esse vel non esse: ita se hz tēpus ad esse ⁊ non eē: nūq̄ autē in motu pōt accipi prius qđ cū illo sit posterius: qm̄ id quod prius in ipso non est: sed factum est. Et posterius in ipso nō est: sz fiet: id ergo qđ accipiť ista simul est anima. ¶ Ad hoc numeri non est causa nisi materia numerabilis: ⁊ aīa numerās: sed materia numerabilis in motu est prius ⁊ posteri⁹: ⁊ illa nō est vt iam habitum est. ergo numerus eius non est in ipsa. ergo relinquitur q̄ solum sit in aīa numerāte. ¶ Adhuc autem vt ingt vltra Aristo. nos nō percipimus tēpus nisi percipiendo motum in mente: siue in aīa. hoc autem ideo videtur esse: qa tempus nō consequiť nisi motuz illum qui est in anima: ⁊ non aliuꝫ: ergo non est nisi in anima. nisi est causa eius que est motus anime. ¶ Adhuc autez si motus celi est causa temporis ⁊ tēpus est in celo vt in subiecto per huiusmodi motum: tūc hoc mō deberet eē in celo quo mo-

Rōnes asserentiū tps eē i aīa tm̄.

ma est in celo. Motus autẽ sit est in celo ꝙ partes eius sunt plures ⁊ oẽs partes sunt simul qa ⁊ oẽs ptes celi simul rn oñ/tendit nõ sm prius ⁊ posterius ergo ⁊ oẽs partes tẽporis si/mul sunt ⁊ nulla sm prius ⁊ posterius se hz ad aliã vel opor/tet tot eẽ tẽpora quot sunt ptes motus ⁊ mobilis qd est icõ/ueniens: ergo tps non videt esse in motu vt in subto. ¶ Si autẽ forte dicat aduersarius ꝙ tẽpus nõ causat a motu ce/li sm ꝙ motus eẽ expãsus in toto celo: sed potius sm ꝙ ali/quid eius accipit vt motũ in ipso. vbi gratia vnus gradus vel vna stella vel sol: vel aliqd huiusmodi qđ est prius ⁊ po/sterius circulo pter situs renouatione: ⁊ tũc nõ pcedit rõ in/ducta dicemus ꝙ tũc reddit primũ incõueniens: tũc eniz cõ/nã nunꝗ̃ esse accipit prius ⁊ posterius sm actum. Et si sunt tunc sunt in aĩa comparante prius ⁊ posterius: ⁊ tũc iterũ se/quit tẽpus in aĩa eẽ tm. ¶ Adhuc aũt est obo Galeni qa si tempus nõ est nisi in celo per motũ celi: tunc illi qui nihil p/cipiunt de motu celi nihil pcipiunt de tẽpore. Sunt ergo ali/qui incarcerati nati sub terre claustris qui nunꝗ̃ motũ celi viderunt nec perceperũt: illi ergo nihil perceperũt de tẽpo/re qđ falsum est qz percipiũt tps per motũ aĩe. ¶ Si autem quis diceret Galeno ꝙ percipit motus nõ anime sed rerũ exteriorũ: ita tẽpus non est in aĩa per motũ aĩe. sed potius per motum rei exterioris. Sic eni intelligere de natura tem/poris imponit Galenus Aristo. ⁊ arguit eũ instantiam fe/rens huic dicto: dicens ꝙ sepe imaginamur nos stantes ⁊ in ipsis ⁊ super ipsos mouet imaginatio nostra: ⁊ in illo mo/tu percipimus tẽpus. tempus ergo causat a motu aĩe etiaz stantib⁹ rebus imobilibus in natura: ergo eẽ nãle erit tẽpo/ri esse in anima per motũ anime: ⁊ nõ per motũ rei. ¶ Ad/huc autem cũ tẽpus est numerus motus vnitates qb⁹ cõsti/tuitur hic nũerus: aut sunt designate per aĩam: aut sunt vni/tates rei extra animaz existentis: cũ res que numerat mo/tus sit: ⁊ motus sit necessario vnus eũ sola vnitas vna in to/to motu. ergo nõ est ex illa numerus. Si aũt dicat ꝙ sint vni/tates partiũ redit pristinũ incõueniens: qa nõ existentium in natura nõ sunt vnitates in nã: partes autẽ motus nõ sũt existentes in natura. reddit ergo ꝙ vnitates cõstituẽtes nu/merũ qui eũ tẽpus sunt designate per animaz solaz: ergo nõ est tẽpus nisi in anima. ¶ Augustinus etiã disputans an tẽ/pus sit in anima querit si tẽpus sit extra aĩam vbi sit: pteri/tum enim cũ non sit nusꝗ̃ est in rerũ natura: futurũ etiã cũ nondum sit non hz esse in rerum natura. ergo si tẽpus sit in rerum natura extra aĩaz: hoc erit presens. Queramus ergo quid sit p̃sens: hoc autẽ est cuius nihil p̃teritũ ⁊ nihil futuz est: hoc autẽ nõ est annus vel mensis vel dies vel hora: vel aliqua pars hore diuisibilis ergo p̃ns nõ est nisi indiuisibi/le sed idiuisibile nũc: nec est tps nec est pars tpis: g rõne il/lius non erit tẽpus extra aĩam. ¶ His rõnibus ⁊ quibusdam alijs vident quidam magne auctoritatis viri inducti vt dicãt tempus non esse nisi in anima. Intẽti vt etiam Auerrois di/cere videat ꝙ tempus est extra aĩam in mobili. s. per motũ in potentia ⁊ complementum eius in actu sit ab anima et in anima. ¶ Sz contra hoc obijcit Auicẽna: ⁊ plures alij pho/rum dicunt eni ꝙ sm has rõnes omnes motus non esset in rez natura sed in anima solum. qa prius in ipsa non est nec posterius. Cum ergo videamus motum eẽ ad sensuz in re/rum natura extra aĩam erit ⁊ tẽpus aliqoid extra animam. ¶ Adhuc autẽ ridiculuz videtur id quod est vna quãtitas continua esse in anima solum qa nullius quantitatis ⁊ sim/plex est cõstat autez ꝙ tempus est vna quantitas continua. ¶ Adhuc autẽ si tẽpus esset in anima tunc diceretur passio anime: ⁊ nõ passio motus: nec participaret passiões veri cõ/tinui ⁊ veri discreti. que omnia falsa sunt. ¶ Mirum etiaz est de istis hominibus qui dicunt numerũ formalez quo nu/meramus esse extra animã: eo ꝙ cõstituitur ex vnitatibus rebus existẽtibus extra aĩam: ⁊ dicunt tempus esse numez in anima existentem cum sit numerus acceptus a partibus motus que nullo modo sunt in anima. Si eniz essent in ani/ma partes motus: tũc motus eẽt in anima: ⁊ in quo eũ mo/tus localis illud mouetur: oporteret ergo ꝙ anima mouere/tur localiter: ⁊ ideo absurda videtur esse ista opinio. ¶ Ad/huc autẽ vident ꝙ anima vno modo se haber ad oẽm mo/tum si ergo tempus dicunt in animaz debent concedere ꝙ tempus se hz vno modo ad oẽm motum ⁊ nõ ad vnuz p̃us:

Opi. Gale/ni quã addu/cit et Comen/tator i cõ. 98.

Obo. Au/gustini.

Sñia Auicẽ/nae cõ. 98.

Obiectiones Auicene con/tra illã ponẽ.

⁊ aliam posterius: ⁊ hoc negatum est a Peripatheticis qui volunt ꝙ tempus p̃ncipaliter est in motu celi ⁊ per cõsequẽs est mensura motuũ alioz. Nos autez dicimus tẽpus eẽ extra aĩam: tamen inducetas rationes posterius cum alijs deter/minabimus qa prehabitis quibusdam facilius soluentur. ¶ Cap. 4ᵐ. Qꝙ cognitio temporis dependet a cognitiõe mo/tus eo ꝙ non percipiunt tempus sine motu.

Quia autẽ iam probauimus ꝙ tẽpus non est motus: ⁊ intendimus hic inuesti/gare naturã ⁊ diffinitionez ipsius: volu/mus hic incipere a motu eo ꝙ sine motu non est tẽpus. ¶ Cum autẽ nos ipsi nihil mutamur sm intelligentiã vel aĩam: aut latet nos si trã/smutamur non videt fieri tẽpus nobis. ¶ Dico autez nos transmutari sm aĩam transmutatione qua nos trãsmuta/mur in esse per tempus. Cum enim dicit transmutari sm aĩam sm tres modos sm. s. ꝙ nos non percipimus tps ni/si quando fuerimus moti motu anime qui est motus ima/ginationis: vel intelligentie: ⁊ hoc mõ dixerunt Galenus ⁊ Augustinus nos percipere tẽpus ⁊ esse in tẽpore. Dixerunt enim ꝙ esse in tẽpore est esse in viribus motuũ anime vel in/terioris creature spiritualis: ⁊ cũ motus anime sit simplex ⁊ nõ habent pprie prius ⁊ posterius: constat ꝙ iste modus p/prie non dicit nos percipere tẽpus: ⁊ ideo est sensus corru/ptus eo ꝙ nec Galenus nec Augustinus sciuerũt bene na/turas rez. Alter võ modus est quo nos dicimur trãsmuta/ri sm aĩam cum percipimus per aliquez anime motũ. s. ima/ginationis vel intelligẽtie aliqd de motibus exteriorib⁹ ⁊ hoc modo iterũ directe non percipimus tẽpus qa est perci/pere motũ preter hoc ꝙ numerus prius ⁊ posterius in ipo: ⁊ tunc non percipimus tẽpus sed motuz in rõne motus pre/ter hoc ꝙ mẽsuremus ipsuz per tẽpus. Est autẽ tertius mo/dus quo nos percipimus motũ in eo ꝙ pcipimus nosipsos trãsmutari: ⁊ tũc necessario percipimus tẽpus in eo ꝙ nos imaginamur vel sentimus sm intelligentiaz venire a prio/re in posterius: ⁊ hoc solo modo verũ eẽ: ꝙ cũ nihil mutant sm intelligentiã nostraz. aut latet nos nostra trãsmutatio: eo ꝙ ligate sunt virtutes in nobis quibus debemus perci/pere motũ sicut fit in somno vel voluptate ꝙ nos tũc nullũ percipimus tẽpus: ⁊ ideo tunc nobis tẽpus fieri non videt. Sicut est de illis Poetis qui fabulose dixerũt p dictamẽ ver/suũ in rhodo insula ⁊ dictamine heroico ꝙ quidaz dormie/runt per multos annos qui nõ perceperũt tps quo dormie/runt. Illi eniz copulauerũt nunc prius quo dormire incepe/rũt cuz nũc posteriori quo euigilauerũt: ⁊ non perceperũt tẽ/pus intermediuz sed putabant ꝙ in vno nũc eẽnt quando dormire inceperũt ⁊ quãdo surrexerunt ⁊ remouerũt totuz tẽpus mediuz pter motus insensibilitatẽ. Causa autẽ hu/ius profunditatis somni. Sũt eniz quedaz animalia ⁊ qui/daz hoies flegmatici valde ⁊ pellis spisse: ⁊ est in eis vapor spissus diu morans propter caloris debilitatez ⁊ illi habent multas superfluitates viscosas circa viscera vbi ẽ locus di/gestionis: ⁊ habent cerebruz frigidũ valde: ⁊ ideo qa in eis quando ex longitudine tẽporis calidi sicut eũ estas aggre/gatur superfluitas: ⁊ permanet calor teris aliquantulũ ape/riens poros cutis nos dormiũt: ⁊ querant illo tẽpore nutri/mentoz eo ꝙ calor exterior iuuat calorem interiorez ⁊ sunt vorantia multum propter frigus naturale circa locum dige/stionis: qa facit descendere cibum: ⁊ eijci indigestum. Cor/autẽ per frigus exterius restringuntur pori non potest exire superfluum per vapores ⁊ poros ⁊ redundat ad interiora va/por sicut fumus in olla cooperta: ⁊ ex illa abundãtia hume/scunt valde ⁊ humor viscosus efficitur: ⁊ animalia efficiũ/tur pinguia ⁊ dormientia ⁊ dormiunt illa que multum spis/se pellis ⁊ frigida per totum tempus quo pori per frigus re/stringuntur: ⁊ quo abũdat humor viscosus in visceribus: ⁊ postea euigilantia aduentant ⁊ mouentur: hoc autez ex ea/dem causa fit in hominibus aliquando: ⁊ precipue in mu/lieribus quando sunt imobiles ⁊ spisse pellis ⁊ viscosarum superfluitatum: ⁊ habentes lentum calorem naturalem: et precipue quando dormiũt sub terra: qa frigus terre iuuat ad strictionem pororum ⁊ hec sunt profundi somni in qui/bus nõ sunt imagines somniales: ⁊ ideo in toto ligantur in eis vires animales exteriores que sunt quinque sensus: ⁊ in/

Tex. c. c. 98.

Transmuta/tio sz aiaz tri/pliciter pcipitur.

Mota causa profunditatis somni.

teriores que sunt imaginatio ⁊ intellectus: ⁊ ideo tales nullū circa se percipiūt tēpus: habēt igit̄ se illi ad tēpus copulādo nūc priusq̄ʒ dormire incipiāt ad nūc posteriusq̄ʒ euigilāt tanq̄ʒ si nō eēt nūc medij tēporis ⁊ hoc ideo ꝙ latet eos alterū esse nūc qđ est cū priori tēpore ⁊ posteriori qđ est mediū iter tēpus inceptionis somni ⁊ vigilationis ⁊ iō nō pcipiunt tēpus mediū ꝯ similī ergo accidit nobis nō opinari tēpus esse qn nō determinamus esse aliquā mutationē sed in vno ⁊ eodē indiuisibili videt̄ manere apprehēsio aie nostre. Cū aūt nobis sentimus ⁊ determinamus fieri trāsmutatio nē quā nos trāsmutamur tūc dicimus fieri tēpus. ¶ Ex eadē aūt cā est in delectatione maxima existes ⁊ deductione sicut hoies diuini qui sunt in vehemēti delectatione ꝯtēplatio nis nō pcipiunt tēpus. Cōstat aūt ai ꝯ eox̄ in vno desiderabili: ⁊ ideo nō pcipit motū qui in se fiunt: ⁊ ideo tanto minus percipit̄ motus quāto iocūdius est illud qđ ꝯtēplat̄. Manifestū est itaq̄ʒ ꝙ tēpus nō est sine motu ⁊ mutatiōe. Videt̄ forte aliter sequi ex dictis ꝙ tēpus sit passio ois motus eo ꝙ pcipitur ex oi motu: ⁊ nō pcipit̄ res nisi sicut est: ergo est ex oi motu: qnimo videt̄ ꝙ sit passio motus in nobis facta ⁊ pcepta ab aia: ⁊ sic necessario multiplicaret̄ tēpus s̄m multiplicationē motus. ⁊ pcipue s̄m multiplicationē motus aie: sic eēnt plura tēpora. Et sequit̄ ex hoc ꝙ tēpus simul esset ⁊ nō esset tēpus: aliquis. n. trāsmutat̄ s̄m aiam: ⁊ aliquis nō. Sequit̄ ēt ex hoc ꝙ tēpora sint infinita: ⁊ ꝙ plura tēpora sunt simul in tēpore ⁊ illud tēpus in quo sunt simul est etiam simul cū alijs tēporibus: ⁊ hoc pcedet in infinitū. Et sequit̄ etiā ex hoc ꝙ fiūt multa tēpora noua: ⁊ corrūpunt̄ tēpora antiqua: q2 fiūt in nobis motus ⁊ mutationes noue ⁊ corrūpunt̄ antique: ⁊ alia multa icōueniētia ex hoc sequi vident̄ que Galenus ⁊ Augustinus euadere nō possunt qui dicūt his de causis in aia esse tēpus. ¶ Propter qđ respōdēt viri illustres in p̄hia Auicēna: Alexāder: Themistius. ⁊ Auerrois: Theophrastus ⁊ Porphyrius ꝙ tēpus nō est passio nisi vni⁹ mobilis per motum suum: ⁊ hoc est primum mobile: ⁊ hic motus pcipitur in omni motu sicut causa in suo effectu. Et non est necessaria in hac pceptione collatio effectus ad cām: q2 quicquid est in effectu: hoc est a causa siue aduertat̄ ⁊ participat̄ distincte siue nō. Si enim motus celi nō esset: nō esset aliquis motus in inferioribus siue in aia siue in alijs qui facerent aliquā in inferioribus trāsmutationē. Et hoc ignorauit Galenus qñ obiecit ꝯtra Arist. qui dixit tempus esse mensuram motus celi: de his qui nati sunt sub terra ⁊ detēti ibi nunq̄ʒ aliquid pcipientes de motu celi quos dixit s̄m Arist. nō debere pcipere tēpus. Et est erroneum dictū suū: q2 illi pcipiūt motū celi in effectu habitualr̄. lʒ nō rōferant ⁊ referant effectū ad cām. Et ex hoc vlterius p3 ꝙ nō ꝓpter illā Galeni obiectionē cogimur dicere tēpus esse in aia tm̄. ¶ Quod quidē igit̄ neq̄ʒ motus neq̄ʒ sine motu est tempus manifestū est ex predictis. Cum igit̄ iam querimus qđ est tēpus s̄m nām ⁊ diffinitionem op3 incipere ab eo ꝙ ꝯsideremus quid est motus eo ꝙ nus simul sentimus motū ⁊ tempus. Et namq̄ʒ si nos ponamus nos esse in tenebris: ⁊ nihil per corpus patiamur. Motus aūt deprehēdunt̄ esse in aia p imaginationē ⁊ intellectū subito: hoc est statim cum ipso motu videt̄ ⁊ pcipit̄ tēpus quoddā etiā ⁊ vice cōuerso cum tēpus videt̄ fieri simul cum illo tēpore videtur fieri aliquis motus: q2 tēpus necesse est esse alterum duorum s. ꝙ sit aut motus aut aliquid coniunctum motui: ⁊ quia ex predictis ꝓbatum est ꝙ tempus non est motus: relinquit̄ ꝙ tempus sit aliquid motus: hoc est ꝯiunctum motui.

Margin notes: Aīa existēs in maxia delectatiōe non pcipiūt tēp⁹. — Nota illustrium p̄pathetico⁹ sniam de tempore. — Nota Galeni errorem. — Tex. c. 99

### ¶ Cap. 5m. De inuestiganda natura ⁊ diffinitione temporis.

Consideremus ergo id qđ mouet̄: ⁊ tunc poterimus inuenire nām ⁊ diffinitionē tēporis: quoniā ergo qđ mouet̄ in spatio in quo est motus pncipalis qui principaliter motus est ⁊ vocat̄: ⁊ per quem motū tēpus est mensura oium motuū venit necessario ex quodam spatio in quidam s̄m vbi ⁊ situs renouationē: ⁊ illud est magnitudo ꝯtinua in qua est motus localis: oportet tamē motum esse ꝯtinuum: eo ꝙ est renouatio loci ꝯtinui: vel potius eo ꝙ ipse est vbi fluens ꝯtinue ⁊ ideo continuitas motus localis est a continuitate spatij in quo est motus. Continuitas aūt aliox̄ motuū est a fluxu continuo illius siue in illo in quo est motus sicut q̄litatis vel quātitatis. Cū enī supra in tertio huius sciē libro habitū sit de motu ꝙ est exitus de potētia ad actum: ⁊ continue in potentia ⁊ actu existens. patet ꝙ illa potentia que erit ad actū diuisibilis est in medio ⁊ in medietate medij ⁊ in illius medietate: cōstat aūt ꝙ p̄ se est diuisibile quantū esse ⁊ ideo ꝯstat motū esse quantū: vt dicit Alpharabius ⁊ motus qdē in genere acceptus ꝯtinuitatem nō habet a spatio: q2 aliter ois motus esset sicut spatiū. Sed motus in loco habet ꝯtinuitatē a duobus: quox̄ vnum est, primū fluxus s̄m vbi nō interruptus alterū aūt est primū non primū qđ est ꝯtinuitas spatij nisi enim esset spatiū ꝯtinuū nō esset fluxus mobilis s̄m vbi nō interruptus: ⁊ sic p3 ꝙ motus localis sicut a ꝯtinuante primo ꝯtinuitatē habet a spatio: sicut aūt a ꝯtinuante primo habet a fluxu nō interrupto qui est s̄m vbi. Quia aūt motū sequit̄ tempus absq̄ʒ dubio: op3 etiā ꝙ tēpus habeat ꝯtinuitatem a motu. sicut vult Arist. quē hic precipue sequimur: lʒ huic sententie ꝯtradicere videant̄ Auicenna ⁊ Alpharabius quox̄ ꝯtradictionem postea ostendemus. Mensurat̄ enim tēpus motu: ⁊ motus tēpore q2 quantū est motus tantū etiam videt̄ fieri tēpus. ¶ Qualr̄ aūt sit ꝯtinuitas motus ⁊ tēporis ⁊ quo differant ab alijs ꝯtinuis posterius demōstrabimus: sed hic tm̄ volumus inuestigare tēporis diffinitionē s̄m peripatheticos. ¶ Quia igit̄ prima causa ꝯtinuitatis motus localis est a cōtinuitate spatij Si nos ꝯsideremus spatiū loci vt diuisibile tūc inuenimus prius ⁊ posterius quantum ad nām prioris ⁊ posterioris primū in loco: q2 inuenimus ꝙ vna pars est ante ⁊ alia est post illam s̄m ꝙ positione determinant̄ ⁊ distinguunt̄ partes magnitudinis. Et si subtiliter ꝯsiderem⁹ tūc pars prior ⁊ posterior dupliciter ꝯsiderentur. Si enim cōsiderent̄ s̄m ꝙ stant sub forma ꝯtinue magnitudinis. tūc non habent adinuicem aliquam distinctionem ⁊ non numerāt magnitudinem. Si aūt ꝯsiderent̄ s̄m ꝙ stāt sub forma prioris ⁊ posterioris tūc erūt in genere numeri cuiusdam q2 prius ⁊ posterius nomina sunt numeralia: ⁊ sic sunt distincte partes ille adinuicem ⁊ numerant spatium: ⁊ op3 ꝙ tūc sub diuersis accipiant̄ vnitatibus ad minus s̄m intellectū: ⁊ nō itelligitur pars linee distincta a parte linee: nisi ⁊ vna ⁊ alia itelligant̄ esse iter duo pūcta terminata iter que est linea partialis: ergo prior ⁊ posterior pars nō distinguunt̄ in spatio nisi sic per duo ⁊ duo pūcta adinuicē distinguant̄. ¶ Hoc etiā modo nihil ꝓhibet lineam ꝯtinuam cadere in diuersis generibus ꝯtinui ⁊ discreti: sicut etiam Euclides in 10° geometrie sue agit de linea cōmmetabili supra quam cadit numerus: ⁊ hoc est primū fundamentū ex quo scitur natura tēporis. ¶ Qm̄ g̊ in magnitudine cōtinua primū ⁊ vltimū est sicut diximus. necesse est etiam in motu esse prius ⁊ posterius ꝓportionaliter his que sunt in spatio. Et si quis diligenter ꝯsideret necesse est etiam motū cadere in duplici genere. Quia enim motus est non interruptus exitus de potentia ad actum in spatio continuo necesse est ꝙ sit in genere continui. Quod aūt alia pars mot⁹ est prius que est in eo qđ prius est in spatio: ⁊ alia posterior que est in eo qđ posterius est in spatio. Habebit motus necessario prius ⁊ posterius que dupliciter ꝯsiderant̄ sicut ⁊ partes spatij. Si enim ꝯsiderantur prout sunt in toto sub forma ꝯtinui motus non habebūt adinuicem differentiam nec distinctionem ⁊ sunt in genere ꝯtinui. Si aūt cōsiderent̄ stantia sub forma prioris ⁊ posterioris: tunc op3 ꝙ vtraq̄ʒ sit vna in se ⁊ ab alia diuisa s̄m ꝙ super eas cadit forma numeri eo ꝙ nomina numeralia sūt prius ⁊ posterius: op3 ergo ꝙ vtraq̄ʒ accipiat̄ vt terminata duobus indiuisibilibus motus que a quibusdam P̄hīs vocant̄ momenta inter que indiuisibilia est prior pars motus. Inter alia aūt duo est pars motus que est posterior ⁊ sic prius ⁊ posterius in motu numerata numerant motū: ⁊ hoc est scōm fondamentū quo vtitur Arist. ad inuestigandam naturā tēporis. At vo ⁊ in tēpore est prius ⁊ posterius ꝓpter id qđ sequitur semper alterum ipsorum tempus enim semper sequitur motum: ⁊ motus sequitur tempus: sicut res numerata suum numerum. Id aūt prius ⁊ posterius qđ diximus esse in motu est illud motus qđ quidem cum aliquando est

Margin notes: Motus in loco a duob⁹ h3 ꝯtinuitatē. — Primū fundamētū ad inuestigādā tēporis nām. — Scōm fundamentum.

tunc motus est. Quia sicut diximus in tertio libro superius motus est in eo qd fit. Fit aut in fluxu qui est ptinue ex priori in posterius. Et sic accepta prius et posterius sunt partes continui motus et continua tamen eorum esse sm q sunt sub forma prioris et posterioris nō est esse motus: quia sicut paulo ante diximus sunt discreta stantia sub forma numeri sm q numerus est in forma nominum ordinaliū et numer aliuz que sunt prius et posterius sive primum et secundum. Si aut accipiamus sic prius et posterius in motu stantia idez forma numeri est aliquid forma numeri in ipsis. forma autem numeri sit in ipsis adherens put accipitur ipsis vt adherens verissima est natura temporis sm sapientiores peripathericos.

Tex. t. c. 100.

Cum enim cognoscat prius et posterius in motu hoc modo quo diximus et cognoscitur tempus: quia cum diximus motū hoc est partes motus itra fines suos que sūt momēta ponim⁹ determinātes prius et posterius in ipso motu: et tunc diximus fieri tempus in perceptione nostra quando pcipimus sensum vel experimentum prioris et posterioris in motu: quia nos tunc percipimus numerum in ipsis rebus numeratis. Determinamus autem tempus in accipiendo aliud et aliud nunc que sunt termini prioris et posterioris: et tunc accipimus etiam aliud et aliud medium ipsoruz nunc: et tunc habebimus prius et posterius in tempore inter quatuor nunc accepta. Cum enim intelligimus altera extrema medij: ita q medium aliud et aliud inter ea: et dicat anima ipsa nunc sic esse duo: hoc quidem prius: et hoc posterius: tunc hoc verissime dicimus esse tempus: quia inter illa duo nunc est tempus. Determinato an sic per divisionem ipso nunc statim videtur esse et fieri tempus: supponatur ergo sic esse et fieri et percipi tempus.

Tex. t. c. 101.

Quando autem non ponimus duo nunc: sed tanq̄ vnum sive illud accipiatur vt stans sive vt fluens et accipiatur non divisum sicut prius et posterius in motu: hoc est quando accipitur vt stans: aut accipiatur sicut idem prioris et posterioris alicuius: et hoc est quando accipitur vt idem fluens non divisum: tunc nullum tempus fieri videtur: quia etiam motus fieri non videtur. Si enim nos accipiamus idem nunc non movens se: et indistinctum accipiatur: tunc est indivisibile: cuius transitus non percipitur: et ideo non dividitur per partes.

C. 5. 101.

Averrois tamen dicit q si accipiatur vnum instans aut duo instantia simul inter que non ponimus prius et posterius: sicut dormientes faciunt non percipimus tempus: eo q non percipimus partes motus: cum vo prius et posterius est per modum predictum: tunc dicimus esse tempus: ergo tempus est numerus motus sm prius et posterius motus: et in hac diffinitione est numerus motus qd totus est pro genere: quia diximus q numerus prout heret motui est genus temporis: et sicut forma adherens numeratis. Quia autem omnis numerus est sub vnitatibus rerum que numerantur per ipsum: propter quod additur sm prius et posterius et intelligitur sm prius et posterius motus: quia vnitates formales illorum constituunt numerum qui vocatur tempus. Diffinitio ergo in qua nulla dubitatio est: ista est q dicatur tempus est numerus motus acceptus a priore et posteriore in motu existentibus. Et in hoc reprehensibilis est Themistius qui dixit q tempus est numerus motus sm prius et posterius temporis: sm hoc enim esset circularis diffinitio: quia prius et posterius temporis diffiniuntur per tempus: et tempus etiam diffiniretur per prius et posterius temporis. Patet igitur ex predictis q tempus non est motus. sed tempus est idem sm q numerum habet motus.

Error themistij.

Cap. 6m. De probatione et explanatione dicte diffinitionis.

Tex. t. c. 102

Quod aūt diffinitio data de tpe sit cōveniēs, pbat p signū: q2 passiones numeri tēpus ponit circa motū: plus eni et min⁹ in reb⁹ iudicamus et discernimus numero gnalr. Specialr vo in motu dicimus plurale motū et minorē p tempus mēsurātes. Numerus itaq3 aliqs est tēpus: cū aūt numerus realis sit duplex. s. formalis et mālis. Mālis aūt est res numerata sm actū. vel numerabilis sm potētiā. Formalis aūt est quo numeramus quē sicut formā ponimus circa res numeratas sicut sūt spēs numeroȝ que sūt vnus: duo: tres et c. tps aūt est numer⁹ q̄si medi⁹ iter istos. Est. n. numerus acceptus in vnitatū collectione nō simplr: sȝ cuiusdā generis: q2 in genere partiū motus vt diximus. Et quo ad hoc est sicut numerus numeratus. Qd aūt vitta applicat motui sicut forma materie, ppter hoc est numerus formalis et numerans. Cū aūt ista duo pueniāt tēpori non dicit ipm tēpus ab eo q est nūs determinata in genere sed ab eo q est numerans motū: et iō p̄imū est sibi accidētale et nō subale: et iō cū diffinitur nō dicit numeratū: q2 p subalia rei dat diffinitio.

Co. 102.

Huius aūt exēplū pueniēs valde in vlna lignea que lȝ sit res mēsurata inquantū est q̄ntitatē habēs: tū inquātū est res mēsurata nō diffinit: q2 hoc accidit ei inquātū est vlna: sȝ diffinit ab eo qd est mēsura numerās p oēm q̄ntitatē: q2 hoc est ei substātiale. Est aūt advertendū hic q tēpus cū sit sicut formalis numerus motus cuius vnitates a posteriori et priori accipiunt: tūc opȝ q sit mēsura ois motus: q2 forma ista per vnū modū est in omnibus rebus numeratis: cū aūt non ois motus sit in aia pȝ q nō solū tēpus in aia existēs est. Et hoc est vnū qd infra valebit ad solutionē rōnū illaȝ supra inductaȝ ad id qd in aia hȝ tū tēpus existere.

Documentum

Oportet etiam nos nō latere q cū nos dicimus prius accipi inter duo nūc: et posterius similr inter duo et inter medio existere tēpus: et similr accipimus ptes motus priorē et posteriorē iter duo momēta motus q nos accipimus momēta et nūc illa distincta. Cū aūt in motu et in tēpore sint indistincta: q2 in motu non est nisi momētū currēs. Et in tēpore nō est nisi nūc fluēs. Sȝ qd indistinctū est apud nām tēporis et motus relatū ad spatiū vel distinguentē sit distinguibile: et hoc mō vtimur eo h. Inferius aūt vbi declarabimus nām ipsius nūc h ostendemus. Sic igit pȝ que sit nā tēporis: et qualr diffinitio eiusdē. Si aūt tu velis scire q ista que dicta est vera est nā temporis ponamus tūc duos esse motus in spatio ineq̄les: et etiaȝ ineq̄les in motu eo q vn⁹ est velocior: et ali⁹ est tardior: et tū simul pueniet ad fines suos. Constat. n. q in vtroq3 eoȝ est potestas ad actū exiens que cōplet in termino motus. et hec eadē citius est ad medietatē spatij: et ad medietatē illi⁹ medietatis: et similr est ad medietatē illi⁹: et sic ptinue facultas dividitur sm spatij divisionē: et similr est in motu scdo. Cōstat ergo q illa potestas est divisibilis omne aūt divisibile est quantū: ergo ista potestas sic exiens ad actū est quātitas. Cū aūt illi duo motus quos esse posuimus sint eq̄les in illa potestate sive in exitu illius potestatis ad actū tunc erūt eq̄les in q̄dā quantitate. aut ergo illa est spatiū: aut mot⁹: aut tēpus: aut mobile: q2 plura hic nō possunt pȝiderari. Constāt aūt q nō spatiū: q2 posuimus q illi motus in spatio sint ineq̄les. Similr pstat q nō in motu sunt eq̄les: q2 posuim⁹ q essent ineq̄les qd ptingit ex altera duaȝ causaȝ: sȝ pbos. Aut. n. pvenit ex inequali interpositione quietis: sicut q̄dam dicūt eo q vni motui plures quietes interponuntur q̄ alij. Aut pvenit ex inequali velocitate et tarditate et quocūq3 mō pvenit motus sūt inequales. Similr nō pvenit hoc ex mobilibus: q2 ineq̄lia mobilia equalr sic explent partes spatij per qd movent frequēter. Relinquit ergo q eq̄litas ista sit temporis: est aūt ista eq̄litas in numero partiū motus expletoȝ in partibus spatij: equalr ergo tempus est huiusmodi numerus sicut p̄diximus. Et si tu velis pȝiderare diligenter motū in eo q motus nō est ptinuus: q2 si in eo q motus est ptinuus esset omnis motus essentialiter est continuus: et sic ois motus esset in predicamento quātitatis qd improbatū est in tertio libro. Quātitas aūt que est in motu non semper est a spatio: q2 non ois motus est motus localis quantitas aūt motus in eo q motus est quātitas ptinui exitus sm generationē partis entis fluētis post ens: sive forme post formā: sicut ostēdimus in tertio: et hec q̄ntitas numerata est tēpus: et ideo tēpus p se ptinuū est: motus aūt p accñs. Et hec quātitas primo hȝ p se prius et posterius qd simplr et absolute prius et posterius vocat. ois aūt alia res et motus ipse non hȝ prius et posterius nisi sm q numerat illa quantitate. Et hec est snia Avicēne. Quia vo in tali pcessione exitus continui prius et posterius nō dividit ipm exitū: ideo manet tēpus sm veritatē ptinuū: sȝ hȝ actū discreti in eo q numerat: et iō discretio sibi est formalis et ptinuitas mālis. Est n. numer⁹ ptiū ptinui exitus idivisi simplr: sed divisi sm qd: et iō mēsu⁹

Motus in eo q motus non continuus vide pro hoc com. 6. tertij et 38. octaui physi.

diffinit p diserentia q p ptinuu hz tm adhuc aliq̃ sine ptinuitatis cãm fm q generatur ex fluxu ipsius qd est indiuisibile. et de hac ifra loquemur. Sed hec de tẽporis nãtura est arabu hz multi latinoꝝ aliter sapiant quos ego secutus aliter forte dixi et scripsi. Sed hic per oĩa arabes sequi disposui qꝛ potiꝰ intellectus eoꝝ de tempore est verus.

Cap. 7m. De solutione positionum extranearum quibus videlicet probatur tempus non esse in quo est de natura ipsius nunc.

Ex dictis Aũt soluemus pre dubitationẽ superius inductaꝝ de tẽpore. Illas que primo iducte sũt ad pbandũ q tẽpus nõ habeat esse per põnaz extraneã de plano soluemus ex dictis. Ibi. n. obiectũ est q tẽpus ideo nõ est qꝛ ptes eius nõ sunt. Nos aũt dicimus ex ante habitis q ea que sunt dupliciter sunt aut eni habẽt esse pmanẽs. aut successiuũ esse q̃ dẽ pmanẽs nõ hz tẽpus. Sicut. n. motus in partibus suis semp est alius et alius vel potius aliud et aliud: qꝛ est forma facta post formã sicut in tertio ostẽdimus ita etiã tẽpus qd est numerus prioris et posterioris semp est aliud et aliud ẽn q nõ hz pmanẽtiã in suis ptibus: et talia lz sint pmixta ex potẽtia et actu nõ tñ simplr nihil sunt. Cũ enim talia sint continua ipsa sunt et ptes eoꝝ fm q ad indiuisibile qd est mediũ partiũ eoꝝ ptinuant: omne enim qd ptinuat aliquo indiuisibili ptinuãte hoc nõ est inquãtũ ad indiuisibile cõtinuat: aliud etiã esse nõ requirit successiuũ. s. cũ ipsuz nõ habeat esse pmanẽs pz ergo qualr partes talis ptinui sunt. et qualr non sunt. Sũt enim quãtũ ad indiuisibile ptinuationẽ recipiunt. Nõ sunt aũt sic q pmanẽtiã habeãt: et est instãtia ad rationes illas iductas ad hoc q nõ sit tẽpus: qꝛ eiusdẽ rationibus motus nõ esset quẽ tñ videmus ad sensum esse. Et ex hoc pz solutio ad rationẽ primã et scdaꝫ. Qd aũt obiicitur de nũc: q ipsum nõ est pars tẽporis: videt esse pcedẽduz: qꝛ aũt tẽpus est nõ habẽs pmanẽtiã in ptibus: io dicit obscure esse: et qꝛ est in mobili mediãte motu qui pmixtus est priuationi et potẽtie: pter hoc dicit habere obscurã entitatẽ. Qualiter aũt sit in aĩa et qualr nõ: ex inferius dicẽdis patebit. Lz aũt tẽpus in hoc pueniat cũ motu q ipsum est successiuũ semp aliud et aliud in ptibus existẽs: tñ in hoc differt a motu: qꝛ motus nõ in omni mobili est idẽ: sed sunt diuersi motus fm diuersa mobilia: sed omne tẽpus simul omniũ tẽporaliũ est idẽ: et non multiplicat fm multitudinẽ tẽporaliũ. Et cã huius est: qꝛ ipsuz nũc cuiꝰ fluxus agit tẽpꝰ est idẽ qd forte erat. Est eni idẽ fm substãtiã et esse eius diffinitiuum fm q est cũ priori et posteriori est alteꝝ. Hoc aũt melius intelliget qñ manifestabit nã ipsius nũc statim in sequẽtibus psequẽter. Vñ ad solutionẽ reliquaꝝ obiectionũ que inducte sũt ad querẽdũ vtrũ nũc idẽ est et vnicũ in tẽpore: aut nõ sit vnicuz et idem: sed plura opz pbare: qꝛ sicut diximus in pcedẽtibus ptes spatij accipiunt duplr. s. fm q sunt sub forma ptinui: et fm q stant sub forma numeri: et similr dictũ est de partibus motus in loco vbi posuimus fundamẽta ad sciendã nãm temporis ita dicemus q id qd mouet siue id qd fertur duplr psideraẽ in motu: aut enim psideraẽ fm q stat sub forma ppria aut put ipsum est agẽs motũ. p hoc q fertur p spatiũ hoc est put est stat fm formaz motus: et siqdẽ primo mõ psideret est ipsum pũctum: aut hõ: aut lapis: aut aliud qd fertur. Si aũt psideret put ipsum est agens motuz sic est renouatũ in situ in toto motu et tũc adhuc psideratur duplr. Aut enim accipit fm q est idẽ subiectu in toto sine renouatione: aut fm q variaẽ p esse moti fm q acceptuz hic et ibi in spatio: sicut Coriscꝰ in foro dicit differre a Corisco in domo fm vbi. Et pmo quidẽ mõ numeraẽ vnitate mobilis que vna est in toto motu. Scdo ãt mõ numeraẽ numero prioris et posterioris: qꝛ fm hoc est sub forma prioris et posterioris in spatio: ipsuz tñ vnũ est in priori et posteriori: vnitas ãt sua est subiectũ que idẽ est in toto motu formalr accepta est ipsum nũc tẽporis: et pluralitas sua formalr accepta est tẽpus fm qd est numerus. Et ideo sicut id qd fertur se hz ad motũ in eo qd agit motũ: ita nũc se hz ad tẽpus in eo quod agit tẽpus. Et sic id qd ferẽ veniens a priori in posterius distinguit partes motus: et est causa diuisionis eoꝝ abinuicẽ: ita nũc acceptũ vt adiacẽs ei distinguit ptes tẽporis pteriti a futuro. Motus aũt simile imaginandũz est fm Aristo. et Auic. q imaginamur fm dictuz geometrie q pũctũ fluens p ptinuũ facit lineã: tũc eni pũctũ vnũ et idẽ est in substantia continue licet atum in situ et substantia eius continue est inter id linee quod fluxu suo constituit ante: et id quod pet eundem fluxum pstituet post a: et ita pũctũ causa est in linea prioris et posterioris mediũ semp existẽs ad qd ptinuaẽ prima vt terminatum ad ipsum et a quo incohoat posterius vt a principio ipsius: et sic est continuatio linee et causa partium: et tamen nulla pars linee existens. Et si nos poneremus per impossibile q linea constituta per fluxum puncti non haberet permanentiam in partibus. sed continue cederet pars prior succedente posteriore tunc esset simile penitus. Dicamus similiter q hoc modo vnitas mobilis lati per totũ est substantia ipsius nunc que fluxu suo sic facit tempus fluens a priori in posterius medium existens prioris et posterioris: et ptinuatio eoꝝ et nulla pars eius. Et ideo dicunt priores peripatheticoꝝ q sicut tempus est numerus motus ita nũc est vnitas eius qd fertur vnum existẽs in toto motu: et sicut id qd fertur agit motum ita nunc agit tempus. Cum enim sint tria id qd fertur: et motus et tempus id qd fertur agit motum: et est notius motu eo q ipsum est substantia permanens in seipsa motus aũt non motus autem notior est tempore. Id autem qd fertur agit motũ per hoc q fluit a priori in posterius in spatio et numerus partium motus est tempus et vnitas eius in toto motu est nunc qd est idem in substantia ppter incorruptibilitatẽ et inuariabilitatẽ mobilis: siue eius qd fertur fm subiectum: et est fm esse diuersum inquantum fluit a priore in posterius: cuius causa est renouatio situs in eo qd fertur vno existente fm subiectuz. Nos ãt inferius ostendemus qualr nunc distinguat et terminuz motum et qualiter non distinguat ipsum. Nunc autem ea que d diximus sufficiant ad solutionem eoꝝ que inducta sunt ad inquirendum verum nunc temporis sit vnum vel plura. Et sequimur per omnia Arabes sicut supra diximus. Dicimus ergo q ipsum nunc dicitur mensurare tempus in eo q est causa mensure que est tempus. diuidit enim motum in prius et posterius: et per hoc mensurat ipsum tempus: sicut diximus in prehabitis. Ipsum autem nunc est quidem sicut idem. eo q ipsum est pstitutum vnitate eius qd fertur. et est sicut non idem inquantum in esse variatur per renouationẽ situs eius qd fertur sicut idem. Scdm enim q in alio et alio vbi est alterum est: et hoc erat quoddam esse ipsius nunc inquantũ est in fluxu a priori in posterius. Inquantũ quidem enim est idem qd fertur idem in toto motu: et ipsum nunc accipitur penes vnitatem eiusdem est. Cuius pbatio habita est in prehabitis quãdo dictũ est q sequitur magnitudinis ptinuitatẽ et discretionẽ sequitur ipsuz tẽpus: eo modo quo dicemus. Et similiter iam punctum: si ponamus punctum esse indiuisibile id qd fertur. sicut geometre ponunt lineam constitui ex motu puncti: tunc punctum est quo motum cognoscimus: quia ipsum fluxu suo facit motum qui describit lineam: et eodem puncto cum motu cognoscimus prius et posterius: et hoc quidem idem: qꝛ cum hoc est hoc in entitate sui subiecti acceptum: idem est in toto motu. Id enim est aut punctum vnum fm substantiam si punctum moueri dicamus aut est lapis aut aliquid huiusmodi si punctũ moueri non dicamus: qꝛ lz lapis diuisibilis sit: tamen in vnitate moti siue eius qd fertur acceptus: accipitur vt indiuisibilis et vnicus: et ideo vnitas sua que formaliter est in ipso fm q fertur est indiuisibilis: et hec est natura eius qd vocaẽ nũc: hac aũt rõne alteꝝ est fm q ratio eius a forma renouati continue situs accipitur: sicut sophiste alterius rationis dicunt esse Coriscũ in theatro: et Coriscũ in foro. Et hoc ideo est: quia Coriscus est alterum in eo quod alibi et alibi est. Et si non esset ibi aliqua pluralitas non dicerent Coriscum aliquo modo esse alterum. Et si non esset ibi aliqua vnitas nõ dicerent ipsum aliquo modo vnum. Id autem quod fertur sequitur illud quod vocamus nunc: quoniã est vnitas eius per se acta in pluralitatem: sicut et tempus sequitur motuz: quoniam est numerus motus qui in priori et posteriori motus acceptus. Ex võ qd fertur per id quod renouaẽ p situz cognoscimus prius et posterius in motu: ideo q id qd ferẽ est nobis substãtia notior cuius eẽ subale nõ est in successio,

Tex. c. c. 103.

Quare tẽpꝰ nũ obscura ẽ.

Tex. c. c. 104

ne sz pmanēs. Mot⁹ ꝟo nō bz eē pmanēs sz ipm nūc sequit id qđ fert vt dixim⁹: ⁊ sz ꝙ est vnitas ei⁹ in pluralitatē quādā actu: sic pus ⁊ posteri⁹ cognoscim⁹ p ipm: ⁊ sic ipz nūc nobis notī⁹ est ꝙ tpa ꝗ opz ꝙ in hoc qđ est ⁊ pmanec sbār ipm nūc idē sic in subā. Scđz vo ꝙ ē in motu ⁊ successiōe est pus ⁊ posterius ⁊ sic nunc in ipso esse agitur in pluralitatem ⁊ sit alteꝝ ⁊ alterum prius enīz ⁊ posterius est in esse fm ꝙ ipsiz est numerabile stans sub forma numeri. numerabile autem maxime fm motum. qꝛ iz etiam sic in quiete mensurans tēpus hoc tamen non est imediate: sed mediante motu. sicut enim infra determinabit quies nō referē ad tēpus nisi gratia motus eo ꝙ est motus puatio. Motus enim sicut numerabilis est ꝑpter id qđ moueē qđ est agens motuz nume ro sui. ⁊ loci mutatio. sic est numerabilis ꝑpter numeꝝ ⁊ vnitatē eius qđ fertur in spatio. id enim qđ ferē est aliqua substantia nobis nota: sed motus non est habēs aliquid esse firmū sed fluens: ⁊ ideo motū p mobile cognoscimus: ⁊ p motum tēpus. Sic igitur dictum est a nobis sufficienter qualiter id qđ nunc dicit est semper sicut idem ⁊ qualiter est sicut non idem: ⁊ hoc est ad similitudinez eius qđ fertur ꝙ quodāmodo est idem in toto motu ⁊ quodāmodo sicut nō idē. Et sic pz questionis solutio ꝙ nunc aliquo modo est vnuz ⁊ aliquo mō nō vnū ⁊ quodāmodo manet incorruptū ⁊ quodāmodo corruptū: sz ꝙ habet ratiōnē prioris ⁊ posterioris: ⁊ tūc nec in se nec in alio nō corrumpit: quia corruptio eius nō est nisi qꝛ amittit rationē prioris cum accipit posterioris formā ⁊ rationē. Et per hoc pz solutio omnium inductoꝝ quibus ꝑbari videbatur tempus non esse.

¶ Cap. 8m. Qꝛ ipsuz nūc est numerus eius qđ fertur sicut vnitas numeri. ⁊ quam conuenientiaz ⁊ differentiam habeat ad punctum ⁊ vnitatem.

Tex. c glos.

EX dictis nō difficile est inuenire diffinitionē ipsius nūc ⁊ ꝯuenientiā quā hz ad punctū ⁊ vnitatē ⁊ differentiā quā hz ad eadē. Manifestum est enim ex dictis: ꝙ nisi tēpus sit ipsum nunc nō erit: ⁊ si ipsum nūc non erit. tēpus non erit. Ista enīz simul sunt necessario: qꝛ sequunē id qđ fertur ⁊ loci mutationē: vnde sicut simul sunt id qđ fertur fm ꝙ huiusmodi ⁊ loci mutatio nec vnū est sine altero: ita ꝙ necesse est ꝙ simul sint numerus loci mutationis qui est tēpus ⁊ numerus eius qđ ferē qui est ipsuz nūc. Sicut eni diximus tēpus nihil aliud est nisi numer⁹ loci mutationis. ⁊ nūc nihil aliud est nisi numerus eius qđ fertur: sicut vnitas est in numero. Sed tamē est differētia habitudinis vnitatis ad numeꝝ: ⁊ eius qđ est nūc ad tēpus: qꝛ tēpus ꝯtinuaē ipsi nūc: ⁊ diuidit fm ipsum: sed numerus nō diuidiē nisi vnitate: ⁊ nō ꝯtinuaē p ipsum. Sicut aūt hoc est in ipso nūc qđ ꝯtinuat tempus ⁊ diuidit ita illud sequiē ad loci mutationē. ⁊ ad id qđ fertur. Motus aūt ⁊ loci mutatio vna qđē est ⁊ ꝯtinua ab eo qđ fertur: eo ꝙ nō deficit ipsum in forma illati seu trāslati: sed est vnū in toto motu: ⁊ nō ita ꝙ qñqz sit ⁊ qñqz non. Si enim nō esset aliquādo vnū in forma translati: absqz dubio deficeret. Dictū aūt prius est ꝙ non deficit nisi ratione que sumiē penes situs renouationem: hoc aūt idem ipsum nunc etiam diuidit ⁊ determinat priorē ⁊ posteriorē motū: qꝛ hoc ꝙ est finis preteriti: ⁊ principiū futuri. ⁊ per hoc assimilatur pūcto. Hoc etiā quodāmodo similiter sequiē ad punctum. Pūctū enim duo facit in ꝯtinua longitudine: ꝯtinuat enīz eam inquantū est terminus siue indiuisibile vnuz cōmune anteriori ⁊ posteriori linee. diuidit aūt eam inquantū est finis vnius ⁊ principiū alterius. sicut instās cū accipiē vt indiuisibile cōmune preterito ⁊ futuro ꝯtinuat tempus. Inquātū aūt est principiū vnius ⁊ finis alterius ipsum nunc diuidit tēpus. Ista aūt similitudo inter nunc ⁊ punctū in actu cōtinuandi ⁊ diuidēdi nō est nisi quodāmodo ⁊ nō in oībus. Cū enim sic accipit aliquis sicut indiuisibile idez bis vtens vno ⁊ eodē indiuisibili diuidente tanqȝ duobus: tūc necesse est stare ⁊ quietū manere in suis partibus ꝯtinuum qđ diuidiē tali indiuisibili. Si enim nō permaneret pars anterior accepta: tūc nō posset demōstrari indiuisibile vt finis eius: qꝛ qđ ipsum nō est: illius finis non est: ⁊ si non permaneret pars posterior: nō posset idē indiuisibile demōstrari: nec principium eius propter eandē rationē. qꝛ. s. qđ in se nō est: illius principiū nō est. ¶ Si ergo vtatur vno indiuisibili bis: semel vt fine. ⁊ semel vt principio necessariū est vt ⁊ indiuisibile ꝯtinuū quiescat ⁊ permanētiā habeat in suis partibus: ⁊ sic est in linea diuisa in pūcto siquidē enīz erit ipm pūctū principiū ⁊ finis sic diuidēs lineā. sed ipsaz nūc qđ est vnitas ei⁹ qđ fertur fm ꝙ fertur oportet alteꝝ esse semper quādo diuidit tēpus sicut ⁊ id qđ fertur semper alteꝝ est in spatio ⁊ in motu: quia cū preteritū nō sic finis etiam eius non est ⁊ rursuz futuꝝ non sit principiū eius non est ⁊ ideo alteꝝ altero nunc fm esse est principiū futuri ⁊ finis preteriti. ita ꝙ nūc ad minus duobus nunc diuisum est temporis preteriti ⁊ futuri: ⁊ ideo etiā cū tēpus sit numerus ⁊ numerus ille causeē ab illo nunc siue ab instanti erit tēpus numerus quidaz prioris ⁊ posterioris creatus ab ipso nunc: non sicut punctus cuiuscū crescētis numeꝝ sed sicut duo vltima duoꝝ hoc est sicut duo fines duoꝝ diuersoꝝ temporꝝ: que tamen vltima siue fines non sunt partes temporis. Et propter hoc qđ dictum est ꝙ pars aliquota est in toto ⁊ ideo quando puncto diuiso vtimur in ratione duoꝝ velut duobus tunc oporter quiescere partes diuisas ⁊ habere permanentiam. Et ideo si hoc modo vteremur ipso nunc oporteret partes temporis habere permanentiā ⁊ hoc non est veꝝ. ¶ Et adhuc alia de causa patet ꝙ ipsum nūc nulla pars est temporis: quia diuisio que est indiuisibile in motu cui respondet ipsum nunc acceptum in tempore nulla pars ipsius est motus: sicut nec punctum cui respondet indiuisibile motus ⁊ tēporis in spatio est pars aliqua linee super quā est motus: sed potius due linee sunt partes vnius. patet ergo ꝙ ipsum nunc non est tēpus fm ꝙ est terminus siue finis diuidens: sed accidit ei esse finem: qꝛ finis est eius cuius est finis ⁊ nō alterius: nunc ꝟo vnum est in toto tempore fm substātialē acceptionē suā: ⁊ hoc est fm ꝙ est numerus ei⁹ qđ ferē numerās ipm in toto motu ersus: ⁊ sic est ipsuz agēs numeꝝ qui est tempus. sic aūt vt diximus non est terminus: quia terminus non est nisi solius terminati: ⁊ non excedit. Numerus autē est omnium numerabiliuz ⁊ non applicaē vni tm̄: qꝛ numerus formalis qui est hoꝝ decez equoꝝ qui numerus est denarius formalr acceptus. ille est etiam aliaꝝ reꝝ numerabilium: sicut canū vel hominuz: hoc enim est substantiale ipsi numero: qꝛ sic se habet ad tēpus: vt agens ipsum sicut patet ex superius habitis. Manifestū est igitur ꝙ tempus est numerus motus fm prius ⁊ posterius. manifestū est etiā ꝙ ipsum est ꝯtinuū: eo ꝙ ipsum est ꝯtinuus numerus sicut dixim⁹: lz ꝯtinuitas sit in ipso sicut materia ⁊ discretio quasi forma ostendemus tñ infra ꝙ ipsum nūc nunqȝ est terminās ⁊ diuidens nisi p accidēs in loco vbi determinabiē qualiter nunc est in tempore.

Tex.c.c.lv

Tex.c.c.lvi

¶ Cap. 9m. De proprietatibus tēporis que ꝯsequunē ipsum inquātū in gnē numeri: ⁊ inquātū est in genere ꝯtinui.

Tex.c.c.lvii

MInimus aūt numerus in eo ꝙ numerus est simplr qui. s. est numerus formalis quo numeram⁹ dualitas siue binarius si numerus accipiatur actu habēs multitudinē. Si aūt accipiaē potentia numerus prout numerus est ex vnitatibus tunc minimū in numero est indiuisibilis vnitas: sed numerus numeratus habet differētiā ab ipso numero formali: qꝛ numerus numeratus quodāmō hz minimū ⁊ quodāmō nō hz. Sicut enī dictū est numerus prout in actuali multitudine existit minimū habet eā multitudinē que paucissima est: ⁊ illa est dualitas: prout aūt ex indiuisibilibus est minimū habet primū indiuisibile qđ est vnitas. Si aūt accipiaē numerus linee quo numeraē prout partes sue sub forma discretionis ꝯsideranē sicut supra diximus: tūc ille numerus est numeratus ⁊ vlterius numerans lineā per partes suas. Et tūc ille si accipiaē sub forma discretionis minimū habet: ⁊ illud aut est multū minimū: ⁊ hoc sūt due linee: aut est ex his que vt indiuisibilia accipiuntur: ⁊ tunc est linea vna. Sed si accipiatur numeratum sub forma continui: tunc non habet minimū: qꝛ ꝯtinuuz diuisibile est in infinitū: quare similiter est de tēpore. Minimū enim tēpus fm se qđ est numerus duplex est: put enī est numerus prioris ⁊ posterioris: sic est duo tēpora: ꝑut aūt conficiē ex numero eius qđ fertur: tunc minimū eius est vnū indiuisibile nūc: prout autem ꝯsideratur ꝯtinuū ad similitudinem magnitudinis. tūc nō habet mini

num sed est diuisibile in infinitum. hec est ergo vna ꝓprietatũ que cõsequitur ipsum inquantum est discretũ et continuũ s3 diuersum et diuersum modũ. s. ꝓut est discretũ habere numerũ minimũ: ꝓut aũt continuũ nõ habere minimũ. ¶ Patet igitur etiam ex his alia eius ꝓprietas ꝓut accipitur simul in genere continui et discreti ex hoc. n. nõ dr̃ tardũ vel velox sed dr̃ multũ et paucũ: et breue et longũ. sm̃ em ꝙ ipsum est continuũ sic dr̃ breue et longũ: qr breuitas et lõgitudo passiones sunt continui. sm̃ aũt ꝙ est in gñe numeri sic dicitur multũ et paucum: qr multitudo et paucitas sunt passiones discreti siue numeri. velox aũt et tardũ nõ dicitur: eo ꝙ velocitas et tarditas passiones motus sũt: et prius ostensum est ꝙ tẽpus nõ est motus. ¶ Cũ enĩ tẽpus cõpositũ sit ex nã discreti et continui: discretũ quidẽ formale est in ipso et ab illo diffinitur sm̃ ꝙ est tẽpus continuũ tñ nõ est intersectũ qr in veritate nũc in tẽpore nõ est diuidẽs ipsum nisi per intellectũ nostrũ vel p cõparationẽ ipsius ad aliũ motũ: sed de nã ipsius nũc est ꝙ sit continuans ipsum: et hoc inferius explanabimus vbi distinguemus ipsius nũc diuersitatem. ¶ Est aũt adhuc alia ꝓprietas ipsi⁹ tẽporis inquãtũ est numerus numeratus quo et differt a numero formali qui simpliciter numerus est: et hoc quidẽ est: qr id qđ de illo simplr̃ est sicut p̃sens nũc est vbiqz simul apud oĩa: eo ꝙ nõ multiplicatur per multiplicationẽ eor̃ que mouentur vel motuũ sm̃ prius et posterius nõ simul sed potius vnũ fuit: et alter̃ est futurũ adhuc: et hoc ideo est: qr tp̃s est numer⁹ mot⁹. In motu aũt id qđ mouetur est vnũ: sed prius et posterius sunt diuersa: et ideo etiã nũc in toto motu est vnũ prius aũt et posterius differũt sm̃ esse ad minus s3 subiecto sint idẽ. ¶ Hoc aũt ex p̃habitis planũ est intelligere: cũ igitur tẽpus sit sicut numerus numeratus: et nõ quo numeramus simplr̃ sicut numerus formalis et ꝓpter hoc accidit prius et posterius altera et altera habere: qr ipsa nũc que sunt diuidẽda prius et posterius sunt altera et altera: sed numerus formalis totus idẽ est apud oĩa numerata et simul. Idẽ enĩ numerus qui est centũ equor̃: est et centũ hominũ s3 ea quor̃ est numerus sicut materia numeralis altera sunt: qr equi alij sunt ab hoĩbus. ¶ Amplius aũt alia est ꝓprietas temporis que cõsequitur ipsum inquantũ est numerus circulationis et nõ cuiuslibet motus primo. Sicut enĩ contingit motũ ipsum qui circulariter est esse motũ et vnũ: per hoc ꝙ semper reuoluitur in seipsum iter̃ et iter̃ sic cõuenit etiã tẽpori ipsum esse vnum per hoc ꝙ reuoluitur in seipsum: hoc aũt ostendunt qualitates tẽporis que semp reueniunt eodẽ sicut hyems et ver: autũnus et estas que quolibet anno reiterantur et in ista ꝓprietate differt etiã tẽpus a numero formali qui est quo numeramus tñ qr ille numerus nõ reuoluitur in seipsum sed ꝓcedit in infinitũ. ¶ Sed adhuc habet etiã aliã ꝓprietatẽ in qua cõuenit cũ numero formali: et hoc est qr nõ solũ motum metimur tẽpore: sed etiã tẽpus mensuramus aliqñ motu. Hoc aũt probatur hoc ꝙ quecũqz eisdẽ ꝓprietatibus determinantur et certificantur abinuicẽ quãtũ ad suã quãtitatẽ ita mensurantur abinuicẽ: sed motus et tempus mutua vice sic terminantur abinuicẽ cũ dicitur tẽpus magnum: qr motus magnus: et econuerso motus magnus: qr tempus magnũ. ergo ista mutua vice se mensurant adinuicẽ sed cũ tẽpus determinat mensurat motũ et hoc est sibi substãtiale: qr tẽpus formaliter est numerus motus. Motus aũt determinat et mensurat tẽpus per accidẽs sicut mensuratum aliquando certius est quo ad nos ꝙ quãtitas mensure: vnde aliquãdo dicimus tẽpus esse multũ et paucũ mensurando p motũ sicut cõsueuimus dicere: multum transiuit de die eo ꝙ sol eleuat⁹ videtur ad mediũ hemisperij vel eo ꝙ aliquis pfecit viam longã que nõ nisi longo tẽpore pfici cõsueuit: huius aũt simile est in numero formali qr licz numerabilia mensuremus numero per se et essentialr̃ tamen nobis aliquãdo dubitatio fit de numero formali: et tunc certificamus ipsuz per numerabilia: tunc aũt vno equo cognoscimus equor̃ multitudinẽ formalẽ siue numer̃ si numerans per vnitatez vnius alios equos mensuratos: et in ipsis cognitionez accipientes discrete multitudinis que est numerus formalis ipsor̃: siue etiã equor̃ in multitudine materiali cognoscentes multitudinẽ formalem sicut faciunt illi qui multitudinem numeri formalis quando venit in dubiũ numero digitor̃ vel articulor̃ rimantur: sicut faciunt illi qui cõputãt ratiocinia illi articulis vel lapillis rimantur summã numeri quã querũt tamen per se et substantialiter conuenit numero formali certificare numerabilia. Et quo ad nos et per accidens aliquando et raro sit econuerso ꝓpter causam quã prediximus. Similiter autẽ est in tẽpore et in motu: tẽpore quidẽ motũ. motu aũt etiã ecõuerso aliqñ mẽsuramus tẽpus. sicut diximus. ¶ Cõuenit aũt rõnabilr̃ hoc. s. tẽpus imitatur quidem magnitudinẽ motus: siue accipiatur sub forma discreti siue sub forma continui sicut diximus sepius supra. Motuz autem in vtraqz istar̃ formar̃ imitatur tẽpus in eo ꝙ quantitates continue et discrete sunt p modũ quẽ diximus. Quia enĩ magnitudo est huiusmodi qđ est in forma continui et discreti sustinet idem illud motus. et qr motus est huiusmodi opz ꝙ idẽ sustineat tẽpus. ¶ Conuenit aũt aliqñ ꝙ mensuremus magnitudinem motu: et hoc est per accidens et quo ad nos: aliquando aũt mensuramus motũ magnitudine: et hoc est magis p se et essentiale: qr magnitudo de se mẽsura est qđ nõ est motus. Dicimus enĩ aliqñ viã esse longã et multã qñ ꝓcessus est multus et longus: et aliquãdo ecõuerso dicimus ꝓcessum magnũ esse si via sit magna. sicut dici cõsueuit qñ venimus de vna ciuitate ad aliã. et dicitur nobis ꝙ multum ꝓcessimus eo ꝙ vna ciuitas distat ab alia p longã viaz que nota est nobis. aliqñ aũt via non est note quantitatis: et dicimus ꝙ multũ distat eo ꝙ per viam illam vix tribus diebus ꝓcessimus. Sic igitur etiam motus et tẽpus se habent adinuicez ꝙ vtrũqz mensuratur per alter̃: sed tẽpus per se mensura est motus: sicut magnitudo mensura motus. Motus aũt quo ad nos et per accidens mensura temporis sicut motus spatij. Hec igitur dicta sint de proprietatibus temporis inquãtum est continuum et discretum.

¶ Cap. 10m. Qualiter motus sit in tẽpore. et quid est motũ et in tp̃e. ex quo pz ꝙ necessaria nõ sunt in tẽpore.

Quoniã Aũt tẽpus est metrũ siue mensura motus: tunc opz etiam ꝙ sit mensura eius qđ mouetur sm̃ ꝙ refertur ad motũ: opz igitur declarare qualr̃ est mensura motus primo: et postea qualr̃ est mensura alior̃. Dico igitur ꝙ est mensura motus in hoc ꝙ determinat quẽdã motũ partialẽ qui vt pars mensurat totũ motũ. et per illũ tunc numerat totum motuz. Et illius exẽplũ est ꝙ cũ nos volumus mensurare diurnum motũ primo accipimus motũ vnius hore vel momenti vni⁹ hore et ad equalitatẽ illius mensuramus motuz. 12. horar̃ et dicimus ꝙ motus ille est diei artificialis. Mẽsuramus etiã motũ. 24. horar̃: et dicimus ꝙ ille est motus diei naturalis. Facimus autez hoc primo in motu primi mobilis: eo ꝙ ille equalissimus et simplicissimus est in partibus sicut in sequẽtibus ostendetur: et ex illo referimus mensuram eandem ꝓportionaliter ad motus alios. ¶ Est autem huius simile in vlna et panno: quando enim volumus scire totam quantitatem panni supponimus ꝙ vlna sit nobis certe quantitatis: et tunc applicamus vlnã panno: et ad equalitatem vlne accipimus quantitatem panni partialem: et replicando illam quãtitatẽ circa oẽs partes ipsaz mẽsuramus quãtitatẽ panni: et certificatur nobis tota quantitas: et oportet supponere ꝙ quantitas equaliter expansa sit in omnibus partibus panni: sicut etiam motus in omnibus partibus primi mobilis. Est autem motum in tempore esse idem ꝙ motum mensurari a tempore: et ipsum et esse ipsius. Dico autem ipsuz mẽsurari quando quantitas eius mensuratur. esse autem ipsius. quia ipse sm̃ esse et sm̃ essentiam temporalis est cum sit successiuum: quiddam hoc autem non est in alijs. Id enim quod fertur mensuratur sm̃ ꝙ habet quantitatem motus in se: sed tamen non sm̃ essentiam mensuratur tempore quia non per se est in tempore: s3 tempori coexistat hoc autem in eodem capitulo sermo declarabit. Mensurat ergo tempus motum simul quantum: et esse motus: et hoc est motum esse in tempore sic a tempore mensurari et ipsum et esse ipsius: hoc autem sic probatur per simile. ¶ Manifestum enim est in alijs ꝙ hoc est esse in tempore motus omnis ꝙ mensurari esse ipsorum a tempore siue sub tempore. In tempore enim esse est alterum duorum. quor̃ vnum est ꝙ res que dicitur esse in tempore tunc quidẽ sit quãdo tẽpus est: et ꝓpter hoc dicatur esse in tẽpore: alter̃ aũt ꝙ res dicatur esse in tempore ideo quia in tempore est: sicut quedã dicuntur esse in nume-

Tex. c. 109.

Tex. c. 110.

Tex. c. 111.

Tex. c. 112.

Tex. c. 113.

Tex. c. 114.

Tẽpus mẽsurat et mot⁹ qñtitatem et esse motus.

Tex. c. 115.

ro ¶ Hoc aut̃ scd̃m adhuc dupliciter est. Dicit̃ enim aliqd in numero sicut aliquid numeri existẽs cõiunctũ ipsi essentia liter sicut pars numeri: aut per se passio ipsius: ⁊ vniuersali ter ꝙ aliquid est numeri per modum dictum. Dicitur etiaʒ aliquid esse in numero: qꝛ ipsius est numerus: eo ꝙ ipsum sit numerabile per numerum. Quia autem tẽpus numerus est sicut habitum est: erunt omnes isti in tempore p aliqueʒ modũ: ipsum enim nunc qd̃ est indiuisibile temporis in prius ⁊ posterius que sunt partes temporis sic sunt in tempore vel aliquid temporis ex natura essentialr illi cõiuncta. sicut vni tas est in numero: ⁊ par ⁊ impar: ⁊ superfluum ⁊ diminutũ ⁊ perfectum que sunt numeri: aut partes aut essentiales pas siones essentialiter illi cõiuncte cũ numerus cadat in diffini tione ipsorum. Hec igit̃ sunt numeri aliquid ⁊ illa per eũdem modũ sunt tẽporis aliquid existẽtia. Res aũt que sunt in tẽ pore sunt in ipso sicut in numero numerate ea: eo ꝙ in se sunt mẽ numeri. si aũt hoc est verum. tunc opꝫ ꝙ cõtineãt̃ sub vno qui excellit ea sicut ea que sunt in loco cõtinent̃ sub loco excellente localia eo ꝙ ambit ipsa ⁊ terminat. Manifestuʒ est itaqꝫ ex dictis qm̃ nõ est hoc in tẽpore esse qñ tẽpus est ⁊ illa que talia sũt coexistũt tẽpori. Sicut enĩ nõ est esse in mo tu idẽ qd̃ esse qñ motus est neqꝫ est esse in loco esse qñ locus est: ita nec est esse in tẽpore qñ tẽpus est. Si enim daretur ꝙ idẽ esset esse in aliquo: ⁊ esse cum ipso: tunc sequeret̃ ꝙ oẽs res essent in qualibet re: qm̃ oẽs res se cõcomitantes in esse sunt quãdo ille sunt ⁊ sm̃ hoc totũ celũ esset in grano milij: qꝛ celũ est qñ granũ milij est. ¶ Cõstat ergo ꝙ coexistere tẽ pori res tẽporales accidit ex cõcomitantia tẽporis ad ipsa tẽporalia. Illud aũt qd̃ est esse tẽpus rei propriũ ex eo ꝙ res est in tẽpore sicut in numero: hoc sequit̃ necessario: accidit enim ei qd̃ est in tẽpore esse quoddã tẽpus qd̃ est qñ illud est: qꝛ lꝫ nõ sequat̃ esse tẽpus vniuersalr: sequit̃ tñ esse tempus ꝓpriũ illi sicut ex esse hanc rem in motu lꝫ nõ sequat̃ motuʒ esse vniuersalr ⁊ simplr: accidit tñ sequi hũc motũ esse huic rei ꝓpriũ. ¶ Quoniã aũt id qd̃ est in tẽpore est sicut in nume ro. tũc opꝫ ꝙ tẽpus aliqd̃ accipiat̃ plus omni eo qd̃ est in tẽ pore: opꝫ enim ꝙ tẽpus excellat ipsum sm̃ vtranqꝫ extremi tatem: eo ꝙ tẽpus accipit̃ infinitũ. Omne aũt qd̃ est in tem pore accipit̃ finitũ habẽs principium ⁊ finẽ sm̃ nãm. Ex in de pꝫ ꝙ nihil est dictu qd̃ quidam dicunt ꝙ duplr est aliqd in tẽpore: aliquid enim est in tẽpore ita ꝙ cõmetit̃ se toti tẽ pori sicut totus celi motus simul acceptus ⁊ aliquid est in tẽpore qd̃ mensurat̃ parte temporis sicut hic motus finitus vel ille. Sicut enim nihil est dictu ꝙ aliquid accipit̃ nume ratũ ab vlna qd̃ adequat̃ oibus vlnis in nullo numero acce ptis. Sed in pãno indefinite extẽsis: ita nihil est dictu ꝙ ali quid est in toto tẽpore qd̃ toti se tẽpori cõmetit̃. Nõ eni ma ior certitudo ⁊ numerus est in quãtitate oium vlnaꝝ nõ nu merantiũ quãtitatẽ pãni ꝙ in ipsa quãtitate panni ⁊ sine eã diceret̃ vlna applicari pãno nisi ex numero vlnaꝝ pãni quã titas certificaret̃. ita etiã totũ tẽpus indistinctũ adiacẽs mo tui sine causa adiaceret ei nisi numeraret ipsuʒ ⁊ nisi nume rat ipsum tunc primo adiacet parti. ⁊ per illã metit̃ totuʒ: ⁊ tũc verum est ꝙ omne illud cui primo adiacet numerus qui est tẽpus excellit̃ sm̃ nãm a tẽpore sm̃ vtrãqꝫ extremitatẽ: ⁊ sic tẽpus est plus omni eo qd̃ est in tẽpore: vnde necesse est oia que sunt in tempore sub tempore cõtineri: sicut ⁊ oia ea que sunt in aliquo sicut in cõtinente: sicut que sunt in loco cõtinen tur sub loco. Necesse est etiam quecũqꝫ sunt in tempore ali quid pati a tempore: hoc est ab eo cui sicut numerus adia cet tẽpus. hoc est a motu: ⁊ ideo quidẽ per accidẽs patiunt̃ a tempore: sed patiunt̃ per se ab eo cui cõuenit tẽpus: sicut di ꝙ oia senescant in tẽpore ⁊ ꝙ obliuio accidit ꝓpter tẽpus: ⁊ nõ dicit̃ ꝙ aliquid addiscit ꝓpter tẽpus neqꝫ ꝙ nouũ. id est innouatũ est ꝓpter tẽpus: neqꝫ ꝙ bonitatis ⁊ emendationis sit causa tẽpus. Tẽpus enim est causa corruptionis p se: hoc est per id cui per se cõuenit tẽpus id est per motũ. Sed gene rationis causa nõ est nisi per id qd̃ cõuenit ei per accidens ⁊ huius causa est: qꝛ tẽpus est numerus motus. Motus autẽ distare facit id qd̃ mouetur sm̃ substantiã in principijs cõ ponentibus ipsum: ⁊ huius rõ inferius dicetur. Ex pdictis aũt manifestũ est ꝙ ea que semp sunt sm̃ substantiaʒ sm̃ ꝙ sunt semper immutabilia nõ sunt sub tẽpore. Necessaria enim in esse immutabilia sunt: ⁊ illis nihil abijcitur: nec acquiritur: ergo in illis nec est preteritum nec futuꝝ: sicut sunt corpora celestia que lꝫ mobilia sunt sicut in tempore vel in nunc tem poris: tamen sm̃ substãtiã sunt necessaria: ⁊ quo ad hoc eter na quidẽ sunt intransmutabilia eo ꝙ nõ cõtinentur quo ad substantiam sub tempore neqꝫ esse coꝝ sub tempore mensu ratur. huius autẽ signũ est: qꝛ nihil patiunt̃ a tempore sicut ea que sunt in tẽpore. ¶ Dubitabit autẽ aliquis forasse an alie res que sunt generabiles ⁊ corruptibiles sunt in tẽpore sm̃ substãtiam ipsaꝝ hoc aũt videt̃ eo ꝙ substãtia ipsarum trãsmutat̃ ⁊ ita aliquid abijcitur preterito ⁊ acquirit aliqd in futuro. ¶ Ad hoc dicũt quidam ꝙ subã coꝝ est in nũc tẽ poris eo ꝙ vna manet substãtia ipsoꝝ sm̃ ꝙ cõsiderat̃ in pn cipijs substãtialibus heri ⁊ hodie ⁊ cras. lꝫ quo ad variatio nẽ qualitatũ sit in tempore qꝛ in illis cõtinuã recipit variatio nẽ vnde etiã dicit Arist. in 5° physicoꝝ: ꝙ non est eadẽ sani tas in mane ⁊ in vespere. Sed si quis subtiliter itelligat ⁊ in tus inquirat substãtia taliũ variat̃ ⁊ accipiatur in esse physi cu: habẽt enim talia forma in mã trãsmutabili: ⁊ ideo reci piunt in substãtialibus variationẽ: cuius signũ est: qꝛ paula tim corrumpant̃ ⁊ opera sua debilitantur. sed tamen bene cõcedendum videt̃ ꝙ substantia taliũ est in momento tem poris eo ꝙ ipsa est vt vna ⁊ vt plura sꝫ esse variata sicut va riat̃ temporis nunc. ¶ Nec aliquo modo cõcedenduʒ videt̃ ꝙ substãtia immutabiliũ corpoꝝ sicut sũt corpora celestia sint in nũc tẽporis sm̃ ꝙ est nũc tẽporis: qꝛ substãtia coꝝ in for mis nullã recipit variationẽ cũ nũc cõtinue variet̃: ⁊ id sub stantia sm̃ ꝙ est iata: siue sm̃ ꝙ fertur est in nũc tẽporis: cuꝫ supra ꝓbatũ sit sm̃ doctrinã Arist. ⁊ peripatheticoꝝ ꝙ nunc tẽporis est numerus eius qd̃ fertur sm̃ ꝙ fertur. Quod aũt sit mensura taliter mutabilium in substantia: in fine tracta tus de tempore ostendetur.

Nõ pdicibi dubitationeʒ de substantie generabiliũ in tẽpore mẽsure tur in centro vt volunt quidã doctores: sed tpis momẽto

¶ Cap. IIm. Qualiter quiescentia ⁊ non existentia sint in tem pore: ⁊ de distinctione preteriti ⁊ futuri.

Tex. c. cii.

Quoniã aũt tẽpus est mẽsuratio motus vt diximus. erit etiã idẽ tẽpore metrũ siue mensura quietis sm̃ accidẽs: hoc est sm̃ ꝙ priuatio refertur ad ha bitũ vel mensura priuationis ad mensurã ha bitus. Omne enim sm̃ nãm quiescens est tẽ porale ⁊ in tempore: nõ enim nos ita dicimus aliquid eẽ in tempore sicut aliquid dicimus esse in motu qꝛ tunc oporte ret ꝙ id qd̃ esset in tempore necessario moueretur: sicut id qd̃ est in motu necessario mouetur. Diximus enim supra ⁊ probauimus ꝙ tempus nõ est motus: sed numerus motus. In numero aũt motus põt aliquid esse qd̃ non est in motu ipso ⁊ precipue in numero motus est quiescens qd̃ sm̃ ꝙ est quiescens est relatũ ad motũ. Non enim dicimus oẽ mobi le quiescere sm̃ nãm sed tñ id qd̃ est aptum natum moue ri sm̃ nãm: cũ tñ sm̃ actum priuatum sit motu sicut est ter ra lapis ⁊ huiusmodi. Si aũt aliquid esset oino imobile. ita ꝙ nullã possibilitatẽ haberet ad motũ illud nõ esset in tẽpo re sm̃ ꝙ huiusmodi: sicut iam infra ostendet̃. Sicut autem iam ante diximus rem esse in tempore: est esse rem in quo dam numero. esse aũt rem in numero nõ est esse aliquid nu meri essentialiter cõiunctam numero: sed potius esse quen daꝫ numeꝝ rei ⁊ mensurari esse ipsius a numero in quo est: ⁊ re sit hoc est esse sub tẽpore: ⁊ tẽpus mẽsurat id qd̃ mouet̃: tunc opꝫ etiã ꝙ mẽsuret quiescens sm̃ ꝙ est quiescẽs: mẽsu rabit ergo motũ eius qd̃ mouetur: ⁊ quietem eius qd̃ quie scit: sm̃ ꝙ sunt quanta quedam: qꝛ nihil mẽsurat̃ nisi sm̃ ꝙ est quãtũ quoddã existẽs hoc enĩ modo nõ sunt tota simul: sꝫ aliqd abijciũt in pteritũ ⁊ aliqd acqrũt i futuꝝ: ꝓpter qd̃ cadit circa ipsa tẽpus ⁊ hoc est veꝝ de omni quiete. siue sit quies in forma: siue quies in loco: ⁊ ideo etiã lõgitudinem quietis mẽsuramus dicẽtes ꝙ a motu quieuit per tres an nos vel plus vel minus: aut quiescit p octo menses. vel plus vel minus. ¶ Patet igit̃ ꝙ id qd̃ mouetur non simpliciter sm̃ ꝙ est substantia quedam erit mensurabile sub tempo re: quia tunc substantia corpoꝝ celestium caderet sub tem pore qd̃ non cõtingere superius ostendimus: sed cadet sub tempore sm̃ ꝙ quantum aliquod est. cuius quantitatis non omnes partes sunt simul ⁊ hoc est sm̃ ꝙ motus ipsius quan tus est quantitate successiua. ¶ Ex his aũt per cõtrapositio nẽ ostẽdit̃ ꝙ illa que neqꝫ mouent̃ sm̃ nãm neqꝫ quiescunt

Tex. c. ciii.

Tex. c. cii7.

Tex. c. cii.

non sunt in tempore. Si enim omne esse qd est in tempore monetur vel qeiscit tunc per 9uersam per 9trapositionem qd neqz quiescit neqz mouet nō est in tempore. Causa autē huius est ꝙ in tempore esse est a tempore mensurari ꝛ pati aliquid a tēpore: tēpus enim est mensuratio motus ꝛ quietis ergo qd nō sic mensuratur ꝛ patitur vt sub motu ens vel quiescens a tempore non mensurat. ¶ Manifestū igitur ex dictis est: qꝛ neqz qd nō est omne erit in tempore. sicut enim non omne qd cū est in tempore: ita neqz omne qd non est. Id enim qd ita non est ꝙ nō 9uenit ipsū aliter habere se ꝙ nō esse non est in tempore: sicut id falsum qd est impossibile vt diametrū esse lateri symetrū. vniuersaliter enim si mensura est tēpus motus p se. aliorū autē que non mouent per accidens hoc est sm ꝙ referuntur ad motū tunc manifestū est ꝙ oibus illis quorū esse mensurat inerit esse in motu: si per se sunt in tēpore: vel esse in quiete si sunt in tempore per accidens. Sūt autē mobilia nō existentiū ꝛ existentiū quecunqz generabiliū generant aliqñ de non existentibus: vel corrūpunt de existentibus: ꝛ vniuersaliter que aliquādo quidē sūt: aliqñ autē nō sūt. talia oia necesse est esse in tēpore: ꝛ nō alia: est enim sicut diximus tēpus plus eis que sunt in tēpore ꝛ excellens esse ipsorū ꝛ est mēsurās esse eorū subāz ꝛ quantitatē. Quedā autē de numero eorū que nō sunt quecunqz 9tinet tēpus vt mēsurās. s. erāt qdē in preterito finito vt Homerus erat aliqñ. alia vō erāt in futuro finite: sicut 9ceptus iaz aliqñ nascet: vtraqz eni istorū 9tinet tēpus. Et sūt aliqua sūt que sunt ambo: hoc est preterita ꝛ futura: illa ꝛ erant ꝛ erunt sicut illa que iterantur siue corruptibili substantia siue incorruptibili: corruptibili quidem substantia sicut si nubes fuit postqꝫ terra madefacta euaporauit sursum necesse est etiaz nubem adhuc ex illa causa fieri: ꝛ hec sunt preterita ꝛ futura eadē existentia sm substātiā. substantia autē incorruptibili reiterat sm preteritū ꝛ futurū: sicut ortus ꝛ occasus stellarū ꝛ eclipses ꝛ 9iunctiones: ꝛ preuentiones ꝛ oppositiones stellarū ꝛ planetarū. ¶ Sed obseruandū est ꝙ ea que sunt in preterito quedā sunt in preterito finito ad presens: quedā autē in preterito finito ad preteritum qd finitur ad presens ꝛ quedam sunt in preterito quod nō finit ad presens: sed includit ipsum nō finitū ad ipsum. Illa autē que sunt in preterito finito ad presens: ita ꝙ presens sit circa actus preteriti: dicunt in preterito perfecto esse: sicut cū dicitur Homerus fuit: vel Virgilius scripsit eneida. intelligit enim existētia Homeri ꝛ scriptura Virgilij iam esse finita ad presens. Illa autē quorum esse finitur nō ad presens sed ad preteritum perfectum: qd finitur ad presens. sunt in preterito plusqꝫperfecto: sicut dicit ꝙ bella Troie fuerūt quādo scripsit Virgilius eneida. Quorū autē existentia includit presens ꝛ non terminatur ad ipsum sunt in preterito imperfecto: sicut dicit ꝙ sortes legebat viuente Platone. Quecūqz autē sūt in futuro dupliciter sunt in ipso aut enim sunt in futuro finito: aut infinito. In futuro finito dicunt esse quecūqz iam sunt in ꝓprie materie concretione ꝛ ordinatione: sicut homo futurus est: qñ iam cōcretum est sperma cū sanguine mēstruo. Quecūqz autē nō sunt nisi in mā prima ꝛ in potentia infinita: sunt in futuro infinito: ꝛ non magis sunt futura qꝫ non futura: ꝛ ideo non est futurū nisi qd inchoat a presenti in materie 9cretione ꝛ ordine cause. sicut sunt futura que sunt in ordinatione cursus superiorū tm̄ sicut sunt eclipses ꝛ similia illis: vel que sūt in ordinato cursu superiorū: ꝛ cōcretione materie inferiorū: sicut futurus est homo qui iam 9ceptus est in semine. Quecūqz autē sunt non entia que nō 9tinet tēpus. sicut sunt impossibilia illa nequaqꝫ sunt vel erant in preterito vel erunt in futuro. Sunt autē huiusmodi de numero eorū que nō sunt. quorū opposita semp sunt: ꝛ necessaria sunt. sicut diametron esse asymetrū semp est ꝛ quodā modo eternū est: ꝛ ideo hoc neqz est neqz erit in tēpore: nec oppositū eius qd est esse diametron symetron: hoc eni semp nō est. sicut illud semper est qd est ei oppositū. 9trarie enim opponant semp esse ꝛ nūqꝫ esse. ¶ Ea autē que sunt de numero taliū nō existentiū ꝙ 9traria eorū nō semp sunt: sed aliqñ sunt. aliqñ quidē nō sunt illa sūt nō existētia que possunt esse ꝛ non esse: ꝛ talia sunt gñabilia ꝛ corruptibilia: ꝛ est generatio ipsorū ꝛ corruptio: ꝛ ideo talia sunt iam in ordine materie: ꝛ causarū mouentiū ad esse ipsorū. ꝛ ideo talia sunt in tēpore futuro finito vel infinito: sicut ante diximus. Utrum autē ea que semper sunt ꝛ que nūqꝫ sunt habeant mensuram aliquam: ꝛ an sint eterna posterius erit determinandum.

Cõ.t.c.lxx.

¶ Cap. iz[m]. De distinctione acceptionis ipsius nunc.

eternitas dicitur esse interminatuz omni modo: qd etiã ꝓpter sui simplicitatem ꝛ prioritatem diffinitur per negationem cuz dicitur interminabile esse: qa lz satuz esse interminatuz ꝛ ratuz sit. tamen nihil habet ante se per qd diffiniatur: sed potius explanatur per consequentem se negationez vel ꝓlationem: ꝛ hec est vere dicta eternitas.

¶ Cap. 3m. Hic est digressio declarans comparationez eternitatis ad eternum.

Habet Autẽ se eternitas ad eterna tripliciter. Ad ea enim que vere eterna sunt: sicut sunt ea que sunt sm eẽ: ꝛ videre: ꝛ velle. ꝛ intelligere siue sm eẽ: ꝛ posse: et operari simul: ꝛ vere incõmutabilia se hz eternitas sicut mẽsura adequata: sicut se hz tẽpus vt mensura adequata ad ea quoꝝ nihil est simul quoꝝ nihil est incõmutabile: ꝛ euuz ad ea quoꝝ est esse simul: sz posse ꝛ agere: siue intelligere nõ est simul in hoc vz in hoc qd est eẽ ꝓpriũ mẽsuraz eoꝝ: qa sicut tempus tẽporali in hoc adequatur qd est mẽsura egredientis de potentia: sicut ꝛ ipsuz est potentie permixtuz: ꝛ euuz est mensura in hoc adequata euiterno: qa sicut euiterna sm ꝙ sunt stant simul in suo posse ꝛ agere sunt non simul. sed acqrunt perfectiões quas non habuerũt. ita ꝛ euuz est mensura que sm quid simul est: ꝛ sz quid non simul. ita eternitas est mensura ꝓportionalr adequata eterno: qa sicut eternũ totuz est simul in esse ꝛ videre: hoc est in esse ꝛ posse ꝛ suo ꝓprio ꝛ cõnaturali agere qd est intelligere: ꝛ velle: ita eternitas est mẽsura que est tota simul ꝛ perfecta. Et hoc intellexit ꝓbs quãdo dixit ꝙ est eternuz eterno: hoc est euiternũ euiterno: ꝛ tẽpus tẽporali. ¶ Est tamen in alijs multa dissimilitudo habitudinis temporis ad tẽporale: ꝛ eternitatis ad eternuz: ꝛ eui ad euiternũ. ¶ Supra eni diximus ꝙ in tẽpore esse est quadam parte tẽporis mensurari. Sic autẽ eternũ non est in eternitate ꝙ mensuretur quadã parte eternitatis: cuz eternitas partez non habeat: sicut patuit ex ꝓdictis. ꝓterea omne qd mensuratur a quadã parte sue mẽsure excellitur a mẽsura illa: sicut supra diximus ꝙ tps excellit omne qd est in tẽpore. Eternitas autẽ non excellit eternuz: sed coequat ipsi sicut diximꝰ. ¶ Euũ aũt cũ sm qd sit simul: ꝛ sm qd nõ simul: sm qd excellit euiternũ: ꝛ sm qd equatur illi. Et sm hoc qd excellit qdam vocant euũ tempus: sicut Augꝰ dicit ꝙ spũalis creatura ꝓpter vices volũtatis ꝛ intellectꝰ mouet per tps: ꝛ nõ per locum: creatura aũt corporalis ꝛ tẽporalis mouet per locum ꝛ tps. Hoc ergo mõ ꝓmo cõparat eternitas vera ad vere eternũ. Sũt autẽ aliqua eterna per participationẽ aliquã vere eterni: sicut angeli ꝛ intelligẽtie cũ cõtẽplant vere eternũ ꝛ bonitate sua sibi influẽte imutabilia efficiunt: ꝛ sꝫ qdã hũt immutabilitatẽ illaz nõ exeunt: ꝛ hoc mõ diuine sbe in regno celesti per participationez vere eternitatis sunt eterne: ꝛ sub illis ẽt diuini hoies aliquid capiẽtes de ɔtẽplatione eternitatis in hac vita vltra tps efficiunt ꝛ nõ percipiũt mutationes tẽporales. Ad silitudinẽ vo illiꝰ dicitur necessaria eterna: siue icõplexa vt celestia corpora: siue ẽt ea que habitudine cõplexoꝝ adinuicẽ habẽt necessitatez vel ipossibilitatem: vt diametron eẽ symetrõ: vel asymetron: sicut superiꝰ explanauimus. Sũt alia que nõ cõparant ad eternitatez: per hoc ꝙ participãt aliqd icõmutabilitatis que eternitati est ꝓpria: sed potius qa hũt silitudinẽ cũ illa in isinitate carẽtie finis: ꝛ hoc mõ dr tps a quibusdaz eternũ: ꝛ pene que dicunt ifernales eterne: ꝛ alia que ad silitudinẽ hoꝝ dicunt. Et ideo a quibusdã distinguit cõparatio eternitatis ad eternũ tripli: quedaz eni sunt eterna ꝛ vere in eternitate. s. primus sbã que est deus gloriosus ꝛ benedictus. Quedã vo sũt eterna ꝛ nõ vere in eternitate: sicut illa que facta sunt imutabilia participatiõe incõmutabilitatis: sicut dicit Plato de his que lz sint nã cõmutabiles: tñ voluntate deoꝝ ꝛ nobilioꝝ eius bonitatũ participatione sunt manentes incõmutabiles: hec tamẽ nõ vere dicunt in eternitate: qa eternitas nõ ẽ ꝓpria mẽsura pmanentie eoꝝ: qdã vo nec vere eterna sunt: nec vere i eternitate sz sunt silia sm qd eternis: sicut tẽporalr hñtia successionẽ sine fine. sicut motus eternus di ab his q ponũt mũdũ eternũ: ꝛ pene barathri dicunt eẽ in legibꝰ Pithagore.

Eui sz qd excedit euiternũ: ꝛ sic vocari tps: ꝛ sz qd adequat ei.

Cõparatio eternitatis ad eternũ est triplex.

¶ Cap. 4m. Hic est digressio declarans cõparationem eternitatis ad euũ: ꝛ ad tps in quo est de numero spatiorum.

Ex his Iam aliqualr inotescit qualr eternitas cõparatur ad euum: ꝛ tempus: ꝛ seculũ: ꝛ huiusmodi. Euuz eniz est spatiuz eoꝝ quoꝝ esse stabile est. sed tamẽ vices habẽt in potentijs: sicut intelligere: ꝛ velle cũ eternitas sit mora ꝛ spatiuz permanentis vno modo per oẽm modum: ꝛ ea que sunt ab illo qd vno mõ permanet deficiunt ab illo propter distare a primo. Et oportet ꝙ aliqd potentie admisceatur eis. Quia non in eẽ: sed in posse ꝛ agere. ꝛ ideo etiã mora ꝛ spatiũ adiacẽs eis per modum mensure est sub eternitate ꝛ sub his ꝓpter admixtionem potẽtie ad esse erunt generabilia ꝛ tẽpus: qz tẽpus est qd in generatione ꝛ corruptiõe metit: sicut testatur Dionysius. Et hoc est qd dicit Boetius: qui tẽpus ab euo ire iubes: qa sub eternitate est mora eui: ꝛ sub hoc mora tẽporis ꝓpter plus ꝛ plus distare a primo: sicut euiternum est sub eterno: ꝛ tẽporale sub euiterno: ꝛ ideo etiã cum tps sit in vno qd est motꝰ velocissimus ꝛ simplicissimus: ꝛ eternitas sit in vno qd est permanẽtie simplicissime: nõ est absurdum quin etiã euuz sit in vno cuius potẽtia ꝛ intellectus lz patiat vices tñ ꝓpinquius est actui intellectꝰ primi ꝙ̃ aliquoꝝ aliorum. ¶ Cõparabit ergo eternitas ad euũ sicut causa exemplaris eius. eo ꝙ euum imitat eternitatẽ quãtũ põt: sicut et euiternũ imitatur eternuz: ꝛ deficit in aliquo ab illo: ꝛ similiter tẽpus imitatur euiternum ꝛ eternũ. Et illius exemplũ dicit eẽ Boetius in illo qd est semper ꝛ freqnter ꝛ raro: qꝛ tuz semper posterius imitat prius: sicut diximus in secũdo libro huius scie. sic autẽ est de eterno. Hoc eni nobilissimuz est ꝛ stans in seipso cum bonitates alia nõ participare possunt nisi per motum aliquẽ: ꝛ hoc quidẽ si est intellectus solius qui motus perfectꝰ actus est: ꝛ nõ ꝑmixtꝰ potẽtie: absqz dubio illius mẽsura non est tẽpus sed euum. Et si motus ille est iperfectus actꝰ sicut sunt motus corpoꝝ: tũc mẽsura eorum est tẽpus. ¶ Habẽt etiam hec tria aliam adinuicẽ cõparationem: eo ꝙ cũ eternitas exemplar sit eui ꝛ tẽporis cuiuscunqz mẽsura eũ tempus ẽt illius est mensura eternitas ꝛ euum sed nõ adequata ꝛ ꝓportionata. sed excellẽs ꝛ esse ꝛ morã temporaliũ ꝛ cuiuscunqz est mensura euũ: illius etiam eiusdẽ mẽsura est eternitas excellens ꝛ non adequata eẽ euiternoꝝ ꝛ more: sed nõ cõuertit: eterna enim nec euo nec tẽpore mensurant: nec sicut mensura adequata ad eẽ ꝛ morã: nec sicut mẽsura non adequata. Et dico mẽsuraz adequari ad esse hoc mõ quo supra dixi mẽsuraz ad esse mẽsurari ꝛ ꝓportionari sicut supra dixi motũ mẽsurari tpe: ꝛ ipz ꝛ eẽ eiꝰ: qa esse suũ est successiuum. Hec aũt cõparatio significat cuz dicit quãdo motꝰ est deus est: ꝛ intelligẽtia est: tũc eni notat quãdo eternitatis: cuius exẽplatũ est quãdo eui ꝛ tẽporis: ꝛ ideo eternitas est mẽsura quedaz euiternoꝝ ꝛ tẽporalium. ¶ Ex ista aũt cõparatiõe nõ per se sed per accidẽs conuenit diuidi eternitatẽ: ꝛ notari partes in ipsa non que sunt eius: sed spatij qd est sub ipsa: sicut dicit mille annis fuisse deus ꝛ ꝙ anni sui non deficiunt: non ꝙ sit suus dies ꝛ mensis ꝛ annus: sed qz non deficit in decursu temporis qd est sub eternitate eius: ꝛ illa indeficientia vocat ex tũc per itellectũ per dies ꝛ mẽses ꝛ annos. ¶ Seculũ autẽ nõ di genus spatij aliqd quactũ: sed est in multis acceptionibꝰ: qz aliqñ dicit presens vita vel spatium quo durabit mũdus: ꝛ aliquãdo dilectio ꝓsentis vite. Et seculũ semꝑ di aliud seculũ qd est finis huius seculi: eo ꝙ succedit post istud. Et seculuz seculoꝝ dr futurũ seculum: qd est finis seculoꝝ hoium qui sunt in ꝓnti seculo. Ex ꝓdictis quidã habere volũt ꝙ nõ sint in genere nisi tres mẽsure eternitas: ꝛ euuz: ꝛ tẽpus: qa dicũt opz vnã eẽ per abnegationẽ finis ꝛ principij sine successione: ꝛ vnaz nec per abnegationẽ finis nec principij cũ successione: eo ꝙ mẽsurantia nõ possunt habere variationẽ nisi sicut stantia vel mota: ꝛ si sunt mota: tunc aut sunt intellectualr qui motꝰ est actus perfectus: aut corporaliter: qui motus est imperfectꝰ actus. ꝛ hec distinctio est bona ¶ Sed tamẽ sciendũ ꝓbonũ opinionem eẽ mũdum habere principium: sed nõ finẽ: que lz falsa sint: tamẽ possibilia sm nãm sũt: sicut in octauo libro huius scientie ostendet: ꝛ ideo nõ approbo dictum eorũ qui dicunt tres mẽsuras distingui: ꝙ vna sit que neqz habeat principium neqz finem. Una autem que habet principium ꝛ nõ finem: vt euum. Tertia vo que habet ꝓncipiuz ꝛ finẽ: vt tẽ-

Nota qd in eisdꝰ intelligentijs citra primã aliqñ poꝰ i ocuat qd ẽt uftñ Com 3. de aia. c. 5 in sol. 3. q. ꝛ in c. 14. eiusdẽ.

Prima cõparatio inter eternitatẽ euũ ꝛ tempus.

Scda cõparatio.

Quo intellit uerũ scripture docens annos fidei non defituros.

pus: si enim ponamus stare celum: et mundum finiri nõ tamen ex hoc sequitur tempus finiri nisi ponamus omnia fore stantia vno modo et nullam futurã esse successionẽ. ¶ Est etiam hic attendendum q sicut spatium temporis causatur a partibus motus numeratis vt diximus: ita per oẽm modum et mora eternitatis causatur a statu et permanentia rei eterne. ¶ Et ideo eternitas nullo modo est numerus eterni: sed potius mora eius indiuisa et indeficiens: sed eum habet totum esse simul. et ideo habet vices numerabiles et incontinuas: q3 vicissitudo non est continua.

¶ Cap. 5m. Et est digressio declarans vtrum idem sit nunc eternitatis temporis et eui.

Nunc autem eternitatis quidã peritorum virorum idem dixerunt eẽ subiecto cũ nunc eui et temporis. eo q stans et non mouẽs se non differt subiecto ab eo qd non stat et mouet se: sed ratione sola. Cum ergo vtrumq nũc sic mensura indiuisibilis et eius qd est indiuisibile: videtur q eadem sint subiecto. quia indiuisibile manens idẽ et stãs ab indiuisibili manente eodem et moto non habet differentiam fm substantiam: sed ratione differt solum. ¶ Adhuc autem dicunt q cum dicitur deus est nunc: et intelligentia nunc: et motus nunc idem nunc denotatur. Cum igitur idem sit nunc: et vnum horum trium sit eternum: et alterum euiternum: et tertium temporale: videbitur idem esse nunc eternitatis et eui. et temporis vt inquiunt. ¶ Sed hoc omnino inconueniens mihi videtur: quia sicut se habet tẽpus ad motum: ita nunc temporis se habet ad mobile fm q mouetur: sicut ex predictis patet. Cum ergo tempus numeret motũ: nunc temporis numerabit id quod mouetur fm q mouetur. sicut etiam superius est demonstratum. Non ergo nunc temporis est numerus substantie eius qd fertur: sed potius numerat ipsum fm q fertur: ergo nullam habet proportionem ad id q idem est stans in seipso semper. ¶ Ad hoc autem cum omnis rei numerus et vnitas sit fm naturam eius qd numerat: et nulla conueniẽtia sit eius qd stat vno modo et nullo modo mouetur ad id quod fertur fm q fertur: videtur q nullo modo sit idem nũc qd adiacet vtrisq. ¶ Et hoc puto verum esse. et precipue videtur hoc ex hoc q eternitas precedit tempus: et nunc eius precedit nunc temporis. quorum autem vnum alterum precedit illa non sunt eadem in essentia. ¶ Adhuc autem nunc tẽporis continuatio est preteriti et futuri. Continuatio autem continui aliquid est de essentia continui: propter quod etiam supra habitum est q nunc est aliquid temporis. Id autem quod est aliquid de essentia continui temporis nullo modo potest esse de essentia eternitatis. Propter qd dicendum videtur nunc eternitatis diuersum esse a nunc temporis per subiectum et eui et nunc eui diuersum esse a nunc temporis per subiectum: et non tm fm rationem. ¶ Et quod dicitur indiuisibile fluens et indiuisibile stans non differre nisi fm rationem: dico falsum esse cum indiuisibile stans aliquid sit de essentia stantis: et indiuisibile fluens sit aliquid de essentia fluentis. Cum autem dicitur nunc est deus et intelligentia et motus est ista locutio notans: aut exemplaritatem: aut concomitantiam: quia sicut vnum horum spatiorum trium exemplatur ab altero: et vnum circuit sub aliquo stante per modum supra expositum ita nunc vnius eorum exemplatur ab altero: et vnũ eorũ procedit ab alio et ideo sicut vnitas euiterni fit ab vnitate eterni: et vnitas temporis ab vnitate pma euiterni: ita nunc vnius fluit a nunc alterius: et illud quod est magis simplex est exemplans et faciens: et id quod est magis diuisibile est exemplatum et factum. ¶ Est autem sciendũ q nunc eternitatis non differt ab ipsa eternitate nisi ratione tm: q2 nũc dicitur fm q adiacet vni indiuisibili stanti et non amittenti aliquid in preterito. nec acquirenti aliquid in futuro. Eternitas autem dicitur mansio et mora indeficientie durationis eius. Hec ergo de eternitate quantum ad presens sufficit dicta sint. Utrum enim plura sint eterna: et vtrũ qñ idẽ vel diuersum sit eternitas vel tpis ad aliã spectat lectionẽ.

¶ Incipit Liber Quintus Physicorum: Cuius primus Tractatus est de speciebus motus.

¶ Cap. pm. Hoc tractatus intentio: et quis motus sit per se: et quis gratia partis et quis per accidens et in quo declarat q ipsẽ sunt mobiles: et q mot⁹ nõ sunt in eis sicut in sbo.

Cum autem nos iã locuti sim⁹ de pncipiis rei mobilis: et de motu ipso: et de his que consequuntur mobile et motum in cõmuni relinquitur vt dicamus de speciebus motus et de proprietatib ipsarum specierum: et de his que consequunt oẽm motum fm quãlibet spẽm: et tunc dicemus de comparatione motus ad motorem fm quẽlibet modũ cõparatiõis eius ad ipsum: et sic finiemus tractatum libri Physicorum. Nos autem non possumus determinare species motus nisi nos prius sciamus vtrum in motu per se vel per accidens motus distinguatur per suas species: et in quibus et in quot predicamentis sit motus et ideo scientiam istã inchoabimus in hoc qd inquiremus de motu per se et per accidẽs: q2 tunc inueniemus q motus per se distinguit habet in species: et non motus per accidens. ¶ Quantũ igitur ad presentem spectat intentionẽ sciẽdũ est q omne qd trãsmutat vno trium modorum transmotat: aut enim transmutat per accidẽs: ita q illud nũq potest moueri per se: sed semper accidit ei q mouetur per se: sicut q musicum ambulat: musica enim nũq potest ambulare: sed semper accidit homini cui⁹ est ambulare. ¶ Aut dicitur moueri gratia partis: qd quidem per se non mouetur: sed in toto iam posset per se moueri si pars separetur a toto: et hoc precipue in parte a cuius dispositione totum denoiatur: sicut cũ dicitur Socrates sanari q2 torax eius vel oculi sanantur: que tamen sunt partes toti⁹. ¶ Est in isto modo differentia: q2 alia dispositio est que in partibus partis principaliter existens coafficit totum corpus in parte illa sicut est egritudo que est in dente vel in digito existens si vehemens sit coafficit totum corpus: et ideo illo parso mẽbro sanato dicitur sanatum est corpus totum. Est autẽ aliqua dispositio que sic est in parte q non coafficit totũ corpus: et de illa non est verum q parte mota mouetur totum: sicut si aliquis denigretur in dente: et tamen non sequitur q ipse fm se denigretur. ¶ Iste autem modus qui attribuit toti motus partis: iam reducatur ad motum per accidens: eo q non conuenit toti nisi gratia alterius que est pars: tamẽ qsi medium est inter motum per se et motum per accidens: quia conuenit cum vtroq. Cum motu enim per accidens conuenit: q2 conuenit gratia alterius. Cum motu autem per se conuenit: quia pars cui cõuenit motus diuidi potest a toto: et tũc mouebitur per se. ¶ Aut etiam tertio conuenit motus alicui non in eo q fm accidens pure moueatur: neq in eo q ipsi⁹ aliqua pars moueatur: sed potius in eo q ipsummet mouetur primum hoc est per se: et hoc est qd vocamus fm se ipm mobile: sicut dicimus infirmum sanari: et graue moueri deorsũ. ¶ Et iam multi modi sint eius qd est per accidens: tamẽ oẽs reducuntur ad duos dictos. ¶ Et nostre intentionis nõ est hic distinguere modos eius qd est per accidens: q2 hoc spectat ad primum phm: et nos non querimus hic aliquid qd est per accidens. nisi vt ostendamus species motus non accipi penes ipsum. ¶ Id autẽ qd mouetur per se diuersificatur. q2 aliud est qd est per se mobile in vno motu: et aliud in quo vt alterabile per se: aliud est ab eo qd est mobile fm locum: iam per accidens forte sint idem. Et in motu vnius generis predicamenti aliud et aliud est mobile fm diuersas species spẽ- cialissimas motus: sic et alteratiõe aliud est qd p se est sanabile: et aliud qd p se ẽ calefactibile. ¶ In his aũt trib⁹ modis motus iam diximus vnũ esse simplr et pure p accñs: et aliũ eẽ simplr et pure p se: et tertium eẽ medium: tñ ex hoc nolumus intelligi q sic inter per se et per accidens aliquid medium: sicut nec medium est inter substantiam et accidens. Sed aliud est cum considerantur res opposite que sunt substantia et accidẽs et per se et per accidens: et aliud cum modi accidẽtis et modi substantie: et modi eius qd est per se: et modi eius qd est per accidens cõsiderantur. In rebus enim nihil est medium. In modis autẽ accidentis et per accñs nihil prohibet aliqd esse pl cinius

Opio doctoris.

Solo ad obiecta que adversis. Cũ dr nũc ẽ de⁹ et itelligẽtia et mot⁹ hic dñotatur: aut exẽplaritas: aut cõcomitãtia. vide p hoc cap. immediate precedens.

Tex. cõ. pmi.

Documẽtũ.

Aliter qz se dispõnes aliquã coafficit totũ fm doctorẽ et est idẽ q hoc mutatur totum q2 hic potius principium. Idẽ Comentator hic.

Documẽtũ 6 metaph. c. 4. 5. 6.

Documẽtũ

Lz iter ... et accñs ... medium ... modis ... modis ... nil phibet ... quo modo ... dũ ...

tinius substantie: et in modum substantie nihil prohibet aliquid esse vicinius accidenti quam aliud: sicut diximus supius. ¶ Sicut autem iste tres differentie quod est per accidens pure: et quod est gratia partis: et quod est per se pure sunt in mobili et in eo quod mouetur ita sunt etiam in mouente. ¶ Aliud enim est quod secundum accidens mouet. Aliud autem quod secundum partem in eo quod est aliqua pars mouet: aliud vero mouet per seipsum primum hoc est essentialiter: vt medicus qui sanat per se. Cos autem manus percutit hoc percutit gratia partis. Et cum medicus edificat est per accidens pure. Et quia sicut est in mouente et modo quod aliquid in omni motu per se est primum: hoc est proximum et essentiale mouens: et aliquid est quod est primum: hoc est proximum et essentiale erit hec diuersitas que dicta est esse in mouentibus et motis etiam in aliis que circumstant motum. ¶ Quinque enim circumstant motum omnem. scilicet mouens: et id quod mouetur et tempus in quo est motus et ex quo: et in quod que duo vltima duo sunt termini motus. Omnis enim motus est ex quodam et in quoddam: et id sicut alterum est quod primum hoc est essentialiter mouetur ab eo quod per accidens et secundum partem mouetur: sicut alterum est quod essentialiter mouet ab eo quod per accidens et secundum partem mouet: ita est alterum ex quo vel in quod est per accidens: aut secundum partem. Sunt enim ista in motu sicut diximus: quia dicimus quod lignum est quod mouetur: et frigidum ex quo mouetur: et calidum est in quod mouetur quando calefit lignum. Et ex hoc eliditur error eorum qui dixerunt quod motus est in specie: siue forma sicut in subiecto: ita quod forma moueatur. Motus enim calefactionis quando calefit lignum in ligno est. et non in specie calidi quia aliud est id quod mouetur: et aliud est ex quo et in quod est motus. Species enim que est finis motus neque mouet: neque mouetur: nisi forte dicimus quod mouet intentionem efficientis: sicut forma et finis mouet sed non mouet influendo motum materie quemadmodum mouet efficiens: vnde licet efficiens per se et essentialiter sit idem specie cum forma que est finis motus: nunquam tamen est idem numero cum ipso: et ideo species absque dubio non mouet neque mouetur secundum quod ipsa est finis motus: siue id in quod est motus: et voco speciem formam substantialem vel qualitatis. Et locus etiam et quantum secundum quod termini motus in quo non sunt motus non mouent neque mouentur. ¶ Sed quia sint in omni motu per se mouens et quod per se mouetur et in quod per se mouetur: et ex quo est per se motus tamen motus magis essentialiter est coniunctus ei in quod est quam ei in quo est: et ideo denominatur ab eo in quod est. et non ab eo ex quo est: sicut generatio dicitur denominata ab esse in quod est: et corruptio denominata a non esse in quod est. Et sic est de augmento et decremento et omnibus aliis denominationibus motus specialiter denominatis: sicut dealbatio: denigratio. calefactio: et infrigidatio: et sic de aliis omnibus. ¶ Causa autem eius est quod id ex quo est motus in motu abiicitur: et ideo motum nec informat nec denominat. Id autem ad quod est motus acquiritur: et ideo informat motum et denominat ipsum. ¶ In tertio autem scientie huius libro diximus sufficienter quid est motus. Sed quod hic volumus dicere notum est quod species substantiales in quas sunt mutationes generationum: et passiones que sunt qualitates in quas alterantur que alterantur: et locus in quem mouetur id quod mouetur localiter: sunt imobilia imobilitate negatiue dicta ita quod nullo modo possunt moueri per se sed per accidens solum: et qui dicit talia moueri non est loquendum cum eo in physicis: eo quod ipse negat nota principia que sunt diuersa mobilis esse ab his in que est motus: et cum est imobilitas non esse motum. In fine autem motus ad quem motus est. est imobilitas et priuatio motus: et hoc est quando species acquisita est per motum: et tunc non est motus. Qui autem dicit illa moueri dicit tunc motum esse maxime cum illa sunt: et cum illa sunt est priuatio motus: et sic dicit istis quod tunc motus priuatio est quod tunc maxime est motus: et hec insania dicere et ideo cum tali non est loquendum quia mente excidit. talia autem sunt scientia et color: et omnia talia ad que est motus. ¶ Tamen aliqui iam dubitauit super hoc vtrum passiones et passibiles qualitates sunt motus sicut albedo que est passio corporum albororum eo quod infert ei passionem. Et fuit ratio sue dubitationis quod tales qualitates quasi continue variantur in corporibus in quibus est actio et passio: sicut sunt corpora physica inferiora. Et iste nesciuit quod subiectum est quod mutatur: et ex mutatione subiecti consequitur variatio talium passionum et formarum. Si enim diceretur qualitas talis mutatio: tunc oporteret etiam dicere quod mutatio est in mutationem: quia mutatio aliquando est in albedinem vel aliam passionem: et hoc non infra ostendemus esse impossibile. et ideo dicimus quod albedo non est motus alterationis sed albatio. ¶ Cum ergo sicut diximus sint duo termini motus ex quo et in quod absque dubio etiam in illis est distinctio predicta. scilicet per accidens. et gratia partis: et per seipsum: et primo siue essentialiter. Sed nos non distinguemus hic nisi in eo in quod est motus quia hoc dat speciem motui et non distinguemus ea in termino ex quo est motus quia superfluum esset secundum nostram intentionem: cum abiiciatur a motu et nullam det motui speciem vel nominationem. In eo autem quod sit album sunt ista tria. Id enim quod fit album dicimus mutari in id quod intelligitur eo quod accidit albedinem intelligi: et hoc est per accidens pure: eo quod intelligibile secundum quod huiusmodi non est terminus motus: sed potius a motu et materia separatur per intellectum. Dicitur autem in colorem mutari gratia partis: quia pars coloris est album. ¶ Et in loci mutatione dicitur aliquis moueri in Europam: quia pars Europe sunt Athene: vel in Germaniam quia pars Germanie est Colonia. In album autem colorem per se mutari dicitur. Ista igitur inueniuntur in mobili et in mouente: et in moto: et in eo ad quod est motus: que essentialia sunt motui. ¶ Tempus enim causatur a motu: et ideo cum querimus de speciebus motus non est necessarium vt de ipso ponamus distinctiones licet etiam ista tria sint in ipso: quia est motus in tempore terminato: et in anno: et in parte anni. ¶ Sed quia mouens per hoc quod in specie conuenit cum ipso in quod est motus aliquid facit ad speciem motus cognoscendam propter hoc locutionem fecimus de ipso: licet sit extrinsecum motui. Intrinseca autem essentialia sunt id quod est materiale: vt mobile: et id quod est formale. vt id in quod est motus. Et ideo ad cognoscendum speciem motus sufficit in his tribus consideratio distinctionis prehabite. ¶ Manifestum est igitur ex predictis quomodo quidem aliquid per se mouetur: et quomodo quidem secundum accidens: et quomodo secundum aliud: siue gratia partis: et qualiter ipsum primum quod essentiale est et in mouente: et in eo quod mouetur. Et manifestum est quod motus sicut in subiecto non est in specie ad quam est motus quecunque sit illa: sed est sicut in subiecto in eo quod mouetur: et hoc est esse motum vt in subiecto imobili quod secundum actum sit: quia actus mobilis inquantum mobile est motus: vt in tertio libro est declaratum. ¶ Mutatio quidem igitur que est secundum accidens dimittatur: quia in omnibus est generibus et est semper. eo quod infinitas habet causas et continue est quia vna earum terminatur ad aliam: quod enim factus est albus factus est similis alicui et dissimilis alicui: et forte dicit: et sic est in aliis mutationibus: eo quod mutatio per accidens modis multis fit: et non ad artem redigibilis. ¶ Illa vero que non est secundum accidens. ita est per se et non est in omnibus generibus: nec in omnibus speciebus generum: sed est in contrariis tantum: et in mediis contrariorum: et in contradictione et huiusmodi fides et probatio est ex inductione motuum: quia generatio et corruptio et alteratio et alie mutationes hoc modo habent fieri. Id enim quod mutat id quod mouetur ex medio mutat ipsum ex eo sicut ex contrario: quia nos supra ostendimus quod medium contrariorum non est sicut subiecta natura medium: sed potius sicut id quod habitualiter habet aliquid de vtroque contrario: et ideo mutans ex ipso vtitur ipso sicut contrario ad vtrunque quia medium quodammodo est vltima et extrema: per hoc quod participat aliquid de vtroque: et ideo extrema comparata ad medium et ipsum comparatum ad extrema dicuntur contraria. sicut vox media dicitur grauis que comparatur ad vltimam in subtilitate: siue in acumine. et dicitur acuta et subtilis quando comparatur ad extremum in acumine siue subtilitate: et sic fuscum dicitur album quando comparatur ad nigrum et idem dicitur nigrum quando comparatur ad album. In talibus ergo contradictoriis et mediis species mutationum que sunt per se species motus inquiremus.

¶ Cap. 2m. De diuisione ex qua sumitur prima genera mutationum.

HOc autem Determinato videamus que mutationum sit motus: et que non sit motus earum quas per se esse diximus. Sumemus autem principium huius inuestigationis a diuisione eorum inter que est mutatio omnis. ¶ Quod enim mutatio omnis sit ex quodam et in quiddam. et vtique nomen mu-

Marginal notes: Tex. co. 2. — Tex. co. 3. — For. vel est si motus non mouet nec mouetur idem hz Themistius in primo loco. — Tex. co. 4. — Tex. co. 5. — Non quia Aristoteles forme moueri non est disputandum in Scientia naturali. vide Philosophie com. 5. 4. meta. — Nota quia extrinseca motui sit causa intrinseca et sic ipse de ipso philosophus fecit questionem: non autem de tempore. — Tex. co. 6. — De quo isti per medium potentiale et formale vide Aue. in phy. com. 56. — Tex. co. 7.

nifestat mutationis. In omni enim mutatione est aliqd post aliud qd fuit ante. Monstrat enim mutatio per hoc q dicit transitū ab vno in aliud vnū esse prius ex quo est: aliud est posterius in qd fiue ad qd est. Quādiu enim res manet in dispositione vna non mutatur. Sed tunc mutari dicit quādo fluit ab vno in aliud: siue fm formam: siue fm locū mutetur. Mutans ergo siue mouens mutabit id qd mutat quadripharie eo q duo termini inter quos est motus: quatuor modis possunt coparari & cōbinari. Mutatio enim inter duos terminos affirmatiue sumptos: sicut que est ex subiecto in subiectum. Aut inter duos negatiue sumptos: sicut si esset ex non subiecto in non subiectum. Aut inter duos quorum vnum subijcitur affirmatiue & alter negatiue: & hoc dupliciter. Aut prior est affirmatiuus & posterior negatiuus: sicut est in mutatione que est e subiecto in non subiectū. Aut prior quidē negatiuus posterior affirmatiuus: sicut illa que ex non subiecto in subiectum. Ego enim voco hic subiectum qd affirmatiue monstratur. hoc autem est ens cōpletum per formam importatam in predicatu affirmatiue propositiōis que est de ipso: sicut cum dicitur hoc est hō & hoc est asinus: & hoc est ens in se cōpletum q iam aliud ens qd est accidens potest recipere in seipsum & per hoc dare ei esse. Tale autem ens non est materia pura: qa de illa nulla est affirmatio que vere habeat rationem affirmationis: qa cū dicitur materia est materia non seruatur ibi habitudo subiecti ad predicatum: iz modus aliquis illius sit ibi: & ideo etiam ex tali affirmatione non potest inferri materiam simpliciter esse: qa non sequitur q si materia est materia q materia simpliciter sit quia qd simpliciter est actu est. Materia autem in potētia est tm. Sicut autem materia in se considerata non mensuratur affirmatione: neqz est subiectum fm q hic loquimur de subiecto. sic neqz materia stans sub priuatione subiectum est: qa a priuatione non habet entitatem materia sed potius ex ipsa est non ens: & ideo neqz materia fm se nec materia substans priuationi est subiectum hoc modo quo hic loquimur de subiecto. Alia autem ratione fm quam subiectum dicitur id qd habet substare primo formis materia sola subiectum est. sz hoc modo non loquimur hic de subiecto. Sumamus igitur diuisionem habitam ex compositione duorum terminorum mutationis adinuicem: qa ex numero partium illius diuisionis necesse est crescere species & genera mutationum. Erūt igitur genera mutationum tria per ea que dicta sunt: quia oppositio non inuenitur nisi tribus mēbris prehabite diuisionis ex subiecto in subiectum: & ex subiecto in nō subiectū: & ex non subiecto in subiectum. Qd enim est ex nō subiecto in non subiectum non potest facere genus mutationis. eo q in terminis illis sic adinuicem cōparatis non est cōparatio per opposita in situ terminorum. Non subiectum enim ad nō subiectum non opponitur: neqz contrarie: neqz cōtradictorie. eo q non ens non opponitur nō enti: sed ens enti potest opponi contradictorie. Non ens autem enti contradictorie opponitur: vel fm habitum: vel fm priuationem. Cum igit omnis mutatio inter opposita sit. sicut nos determinauimus in libro primo scientie huius non potest esse mutatio aliqua inter non subiectum & non subiectum. Siue enim inter non subiectum dicat negationem puram siue relinquat potentiam solam: siue potentiam cum priuatione nunqz facit oppositum ad non subiectum: quoniam nec non ens opponitur non enti: nec potentia potentie: nec priuatio priuationi. Est autem sciendum q transmutatio que est de subiecto in subiectum non est inter opposita fm modū quia non est modus oppositionis aliquis inter subiectū & subiectū. Est autem inter opposita que subijciuntur terminis illis quia contraria ambo sunt actu: & ita vtrūqz relinquit subiectū propter qd quantum ad ea que supponit illud mēbrum diuisionis mutationum constituit mutationem: que tamen mutatio etiā reducitur ad hāc que est de non subiecto ad subiectū vel econuerso: & sic duo sunt membra prima istius diuisionis. Qd qualiter sit intelligendum est q cum dicatur non subiectum negatio potest dicere negationem puram vel consequentem ex quadam affirmatione: & si quidem dicit puram tunc est absoluta negatio eius qd est in actu: sicut est non ens qd subijcitur generationi. Si autem dicit consequentem ex affirmatione negationem tunc relinquit subiectum informatum fm actum qd propter oppositionem quā habet ad aliud negatur ab ipso: & est priuatio ipsius sicut dicitur nigrum non album & non bonum dicitur malum. Est ergo prehabita diuisio talis q mutatio aut est de non subiecto ad subiectū vel econuerso de subiecto ad non subiectū & non subiectū est duplex s. simpliciter & fm quid. tunc illa que est de non subiecto ad subiectum vel econuerso est duplex: qz aut est de non subiecto vere ad subiectum vere vel econuerso vel est de non subiecto fm quid ad subiectum fm quid vel econuerso nulla autem potest esse de non subiecto vere ad formam accidentis: quia materia que est non subiectum vere non est susceptibilis forme accidentalis nisi prius receperit formam substantialem eo q esse accidentis a substantia composita causatur & in ipsa: sicut alibi habet probari & ideo nulla mutatio potest esse de non ente simpliciter ad ens fm quid vel ecōuerso. Patet igitur q ex predicta diuisione non crescunt nisi tria mutationū genera. Illa igitur que est ex non subiecto in subiectum est in cōtradictionis modo. eo q sui termini modum seruant oppositionis contradictorie & illa dicitur generatio. Et propter causam quam diximus diuiditur in duas. Alia enim est generatio simpliciter & sine determinatione & simpliciter qa est eius qd simpliciter. Alia vero est generatio quedam siue fm quid & est cuiusdam: hoc est fm quid entis & nō in eo qd est simpliciter: sicut generatio que est ex non albo in album generatio dicitur fm quid siue quedam & cuiusdam & non simpliciter entis. Illa vero generatio que est ex non esse quod nō est hoc est q fm substantiam non actu est quia hoc simpliciter non esse: & est in substantiam actu existentem est generatio simpliciter vel fieri vel non fieri: qa quando aliquid simpliciter fieri vel non fieri dicimus: hoc dicimus fm substantiam. Mutatio autem que est ex subiecto in non subiectum est corruptio & absolute & simpliciter corruptio que cum est ex subiecto fm actum existentem non esse qd simpliciter non esse dicitur: eo q non habet actū substantie. Illa vero que est corruptio quedam cuiusdam & fm quid est illa que est in oppositam negationem illi generationi que fuit dicta esse fm quid q fuit in id qd est fm qd: siue fm accidens.

Cap. 3m. De probatione q generatio & corruptio nō sunt motus sed mutationes solum fm fines earum.

His autem habitis procedamus ad determinandum vtrū oēs iste mutationes mot' sunt vel non sunt. Hoc autem inueniemus de facili distinguendo q id qd non est siue non ens dicitur multipliciter: & sufficiunt hic nobis tres modi qbus diuersificatur non ens. Est enim non ens per compositionem & diuisionem quando componuntur ea que habent diuidi: sicut cum dico homo est asinus vel chimera vel hircocerũs: vel diuiduntur ea que habent componi sicut cū dicitur homo non est animal & huiusmodi: & hec sunt absolute vel omnino: & ideo non conuenit tale non ens moueri omnino: quia qd nihil est non subijcitur motui vel mutationi. Alio autem modo dicitur non ens qd non actu est ens demonstratum sicut sunt omnia entia que perfecta sunt in natura & de quibus contingit dicere vere quoniam sunt: & hoc est ens potentia materie solum q modum oppositionis habet ad id qd est actu per formam & de hoc etiam probabimus quoniam non mouetur eo q motui subijci non potest. Tertio autem modo dicitur non ens per accidens: quia videlicet non est per accidens illud cuius priuatio significatur in ipso fm quam etiam priuationem dicitur & significatur ve non ens sicut dicitur non ens non bonum et non album: & hoc non ens conuenit moueri: eo q illud non est ens simpliciter quidem est: & fm accidens non est. vt homo est non album: & ideo illud moueri potest. Illud igitur non ens qd simpliciter non est: eo q fm actum non est. Simpliciter enim esse & fm actum esse non conuenit moueri. Cuius duas rationes dat Aristo. & Auerro. & Auicenna assignat tertiam. Ego autem apponam & quartam & quintā & sextā. Una igitur quam dat Aristo. hec est q dicit q impossibile est tale non ens moueri & ideo impossibile est etiam generationem motum esse: qa si moueatur tunc mouebitur qd simpliciter non est. Cum enim dicitur aliquid fieri fm generationem: oportet q illud quod fit non sit simpliciter & fm substantiam.

Ex q mā ō mā non seruat ibi habitudo subi ad p̄ uz: qd credo do ctorē dixisse gg dcm̄ Cōmētatoris. 12. me. c. 14. vbi hz q mā ñ bz nām rei vita predicabil' de pl'ib': & tamen de q dr̄ a elt apō Peripatheticos iter p̄dicationem nālē & iter verā p̄dicationem: sic nostr.

Nois multiplicitatē sibi.

Docē pul eptum.

Qz velle mā ... in aecns ... dari i mā ... iā ... vniuersal ... ne ... ethic.

T. c. 8.

Nota ... q generatio ... actu nō ... g' se mouet.

substantiā. Si enim in generatione sm quid est nō ens sm qd de quo verum est dicere ꝙ ipsum est simpliciter: opꝫ ꝙ in eo qd simplr est generatio sit non ens simplr: de quo nullo mō verū est dicere ꝙ ipsuz est ens. Unde de eo qd simplr fit. hoc est de eo qd simplr generat verū est dicere ꝙ ipsuz simplr est ꝙ non ens est simplr. Idem aūt contingit si dicatur non ens simplr quiescere: qr quies non opponitur nisi motui: ꝛ ideo qd non ꝯtingit moueri non ꝯtingit quiescere. Hec igit sunt inconuenientia que ꝯtingunt si dicatur non ens moueri: ꝛ si dicatur quiescere sm ꝙ simplr illud qd non est mouetur: ꝛ ꝙ illud qd simplr non est quiescit: ꝛ hec ideo est incōueniens: qr non entis non est motus neqꝫ quies. sicut per se manifestum est. Sed hec rō amplius declarabit inferius. vbi duorum phoꝝ Auicēne ꝛ Auer. rō adiungetur: que quasi dicet causam propter quid non ens moueri nō poterit neqꝫ quiescere.

2ª rō Aristo.

¶ Secunda aūt ratio est eiusdem Aristo. qui dicit ꝙ omne qd mouetur est in loco aliquo cum ipsum sit quantuꝫ corpus. Quod autem simpliciter nō est ens in nullo loco est: qr tale non ens non est nisi in potentia materie: ꝛ gratia materie simplicis non debetur corporibus locus. Cuius signuꝫ est ꝙ materia sm ꝙ altera pars est essentialr componēs corpus est in omni corpore in quocunqꝫ loco sit. Et ideo quod non est simpliciter non in loco est alicubi siue in aliquo loco: ꝛ sic eius qd est non ens simpliciter vel potentia: esset aliqs locus particularis ꝛ sequeretur ex illo ꝙ potentia ad ens ꝛ ad non ens simpliciter saluaretur in aliquo loco. ꝛ contemperetur extra locū aliquando existēs: quod est inconueniēs: cum materia sit incorruptibilis ꝛ ingenita: sicut habituꝫ est supra in primo libro scientie huius. Sic ergo due sunt cause quare non ens simpliciter non mouetur. Una qr nō potest tale non ens motui subijci sicut mobile. Alia autē qr non est in loco.

3ª rō Auicen. et Auer.

¶ Et causa huius est. qr motui non potest subijci tale non ens absqꝫ dubio: quia si motui subijceretur sicut dixit Auicenna ꝛ Auerrois oporteret ꝙ aut gratia materie inquantum substantia quedaꝫ est motui subijceretur. aut gratia priuationis que est in ipsa. Cōstat autē ꝙ nō potest subijci motui gratia sui ipsius inquantum substantia quedam est ex omnibus que sufficienter dicta sunt in fine primi libri vbi agitur de principijs mutationis ꝛ motus: ꝛ insuper quia omnis motus continuus est ꝛ diuisibilis ꝛ sic oportet habere medium ꝛ extrema. Inter materiā autē ꝛ formam nihil est medium: ꝛ ideo nullus potest esse motus vnius ad alteram. Si autem diceretur ꝙ subijcitur motui gratia priuationis que est in ipsa. hoc iterum esse non potest. quia priuatio vel est in ipsa: ꝛ per priuationeꝫ materia dicitur nō ens: ꝛ sic sequeretur ꝙ gratia non entis: ꝛ inquantum est nō ens simpliciter esset aliquid subiectū motui: ergo vlterius tum motui subiectum sit simpliciter subiectum: oporteret ꝙ inquantum est non ens simpliciter esset: qd est absurdum.

Nota sm Albertū ꝙ aptitudo quā relinquit priuatio in ma ē essentialiter forma subalis.

Si autem dicatur ꝙ priuatio relinquit aptitudinem formalem ad actum: ꝛ gratia illius supponitur motui: hoc iterum esse non potest. tum aptitudo illa sit essentialiter forma substantialis: que simplex est ꝛ indiuisibilis. Quod autēꝫ simplex est ꝛ indiuisibile non potest intercipi vt sm parteꝫ ꝛ parteꝫ habeatur. In omni autem motu exigitur hoc ꝙ vbi vel forma habita per motum sm partem habeatur. vt dictū est in tertio scientie huius: ꝛ ideo generatio non est motus: sed finis motus: vt dictum est superius. Si autem generatio non est motus: neqꝫ corruptio erit motus per eandē rationem. Id enim qd cōtrariaꝝ motui large sumpto ꝯtrario vt sub se cōprehendat: ꝛ oppositionem ꝯtrarioꝝ ꝛ habitus ꝛ priuationis: oportet esse motū aut quietem: ꝛ ideo cum oppositoꝝ idem sit genus: ꝛ generatio que opponitur corruptioni non sit in genere motus sed mutationis simplicis non erit corruptio in genere motus. Ecce ad tātuꝫ extendunt verba ꝓdecessorum nostroꝝ in scientia peripatheticoꝝ.

4ª rō doctoris.

¶ Huius autem quarta ratio est: qr cum omnis motus sit actus imperfectus successiuus: sicut in tertio probatum est indiget ipse subiecto quod per motum deueniat ab vno in aliud continue. Si ergo materia simplex subijceretur motui oporteret necessario ꝙ ipsa per motum continue veniret ab vno in aliud: ergo aut ab vna materia in aliam: aut ab vna forma in aliam. Constat autem ꝙ non potest deuenire ab vna materia in aliam; tum non sit nisi vnū hyle qd subijcitur generationi simplici. Si autem deueniat ab vna forma in aliaꝫ tunc est in vna forma ꝛ alia: ergo fuit actu ens ꝛ non materia simpliciter. que simpliciter est non ens: ꝛ hoc est contra hypothesim. ꝛ hec forte fuit ratio que ꝑcepitur mouit Aristo. ad istam subtilem considerationem.

5ª eiusdem.

¶ Quinta ratio est quoniam si materia ens in potentia tm subijceretur motui ꝛ sufficiens esset ad hoc: tunc cum natura operetur per minima non quereret aliud subiectum motus. Querit autem aliud sicut constat ad visum ergo ipsa per se non potuit esse subiectum.

6ª rō ad idē.

¶ Sexta autem ratio est eiusdem: quoniaꝫ materia susceptibilis est forme subito non interueniente tempore. Si ergo talis materia subijceretur motui oporteret ꝙ omnis motus esset subito qd falsum est. Et ideo etiam dixini sapientes dicunt ꝙ cum materia esset creata que subito receptibilis est forme substantialis ꝙ creator omniū formis eam informauit subito: ꝛ sic creauit omnia simul. sicut aer ad oppositionem rectam luminaris vbicunqꝫ sit simul recipit lumen.

Nomē motꝰ nō ꝯuenit vniuoce neqꝫ per cōparationeꝫ ad aliud gñationi ꝛ corruptioni: ꝛ hoc cōtꝫ Cōmentatorem.

¶ Cum autē dico generationem ꝛ corruptionem non esse motus: intelligo ꝙ nomen nec conuenit ei vniuoce: nec per prius ꝛ posterius. Et ꝙ quidem vniuoce non conueniat ei satis patet ex dictis. Qd autem non cōueniat ei per prius ꝛ posterius ex hoc declaratur: quia quicqd per prius ꝛ posterius conuenit alicui id primo conuenit vni ꝛ alij per comparationem ad illud. Motus autem nomen ꝛ ratio nec conuenit generationi primo: nec in comparatione ad aliquem motum: ꝛ ideo nullo modo est motus sꝫ mutatio simplex vel finis motus: sicut in precedentibus dictuꝫ est. habent se tamen motus ꝛ mutatio sicut inferius ꝛ superius: quia omnis motus mutatio quedam est: sed non conuertitur ꝙ omnis mutatio sit motus. Dictum autem est ꝙ mutationes sm diuisionē superius habitā sunt tres.

Tex. c. 9.

¶ Duorum autem trium ille que sunt sm generationē ꝛ corruptionem non sunt motus: sicut nunc est declaratum quia ille sūt sm contradictionem que non habet medium per qd sit motus: ergo relinquitur ꝙ mutatio illa que est de subiecto in subiectum sit motus tm: ergo est de affirmatiue significato in id qd oppositum est illi affirmatiue significatum. Duo autem affirmatiue significata opposita sūt duobus modis: scilicet sm oppositionem contrarioꝝ: ꝛ sm oppositioneꝫ priuationis ꝛ habitus: ꝛ ideo cum dicimus motū esse de subiecto ad subiectum sumimus subiectum in cōmuni pro cōtrarijs ꝛ oppositis sm priuationeꝫ ꝛ habitū: ꝛ vocamus vtrūqꝫ illorum contrarium in cōmuni: ꝛ ideo subiecta dicimus cōtraria: ꝛ media inter contraria que comparata extremis cōtraria sunt. Priuatio enim in communi ponitur pro contrario: quia affirmatiue monstratur designari vt nudum ꝛ album ꝛ nigrum. Sicut enim nudum ad vestitum: priuatio est affirmatiue designata: ꝛ cecum ad videns: ita priuatio albi est nigrum sm aliquem modum quem supra determinauimus. Eo autem modo quo cecum ꝛ nudum dicuntur priuationes affirmatiue designate non differt subiectum a non subiecto ex quo est generatio. quia nudum ꝛ cecum nō ponunt formas oppositas sed materiam nihil dicunt tamen aptitudinem ad formam: ꝛ ideo si talis priuatio significetur respectu forme substantialis ex ipsa erit generatio. non motus licꝫ affirmatione designetur.

¶ Cap. 4m. Qr in substantia non potest esse vere motus: in quo est digressio que ꝛ quot exiguntur ad vere contraria.

Tex. c. 9.

SI igitur sufficienter predicamenta diuisa sunt quando diuiduntur in substantiam: ꝛ quantitatem: ꝛ qualitatem: ꝛ vbi: ꝛ quando: ꝛ ad aliquid: ꝛ facere: ꝛ pati: ꝛ situm: ꝛ habere: tunc necesse est motus esse tres sm genera: scilicet motum qualitatis: ꝛ motum quantitatis: ꝛ motum sꝫ locum. In alijs enim non est motus: sed in istis tm. Sicut enim quidam dixerunt philosophorum motus dupliciter consideratur. Aut scilicet sm ꝙ est vbi: vel forma fluens. Aut sm modum sue redemptionis in subiecto. Et primo quidem modo est in eodem predicamento cum forma non fluente: vel cū vbi nō fluente: ꝛ hoc modo motus est in tribus predicamētis. Scdo aūt modo motus est in predicamēto passiōis solū: ꝛ qr oīs forma ꝯsideraꝫ vt fluēs vel vt gera.

Quia nos intendimus ostendere modum continuitatis et diuisibilitatis motus: non possumus hoc facere nisi sciamus quid est velox et quid tardum in motu. Ideo considerabimus nunc primo quid est velox quia ex diffinitione velocis erit diffinitio tardi manifesta. ¶ Dicimus ergo ex premissis quod omnis magnitudo spatii super quod est motus est diuisibilis in magnitudines que sunt partes ipsius. Iam enim in precedenti capitulo ostendimus quod impossibile est magnitudinem constare per compositionem ex athomis: cum tamen omnis magnitudo sit continua ideo necesse esse compositam ex magnitudinibus que sunt partes eius. Quia ergo hec iam ostensa sunt: et velox et tardum considerantur in hoc: quod vnum plus et alterum minus transit de partibus magnitudinis spatii in tempore equalibus: oportet quod velocius habeat in se tria quorum primum est quod velocius transeat in tempore equali plus de spatio quam tardum. Secundum est quod velox in minori tempore transeat equale spatium cum tardo. Et tertium est quod in minori tempore velocius plus transeat de spatio quam tardum. Per hec enim tria quidam antiquorum ante nos diffinierunt ipsum velocius. ¶ Primum autem horum trium sic probatur. Signetur enim velocius nomine littera .a. et tardius per litteram .b. et magnitudo spatii quod transit velocius significetur per litteras c.d. tempus autem quod mensurat motum velocioris per hoc totum spatium significetur per .z.i. dico quod cum per se notum sit quod velocius sit quod primum sue citius mouet suum subiectum quam mouens id quod est tardius necessario sequitur quod cum velocius quod vocamus .a. est in termino spatii qui terminus significatur per .d. litteram in quem terminum venit motum a principio spatii quod vocatur .c. hoc est in tempore quod significamus per .z.i. et in illo eodem tempore tardius quod vocamus .b. non est in termino spatii quod vocamus .d. sed potius deficit et erit in aliquo intermedio eiusdem spatii: ergo velocius et in equali tempore plus habebit de spatio quam tardius et sic habita est prima pars diffinitionis. ¶ Et vt etiam probabimus quod plus mouetur de priori spatio in minori tempore quam tardum ex quo habitum est iam: quod cum velox sit in termino spatii: tunc tardum adhuc non est ibi: sed remansit in intermedio: ponamus quod locus in quo remansit tardum significetur per litteram .e. vt sit in equali tempore velox transeat totum spatium .c.d. quando tardum eiusdem spatii transiuit partem que est .c e. eo quod ipsum est tardius: et ponamus litteram .t. inter litteram .c. et .d. in eodem spatio: vt c.t. sit maior pars totius spatii quam sit c.e. Quia igitur iam habitum est quod velocius quod vocatur .a. in toto tempore quod vocatur .z.i. transiuit totum spatium quod dicitur .c.d oportet necessario quod idem velocius partem maiorem eiusdem spatii que dicitur .c.t. sit in breuiori tempore transeat quam totum spatium: ergo transit ipsum in parte temporis totius quod dicitur .z.i. Ponamus ergo quod illa pars temporis in qua velocius transeat partem spatii que dicitur .c.d. significatur per .z.h. ita quod tempus .z.h. sit pars temporis .z i. ergo breuius erit .z h quam .z.i. tempus. Sed positum fuit prius quod tardius non transiuit in toto .z.i. tempore nisi per illam partem spatii que dicitur .c e cum igitur c.t. maius sit spatium .c.e. spatio: et .z.h. tempus breuius sit tempore .z.i. velocius in breuiori tempore transit plus de spatio quam tardum: et hec est tertia pars superius habite diffinitionis. Ex his autem eisdem manifestum est quod velox in breuiori adhibet equale spatium cum tardiori. Iam enim habitum est quod transit in breuiori tempore spatium maius. Si ergo accipiamus velocius secundum se non comparatum ad tardius tunc in pluri tempore transit maiorem magnitudinem et in minori tempore minorem. Dicamus ergo quod maior magnitudo quam in pluri tempore transit velox significetur per .l m. tota: et minor magnitudo quam transit in breuiori tempore signetur per .l.r. tunc enim spatium .l.r. pars est spatii totius quod est l. m. et dicamus quod .l.m. sit equale spatium ad .c.d. et .l r. sit equale spatium ad .c.t. que sunt pars maior spatii totius c.d. ponamus etiam quod tempus in quo velocius transit totum spatium .l m. vocetur .p.r. et pars eius temporis in qua idem velocius transit partem eiusdem spatii que dicitur .l r. vocetur p.s. ex quo sequitur quod .p.r. est sicut tempus .z.i. quia pars eiusdem temporis .p.s dicta est sicut pars alterius temporis que dicebatur .z.h. et tempus in quo tardius transit partem spatii que vocatur .l.r. sit significata per litteram .b. ex quo sequitur quod tempus .b. sit longius .z.i. tempore et .p.r. tempore diuisim sumptis: cum enim .l.r. sit plus spatii quam c.e. eo quod est tantum sicut .c.t. et citius .c.e. fuit pars: et tardius in toto .z i. tempore non sit motum nisi per c.e. quod est minus quam .l.r. oportet quod in maiori tempore tardius transeat per .l.r. quam sit totum tempus .z.i. vel .p r. istud ergo maius tempus signetur per litteram b. vt diximus. Constat enim quod id quod est maius maiore: est multo maius minore: et id quod est maius toto multo maius parte. Cum ergo tempus .b. in quo tardum transit per .l.r. sit maius quam .p.r. in quo velox transit per .l m. erit tempus .b. multo magis tempore .p.s. in quo velox transit per .l.r. quod est spatium equale ei quod transit tardum cum sit illi idem. Et sic probatum est quod velox in minori tempore transit equale spatium spatio tardioris quod fuit 2m superioris diffinitionis: quod tamen in ordine demonstrationum posuimus tertium quia probatur ex tertio. Figura autem omnium horum est hec quam videtis hic descriptam in hac lineas .b longior debet esse ceteris quia significat longius tempus. ¶ Amplius si omne quod est necesse est moueri cum alio aut in tempore equali aut inequali: et si mouetur in inequali. tunc necesse est moueri: aut in pluri: aut in pauciori: et quod quidem mouetur in pluri est tardius. et quod mouetur in tempore equali per equale spatium est eque velox et si velocius est nec tardius est: nec eque velox tunc necessario sequitur quod velocius: neque mouetur in pluri tempore quam tardum: nec in equali tempore tamen pro tardo. Relinquitur ergo secundum predictam diuisionem quod velocius mouetur in tempore minori. Si ergo cum tardo transeat equalem spatii magnitudinem absque dubio transibit eam in tempore breuiori ipsum velocius quam tardum.

¶ Cap. 4m. In quo probatur ex diffinitione velocis quod tam magnitudo quam tempus sint continua.

Ex prehabitis autem ostenditur quod tam magnitudo quam tempus continuum est. Accipiamus enim ex superioribus determinatis quod omnis motus est in tempore: et cum motui accidit velocitas et tarditas oportet quod in tempore contingat velocius et tardius moueri: eo quod omne quod mouetur in quantum mouetur conuenit velocius et tardius moueri. ¶ Dico autem in quantum mouetur quia sicut obiicit Alexander motores naturales determinatarum sunt virtutum. et ideo nullum elementorum potest velocius moueri quam mouetur: et etiam motores elementorum conuenit venire ad velocitatem aliquam statam: quia in illo genere non est accipere velocitatem maiorem. Et ideo videbatur quibusdam falsum esse quod dictum est: quod omne quod mouetur conuenit velocius et tardius moueri. ¶ Sed dicendum quod si consideretur motus in mobili vniuersali non contracto ad materiam hanc vel

In motu recto [illegible] mobi [illegible] spatio in spatium [illegible]

Tex. c. 10.

Tex. c. 11.

Velocius tria requirit.

Tex. c. 12.

Tex. c. 13.

Tex. c. 14.

Tex. c. 15.

Com. 15. Obiectio [illegible] Auerrois [illegible]

Solutio

illam absq; dubio omne quod mouetur conuenit velocius ⁊ tardius moueri. ¶ Et talis est hic nostra consideratio de motu ⁊ mobili: q2 mobile nō ꝯtractū nō ponit aliqua formā determinata, qua vel tardet vel velocitet motus eius. Si aūt ꝯsideraē mobile ꝯtractū ⁊ determinatū tunc absq; dubio verū est ꝙ accipiē determinata velocitas motus ei⁹ quā fm naturā nō est accipere maiorē sicut obijcit Alexāder. Accipiat ergo vniuersaliter ex dictis ꝙ in omni tēpore ꝯuenit velocius ⁊ tardius moueri omne mobile inquātū est mobile.

Tex. c. 16.

¶ Accipiamus ergo diffinitionē ꝯtinui qua dicit ꝙ ꝯtinuū est id qd̄ diuisibile est nō p̄ athomis sꝫ p̄ diuisibilia. ¶ His enim suppositis demōstrabimus ex diffinitione velocis ⁊ tardi tam magnitudinē ꝙ̄ tēpus esse diuisibilia in semp diuisibilia: ⁊ sic esse ꝯtinua. ¶ Quā eni ostēsum est prius in vltima demonstratione precedentis capituli. quia velocius in minori tēpore trāsibit equale et qd̄ tardū trāsiuit in maiori. Ponamus vt prius ꝙ veloci⁹ significeē p. a. litterā: ⁊ ꝙ tardius significeē p. b. litteraꝫ: ⁊ ponamus ꝙ id qd̄ est tardius moueē p magnitudinē spatij sui: ⁊ signeē p. c. d. litteras in toto tēpore qd̄ significeē p. z. i. litteras. Tūc eni patet ex dictis ꝙ idē spatiū totius in breuiori tēpore trāsibit idē spatiū. Dicamos ergo: ꝙ id velocius qd̄ voceē. a. transibit p spatiū. i. p parte tēporis prius dictū illa pars voceē. z. c. ⁊ sit pars totius tēporis qd̄ diciē. z. i. Iterū aūt dicimus ꝙ quā veloci⁹ in parte tēporis: que est. z. c. trāsibit totū spatiū qd̄ dicitur. c. d. tūc in eadē parte tēporis. b. qd̄ est tardius p minorē magnitudinē spatij trāsibit. ¶ Transeat ergo partē spatij prius dicti in parte tēporis prius habiti: ⁊ signeē illa pars transita a tardo per. c. k. adhuc quā tardius transiuit. c. r. in tēpore qd̄ est. z. c. idē spatiū transibit velocius in breuiori tēpore: ex motu ergo velocioris ⁊ iterū scd̄a diuisione diuidiē tēpus. sic ergo ex cōparatione velocioris ad tardius sup quācūq; partē magnitudinis iteratis semp diuisionibus tēpus: hec aūt diuisio etiā pars magnitudinis que est. c. r. diuideē per cōparationē tardioris ad velocius: ⁊ sic magnitudo diuideē necesse est iterū tēpus diuidi hoc aūt semp ita ꝯuenit in infinitū. Si aūt accipiē cōparatione velocioris tardius: ꝙ transit minus spatiū in eodē tēpore in quo velocius trāsit maius ⁊ si accipiē ecōuerso a cōparatione tardioris velocius ꝙ trāsit equale spatiū in breuiori tēpore. dūmodo aliquis vtatur velocior ⁊ tardiori in diffinitione qua superius demōstratū est de ipsis. Ostēdet enim velocius semp diuisionē temporis si accipiē in equali magnitudine cū tardo. ⁊ tardi⁹ semp ostēdet diuisionē magnitudinis si accipiē in eq̄li tēpore cuꝫ veloci. Si aūt semper tenet huiusmodi cōparatio: tūc semp verū est ꝯuerti tardū ad velox: ⁊ ecōuerso. Quotiēscūq; aūt ꝯuertunē ad se totiēs ostēdunt fieri diuisiones magnitudinis ⁊ tēporis.

Tex. t. c. 17.

¶ Cū aūt ꝯtinuū sic diuidiē in semp diuisibilia. oportebit ex dictis ⁊ magnitudinē ꝯtinuā esse. Cū enim tēpus ꝯtinuū sit manifestū est: ꝙ similr oīs magnitudo ꝯtinua est: per huiusmodi eni ⁊ equales diuisiones tā magnitudo ꝙ̄ tēpus diuidiē. Forma aūt linearū ds esse huiusmodi: ꝙ signa sectionis infinite sint in duobus signis lōgitudinis ⁊ tēporis. ¶ Amplius aūt idē ꝓbaē quasi logice ex his que ꝯsuetū sunt dici. Manifestū eni est ꝙ si tēpus ꝯtinuum est ꝙ etiā magnitudo ꝯtinua est ⁊ ecōuerso oēs enim dicūt ꝙ si aliqd̄ in regulari motu trāsit aliqd̄ spatium qd̄ in dimidio illius tēporis trāsit mediū. ⁊ in dimidio medietatis tēporis iterū dimidiū medietatis spatij: ⁊ sic in infinitum. Hę nāq; diuisiones in eodē etiā mobili sumpte sunt tam temporis ꝙ̄ magnitudinis.

In regulari motu hꝫ diuisio spatij ⁊ diuisio tpis recipꝛoce se cōsequuē equalr.

Tex. t. c. 18.

¶ Vnūquodq; istorū infinitū esse dicitur erit ⁊ alterum necessario infinitum. ⁊ fm quēcunq; modū infinitatis vnū eorū est infinitū fm eundē modū infinitatis est alterū infinitū: vt si tēpus est infinitū in vltimis ita ꝙ nō habeat vltimū vel finē ita ꝙ sit extensio in infinitū tūc etiā lōgitudo est infinita fm distātiā vltimorū qd̄ est infinitū esse p extensionē in infinitū. Si aūt diuisio sit tēpus infinitū erit ⁊ magnitudo diuisione infinita. ⁊ si vtroq; istorū modorū tēpus est infinitū tunc etiā vtroq; istorū modorū lōgitudo est infinita.

Obiectio.

¶ Lꝫ forte de hoc aliqui dubitare possint: q2 fm peripatheticos tēpus poniē sine vltimo q2 nō habebit finē: ⁊ a peripatheticis ꝓbatū est in celo ⁊ mūdo ꝙ nulla magnitudo infinita est in vltimis.

Solutio.

¶ Sed ad hoc dicendū ꝙ quando tēpus ifinitū poniē: hoc diciē q2 tēpus quidā est circulas ⁊ rediē idē tēpus. Nos aūt loquimur hic de ifinitate que est per extēsionē rectā hoc eni mō sup oēm magnitudinē pōt eē motus. ⁊ oīs motus mesura est tēpus. ⁊ ideo infinitas que venit in vno necessario euenit etiā in altero.

¶ Cap. 5m. De reprehensione Zenonis qui dixit ꝙ si motus est conuenit transire infinitum in tempore finito: ⁊ qualiter hoc conuenit: ⁊ qualiter non.

Tex. t. c. 19.

Ex predictis Patet ꝙ ratio Zenonis qua destruit motū assumit aliqd falsum: qd̄ Zeno opinaē esse verū hoc aūt falsum est illud qd̄ Zeno assumpsit ꝙ impossibile est ꝙ aliqd̄ motū pertrāseat infinita que sunt in continuo vel vt tangat ea fm vnūquodq; in tēpore finito ⁊ sic ꝓcessit Zeno. Omne qd̄ moueē in aliquo tempore moueē in quo perficiē motus eius: qd̄ aūt moueē in tēpore in quo pficiē motus eius moueē in tēpore finito: ergo omne qd̄ mouetur moueē in tēpore finito. sed omne qd̄ moueē in tepore finito p spatiū alicuius magnitudinis trāsit tāgendo oīa fm vnūquodq; eorū que sunt in spatio in tēpore finito. Sed que sunt in ꝯtinuo spatio sunt infinita: ergo id qd̄ moueē trāsit tāgēdo infinita fm vnūquodq; in tēpore finito qd̄ est impossibile ergo ⁊ motū esse est impossibile: q2 hoc sequiē si detur esse motus. ¶ Falsum aūt opinaē Zeno in hac rōne: tū dicit magnitudinē infinitā ⁊ tēpus infinitū: q2 quo ad finitū esse vel infinitū eiusdē rōnis sunt tēpus ⁊ magnitudo. Dupliciter eni diciē magnitudo ⁊ tēpus: ⁊ sic omne ꝯtinuū esse infinitū. aut enim diciē infinitū fm diuisionē eo ꝙ diuisibile est in infinitū: aut diciē infinitū actu qd̄ est in vltimis: hoc est in distantia suarū extremitatū infinitū: ⁊ hoc diximus supra esse ifinitū vel extēsionē in rectū: ⁊ verū quidē est ꝙ taliter infinitis fm quātitatis actualē extēsionē nō ꝯuenit se tangere in tēpore finito q2: cū talia infinita vltima nō habeat nunq̄ ꝯtingēt se his que nō habēt: ꝙ si etiā vltima haberēt: qd̄ tñ esset ꝯtra rōnem infinitorū hoc modo dictorū. nō ꝯtingerent se in suis vltimis q2 sua media que actu sunt infinite extēsionis nunq̄ pertransire possent: ⁊ hoc mō si esset infinita magnitudo. verū diceret Zeno: sed ostēsuꝫ est supra in tertio huius scie ꝙ hoc mō nihil est infinitū. Eis aūt que sunt infinita fm diuisionē: eo ꝙ diuiduntē in infinitū ꝯuenit hoc modo trāsire infinita que ꝯtingūt se in ꝯtinuo: q2 illa infinita non sunt actu sed potētia: ⁊ hoc modo etiā ipsum tēpus est infinitū ⁊ ideo in tēpore hoc mō infinito qd̄ nō est infinite diuisionis ꝯuenit id qd̄ moueē trāsire in infinitū fm diuisionē: sicut etiā ꝯtinuū spatiū ⁊ hoc modo ꝯuenit ꝙ potētia se tangant infinita in ipsis que hoc mō sunt infinita que sunt ꝯtinua: ⁊ ideo nō finita p diuisionē. Sed si daretur aliquid esse actu per extēsionē infinitū id nō posset trāsire spatiū finituꝫ: nedū infinitū in tpe finito: nec etiā in tēpore infinito: quia si transiret tūc aliquādo vltimū eius ꝯtingeret vltimuꝫ spatij: ⁊ sic oporteret ꝙ esset finitū. ⁊ hoc est ꝯtra hypothesim: qua positū fuit ipsum esse infinitū. Sed oportet dicere ꝙ p modū illū quo tēpus est infinitū ꝙ per eūdē modum magnitudo est infinita ⁊ ecōuerso si magnitudo est infinita p aliquē modū per eūdē erit tēpus infinitū. Hoc ostēdiē per demonstrationē ducentē ad impossibile per hūc modū.

Tex. t. c. 20.

¶ Si enim aduersarius det magnitudinē aliquā finitā esse: ⁊ tēpus mesurans motū esse infinitum: signeē magnitudo recta finita vtrūq; finē habens per lineā. a. b. tēpus aūt ifinitū adequatū motui qui est supra ipsuꝫ signeē per litteras. c. d. Oportet aūt necessario ꝙ tēpus illud finitū sit ad vnā suā extremitatē in qua incipit motus: q2 ad vtrāq; suā extremitatē nō pōt imaginari infinitū esse ex parte ergo finite extremitatis tēporis resecemus ex tēpore partē finitaꝫ que signeē p litteras g. d. ⁊ incipiat motus tēporis motū magnitudinis in extremitate linee. a. b. in parte que signaē p. b. illud ergo qd̄ signatur p lineā. a. b. in parte finita tēporis quā resecamus ab infinito tēpore aliā partē magnitudinis trāsibit: ⁊ sic illa signata p lineā b. e que est pars totius linee. a b. Pars ergo illa que est. b. e. aut est pars aliquota linee. a. b. ita ꝙ sit dimidia vel tertia vel quarta: ⁊ sic deinceps. Aut deficit ab aliquota ita ꝙ est minor. Aut excedit aliquotam: ita ꝙ est maior: sicut si velles accipere partes eius quod est sex aliquote partes sue essent que aliquociens sumpte constituerent totum

sicut tria essent dimidia: vel duo essent tertia: vel vnum esset sex ta pars deficiens ab aliquota est: sicut si velles accipere. 8. deficiens a dimidia esset ternarius: et excedens aliquotam esset quinarius et senarius et septenarius: et hoc modo dicitur pars que minor est toto cum tamen sit in ipso. Si ergo diceremus quod linea b e. aliquota esset linee. a. b totius tunc oportet quod mensuret totum et reddat ipsum si iteretur toties in toto quot vnitates habet numerus a quo denominatur: vt si est altera vel iterata reddet totum. et si est tertia tunc iterata constituet totum et sic de aliis. ¶ Constat autem quod equaliter velox motu regulari equales partes spatii transiuit in partibus equalibus. Si ergo transiuit partem que est. b. e in tempore g. d. alias partes transibit in tot temporibus equalibus illi quot sunt partes equales linee. b. e. et tota linea. a. b. Sed quod componitur ex equalibus finitis aliquotis est finitum: ergo tempus motus qui est super lineam. a. b erit finitum et dictum fuerat quod erat infinitum. Si autem dicatur quod pars illa que dicta est. b. e. deficit aut excellit idem sequitur: quia tunc sicut linea componitur ex parte minori et parte maiori ita et motus super ipsam: et tunc tempus adequatur motui: tunc oportet quod et totum tempus componatur ex maiori et minori finitis: et tunc totum erit finitum: et dictum erat quod esset infinitum. Hoc autem totum sequitur propter illud quod semper per equalia additur magnitudo et motus et tempus: quia tantus est motus quanta est magnitudo spatii in quo est motus: et quantus est motus tantum est mensurans ipsum. ¶ Amplius autem si dicat aduersarius: quod bene verum est quod non omnem magnitudinem transibit in tempore infinito sed transibit aliquam in tempore finito: sicut illam que est partium. sed tamen illam que est totius secundum se transibit in tempore infinito. ¶ Probabitur iterum non posse stare quod dicit. Intendit enim sic dicens quod illam magnitudinem que est partis que dicitur. b e. transibit ipsam in tempore finito cum illa siue sit aliquota: siue excellat: siue deficiat ab aliquota: semper reddat totum: et concessum est quod equaliter velox in equalibus temporibus equales partes transit: oportet necessario sicut prius quod totum tempus ex finitis compositum sit finitum: quia totum continuum et quantitatiuum non habet quantitatem: nisi illam que ex partium quantitate est. Si forte dicat aduersarius iterum quod etiam partes transit in infinito tempore. sicut partem que est. b e. ostendemus hoc esse falsum. Sicut enim diximus oportet quod tempus tale in altera extremitate sumatur finitum. Hoc autem dato accipiemus propositionem per se manifestam que est: quod omne quod transit aliquod spatium equaliter velox in toto spatio existens in minori tempore transit partem illius spatii quam totum spatium: ergo illud quod mouetur super spatium. a. b. in minori transibit hanc partem que est. b. e. quam totum. Sed quod minus in finito necesse est finitum esse cum infinita omnia equalia sint: ergo partem b e. et simili ratione alias partes transit in tempore finito. Sed prius habitum est quod illa parte temporis finita necesse est et alias finitas esse: ergo totum tempus est finitum. ¶ Hec autem demonstratio figuratur in lineis hoc modo: quia linea magnitudinis et spatii finita sic ponatur vt primus terminus eius prenotetur littera. b et vltimus terminus signetur littera. a. et pars eius quecunque fuerit siue aliquota siue deficiens siue excellens eam significetur versus. b. per. e. litteram: sub illa autem linea ducatur linea designans tempus infinitum: que quidem finita sit in extremitate prima versus b. et illa extremitas significetur per. g. litteram et ab altera parte ducatur in infinitum: et pars temporis in qua est motus b. e. significetur per litteram. d. sicut hic vides. ¶ Eadem autem demonstratio conuersa demonstrabit impossibile si dicatur magnitudo esse infinita in altera extremitate: et super illam esse motum qui mensuretur tempore finito: quoniam tunc eodem modo ab infinita magnitudine ex parte extremitatis finite secabimus partem super quam est motus in parte temporis finiti: et probabimus quod illa pars mensurabit totam magnitudinem: et sic erit finita. ¶ Manifestum est igitur ex his que a principio istius sexti dicta sunt: quod neque linea neque planum quod est superficies: neque vniuersaliter aliquid quod est de numero continuorum compositum est ex athomis: et hoc non solum ex dictis manifestum est: sed etiam ex eo quod dicemus in sequenti capitulo. s. quod sequeretur diuidi indiuisibile. Quod enim continuum

Tex. t.c.21.

Tex. t.c.22.

sit indiuisibile in ea que semper sunt diuisibilia et non sit compositum ex athomis tripliciter declarari potest quorum vnus modus est per diffinitionem continui contigui et consequentis. Alter est per naturam motus et eius quod mouetur: et hi duo modi habiti sunt. Restat adhuc tertius qui in sequenti capitulo ponetur ex proprietate velocioris et tardioris.

Idem in quo Auerrois in precedenti loco.

¶ Cap. 6m. Quod continuum non componitur ex indiuisibilibus per diffinitionem velocioris et tardioris.

Dicamus igitur quod velocius et tardius in motu sunt sicut diuisio motus: quoniam motus non diuidit nisi dupliciter vt in sequentibus istius libri declarabitur. s. per magnitudinis diuisionem et temporis diuisionem et nos habuimus iam in premissis probatum quod tardum diuidit magnitudinem: et velox diuidit tempus. Oportet ergo quod in omni motu sit accipere velocitatem maiorem et minorem in infinitum sicut in continuo est accipere diuisionem in infinitum et si staret velocitas siue in minus siue in magis tunc sequeretur quod in aliquo continuo staret diuisio quia in motu continui staret diuisio quod est impossibile: et istud quod superius diximus sine probatione et ideo hic probatum. ¶ Dicamus igitur quoniam sicut iam dictum est in omni tempore conuenit velocius et tardius moueri: tunc velocius semper est id quod in equali tempore cum tardo plus transit de magnitudine. Velocius autem et tardius conuenit in omni proportione se habentes adinuicem magnitudines transire: possunt enim esse in proportione dupli et in proportione emyolia. que sexquialtera ab arithmeticis vocatur que est quod vnum contineat totum alterum et mediam eius partem insuper. Est enim in greco emy dimidium et olon totum et inde componitur emyolium quod est continens alteram partem et totum. Ponamus ergo in istis proportionibus se habere duas magnitudines ad duo puncta. et sit hec proportio velocioris ad tardum: et in eodem tempore adducatur velocius secundum emyoliam proportionem et diuidantur magnitudines secundum athoma siue indiuisibilia ex quibus dicantur componi. ita quod linea significans magnitudinem cuius motus significatur per. a. b. c. d. et diuidatur in tres athomos a b. b. c. c. d. et super illam sit motus velocioris. Magnitudo autem super quam est motus tardioris significetur per lineam. e. z. i. diuisam in duos athomos. e. z. z. i. quia tria ad duo se habent in proportione emyolia in qua proportione positum est se habere velocius ad tardius. Positum autem est quod tempus sit vnum motus vtriusque. Et quia nos supra posuimus quod tempus necesse est diuidi secundum diuisionem magnitudinis et econuerso: tunc tempus in quo velocius transit lineam trium athomorum necesse est diuidi in tres athomos componentes totum tempus motus sui. quia equale spatium transit equaliter velox in equali tempore: et ideo in quanto transibit primum athomum spatii: in tanto transibit secundum et tertium: ergo tempus tres equales athomos habebit. Signetur ergo totum tempus p. k. l. m. n. et diuidatur in tria diuisibilia: que sunt. l. m. n. Sed eadem ratione idem tempus quod etiam mensurat motum tardi p. e. z. i. magnitudinem secabitur in duo sicut secatur sua magnitudo in duo: que sunt sub emyolia ad tria que sunt emyolia ad duo: et illa duo cum designent idem tempus cum tempore velocis sunt sicut tria athoma velocis. Sed si equaliter tardum transit aliquod spatium in tempore aliquo medietatem illius spatii transibit medietate temporis illius. ergo tardum quod transit. e. z. i. spatium in toto tempore. k. l. m. n. medietatem transibit in medietate illius temporis: sed dimidium illius temporis sunt vnus athomus et dimidius: ergo athomus temporis diuiditur. Idem autem sequitur si tempus trium athomorum diuidatur in duo equalia sicut diuiditur magnitudo quam transit tardum: quia tria athoma non diuiduntur in duo equalia: nisi per vnum et dimidium et per vnum et dimidium: et sic sequitur indiuisibile diuidetur et impartibile. Constat enim quod tardum medietatem sui spatii non transit in vno athomo totius temporis. sed in pluri: cum equalia spatia transeat in temporibus equalibus. Manifestum est igitur ex omnibus probatis quod nihil continuorum neque in partibus neque in toto est partibile. Figura autem linearum hoc modo protrahatur: vt primo ponatur linea velocis in tria diuisa significata per quatuor lineas. a. b. c. d. deinde linea temporis significata per tria momenta k. l. m. n. deinde linea tardi significata per duo athoma: que sunt. e. z. i. sicut hic vides: et debet referre ad motum velocis et ad motum tardi: et ad partes vtriusque motus.

Tex. t.c.23.

Que sit emyolia proportio.

¶ Cap. 7m. De probatione ꝙ idem nunc est indiuisibile ⁊ in toto tpe.

**E**T quia iam nos ostēdimus ꝯtinuum nō componi ex indiuisibilibus: oportz nūc nos loqui de nūc indiuisibili qđ accipit in tēpore verū sit vnū ⁊ idez: vt postea videamus an in ipso possit esse motus. Si enī ipsum sit indiuisibile ⁊ vnū: tunc si dicatur motū esse in ipso: ⁊ motū esse indiuisibile: ⁊ hoc nos ostendemus in sequētibus esse falsū. Dico ergo ꝙ duplex nūc est in tēpore: vnū quidē ſm seipsum nūc dicit̄: ⁊ alterum qđ est tēpus breue cōpositū ex preterito ꝓpinquo ad p̄sens: ⁊ ex futuro qđ coniungitur propinque presenti: ⁊ hoc vulgariter nunc ⁊ apud grammaticos dicimr: ideo qꝛ presens componitur ex preterito ⁊ futuro: ⁊ hoc non ſm seipsum vocatur nunc sed ſm alterum qđ est presens qꝛ habet coniunctionem cum parte preteriti ⁊ cum parte futuri ⁊ cum nos querimus verum idem sit: intelligimus de eo qđ ſm seipsum dicitur nunc: ⁊ hoc est idem simplex qđ solū de tempore potest accipi. ¶ De illo ergo loquentes dicimus. ꝙ necesse est in ipso nunc qđ non ſm alterū sed ſm seipsum ⁊ principaliter nunc dictum est esse indiuisibile: ⁊ ratione necesse est ꝙ hoc in omni tempore sit idem ipsum: ⁊ nos quidem ostendemus ꝙ ipsum est idem: ⁊ ex hoc ꝯcludemus ꝙ est indiuisibile. Quod aūt sit idem sic probatur. Cum enim duo tempora scilicet preteritum ⁊ futurum ꝯtinentur aliquo qđ est finis vnius ⁊ principium alterius. eo ꝙ omne ꝯtinuum sic ꝯtinuatur: oportet ꝙ aliquid sit vltimū preteriti. ita ꝙ nulla pars preteriti sit: ⁊ ꝙ aliquid sit vltimū futuri: ita ꝙ nulla pars futuri sit: ⁊ ideo vltimum ꝯtinuans vtrūqz. In preterito quidē nihil est futuri per modum partis: ⁊ in futuro nihil est p̄teriti: ⁊ quod sic neutrius pars est hoc esse diximus in quarto libro terminum vtriusqz: quia est finis vnius ⁊ principium alterius: sic vtrūqz tempus terminatur ad ipsum. ¶ Si ergo demōstretur ꝙ talis est terminus huius per se: ꝙ nihil futuri in preterito: ⁊ nihil preteriti in futuro: ⁊ ꝙ est idē ipm ſm sensum: lʒ differat in ratione: ſm ꝙ est finis vnius ⁊ principium alterius: tunc simul cum illo declaratum est: ꝙ idem nunc est indiuisibile: qꝛ si esset diuisibile cum ipsum sit tam futuri ꝗ̄ preteriti terminus: oporteret etiam ꝙ esset pars vtriusqz tēporis quia id quod diuidi potest: est pars quantitatiua continui: ⁊ sic cū sit causa preteriti ⁊ futuri vt dictū est: sequeretur ꝙ alia pars preteriti esset in futuro: ⁊ ꝙ alia pars futuri esset in preterito: ⁊ ideo necessario sequitur ꝙ si idem est in preterito ⁊ futuro ꝙ sit indiuisibile: nec pars preteriti: nec pars futuri. ¶ Probemus ergo ꝙ necesse est idez esse ipsum nunc quod est terminus vtriusqz temporis. Si enim non est idem: tunc dabitur ꝙ alterum est. Si autez alterū est: cum sit in tēpore: oportebit ꝙ illa nunc que altera sint in tempore: aut immediate se ꝯsequantur in tempore: ⁊ tangant se in ipso: aut non immediate sequētur: ita ꝙ sint separata per aliquid intercidens medium inter ea. Si autez detur ꝙ nunc que altera sunt ꝯsequenter se tangant in ꝯtinuo tempore: tunc oportet per ea que in principio huius sexti dicta sunt ꝙ ꝯtinuum tempus sit ex indiuisibilibus: ⁊ que ꝯsequenter se tangunt in ꝯtinuo vniuntur per formam ꝯtinui: hoc autem est impossibile. ꝙ continuum sit ex indiuisibilibus: ergo nunc altera non sunt ꝯsequenter in ꝯtinuo tempore. Si autem esse dicantur separata abinuicem in ꝯtinuo tēpore: tunc oportet ꝙ aliquid inter ea incidat medium sui generis. Medium autez opꝫ ꝙ sit de genere extremoꝝ: ⁊ ideo inter duo non incidit medium nisi tempus: omne enim ꝯtinuum talis nature est: ꝙ oportet ꝙ inter duo extrema sit medium: qđ est de genere illoꝝ extremoꝝ: vnde inter duo puncta non intercidit punctus: sed linea ⁊ inter duas lineas nō intercidit nisi superficies: ⁊ inter duas superficies non intercidit nisi corpus: cuius causa est: quia ꝯtinuum finit ab indiuisibili: ⁊ ideo ab indiuisibili qđ est vnius generis non finit ꝯtinuum: qđ est alterius generis. Sic ergo cū omne medium intercidens inter duo indiuisibilia sit vniuꝫ ⁊ vnius generis cum ipsis: oportet ꝙ etiam inter duo nūc separata nō intercidat nisi tempus. Indiuisibile enim non intercidit nisi inter duo indiuisibilia: qꝛ sic indiuisibile ꝯsequenter esset in diuisibili: ⁊ sequeretur idem qđ prius. Constat autem ꝙ si tempus intercidat medium hoc tēpus est diuisibile. Ostēsum est autem in quarto libro huius scientie: ꝙ omne corpus est diuisibile. Si ergo dicatur hoc totum esse nūc. s. duo indiuisibilia diuersa cum tempore qđ intercidit sicut ponit aduersarius ipsum nunc esse diuisibile: ⁊ si ipsum nunc est indiuisibile tunc erit in tempore sicut pars ꝯtinui temporis. Est autem ipsum in preterito ⁊ futuro: ergo in preterito est aliquid qđ per substantiam ⁊ subiectum pars futuri est. ⁊ in futuro est aliquid quod est pars preteriti: quia illud nūc necesse est componi ex preterito presenti ⁊ futuro. ergo aliquid factum est in futuro: ⁊ aliquid futurum est in facto: ex quo sequitur ꝙ illud quod iam preteriit. ⁊ est perfectū sit adhuc in potentia ad hoc ꝙ fiat ⁊ futurum sit: quod est valde incōueniens. Hoc autem totum sequitur ex hoc: ꝙ nunc ſm ꝙ diuiditur preteritum a futuro eo ꝙ est principium vnius ⁊ finis alterius determinat preteritum ⁊ futurum in vtroqz p aliquid existens idem in subiecto. ¶ Adhuc sequitur aliud inconueniens: ⁊ est hoc: ꝙ nunc quod sic separatur a nunc p tempus intercidens non nunc est per se dictum sed dictum per alterum quia per illud nunc non est diuisio vnius tēporis ab alio: cum ipsum componatur ex vtroqz: quia in principio huius capituli posuimus nos de ipso velle inuestigare. ¶ Adhuc autem ⁊ tertium sequitur incōueniens: qꝛ ipsius nunc qđ posuimus esse indiuisibile aliquid est factum: ⁊ aliquid est futurū: ⁊ non semper est idem quod factum est. ⁊ qđ futurum est: qꝛ id quod factum est abiit ⁊ non est: ⁊ id quod futurū est nondum est: ⁊ sic ex duobus non entibus componitur nunc: qđ hꝫ entitatē solū in tēpore: qđ est valde incōueniēs. ¶ Sequit̄ aūt adhuc quarto: ꝙ ipsū ꝯtinuās partes tēporis non est idē simul: ⁊ si ipm nō est idē simul: non est cōtinuatio partium temporis ad idem: ⁊ sic tempus erit non continuum. ¶ Si enim dicatur nūc predicto modo compositum: ⁊ sic est diuisibile in multa sicut tempus: qꝛ omne tempus in multa potest diuidi: quia si omnia hec impossibilia est cōuenire ipsi nunc: tunc oportet dicere ꝙ idem est nunc qđ est in vtroqz tēpore preterito. s. ⁊ futuro: vt terminus vtriusqz existens ⁊ si idem est: tunc manifestū est ꝙ est indiuisibile. Si enim esset diuisibile tunc oporteret ꝙ componeretur ex tempore intercidente: ⁊ tunc contingerent eadem inconuenientia que dicta sunt prius. Unde indiuisibile ipsum esse per se manifestum est: ⁊ ex indiuisibilitate sua probatur esse idem ſm substantiā suam: lꝫ diuersas habeat rationes ſm ꝙ est finis vnius ⁊ principiū alterius. ¶ Manifestū est igit̄ ex his que dicta sunt ꝙ aliquid est in tempore quod est indiuisibile: ⁊ idem qđ vocamus ipsum nunc.

¶ Cap. 8m. Quod nihil mouetur neqz quiescit in tempore.

**Q**Uod autē in indiuisibili tēporis nihil mouetur ex his que dicentur erit manifestū. Si nāqz detur aliquid moueri in ipso. tunc per ea que dicta sunt oportebit dare: ꝙ aliquid moueatur in ipso velocius ⁊ aliquid tardius. Signemus igitur ꝙ nunc in quo ponitur aliquid tardius ⁊ velocius moueri per litteram. s. id autem quod mouetur in ipso velocius: moueatur in nunc per spatium. a. b. linee. Totum ergo per ante dicta tardius in eodem nunc mouebitur per minus spatiū ꝗ̄ velox: dicatur igitur: ꝙ tardum in nūc transit partem. a. b spatii: ⁊ illa pars significet̄ per. a. g. Sed constat ꝙ etiam velox mouetur per partem illam spatii que est. a. g. Cum ergo tardum transeat illam partem spatii in nunc: velox transibit in minori tempore ꝗ̄ sit nunc: ergo nūc est compositum ex breuiori ⁊ longiori tēpore: ⁊ hoc iam ostēdimus esse impossibile: ergo non potest dici motus esse in nunc. Linee autem huius demōstrationis sunt due. ¶ Quod vero neqz quiescere conuenit aliquid in nunc: ⁊ hoc probatur primo per diffinitionem quietis quam posuimus in quinto libro huius scientie. Ibi enim diximus ꝙ id quiescit qđ in natura materie habet moueri: ⁊ tunc quiescit quando ⁊ vbi aptum natum est moueri. Sumamus igitur illam partem diffinitionis huius: que est quando aptum natū est moueri qđ tunc quiescit: sed in nunc nunꝗ̄ aptum natū est moueri: ergo in nunc nunꝗ̄ quiescit. ¶ Amplius autem si idez est nunc in vtrisqz sicut iam ante probauimus. Constat autem si duo tempora accipiantur: quorum vnum est preteritum: ⁊ alterum est futurū: conuenit aliquid in toto pre-

Tex.t.c.24.

Tex.t.c.25.

Tex.t.c.26.

Tex.t.c.27.

Tex.t.c.28.

Tex.t.c.29.

Tex.t.c.30.

Tex.t.c.31.

terito moueri: ꝛ in toto futuro quiescere. Si ergo detur posse moueri in nunc ꝛ posse quiescere in nunc: tunc oportet concedere ꝙ cum moueť in preterito toto ꝙ moueť etiā in eius termino nūc preteriti: ꝛ tamē quiescit in futuro toto: qđ quiescit etiā in nūc qđ est principiū futuri. sed vnū ꝛ idem nunc fm substantiaꝫ est postremū preteriti ꝛ principiū futuri: ergo in vno ꝛ eodē nūc per substātiā moueť ꝛ quiescit aliqđ: qđ est īpossibile. ergo ꝛ hoc est īpossibile ꝙ aliqđ quiescat in nūc.

Tex. t. c. 32. ¶ Amplius quiescere quidem dicimus aliquid qđ similiter se habet in toto ꝛ in partibus ꝛ nunc ꝛ prius. Sed in ipso nūc indiuisibili non est prius: quare neqꝫ quiescere. Necesse est igitur omne quod mouetur moueri in tempore: ꝛ omne qđ quiescit necesse est in tempore quiescere.

¶ Tractatus secūdus sexti libri physicoꝝ de motus diuisione.

¶ Cap. pͫ. De diuisibilitate eius quod moueť.

Tex. t. c. 32. **Quia āt iam ostēdimus** nullū cōtinuū ex indiuisibilibus cōponi: indiuisibilia diuidi nec motū esse posse in indiuisibili tēporis. Accedamus nunc ad hoc ꝙ motū oēm ostēdamus esse diuisibilē infinitū. ¶ Et primo quidem declaremus ꝙ omnis motus est diuisibilis dicentes ꝙ oē qđ mutať necesse est diuisibile esse. Diximus enim in quīto:

5° phy. t. c. 7. ꝙ ois mutatio est ex quodā in quiddaꝫ. Et hoc declarať ex hoc. ꝙ cū id qđ mutať est in eo ad qđ est motus vel mutatio: tūc nō amplius mutať. sed est in mutatū esse. Cū aūt est in eo ex quo est motus vel mutatio: ꝛ ipsuꝫ ꝛ partes eiꝰ oēs: quiescit ꝛ nō mutať: qꝛ qđ similiter se habet nūc ꝛ prius: ꝛ ipsuꝫ ꝛ oēs eius partes: quiescit ꝛ nō mutatur. Quādiu aūt id qđ mutať est in eo ex quo mutať: ꝛ ipsuꝫ ꝛ partes eius: tūc manet in forma vel vbi in quo erat prius: ꝛ ideo in illo nō mouetur sed quiescit. Opꝫ igiť ꝙ mutatū quando mutať sit in intermedio: ita ꝙ sit partim in eo ex quo: ꝛ partim in eo ad qđ est motus: sicut ostendimus in fine quinti libri superius. Non eniꝫ possumus dicere ꝙ in vtrisqꝫ terminis motus sit actu: qꝛ tūc ꝛ esset mutatū quo ad terminū ad quē: ꝛ nō esset mutatū adhuc quo ad terminū ex quo. Superius autēꝫ in hoc eodē capitulo pbauimus. ꝙ nō pōt id qđ moueť quando moueť esse in vltimo terminoꝝ diuisim: qꝛ si esset in termino ad quē. tūc nō mutareť: sꝫ esset mutatū: ꝛ si esset in termino a quo: ꝛ ipsum ꝛ partes eius. tūc nō adhuc mutaretur sed quiescit. Similiter nō possumus dicere: ꝙ nullo modo sit in terminis motus a quo ꝛ in quē: qꝛ nihil moueť ad hoc ꝙ nullo mō se habet in seipso: sicut ostendimus in fine primi libri. ergo relinquiť dicenduꝫ ꝙ fm aliquid sit in termino a quo est motus: ꝛ fm aliquid in termino ad quē est motus: ꝛ hoc esse est in intermedio qđ quodāmodo est extrema: sicut

5° ph. t. c. 6. ꝛ 52. dictum est in quinto. Duratio aūt ꝙ est in eo in qđ primuꝫ mutať fm cōtinuā mutationē anteqꝫ sit in extremo fine mutationis. Hoc aūt est itermediū extremoꝝ: ꝛ hoc est duplex mediū in extrema. Est enī aliqđ mediū fm formā qualitatis aliquā que est diuersa specie ab extremis: ꝛ non tn̄ differens ab extremis per magis ꝛ minus siue per intēsionē ꝛ remissionē: sicut est fuscū ꝛ pallidū inter albū ꝛ nigrū. Et similiter est in speciebus saporum: ꝛ odoꝝ: ꝛ auditus: ꝛ aliis quibusdā: ꝛ necesse est ꝙ id qđ mouendo venit in mediū habeat oppositū vtriusqꝫ extremoꝝ motus sui: ꝛ est in medio qđ

Mediū duplex id est aut rōis in plenitudo. potētia est extremū. Aliquādo aūt mediū non differt forma ꝛ specie ab extremo: sed tn̄ per magis intensuꝫ ꝛ minus intensuꝫ sicut est inter calidū ꝛ frigidū ꝛ tepiduꝫ: ꝛ ideo tepor nō est diuersa qualitas a calore: ꝛ ideo talia contraria videntur habere media: cum tamen non sit transitus ab extremo vno ad aliud nisi per mediū: non ꝙ specie: sed intēsione differāt ab extremo necesse est eniꝫ ꝙ moueť nō statim in quolibet vltimoꝝ finiū sui motus ꝓpter qđ ostēdimus motum esse in indiuisibili tēporis. Manifestū est igiť ex his que dicta sunt ꝙ omne qđ mutať est diuisibile. ¶ Dubitabit autē

Cō. 32. Dispo p quā vide Comm. hic dissolue. fortasse aliquis de hoc qđ probamus ꝙ. s. ideo ostendimus id qđ moueť esse diuisibile: qꝛ necesse est ipsum quando mouetur partim esse in eo ad qđ est motꝰ: ꝛ partim esse ex quo est motus. Videť enim fortasse aliter: ꝙ per hoc non probať id qđ mouetur esse diuisibile sed potius esse quandam formā ꝛ cōpositionē in ipso mobili. Non enim intelligitur sic ꝙ vna pars distincta mobilis sit in eo ex quo est motus: ꝛ altera pars distincta sit in eo ad qđ est motus: quia ex hoc non sequeretur moueri id qđ mouetur sed sequeretur ꝙ ipsum esset in motu in vna parte ꝛ in altera parte quiesceret: ꝛ nō dum moueretur nec etiam intelligitur sic ꝙ indistincte habeat in vna parte aliquid eius a quo est motus ꝛ in alia aliquid eius ad qđ est motus: qꝛ sic vterqꝫ terminoꝝ motus nō inesset ei fm idē: ꝛ ideo cū vnus expellatur ab alio: tūc vnus non expelleret aliuꝫ: quia non ageret in ipsuꝫ cū non esset fm eandē partem mobilis sed potius intelligitur non de parte mobilis: vt diximus in quinto: sed de parte motus qui est inter extrema: ꝛ ex hoc non sequitur ꝙ mobile sit quantum ꝛ diuisibile sicut videtur: sed ꝙ quedam formarum compositio sit in ipso ꝛ sic diuiditur forte fm differentias diuiditur. ¶ Amplius videtur ꝙ demonstratio insufficiens sit in motu fm locū. In motu autē mobile dupliciter moueť. s. naturaliter ꝛ violenter. Naturaliter quidem sicut cum terra descendit: ignis ascendit: ꝛ in illo motu id a quo est motus fm naturam est prius in motu. Id auteꝫ ad quod est motus est posterius in motu. Et videtur ꝙ locus per quem est motus sit separatus omnino ab vtroqꝫ istoꝝ: ꝛ sic cum id quod mouetur in illo non videtur esse partim a quo: ꝛ partim ad quē ꝛ sic non sequitur ꝙ id quod mouetur in motu locali sit diuisibile. ¶ Et hoc quidem concessit Auēpace dicens in aliis

Cō. 32. Rātio Auē pace solutio. motibus in quibus mobile mouetur ad formam non est diuisibile nisi fm formaꝝ compositionem ꝛ diuisionē. In motu autem locali dixit non esse perfectam demonstrationem: nisi addatur ꝙ locus mediuꝫ qui est inter terminum a quo mouetur: ꝛ ad quem mouetur id quod fertur in motu locali esset fm naturam mediuꝫ inter extrema: sicut color medius inter colores extremos. In motu auteꝫ violento non est aliquid prius ꝛ posterius fm naturā sed per accidens sicut ꝛ ipse motus est per accidens. Adhuc autem demonstratio inducta particularis esse videtur: quod constat ex hoc ꝙ generatio ꝛ corruptio non possunt dici esse partim a quo: ꝛ partim ad qđ. quando id quod mouetur est in motu: quia forme substantiales sunt simplices: ꝛ non est in eis generatio partis forme post partem. sicut in passionibus ꝛ in passibilibus qualitatibus. ꝛ sic videtur ꝙ demonstratio non teneat nisi gratia materie. ¶ Et vt hoc excusaret Alexan. peripa-

Cō. 32. Rātio Alexandri approbatio. theticus dixit omnē motum ꝛ omnem mutationē esse diuisibilē: ꝛ esse in tempore. sꝫ quedaꝫ essent ita subito ꝙ lateret nos tempus: ꝛ diuisibilitas earum. Quedam autem sunt in tempore continuo ꝛ non subito quarum diuisibilitas ꝛ tempus non latet nos. ¶ Sed in hoc Alexan. contradixit illis: in

Improbatio Alexandri. qđ cōsenserunt sapientiores peripathetici: qꝛ Arist. dixit generationem ꝛ corruptionem ꝛ illuminationem non esse in tempore: ꝛ esse motus simplices: ꝛ ideo non videtur verum qđ dixit Alexan. ¶ Themistius autem consentit in hoc ꝙ

Rātio Themistii. sunt quedam mutationes simplices sicut dictuꝫ est: sicut est motus illuminationis in domo ex motu candele: ꝛ motus vmbre ex motu corporis obiecti ad lumen: ꝛ sicut motus coloris a dextro in sinistrum: ꝛ quedam alie mutationes simplices: sed tamen ꝛ in his ea que mouentur sunt diuisibilia: ꝫ non sint diuisibilia propter motum esse simplicem ꝛ diuisibilem: tamen quia magis videtur diuisibile esse quod mouetur motu diuisibili magis qꝫ quod mouetur motu indiuisibili: ideo est ratio aliqua declarans que precedit ad ostendendum mobilis diuisibilitatem ex diuisibilitate motus. ¶ Sed fm hoc in demonstratione inducta non causa

Improbatio eiusdem. pro causa poneretur: quia fm hoc diuisibilitas motus non esset causa diuisibilitatis eius qđ mouetur: ꝛ tunc etiaꝫ causa quam inferius adducemus: scilicet ꝙ moueri in tempore diuisibili sit causa diuisibilitatis eius quod mouetur: nō causa esset cum id quod mutatur in indiuisibili temporis: etiam sit diuisibile: sicut id ꝙ sit homo vel equus nunqꝫ aliquid ita sit homo ꝛ equus ꝙ aliquando sit partim equus: ꝛ partim aliud: vel partim homo: ꝛ partim aliud: sed vel homo est: vel non homo: vel equus vel non equus. Causa ergo inducta quando per diuisionem motus diuisibilitas probatur eius qđ mouetur esset non causa: sicut si diceremus:

quū homo ambulat: q2 est rōnalis rōnabilitas enim non est
causa sue ambulationis sed est aliquādo cōcomitas ipsaz.
¶ In ista autem obscuritate quid tenendum sit non satis
exprimit Auerrois qui dicit se diu sustinuisse opinionem
Auempace: sed postea eam sibi non placuisse: eo q̄ de-
monstratio inducta que in veritate Arist. est non sic proce-
dit sed potius q̄ cum ad qd̄ mouet̄ nō moueat̄ in eo a quo
est motus sed continue mouebit̄ recedens ab illo: nec mo-
uet̄ in eo in id qd̄ est motus sed potius in motū esse: op3 q̄
ipsum qd̄ aliquid sit in vtroq3 simul quando mouet̄. Quic-
quid aūt in duobus simul fm̄ aliquē modū op3 q̄ sit cōposi-
tū diuisibile: non per formas tm̄ sed potius essentialr̄ fz sui
quantitatē. ergo id qd̄ mouet̄ essentialr̄ est diuisibile: ꝓpter
suipsius quātitatē. Propter qd̄ nos lucidius ostēdere vo-
lētes q̄ obscurū est dicimus cū Arist. in 6° suoꝝ physicoꝝ. q̄
omne id ad qd̄ est motus est diuisibile: & hoc quidē probaui
mus infra. sed inter ea ad que motus est quedā sunt diui-
sibilia p se & quedā per accidēs. Per se quidē sicut locus: &
quātitas. Per accidēs aūt sicut qualitas ad quā est mot9.
Qd̄ aūt mouet̄ susceptibile est hoc mō diuisibile: & qd̄ est su-
sceptibile diuisibilis est diuisibile ergo omne qd̄ mouet̄ est
diuisibile: & hec est pfecta declaratio demōstrationis supe-
rius inducte & ꝓbatio eius. ¶ Et qd̄ Auēpace obijcit de lo
co nō est instantia: q2 in celo & mūdo monstrabit̄ nō moue-
ri nālr̄ vel violēter nisi per id qd̄ fm̄ aliquid est locus. Cū3
enim locus sit vt supficies vt in 4° huius sciētie ostēdimus
libro: oportet q̄ locus vnde est motus superficies sit: & simi-
liter locus ad quē est motus: & simil̄r locus super que. Diri-
mus aūt supra q̄ inter quaslibet differētias vel plures sup-
ficies est corp9: cū nihil sit vacuū. Op3 ergo q̄ in loco sit cor-
pus circūscriptū a loco illo: & tunc medius in quo corpus est
motū per hoc q̄ aliter sumit̄ locus aliquid habet de dua-
bus ꝯtrarietatibus loco extremoꝝ inter que est motus & sic
etiā mobilis diuisionē. De alijs aūt mutationibus simplici
bus concedendū videtur sicut obiectū est: sed non oportet
q̄ demonstratio teneat de illis: cū nō sint mutationes fm̄
ꝓpriam rōnem mutationum: sed potius finis quidam. Fi-
nis enim mutationis non proprie est mutatio. Themistij
vo dictum videtur esse peruersum.

Textus Auer. in cō. 32. huius physi.

Textus doctoris expositio.

Terminus motus duplex diuidi potest.

4° phy. c. 41.

¶ Cap. 2m. De duplici motus diuisione: quaꝝ vna est fm̄ id
qd̄ mouetur: & altera fm̄ tempus.

Tex. c. 33.

Motus aūt diuisibilis est duob9 mo-
dis. Uno quidē modo di-
uidit̄ motus tēporis diui-
sione. Alio vo modo diuidit̄ diuisione particu-
lari: non motuū: qui sunt motus partiū eius
totius qd̄ mouet̄. Cuius rō est: q2 nos totum
motū alicuius non accipimus nisi duobus modis: quorum
vnus est: q̄ dicimus totū motū alicuius qui sibi inest gratia
omniū partiū motaꝝ per totū spatiū: & dicimus dimidiū
motū eiusdem qui sibi inest gratia partis medie mote per
totū spatiū: & tertiam motus qui inest eidem per totū spa-
tiū gratia partis tertie per totū spatiū mote. Hec enim di-
uisio non est fm̄ partes spatij: cū quelibet moueatur per to-
tū spatiū: precipue cū fm̄ diuisionē spatij nō diuidatur mo-
tus principali diuisione: q2 si diuidatur in spatio nō est mo-
tus vnus cōtinuus: & nos loquimur hic de diuisione vnius
motus cōtinui. Dicimus eni3 motū vnū qui est in tempore
vno & illius medietas est in dimidio illius temporis: & ter-
tia illius motus est in tertia illius temporis: & sic deinceps:
q2 vo primus modus diuisionis essentialior est motui: eo
q̄ illa conuenit ei per subiectū propriū in quo est loquimur
primo de illa. Dico ergo q̄ in illa motus est totius in totali
diuisione: motus vo est alius a motu partiū simul aggrega-
to: & hoc ꝓbatur in exemplis. Sit enim magnitudo eius qd̄
mouet̄ tota significata per totam lineam. a. c. & diuiditur in
duas partes super linea3. b. ita q̄. a. b. sit pars prima eius. &
b. c. sit eius pars secūda q2 igit̄ sic se habet in ꝯtinuo q̄ mo-
to ipso mouetur pars eius: ve3 erit dicere q̄ suppositū a. c.
mouetur totu3: q̄ vtraq3 pars eius mouebit̄. s. tam illa que
est. a. b. q̄ illa que est. b. c. Signemus igit̄ pticulares motus
partiū: & dicamus q̄ motus partis. a. b. sit partialis motus
d. e. partis. a. que est. b. c. sit partialis motus. e. z. Dico ergo:
q̄ tunc totus motus totius erit motus. d. z. qui componitur
ex partialibus motibus. d. e. & e. z. sicut totum. a. c. componit̄
ex. a. b. & b. c. Constat enim q̄ totū a. c. fm̄ hanc totalitatem
motus mouetur in eo q̄ vtraq3 partium eius mouetur fm̄
vtraq3 partem motus & hoc probatur ex hoc q̄ neutra par
tium est eius qd̄ mouet̄ fm̄ partem motus qui est alterius:
sed vtraq3 mouet̄ fm̄ suam parte3 motus propriam in toto
spatio. Cū igit̄ totū ꝯtinuū non habeat totalitatem aliam:
nisi illā que est ex partiū aggregatione erit totus motus cō-
gregatus ex partibus idem cū totius magnitudinis ei9 qd̄
mouetur motu: & hoc est qd̄ intendimus probare. ¶ Ampli-
us hoc idem per aliam rōnem ostendimus: omnis eni3 mo-
tus est alicuius moti motus q2 mot9 est in aliquo subiecto:
& id mouet̄ ergo necesse est q̄ totus motus qui signat̄ p. d. z.
sit alicuius motus. Cōstat aūt q̄ iste motus totus simul nō
est motus partiū diuisim: q2 neutre ptis rei mote est vtraq3
pars motus simul accepta. Cōstat aūt q̄ nullius alteri9 est
nisi rei que mouet̄ ipso motu. Cuius enim totius motus to
tus est illius eiusdē totius partiū sunt partes motus q2 si to
tus motus signatur per. d. z. diuidatur in duas partes mo-
do predicto tunc partes sunt partiu3 magnitudinis. a. b. c.
que posita est moueri illo motu: & non sunt aliquarum par-
tium aliarum: quia ostēdimus in quinto libro superius q̄
subiectoꝝ plurium non potuit esse vnus motus in numero
continuus. ergo motus ille qui ꝯstituitur ex partibus: que
sunt motus partium eius quod mouetur est idem cum mo
tu totius & hoc est qd̄ volumus declarare. ¶ Amplius etiā
declarabimus ducendo ad impossibile si detur oppositum.
Si enim detur q̄ totius magnitudinis alicuius est motus
q̄ motus partium magnitudinis sit ille motus qui est toti-
us qui signatur per. t. i. & diuidatur in pūcto in quo ponitur
littera. k. hic igitur motus separat̄ & remouetur a motu par
tium sicut vna res diuersa ab alia. Iste ergo motus. qui est
totius motus & non partiū. aut est equalis partium motui:
aut deficit ab ipso: aut abundat & excellit motū: si est equalis
ei: ergo partes motus huius diuidātur sicut partes motus
prioris qui est. d. e. z. Constat autem: q̄ vnius moti non est
nisi vnus motus simul acceptus in ipso. Si ergo totus mo-
tus totius qui est. t. i. diuidatur diuisione subiecti in motus
partium subiecti: motus prime partis a. b. qui est. t. k. erit
idem cum motu. d. e. & motus secūde partis. c. b qui est k. i.
idem cum motu. e. z. & totus. t. i. equalis: & idem erit motui
d. z. & datum erat q̄ esset diuersus. Hoc autē sequitur ideo
quia vnius non est vnus motus simul & semel & fm̄ eande3
EAdem Ratio est ad pbandum ꝙ infi nituz nō potest moueri in tēpore infinito: neꝗ etiā gescere: siue re gulariter moueat siue irregulariter. Si eni de tur infinituz posse moueri in tēpore finito nos accipiemus aliquā partez tpis: que numerat ⁊ metitur totū tēpus: ⁊ dicimus ꝙ in parte illa trāsibit aliquā partē magnitudis infinitū qđ mouetur: qa infinitū non pōt moueri si moueat nisi magnitudine infiniti spatij: ⁊ in pte il la tpis non transibit totuz spatiū: eo ꝙ positum est ꝙ in toto tpe transibit totā magnitudinē spatij: ⁊ totuz ⁊ ps non sunt equalia. In alia autez parte tpis que est equalis prius dicte parti: iterū trāsibit aliā partez spatij: ⁊ in tertia parte tpis si militer: ⁊ sic de singulis partibus tpis: siue ille partes spatij q̄s trāsit sint equales: siue ineq̄les. ꝙ hoc non affert aliquaz diuersitatem ad id qđ intendimus nūc. Si eniz regularis est motus: tūc sunt partes eq̄les. Si autē irregularis est mot⁹: tunc partes spatij pertransite sunt inequales: ⁊ vtroꝗ modo sunt finite: eo ꝙ sunt ſm numerū partiū tpis: ⁊ in lōgitudine sunt etiā finite. Manifestū est eniz: ꝙ tps sic diuisum p par tes que sunt aliquote ⁊ eq̄les non vadit sua diuisio in infini tum nec ptes spatij sunt infinite: ergo nec totū spatiū erit infi nitum: ergo infinitū nun conuenit transire in tpe finito: ⁊ ni hil differt ad psens: siue magnitudo ponat in vtraꝗ parte infinita: siue in altera solū ponat infinita: dūmō ponat tem pus motus eius finitū. qa per eādē rōnem: que nūc dicta est pbabitur etiā magnitudo eē finita. ¶ Demōstratis autem

Tex.c.63.

his manifestuz est per dicta ꝙ neꝗ possibile est ꝙ finita ma gnitudo in tēpore finitu transeat spatiū infinituz: pp eandez cām. Cōstat enim ex pbabitis ꝙ infinitū qđ moueri suppo nitur in aliquota parte tpis finiti trāsibit aliqd de spatio in finito: siue sit regulariter motum: siue irregulariter: ⁊ in alia parte tpis transibit silr aliqd: ⁊ partibus oibus transit oēs partes spatij infiniti: qa in toto tempore positū est: ꝙ tran seat totum: sed qđ ex finitis numero ⁊ vltimo cōponit est fi nitum ergo qđ cōponitur ex partib⁹ illis quas trāsit in par tibus temporis finiti finitū erit: sed totū spatium cōponitur ex taliter finitis: ergo totū est finitum: ⁊ hoc est contra hypo thesim: qa dictuz est ꝙ esset infinitū. ¶ Qm autē sicut iaz ha

Tex.c.64.

bituz est finituz mobile non potest pertransire infinitū spatiuz in finito tpe manifestuz est ēt per simile. qa infinitum nō po test transire finitū infinito tpe. Si enim daret ꝙ infinitum potest trāsire finituz infinito tpe tunc oporteret ēt econuer so concedere ꝙ finituz trāsiret infinitū. qa tunc supius est p̄ probatum ꝙ nō est differentia quocunꝗ mō fiat cōparatio finiti ad infinituz. In omni eni tali cōparatione sequt ꝙ in finituz trāseat finitū ⁊ hoc est ideo. qa minus semp mensu rat ⁊ numerat maius: ⁊ ideo quantitas spatij mensurabit ⁊ numerabit q̄titatē eius qđ mouet. qa finituz est minus infi nito. Si eni dicatur: ꝙ infinitum qđ ponit moueri sup fini tum sit.a. opz necessario ꝙ aliqd equale spatij partib⁹ super qđ mouet qđ est pars infiniti sit finituz. Dicamus igitur ꝙ spatium sup qđ mouet sit.c. ⁊ pars quā pmo accipit de spa tio sit e tunc enim equale illi parti de infinito qđ mouet vt a.b. est finituz: ⁊ cū totū infinitū trāseat totuz spatiū. accipia mus silr alias partes spatij ⁊ numerando partes infiniti qđ mouetur: ⁊ pbando ꝙ similr sequtur finitum spatium motū esse per infinitum: ⁊ ecōuerso infinitū per finituz: qa semper infiniti ptes numerant partibus eius qđ finituz est: ⁊ sic se quit infinituz esse finituz: qa forte ēt nō est possibile mutare se infinituz sup finituz: nisi ꝙ finitum in trāsitu illo explet et numerat ptes infiniti trāseundo sup ipm: qa infinitum non hz spatiuz sup qđ moueat: nisi hoc modo: ꝙ finitum trāseat per ipm aut feratur sup ipm aut metiat ipm numerādo p tes eius: ⁊ ideo lz pp comparationis diuersitatem dicat infi nituz transire sup finituz: cum ſm rē nō aliter potest transire finitū nisi per motū finiti sup ipm infinitū. ¶ Si ergo demon stratuz sit ipossibile esse: ꝙ infinituz in tpe finito trāseat fini tum: erit cuz hoc demōstratum: ꝙ ipossibile est ꝙ infinituz in tpe finito transeat finitū. Linee autē demōstratiōis hui⁹ sic ponēde sunt: ꝙ infiniti linea nō signet nisi vno termino: qa infinitū alterū terminuz nō hz: sed ps cōmensurata spatij parte in vtroꝗ termio lr̄is terminalibus psignatur: qa illa finita est. Spatiū autē lz sit finitū tn̄ qa supponitur esse spa tiū infiniti in altero termino nō signat litteralz ps eius tn̄ ⁊ hoc est sicut vides hic. ¶ At vō neꝗ infinitum possibile est

T.c.65.

etiā transire per infinitū spatiū in tēpore finito. Si eni trāsi ret infinitū: tunc oporteret ꝙ ēt trāsiret finitū. qa in infini to sunt finite ptes quas opz ipm primo transire. ⁊ sic in infi nituz transiret finitū. ⁊ hoc est iprobatū. Amplius autē hoc aliter pbatur. qa si nos accipiamus ptes tēporis finituz q̄ libet partiū tēporis transibit aliqd finituz id qđ est infinitū: ergo infinitū iterū transiret finitum: qđ est ipossibile. vt pa tet ex habitis supra. ¶ Quoniā autē pbatum est iā: ꝙ nec in

Tex.c.66.

finitum pōt transire finituz: nec ēt ecōuerso finitum pōt trā sire infinitum. nec infinitum pōt moueri in tpe finito. Mani festum est per cōsequens: ꝙ neꝗ mot⁹ infinitus vnus ⁊ idē non circularis pōt esse in tempore finito. Non enim est dif ferentia in hoc ꝙ motus vel magnitudo ponat infinita. Qđ cunꝗ enim hoz ponatur infinitum: sequtur ⁊ alterū eē infini tum: quia supra ostēdimus ꝙ motus vnū hz diuisionez ſm magnitudinem in qua est motus: ⁊ alterā ſm tempus. Ois enim loci mutatio est in loco: ⁊ si loci mutatio est infinita: se quitur ⁊ locum infinitum esse: ⁊ econuerso.

¶ Cap. 10m. De statione ꝙ non est in ea aliquid pmum.

Tex.c.67.

QUoniam Autem omne qđ mouetur aut quiescit nō q̄escit nisi qđ aptuz natū est moueri: ⁊ qū aptum natū est moueri: ⁊ quo aptum natū est moueri: sic vt aptū natum est moueri: sicut in quinto libro huius scie declarauimus. Neces se etiam est omne qđ stat cū stat moueri. Stare autē hic vo camus itionē ad quietē. Cum eni post motuz res sit in q̄e te: est ante quietem vltima pars motus: quando res incipit stare: quaz vocamus hic stationem: ⁊ hec quidem statio in naturali motu est velocior motu ipso. In violento autez est tardior q̄z ipse motus: sed in voluntario aliquando autem est eque velox: aliquando autem tardior: aliquando autem velocior. Dico ergo ꝙ cum stare incipit adhuc mouet: qa

si non moueretur omnino tunc quiesceret sed non conuenit quiescere id quod incipit ire ad quietem quod sic a quibusdam grecis dicitur quiescens eo quod incipit iam ire ad quietem: ergo eo stat quod adhuc mouetur. ¶ Hoc autem demonstratum manifestum est ex probatis quod omne stare est in tempore quod supra ostensum est: quod id quod mouetur mouetur in tempore: et hoc modo probatur quod id quod stat adhuc mouetur: ergo necesse est stationem fieri in tempore. ¶ Amplius si velocius et tardius diximus esse in tempore conuenit autem velocius et tardius stare ut diximus necessario sequitur omne stare esse in tempore. ¶ Sicut enim diximus de motu. s. quod necessarium est motum esse in qualibet parte temporis illius: quod est suum tempus primum et proprium: et non excellens ipsum ita necessarium est quod quando statio est in aliquo tempore suo adequato sibi quod est suum tempus primum et proprium et non commune et excellens ipsum: quod statio illa fiat in qualibet parte illius temporis. Si enim diuidatur tempus quod est primum et proprium in duas vel plures partes: tunc oportet quod aut statio fiat in qualibet parte temporis aut in nulla aut in aliqua fiat statio et in aliqua non. Si autem fiat in qualibet parte temporis tunc habetur propositum quia tunc sicut diximus statio que est in aliquo tempore primo in qualibet parte illius temporis fit. Si enim dicatur quod in illa parte fiat statio tunc etiam non fit in toto tempore sicut in primo et proprio quia non conuenit toti nisi ratione partium: et hoc est contra hypothesim que supponit quod fiat statio in toto illo tempore sicut in primo et proprio subiecto. Si autem in altera parte fit et in altera non tunc tempus alia parte excedit stationem sed tunc excellens non est primum. sed commune: ut patet ex ante dictis: ergo statio non fit in toto tempore illo sicut in primo quod est contra hypothesim. Oportet ergo quod statio fit secundum utramque partem temporis sicut etiam dictum est prius in eo quod mouetur cuius motus est in aliquo sicut primo et proprio. Ex hoc autem ulterius patet quod sicut in eo quod mouetur et motu non est dare primum cui gratia sui et non partis motus attribuitur. eo quod motus diuisibilis est in infinitum et ante quamlibet datam partem iam fuit alia: sic etiam in eo quod statur et sistitur non habetur primum sue stationis propter eius diuisionem in infinitum. ¶ Et hoc est ideo quia nec in ipso moueri: nec in ipso stare est aliquid prius cui ita attribuatur motus vel statio quod non conueniat alteri parti prius. Si autem detur oppositum repetemus eandem demonstrationem quam posuimus superius de motu et deducemus ad impossibile. Detur enim quod primum cui conuenit statio sit. a.b. hoc autem non potest esse impartibile: quia esse motus non saluatur in impartibili: eo quod nullum continuum componitur ex indiuisibilibus: sed semper qualibet parte data est accipere partem priorem in qua fuit motus. Demonstratum autem est superius quod id quod stat sine sistitur est id quod adhuc mouetur ergo sicut motus non est indiuisibilis ita nec statio eius quod sistitur. At vero si detur esse diuisibile tempus. a.b. in quo statur tunc secundum prius habita oportet quod statio fiat in qualibet partium eius eo quod ratio motus et statio continue stant per partes temporis. quia igitur. a b. in quo dicat aduersarius quod primo statur est tempus continuum: et non athomum temporis. Omne autem tempus est in infinitum partibile: non erit aliquid illius temporis in quo statur prius: quia quocunque dato primo illud erit diuisibile: et habebit partem ante partem propter prius et posterius que sunt in ipso: et sic erit in ipso accipere prius aliquid cui attribuatur statio. et sic erit aliquid prius primo quod est impossibile igitur in statione non est aliquid primum secundum tempus neque secundum continuitatem stationis: et hoc est quod volumus demonstrare: et sufficit ad istam demonstrationem protrahere lineam temporis: quia quod conuenit in linea temporis. conuenit etiam ex continuitate stationis: linea hec est. a.b.

¶ Cap. iiii. Quod in quiete non est dare primum.

Deinde Ostendit habere quod in quiete quiescentis non est aliquid primum secundum prehabitam primi rationem. Quies enim quiescentis non est tota simul in vno temporis indiuisibili: propter id etiam motus eius quod mouetur non est in vno indiuisibili temporis: quia in quo sicut in mensurante est quiescere: in eo sicut in mensurante est etiam moueri: et hoc ex supra habitis in quinto libro declaratur vbi diximus quod tunc rem dicimus quiescere in eodem mensurante: quando est in quo aptum natum est moueri: et non mouetur id quod moueri aptum natum est: non est aptum natum moueri nisi in tempore: et non in indiuisibili temporis: ergo neque quiescit nisi in tempore: et non in indiuisibili temporis. ¶ Amplius non dicimus quiescere est id quod secundum dispositionem vnam in forma et vbi se habet nunc et prius: tamen non indicemus quietem quiescentis vno indiuisibili temporis sed duobus ad minus quia cum dicitur quod similiter se habet quiescens nunc et prius duo nunc signamus in sermone: sed inter duo nunc est tempus continuum vt sepius supra probatum est. ergo in tempore continuo quiescit et non in indiuisibili temporis. Si vero quiescit omne quod quiescit in eo quod diuisibile est tempus tunc oportet quod in qualibet parte illius temporis quiescat: quia nos accipimus tempus proprium et non commune. Hoc autem eodem modo demonstrabitur quo et in prioribus sermonibus est demonstratum ergo nullum erit dare tempus primum quietis. Huius causa est quia omne quod quiescit et omne quod mouetur in tempore quiescit et mouetur sed non est aliquod tempus primum dare quo non est aliquid prius per diuisionem neque est magnitudinem primam neque vniuersaliter aliquid quod est de genere continuorum eo quod omne continuum diuisibile est in infinitum. ¶ Quoniam autem sicut habitum est sepius: omne quod mouetur mouetur in tempore: et continue velut quodam in quiddam in toto tempore illo quod motum mensurat sicut mensura adequata et propria sibi: et non sicut mensuratur excellens et non commune in cuius parte est motus et non in toto tunc impossibile est quod secundum aliquid motorum vel quiescentium sit aliquid primum. Dicimus enim quod quiescere est tunc quando in ipso est accipere tempus quoddam in quo etiam ipsum quiescit: et omnes partes sue et partes quietis sunt in partibus illius temporis: sicut partes motus sunt in partibus illius temporis quod est tempus illius motus secundum se et proprium. Sicut enim supra diximus quod hoc est quiescere cum verum sit quod in quod secundum formam: et vbi est hoc aliquid et ipsum et partes eius in alio et alio ipsorum nunc que sunt extrema illius temporis: in quo dicitur vno modo se habere nunc et prius et ideo etiam dixit quod omnis quies est in tempore: et si hoc est quiescere: tunc non conuenit quod id quod mouetur vel quiescit secundum aliquid quod est motus vel quietis esse primum tempus cui ita attribuatur motus quod ante ipsum non sit aliquid aliud prius ipso. Omne enim tempus est diuisibile et in alia et alia eius parte verum erit dicere de quiescente et moto quod in eodem tempore sit quiescens vel motum et ipsum et partes eius. Si autem dicat aduersarius quod non sic est. immo potius ipsum quod mouetur vel quiescit est in vno solo nunc: tunc nullum tempus erit secundum motum vel quietem sed potius vtrumque istorum est secundum nunc indiuisibile quod est terminus et finis temporis: et hoc iam sepe ostensum est esse impossibile: licet enim in ipso nunc aliquid sit manens secundum quod manentia dicuntur illorum que nullo modo sunt apta nata moueri. sicut sunt necessaria non tamen aliquid quiescit in ipso nunc: et hoc ideo: quia eadem mensura est quietis et motus. Cum igitur non sit in ipso nunc moueri non erit in ipso quiescere sed tamen bene conuenit non moueri in ipso nunc secundum quod non moueri dicit negationem oppositam ei quod est moueri: et est in ipso nunc esse secundum aliquid: quia secundum necessitatem secundum quam non refertur aliquid ad motum. In ipso autem nunc est manentia: que est priuatio mutationis simplicis que est generatio et corruptio sicut diximus in quinto quod talibus cum non sint motus non opponitur quies. eo quod quies et motus non sunt in nunc. Manentia autem generatorum et corruptorum est in nunc: vnde non moueri talium est in ipso nunc et etiam esse ipsorum secundum aliquid est in ipso nunc quia esse ipsorum quod est secundum formam substantialem: in eo quod esse illud fluit a forma est in ipso nunc: quod qualiter sit inuenitur in quarto libro huius scientie de tempore et etiam in quinto vbi agit de mutatione et speciebus eius sed in tempore non conuenit quod id quod quiescit secundum aliquid indiuisibile quod est simul totum sit quia si hoc contingeret in quiescente tunc etiam contingeret in eo quod fertur: quia ad eandem mensuram referuntur id quod quiescit: et id quod mouetur: et sic esset dare primum in quo esset quies et motus hoc autem est impossibile. Est autem hoc verum manifeste in motu locali: et in aliis motibus est etiam verum: sed non adeo manifestum: sed probatur ex dictis supra in tertio. vbi diximus quod alteratio est quale continue fiens: et augmentum est quantum continue fiens: hec igitur dicta sunt de diuisibilitate motus in infinitum.

¶ Incipit

T.c.cõ.68 · T.c.cõ.69 · T.c.cõ.70 · Tex.c.71 · T.c.cõ.71 · Tex.c.73 · T.c.74 · 3 phy. t.c.

¶ Incipit Tractatus Tertius Sexti Libri Physicorum de cōtradictione contra Zenonem: et q impartibile nō mouetur.
¶ Cap. p^m. De solutione rōnum Zenonis que sunt quattuor.

T. c. cō. 75.

Ex omnibus autem p̄habitis non est difficile videre cām deceptionis Zenonis in rōnibus quas inducit ad motus destructionē. Paralogizat enim ipse seipsum et alios: et deratiocinatur fm equiuocationis sophisma occultū: et fm hoc q falsum supponit. Dicit enim sic omne qd est: aut mouetur: aut quiescit quādo est fm equale sibi spatiū in magnitudine: sed īpossibile est. q moueat quādo est fm equale spatium sibi: eo q motus est processus de vno loco ad aliuz. Unus autē et alius locus non sunt equale aliqd rei mote sz maius: ergo qd est fm equale sibi in spatio nō mouetur ergo quiescit: fm qd fert in ipso semper quiescit sz equale sibi in spatio. ergo id qd fertur quiescit in toto spatio. Q autem id qd fertur sit in nunc: pbat Zeno ex hoc: q nūc nihil aliud est nisi numerus eius qd fertur in motu sicut tps est numerus loci mutatiōis: sicut pz ex his que dicta sunt in quarto. Ex his vlterius est tragedia .i. increpatio cōtra eos qui motuz esse asserebant. Inferebat Zeno et sagittā que velocissime videtur ferri imobilem esse. ¶ Est autē et in hac argumentatione falsum supponēs et paralogizans fm equocationē: qd enim supponit q id qd quiescit quiescat in nūc falsum est: et pz ex predictis. Credebat enim q sicut est p̄uatio motus q etiam ita est priuatio mēsure motus que est tps: et hoc falsum est: qa priuatio non p̄uatur nisi id qd ei opponitur. tps autē non opponitur ei: et ideo nō priuat tps ipm. ¶ Si qs autem obijciat q motus est causa temporis: et ideo priuata causa: necesse est effectū priuari: et sic redit incōueniens Zenonis .s. quietem esse in nunc. ¶ Dicēdum q nec motus in genere: nec in spē causat tps: sed potius vnus quidam motus mobilis primi. et ideo priuatio hoc motu vel illo non p̄uatur tps hoc ille p̄mus motus: ille enim semp est: et ideo tps priuari non potest. Scōm falsum est qd Zeno supponebat: q id quod fertur in ipso nūc est in qualibet parte spatij: qa si ita est. vt dicit tunc mot^9 nō est continuus: sed essent infinite quietes vel mouentia in quibus mobile est hoc modo: et post in alio nūc ibi: et sic deinceps fm partes spatij: et sic oporteret. q tempus componeretur ex ipsis nūc: et spatiū componeretur ex indiuisibilib^9: que omnia supra sunt improbata: vnde lz nūc sit numerus eius qd fertur: tamē sicut id qd fertur nō est in alia parte spatij determinate nisi in potētia: et in actu semp est partim a quo: et partim ad quem dū est in motu: ita nūc nō est in tpe qd mensurat motum. et infinite motus erit locus ad quē est mot^9 actu locus eius qd fertur: et ideo non erit actu terminus tpis: qd mēsurat motū: et hoc est qd diximus supra in tractatu de tēpore: qa sicut id qd fert fert semp de p̄ori in posterius in spatio ita q nūc fm esse suū fluit semp de priori in posterius in tpe: et ideo nunc numerādo id qd fertur fm id qd fert cōstituit tps sicut eius qd fertur fm q fert, p̄mus actus est motus: cuius tps nūc est. Paralogizat aūt Zeno fm fallaciam equocationis: quādo dicit q id qd est fm equale sibi in spatio non mouetur. Id autē qd videtur ferri est fm equale sibi: ergo nō mouetur. In p̄ma enim ppōne quādo dicit: q id qd est equale sibi non moueri: stat id qd dicitur eq̄le sibi pro loco determinato fm actū: et hoc modo verū est: q est sz eq̄le sibi in spatio non moueri. In minori autem ppōne hoc ipm eq̄le sibi stat pro eq̄li fm potentiaz: qa id qd fertur nō est fm eq̄le sibi in spatio nisi fm potētiam: et sic equoce vtitur medio termino sui syllogismi: pp qd incidit fallacia equocatiōis: et sic paralogizat. ¶ Sunt autē p̄cipue q̄tuor rationes quas inducit ad pbandum q non est mot^9 que ingerunt difficultatem volentibus eas soluere. Et p̄ma quidē est qd dicit q omne qd mouetur per spatiū aliquod opz prius accedere per motum ad mediū illius spatij q̄ accedat ad finē eiusdē: et eadē ratione p̄us accedet ad mediuz illius medij q̄ ad finē eiusdem: et iterum ad medietatē illius medij: et sic in infinitum: ergo in tpe finito in quo dicitur aliqd moueri pertransit infinita fm numeruz. Ex infinitis autē per numerum componitur infinitū per vltima: ergo in tēpore finito id qd mouetur

Obiectio.

Solutio

T. c. cō. 76.

T. c. cō. 77.

pertransit infinitū: et hoc iam superius impossibile esse ostēsum est. Hanc autē rōnem distinguendo iam ad hominem soluimus in superioribus rōnibus vbi distinximus q infinitum dicitur dupliciter. s. potentia sicut in diuisione cōtinui: et actu sicut infinitū fm vltima et ostendimus ibi q nō est inconueniens q infinituz potentia per diuisionē pertrāseatur in tempore actu finito: qd etiam infinitū est potētia sicut qdlibet cōtinuum diuiditur in infinitū. Ex talib^9 enim infinitis cū non sit nisi potētia non cōponitur infinitū actu. Infra tū soluemus hanc rōnem ad rem cū sequenti rōne: qa nō sumus cōtenti solōne ad hoiem eo q volumus veritatē rei certificare. ¶ Scdam autem rōnem quā ppter fortitudinē cōclusionis vocauit Achillē: eo q esset inuincibilis vt arbitrabatur induxit dicēs: q si motus esset tardissimum p̄cedens nunq̄ posset attingere velocissimuz: qd sequitur ipm in spatio in eodem tpe motus: cuius cām esse dixit: qa in tēpore in quo velocissimum sequitur in spatio in quo precessit ipm tardissimū pertransit tardissimum aliqd de spatio vlterius: et cum velocissimum iterū transit illud spatium: tūc iteruz tardissimū transit aliqd vlterius: et sic in infinitum. ¶ Cuius exemplū est si ponamus limacē pertransire in spatio leucam: et postea velocissimum equuz insequi limacem: tunc enim dixit Zeno q equus nunq̄ consequitur limacem. Necesse enim est q aliqua pportio sit motus equi ad motum limacis: tūc enim quando equus pertransit leucam: q limax fuit ante equū limax pertransiuit millesimā leuce vlterius in spatio: et quando equus pertransit illam millesimā. tunc limax iteruz pertransit millesimam millesime. et sic in infinitū ergo semper limax est ante equuz: ergo tardissimū nunq̄ assequitur a velocissimo insequēte qd est inconueniens: ergo non est motus. ¶ Est aūt hec ratio ex eadem p̄cedenti: qa fundatur super illam q illud nunq̄ sequitur nisi per diuisionem spatij: quam Zeno actu opinatus est fieri in motu: sz differt rō hec fm sermonem: qa nō vtitur in eadem diuisiōe in duo media et iterum diuisiōe medij in media sed vtitur velocissimo et tardissimo: cū tū ex rōne diuisiōis sequtur velocissimū nō posse cōprehēdere tardissimū: et ideo hec rō eadez sit illi que est per diuisiōis rōnē in duo media magnitudine accepta sup quā dicitur eē motus. In vtraq3 aūt hax rōnum accidit q nō pōt contingi terminus magnitudis: ppter hoc q mō quodā diuiditur in infinita ab eo qd mouetur sup eam accipiendo medias partes ante vltimā. Sed ipse apponit in scda rōne: q neq3 id qd est velocissimū cōsequitur tardissimū: et hoc potius est tragedia: hoc est vituperia eox qui motū eē dicūt dictuz est q̄ q variet medium rōnis prioris: et ideo et necesse est q ad vtrāq3 istax rōnuz solutio sit eadez. Dicimus igitur q falsum est qd dicit q velocissimū nō cōprehendit tardissimuz precedēs: et hoc pz ex rōne velocis et tardi p̄us posita. Velox enim est qd in eq̄li tēpore mouetur plus q̄ tardū. Omne autem qd in eodem tpe mouetur plus aliquādo comprehēdet id qd mouetur minus: ergo velox cōprehēdet aliqñ tardū: veruz enim est: q in q̄ntuz istud p̄cedit et illud sequtur nō cōprehēdet. si vtrunq3 accipet hoc mō ea que potētia sunt in spatio: sic dicit Zeno: sed nō sic accipit: sed potius determinatā et finitaz accipit q̄titatem hntia: et hoc mō plus accipit de spatio velox q̄ tardū in eq̄li tēpore: et ideo nō cōprehendet: id enim qd fertur nō trāsit per spatia hoc mō diuidendo: sicut fit diuisio in infinitū. qa tunc oporteret q in secūda hora motus sui minus transiret q̄ in prima: sicut quando diuiditur ōtinuū in infinitum. p̄ma diuisio relinqt maiores ptes q̄ secūda: et secunda maiores relinqt partes q̄ tertia: et sic in infinitū. Nō autē sic fertur id qd fertur per spatiū: siue regulariter: siue irregulariter moueatur. Si enim mouetur regulariter ptib^9 eq̄lib^9 accipit partes eq̄les spatij sicut mouentur celestia. Si aūt irregulariter moueatur: tūc forte pcessu tēporis accipit maiores: et forte minores. In motu enim naturali accipit maiores. In motu violento aliquādo maiores sicut post p̄ncipiū mot^9: et aliquando minores. sicut circa finē motus. Cōstat ergo: q accipit ptes aliquotas spatij: et determiatas et finitas: et sic necessario id qd est velox aliq̄ndo consequtur tardū: iste ergo sunt due rōnes Zenonis. ¶ Tertia autē rō Zenonis est que nunc dicta est in p̄ncipio istius sermonis. s. q sagitta stat eo q est in nūc in eq̄li sibi in loco in spatio: et illius solutio pz ex principio istius capituli. Ista enim rō non consequtur nisi dicat

6° ph. t. c. 19.

T. c. cō. 78.

Com. 78.

Tex. co. 79.

T. c. cō. 80.

mus tps componi ex ipsis nunc ita q tps nihil aliud sit q aggregatio ipsorum nunc: et motus aggregatio momentorum: et id qd fertur sit per vices in equalibus sibi in spatio: et hoc nō cōcedatur tunc nō pōt facere syllogismū: hoc aūt qualr sit et qualr solvatur satis a principio capituli ostensum est. ¶ Quartā aūt rōnem inducit Zeno ex similitudine eorum que movent sicut homines movent sup stadium quorum unus currit contra aliū ita q equales magnitudines moveant iuxta equales magnitudines quiescentes quarum quedā movent a fine stadij moti: et alie a medio stadij quiescentis et moveant equali velocitate. In hac enim positione sic putat sequi inconveniens q s. dimidium equale fiat duo duplici tempori. ¶ Deceptio autem qua decipit est ex hoc q ipse vult equalem magnitudinem cum sua equali que est equalis velocitatis cum alia sibi simili sm tps equale moveri in spatio qd extra magnitudinem motā movet: et in eo qd extra magnitudinem motam quiescit: et hoc nō est verum quia equales magnitudines que eque velociter movent: non moventur sm equale tempus nisi in spatio equali qd extra magnitudines illas quiescit. Sed si una earū movet in spatio quiescente: et alia in magnitudine mota tunc nō transeunt equales magnitudines in tpe equali: sed in quo tempore una trāsit dimidium magnitudinis quiescentis in eo alia trāsit totā magnitudinem extra se motā. Huius autem exemplum est ut sint magnitudines due sic directe coniuncte et quiescentes a.a.a. et coniungantur in puncto cui pnotatur media a. ita q sit qsi magnitudo una. Alie autē magnitudines signent per b.b.b. coniuncte in media b. qsi sint magnitudo una et sint mote: ita q mot⁹ earū incipiat a media littera a. in qua signatur coniungi due magnitudines quiescentes: et moveant ad unā partē quācunq voluerimus. ubi gratia versus dextrā: sintq magnitudines quiescentes et mote per oia equalia. Iste igit magnitudines mote movent in quiescentibus: et nō ptrāseunt nisi dimidium magnitudinū quiescentium. et ideo si in toto tpe magnitudo mota transit totā magnitudinem quiescentem tunc in dimidio tpe trasit dimidiā: cū positum sit eē equalis velocitatis et regularis mot⁹. Sint iterum due alie magnitudines mote que pignent litteris c.c.c. que et sint equales numero et qtitate prioribus: et sint mote eque velociter cū illis que signant p tria b.b.b. et dispō sit qd moveant ab ultimo b. ctrio motu versus sinistram: et hec dispō sic signat sicut hic videre potes. Talis enim hypothesi facta contenit necio q qū pmū b. qd est nl sub pmo c. eo q c. positū est moveri sup ipm est sub ultimo a qd tunc est et sub eodē pmū c. sz ultimū a. vocat nō qd dispōne est ultimū in figura. sed poti⁹ in quo ultimū b. sic in fine motus movet: et hoc qdē accidit īter duas magnitudines que abinvicem movent: ita q una cōtra aliā econtrario: qa una movet ad dextrā et alia ad sinistrā. Accidit aūt in hac positiōe: q ipz c. qd ē magnitudo mota sup magnitudinē cōtra se motam trāsit id qd est iuxta oia a.a.a. et hoc est b.b.b. qa hoc positū est eē iuxta ois a.a.a. et accidit in eodē tpe q magnitudo b. que est et magnitudo mota nō transit nisi media spatia que signant per a.a.a. et sic cōtenit sm Zenonē duplū tps esse equale dimidio. eo q positū est q utrūq spatiorum motorum equale sit ad unūquodq motorum spatiorum et quiescentium: et ideo unū dz eē tps mot⁹ eorum. Sequitur enī q c.c.c. est cū ultimo a. qd tunc trāslatū est p oia c.c.c. et sic in eodē tēpore in quo trāsit dimidiū spatium a.a.a. transit totū spatiū c.c.c. qa in ctrijs motibus in uno et eodem momēto pmum b. et pmū c. simul sunt in cōtrarijs finib⁹ sive ultimis: quorum ultima sunt sm oia b.b.b. que sunt tāta sz numerum et extēsionē qtitatis unūquodq eorum que sūt a.a.a. Hec autē oia: qa sicut diximus obscure posuit Zeno sicut recitat Aristo. in suo sexto physicorum. nos qd obscure positū est clare posuimus sic. Retēta enī positione et figura suppositis dicimus hāc positionē eē per se notā: q si alia magnitudo regularis mot⁹ in toto tpe aliquo trāsit totū spatium aliqd: qd in dimidio illius tpis trāsit dimidiū. Itē hāc dicimus p se notā: q due magnitudines veloces duo equalia spatia trāseunt in tpe uno et equali. ¶ Ex his igit arguimus: q si magnitudo b.b.b. trāsit totū spatium a.a.a. in toto tpe aliquo: in dimidio illius tēporis transit dimidium spatiū eiusdē. Sed positum est: q incipiat moveri a media a. ergo in dimidio tempore transivit mediū magnitudinis: sed equales sunt magnitudines a. et b. et equalis velocitatis sunt b. et c. magnitudines: ergo in equali tēpore trāsit magnitudo b. totam magnitudinē a. et magnitudo c. totam magnitudinē b. sicut dicit secunda ppositio. Propositione autē superiori retēta quādo pmum b. est sub ultimo a. in figura: tunc ultimum b est sub pmo a. eiusdem figure. Sed quādo pmum b. est sub ultimo a tunc primū c. est sub pmo a. moveri motu ctrio. Sed qū ultimum b est sub pmo a tūc pmum c. est sub eodē pmo a. ergo cū ultimo b ergo c. tūc trāsivit per oia b. ergo in tpe in quo b. transit per dimidia a. in eodē c trāsit per dimidia b. sed in dimidio tēpore b. trāsit per dimidia a. ergo in dimidio tempore b. transit c. per oia b. Datū autē erat q in toto tēpore transit per oia b. qa oia b. sunt dupla ad dimidia a. ergo totum tēpus duplū eqle est dimidio. Hec igit est ratio Zenonis et accidit ad falsitatem supra dictā: et est fallacia sm qd ad simpliciter in argumento. Qd enim dicitur q si aliqd in dimidio tēpore transit dimidiū spatium sm regularē motum. q in duplo illius tēporis transit totum spatium. Arbitrat Zeno esse verum simpliciter in omni spatio tā cōtra id qd fertur motu q̄ quiescente: et non est verum nisi in spatio quiescēte. Si eīz aliqs vadat Parisius: et ponamus q eque velociter ut ipse peragit spatium veniat cōtra illum. ille dimidio tempore veniet Parisius q̄ veniret si spatium staret. Et sequerat unū simile istis in natura motus habet. ¶ Dicēdū q in luna: illis enim aux cōtra lunam movet ppter qd in dimidio sui circuli sibi obviat luna et aux bis in una lunatione. ¶ Et sic patet solutio rationum quas Zeno de motu locali induxit sm q sufficit ad presens. Infra enim cum de lineis indivisibilibus loquemur: redibimus adhuc ut dicamus aliquid de istis rationibus Zenonis. Sed quia Zeno non solum cōtradixit motui locali. sed etiam alijs motibus: oportet nos ostendere falsitatem rationum suarum etiam in illis.

¶ Cap. 2ᵐ. De solutione rationum Zenonis q̄ mutationes existentes inter cōtraria vel contradictoria.

DIcimus igitur q nobis nullum accidit impossibile ponētib⁹ motum ex cōsideratione mutationis que est sm cōtradictionē aut sm contradictoria. Dicebāt enim qdam nō esse aliā mutationē inter contradictoria: qa si detur eē mutatio inter ea tunc id qd mutatur de non esse in esse aut est in esse aut in non esse: aut in neutro: aut in utroq. Constat autem q non est in non esse: qa cum mutatur iam recessit ab eo: et superius habitum est q res que mutatur non est in eo ex quo mutatur. Similiter autem neq in esse in qd mutat: quia esse magis est qes q̄ mutatio: et ideo res tunc mutata est quādo est. Eodem autē modo non potest esse in neutro: qa cōtradictorium alterum inesse necesse est. Similiter autē nō potest esse in utroq: qa cōtradictoria simul de eo verificātur. ¶ Similiter autē obijciebāt de mutatiōe que est inter cōtraria: qa in eo ex quo est mutatio non est: qa iam recessit ab illa per infinitas mutatiōes: ut supra pbatum est. In eo autē ad qd est mutatio nōdum est: qa cū est in illa quiescit et nō mutatur: in neutro etiā nō pōt: qa unum eorum ponitur ut mutationis principium: alterum vō finis: et mutationi cētrialia sunt pncipiū et finis: qa aliter infinita essent: ppter qd necessarium est ista inesse rei mutate que est subiectum mutatiōis. Utrūq autē istorum iterum non pōt esse. eo q cōtraria nō insunt simul eidem. ¶ His igit rōnib⁹ pbāt nullam eē mutationē: neq inter cōtraria: neq īter cōtradictoria dicētes q si aliqd ex nō albo in album mutatur: et in neutro istorum esse pōt: ut pbatum esse videt: qa tunc neq albū neq non albū erit: qd est inconveniens: cum ista sunt mutationes nō sibi essentiales: et ideo opz ipsas inesse ei cui inest mutatio. ¶ Solō autē huius sophismatis est q cū mutat aliqd aliq̄ modo ē in utroq: sed magis in eo ad qd est mot⁹: ut si aliqd mutet ex nō albo in album: aliquo modo est nō albū et aliquo modo albū sed tamē magis est albū sicut ostēsum est in quinto libro huius sciētie. Nō solū enim id dicit qd in toto. i. perfecte est album: hoc est q hz albedinem in toto a nigrationis permixtione separatam: qa album aut nō albū dicit aliquādo et nō q totū et perfecte sit huiusmodi. Sed qa plures partes: aut magis proprias habet albedinis: et nō est eiusdem intētionis differentie q aliqd non est in hoc totum et pfecte sicut iam patuit: et sic est res dum mutatur inter contraria: qa dum mutatur in utroq est quodāmodo. Sed plures accipit

cipit ꝯtrarie partes ꝛ magis ꝓprias eius ad qđ est motus si/ne mutatio: neqꝫ sequitur ex hoc ꝙ ꝯtraria sunt in eodē: quia simplr nõ insunt neqꝫ fm actū. sed fm potētiā. sicut in fieri: ꝛ hoc mõ ꝯtria bene pñt esse in eodē. eo ꝙ vnū est sicut exitēs: ꝛ aliud est sicut mutās: ꝛ ideo vtrūqꝫ est in potētia vł in actu qui potētie est pmixtus qualē actū supius diximus esse motū. Similr aūt est in mutatione que est inter ꝯdictoria que est inter esse ꝛ nõ esse. Hãc igit mutationē que vere mutatio ꝛ motus est diximus esse iuxtā alterationi: ꝛ fm hūc modū ꝯsiderātū illud qđ mutat neqꝫ pfecte est in esse neqꝫ pfecte in nõ esse ꝛ est tñ magis in altero oppositoꝝ: ad qđ est mutatio: sed in neutro est totū semp ꝛ pfecte. Et hec quidē perfecta est solutio rõnū Zenonis: lꝫ quidā dicāt hāc esse qõnez p se circa motū ꝛ mutationē. fm enim ꝙ est qõ p se certificās verū id qđ mutat sit in eo ex quo est motus: vel in eo ad qđ: vel in vtroqꝫ: vel in neutro tractata est qđ in 5° libro huius sciētie. Sed fm ꝙ est inducta nõ ꝓpter se: sed ad destruendum motum ꝛ mutationē inducta est hic.

Cõtraria fm potentiā possunt simul in esse eidem

¶ Cap. 3m. De solutione rationum Zenonis contra motuz circuli ꝛ spere.

Quia aūt Nosiam enumerauimus oēs fortiores rõnes Zenonis quibus destruere nitebat motum rectū: relinquit vt inducamus rõnes eius quibus visus est destruere motū circularē vt soluamus eas. Sicut enim dixi in his que mouent motu recto: ꝙ accidit qñ quiescūt dum putant moueri. Similr dixit in circulo ꝛ spera: ꝛ vniuersalr in oibus que mouent. Oia enim talia per syllogismū accidit quiescere dum putant moueri. Quecūqꝫ in eodē loco fm ꝯtinuū aliqđ tempus sunt ꝛ ipsa ꝛ partes illa quiescūt: sꝫ circulariter tñ sperice mota fm ꝯtinuū tēpus in eodē loco sunt ꝛ ipsa ꝛ partes: ergo quiescūt. ¶ Probat aūt Zeno: ꝙ illa quiescūt que sunt in eodē loco per ꝯtinuū tēpus ꝛ ipsa ꝛ partes per hoc ꝙ illa que mouent fm totū mutant locū: sicut illa que mouent fm formā mutāt formā. Circulus aūt ꝛ spera circa idē cētrum in eodē loco sunt semp: ꝛ ideo quiescere ea putant: vel si ponunt moueri simul quiescūt ꝛ mouent qđ est incõueniens.

Tex. c. 84.

¶ Ad hoc aūt duplicē dabimus solonē. Soluemus enim primo per interēptionē vnius pmissaꝝ sui paralogismi dicentes ꝙ partes circuli ꝛ partes spere nunqꝫ tēpore aliquo continuo sunt in eodē loco. sed totū fm subiectū sit in eodez loco. Scdam aūt dabimus solonē ad rem dicētes ꝙ in circulo ꝛ spera totū ꝯtinue ꝓcedit ad aliū ꝛ ad aliū locū. ¶ Sed nos distinguimus duplicē totalitatē circuli: ꝛ duplicē alietatē loci. Est enim vna totalitas circuli fm mā ꝛ subiectuz: ꝛ hoc nõ refert ad motū circuli ꝛ locū: nisi per accñs. Accidit enim ea talis motui inquantum forma circularis in ipso. ¶ Alia aūt est totalitas circuli fm formā cõuexi ꝛ ꝯcaui qđ est in ipso: eo ꝙ figura circularis duas formas habet que sunt ꝯuexū ꝛ ꝯcauū: ꝛ fm hoc si nos imaginati fuerimus siue in ꝯuexo: siue in ꝯcauo quotquot voluerimus pūcta que notant litteris. a. b. c. d. ꝛ sic de alijs circulis circūductis describet tot circulos fm formā quot pūcta fuimus imaginati signari in ꝯcauo vel ꝯuexo eius: ꝛ hoc ꝓbat ex hoc ꝙ cū eleuat. a. pūctū: ꝛ redit in vbi in quo eleuabat: tunc cõplete descriptus est circulus per. a. pūctū: ꝛ similr est. c. b. redit ad locū vbi eleuabat. ꝛ similr est de. c. ꝛ de oibus alijs ꝛ cū forma circuli descripta per. a. punctū est cõpleta: nondū est cõpleta forma circuli descripta per. b. ꝛ sic de alijs. Sed vna descriptio ꝯtinue cõplet post aliā. Cõstat aūt ꝙ in circulatione circuli ꝯtinue tali a pūcta sibi succedūt. ꝛ vnus semp est vt pellēs: ꝛ alter vt pulsus post aliū: ꝛ ita ꝯtinue se pellūt ꝛ pellunt: ergo ꝯtinue forma descriptionis circuloꝝ formalr variat: ꝛ pcipue in circulo naturalr mobili in quo est oriēs ꝛ occidēs: ꝛ dextrū ꝛ sinistrū: ergo ꝓcedit continue circulus in formas multoꝝ circuloꝝ: lꝫ subiecto sit vnus. Similr aūt est de loco. locus enim motus circuli est supra centrū: vt supra verificauimus. Lꝫ aūt hoc idē sit subiecto: tñ formalr variat. Locus enim vnius forme circuli descripti nõ cõplet cum descriptione alterius circa centrū. Est enim formalr locus circularis vbi in quo cõplet descriptio circuli. Patꝫ igitur ꝙ circulariter totus totalitate formali ꝓcedit de loco ad locuz: ꝛ de circulo ad circulū ꝯtinuo in motu circuli. Et isti circuli non

Tot:litas circuli duplex.

Tex. c. 85.

sunt idē formalr sed subiecto: sicut idē numero sunt ꝛ p accidēs homo ꝛ homo musicus: ꝛ ideo p se mouet circulariter de loco ad locū: ꝛ per accidēs est in loco vno. Et hec est vera solo qõnis. Falsuz est igit qđ quidā dicūt ꝙ partes mutant locū ꝛ totū manet: qꝛ tunc circulus nõ moueret nisi per accñs ꝛ nõ fm se falsuz est etiā qđ dicit Auic. ꝙ circuli motus sit fm situ ꝛ nõ fm locū motus qꝛ supra ostēdimus: ꝙ in situ nõ est motus nisi p accñs. eo ꝙ est forma indiuisibilis: cuius etiā alia causa esse põt: qꝛ scilicet situs nõ est sine eo qđ est ad aliquid. ꝛ in illo nõ est motus nisi per accñs: verꝫ tñ est ꝙ circulus ꝓcedit fm partes de situ ad situ: sed hoc ꝯuenit etiam ei qđ mouet fm motū rectū: lꝫ in motis recte sit diuersus locus. ꝛ situs. ꝛ forma ꝛ substātia. In circulariter aūt motis locus diuersus est fm formā: ꝛ nõ fm substātiā ꝛ hoc est ꝓprium eoꝝ que mouent fm circulū. Sicut antē diximus de circulo ꝙ variat fm formas circuloꝝ ꝓpter pūcta orientia ꝛ depssata dicimus in spera: si signamus sup eam semicirculos vel puncta inter polū ꝛ polū: ex parte dextre spere: vnde est motus. Illi enim actus fm pūcta ꝯtraducta variant formaliter ꝛ describūt ꝯtinue speras diuersas in forma: ꝛ cū hoc ꝯtinue fiat in motu spere: necesse est ꝙ locus descriptiõis vnius differat formalr a loco descriptionis alterius p eandem que de circulatione est inducta rõnē: ꝛ ideo tota spera ꝓcedit de loco ad locū formalr: lꝫ substa maneat in eodem loco. Spera. n. est qđ gñat ꝛ describit semicirculo inducto: vt ait Euclides. Hoc enim necessario habet tria pūcta imobilia centrum. s. ꝛ duos polos: patet igitur ꝙ spera semp mutatur ab altera speralitate in alteram fm forme sue totalitatem: ꝛ nequaqꝫ quiescet. ꝛ sic circulus de vna circularitate in aliaz fm ꝯtinuum motum qui circulatio vocatur. Sic autem est de omnibus que mouent in istis que sunt circulus ꝛ spera: ꝛ hec aliquando dicunt in seipsis moueri: qꝛ non egrediunt eundem locum fm subiectum: vt diximus.

Vide ꝯ auic. Auer. in presenti loco.

¶ Cap. 4m. De ꝓbationibus ꝙ indiuisibile non mouetur.

His autem Habitis ꝛ ostēsis ꝯuertemus nos ad indiuisibile: qđ supponit Zeno moueri si motus esse darēt ꝛ ostendemus. qꝛ id qđ est oino indiuisibile vt pūctus impossibile est moueri. Sed prius faciemus rememorationē de his in parte que diximus in principio quinti: ꝙ cõcedimus enim ꝙ idiuisibile mouet p accñs: sicut motu corporis aut magnitudinis: in qua sicut terminus est indiuisibile: ꝛ hoc est sicut si aliquis moueat in naui a nauis motu: ꝓter id qđ mouet in naui a nauis motu extrinsecū est essentie nauis: ꝛ ideo simile magis est id qđ mouet existēs in corpore aliquo a corporis illius motu in quo ipsum est: sicut pars mouetur motu totius corporis. Diceni motus in hoc similis est motui accidentiū: qꝛ sicut accidentia nõ mouent ex se: sed motu subiecti ita neqꝫ pars ꝙdiu ꝯiuncta est toti ex se mouet: sꝫ motu sui totius. Impartibile aūt voco illud qđ oino indiuisibile est fm quātitatē. ¶ Est aūt hec distinctio nobis hic necessaria: qꝛ lꝫ pars nõ habeat nisi motū totius tñ motus idē p accñs ꝯueniēs ipsi aliqñ sicut in spera mota hꝫ alietatem velocitatis: ꝛ tarditatis in partibus diuersam a motu totius. Motus enim totius vniformis est in toto: ꝛ tñ in spera maxime indicat esse difformis in partes: qꝛ ꝓpinque centro vel polo: ꝓpter hoc ꝙ trāscunt paruos circulos in eodē tēpore in quo partes remote a polo vel cētro transeunt magnos: necesse est esse tardioris motus ꝙ illas: ꝛ ideo stelle iuxta polum in austro ꝛ aquilone tardi sunt ꝛ motus ꝛ stelle iuxta equinoctialē qui est vnus magnoꝝ circuloꝝ spere sūt velocis motus ꝛ sic inuenit triplex diuersitas in partibus a motu totius qꝛ que sunt intus in cētro vel polo quiescūt: ꝛ que iuxta centrū vel polū tarde mouent: ꝛ sic que sunt remota ab vtroqꝫ polo ꝛ centro velociter mouent: ꝛ cū iste motus est per se vnius totius ꝛ per accidēs partiū: sicut supra ostēdimus: multo magis igit ꝛ in his in quibus motus partiū est eiusdē velocitatis cū motu totius: ꝛ cū partibus alijs motus attribuit p se toti. ꝛ p accñs partibus. Sic igit dicebam prius nõ ꝯuenit moueri impartibile: cū spera sit in alio: nisi sicut mouet in naui sedens naui eūte: per se aūt non ꝯuenit ipsum moueri. ¶ Si aūt dicat aliquis ipsum moueri deducemus ad impossibile. signet enim motus trāsitus eius per

Tex. c. 86.

5° ph. t. c. pñt.

Tex. c. 87.

lineam .a.b.c cuius pars prima: ex qua est motus sit .a.b. & secunda pars in qua est motus sit .b.c. & accipiamus motum generaliter ad motum in loco & ad motum qui est ex magnitudine in magnitudinem. sicut est motus augmenti & diminutionis ad motum alterationis qui est ex specie ad speciem: & ad mutationem continuam alterationi: que est inter contradictoria sicut est generatio & corruptio. Tempus autem proprium & primum huius motus quo mouetur impartibile sit signatum per litteram .d. In isto igitur tempore secundum quod mutatur si est secundum primum & proprium tempus necesse est impartibile ipsum: aut esse totum in .a.b. ex quo est motus eius: aut totum esse in .b.c. in quod est motus eius aut partim esse in .a.b. & partim esse in .b.c. quoniam cum in mutatione non sint nisi hec tria: oportet quod omne quod mutatur vno istorum modorum se habeat: sed non potest dari quod tertio modo sit aliquid ipsius in vtroque tamen .s. in eo ex quo est motus: & in eo ad quod est motus: quia in fine generali: & in hoc 6° libro probatum est. quod omne quod est partim in vno & partim in alio: est diuisibile. & suppositum est id quod mouetur esse indiuisibile. Per hoc igitur datum sequitur destructio hypothesis. At vero non potest dari: quod sit motus in .b.c. in quod est motus: quia cum est in eo ad quod est motus: tunc est iam mutatum. Nos autem posuimus ipsum mutari: relinquitur ergo: quod totum sit in eo ex quo est motus: hoc est in .a.b. per totum tempus: quod signatur per .d. Et sequitur ex illo quod quiescat & non moueatur: quia nos diximus supra quod hoc est quiescere quod est in eodem secundum vbi vel formam manere per totum tempus aliquod: datum autem erat quod mouetur. Ex quo igitur omnibus his datis sequitur impossibile: manifestum est quod impossibile est quod impartibile moueatur: vel vniuersaliter mutetur secundum aliquam speciem mutationis: & huius causam assignabimus: & causa huius est quia omne mobile est continuum & diuisibile & continuitas eius est causa continuitatis motus & temporis: sicut supra diximus: vnde non posset esse motus eius quod est indiuisibile: nisi hoc modo tempus componeretur ex ipsis nunc indiuisibilibus: & motus eius ex momentis que sunt fines motus: quia eius quod est indiuisibile est motus indiuisibilis & spatium indiuisibile: & illius mensura non potest esse diuisibilis: sed mensura eius esset indiuisibile nunc: & hec omnia sunt impossibilia: quia sicut supra probatum est in nunc non est motus vel quies: sed potius motum esse in nunc: & ideo si tempus esset ex nunc in omnibus: vel nunc esset id quod est indiuisibile in motum esse: & nunquam fuisset in moueri. quia moueri non est nisi in tempore: & sic motus esset in fine & nunquam fuisset in via ad finem que omnia sunt impossibilia etiam ad intelligendum sicut ostensum est supra. neque enim ex ipsis nunc est tempus neque linea est ex punctis neque motus ex momentis. Qui enim hoc dicit: quod impartibile mouetur. nihil aliud facit: nisi quod dicit motum esse ex momentis: aut lineam ex punctis: aut tempus ex ipsis nunc. Sed hoc impossibile est: cum nullum eorum habeat quantitatem aliquam. Quantum autem non componitur ex non quantis: hec est igitur ratio vna qua probatur indiuisibile non moueri.

*Tex.t.c.89.*

Amplius autem & ex his que dicta sunt manifestum erit hoc idem .s. quod punctum & omne aliud indiuisibile impossibile est omnino moueri. Omne enim quod mouetur super spatium aliquod impossibile est vt prius accipiat & pertranseat de spatio maius se: quam accipiat & pertranseat de eo spatio minus se vel equale sibi. Si ergo punctum vel aliud indiuisibile mouetur oportet quod pertranseat de eodem spatio minus se prius quam pertranseat de eodem spatio maius se. Impossibile autem est quod transeat de spatio minus se: cum sit indiuisibile: quia si haberet minus se: tunc diuisibile esset. ergo oportet quod transeat equale sibi. Et ex hoc vlterius sequitur: quod linea spatii per quam transit componatur ex punctis: quia cum id quod fertur transit per spatium tunc per equalia sibi ministrando reddit quantitatem spatii & ex illis componitur. Equale autem puncto est punctum: & ideo linea componeretur ex punctis. Si autem hoc impossibile est vt supra ostensum est tunc etiam impossibilis est positio ex qua istud sequitur quod .s. indiuisibile moueatur: & hec est probatio secunda.

*Tex.t.c.90.*

Amplius autem si omne quod mouetur in tempore mouetur sicut sepius probatum est: & nihil mouetur in ipso nunc: & omne tempus diuisibile esse ostensum est prius: tunc oportet ex quolibet tempore quod est alicuius motus sic accipere aliquod tempus minus illo eo quod tempus est diuisibile in infinitum: & pars semper minor est toto. Hoc igitur modo & hac de causa si indiuisibile mouetur: oportet quod moueatur in tempore eo quod omne quod mouetur mouetur in tempore: & omne esse diuisibile ostensum est prius. Si igitur punctum mouetur oportet quod sit accipere tempus minus illo quod est primum & proprium tempus motus sui: sed hoc est impossibile: quia ex superioribus patet quod si aliquid mouetur in tempore aliquo regulariter quod ipsum diuidium mouetur in medietate illius temporis eo quod continuitas motus sicut a prima causa est a continuitate mobilis: in eo quod mobile & continuitas temporis est a continuitate motus: & sic oporteret quod esset accipere aliquid minus puncto & sic id quod est indiuisibile esset indiuisibile in minus sicut & tempus diuiditur in tempora minora se. Hoc enim solo modo sequitur diuidi id quod est athomum & indiuisibile: si possibile esset quod moueretur in ipso nunc: quod est athomum. Eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri quod est indiuisibile moueri & moueri ex ipso: sequitur vtrunque diuidi sicut ex prima huius disputationis ratione ostensum est.

*Opin. Aui. & sequacium*

Sunt autem quidam sequentes Auicennam: & dicentes hanc rationem non tenere. que hic vltimo inducta est: quia non videtur sequi: quod si aliquid integrum mouetur in aliquo tempore non mouetur dimidium illius in dimidio illius temporis: sed potius maius illo mouetur in tempore minori. Sicut videmus: quod magis graue in tempore breuiori descendit quam minus graue: & ideo dicunt quod ratio ista non tenet nisi de motu violento: in quo mouens est extrinsecum: quia si violentia aliqua mouet aliquod totum in tempore determinato eadem violentia mouebit minus illo in tempore breuiori: & sic diuidi potest omne quod mouetur secundum temporis diuisionem.

*Improbat*

Sed forte dicet aliquis: quod ista non sunt comparabilia que dicta sunt scilicet rectum et circularem: neque motus qui fiunt in eis sunt comparabiles: et dicet forte quod equivocum est illud quod est velox vel velocius in ipsis motibus: quia non sunt comparabilia nisi ea que fuerint univoca: sicut si aliquis querit quare non fiat comparatio quod queratur utrum acutior sit stilus vel angulus aut vinum aut vox ultima in neumatibus. Equivoce enim dicitur acutius de his: quia acutum in stilo vel angulo est quod pungit et penetrat in tactu: acutius autem in vino est quod penetrat in linguam: et acutius in neumate ultimo in acumine est quod fortius aliis penetrat in auditum. Que enim equivoca sunt non comparantur: cum omnia que comparantur non possint comparari nisi per unam naturam que est in utrisque. In equivocis autem non est una natura: sed tantum est in his convenientia in nomine. sed ultima nota in acumine comparabilis est voci vel neumati minus acuto: eo quod acutum unius rationis est in utrisque: sic ergo dicet quod non est idem velox sive unius rationis hic in circulo et ibi in linea recta. Multo autem minus erit secundum rationem velox idem in alteratione et loci mutatione: cum illi duo motus sint in generibus diversis. Motus autem circularis et rectus sunt in genere uno. ¶ Forte autem aliquis diceret obiiciendo: quod illud quod modo dictum est non est verum. s. quod illa sola sunt comparabilia que non equivocata sunt. Secundum hoc enim omnia univoca essent comparabilia: et hoc nos invenimus esse falsum ut videtur: quia multum videtur esse unius rationis in quocumque sumatur. Si ergo accipiatur in aere et in aqua unius erit rationis: multum enim est quod est tantum et amplius. Si igitur precedens sermo esset verus: deberet aqua esse comparabilis aeri per multum et paucum: et hoc non est verum: quia cum aer et aqua distent essentialibus differentiis: nihil idem est in eis. sed quecunque comparantur per aliquid idem in utroque comparantur: ut diximus supra. ergo aer et aqua non comparantur. Et si forte aliquis dicat quod multum non est unius rationis in aqua et in aere: et in ceteris que multa nominatim dicantur: tunc accipiam ego duplum: quia illud in omnibus videtur esse eiusdem rationis. Ubicunque enim accipiamus duplum habebit rationem proportionis duorum ad unum. Cum ergo dicamus duplum aerem ad aquam qui est tantus et equalis: oportet quod si illa comparantur quod aer sit equalis aque: ergo calidum est equale frigido: et spirituale equale corporali: et hoc nihil est dictu: ut prius ostendimus: ergo ista non sunt comparabilia: non ergo univocatio sufficit ad rationem comparationis. ¶ Aut forte de istis aliquis dicet: eandem rationem quam dixi superius de veloci equaliter: et magis et minus: quod scilicet ista sint equivoca. Possunt enim ista dupliciter diffiniri. Si enim diffiniuntur in communibus suis intentionibus secundum quod abstrahunt ab hoc ab illis: et a quolibet illo multo vel duplo in universali erit logica diffinitio istorum: et secundum rationem logicam erit in omnibus eiusdem rationis: sed quia differenter omnia subiecta sua et passiones et opera diffinium physicus et dialecticus oportet quod physicus ista secundum esse diffiniat quod habent in suis substantiis: et tunc multum et duplum in aere et aqua non sunt eiusdem rationis. Sed quia non habemus propria nomina differentia multum et duplum secundum quod variantur in singulis: ideo ponimus eadem in diffinitionibus ipsorum in omnibus dicentes multum esse: quod habet tantum et amplius: et duplum esse quod est sicut duo ad unum: sed tamen iste diffinitiones secundum esse physicum in diversis accepte equivoce sunt. quia cum dicimus multum esse in aere quod est tantum et plus: et duplum quod est sicut duo ad unum: illud tantum et plus quod ponitur in diffinitione multi non erit eiusdem rationis cum eo quod dicitur multum aque: et duplum aque: quinimo potius erit et tantum equivocum: et plus erit equivocum que ponuntur in diffinitione eius quod est multum: et duo erit equivocum: et unum erit equivocum: que ponuntur in diffinitione dupli. ¶ Quare autem hoc posset contingere: quod univocorum quedam erunt comparabilia: et quedam non: cum certum sit omnium univocorum esse naturam unam simul: nulla enim ratio ad hoc posset inveniri. Dicendum est igitur ista esse equivoca ut dictum est. Aut forte diceret aliquis: quod istorum rationes non sunt diverse: sed subiecta eorum prima sunt diversa: et forte dicet quod duplex est inter res nature diversitas. Quedam enim sunt diversa: quia rationes eorum sunt diverse: et quia subiecta susceptibilia ipsorum sunt diversa: sicut canis latrabile et marinum et celeste: et hec sunt vere equivoca que dicuntur equivoca casu et fortuna. Alia autem sunt diversa: non quia rationes eorum sunt diverse: sed quia susceptibilia eorum que sunt ipsorum subiecta propria sunt diversa: sicut multum in vino et multum in numeris et multum in aere: et similiter duplum et dimidium in discretis et in continuis: et hoc modo forte dicet aliquis velox esse diversum: non ex ratione diversa in recto et circulo: sed quia susceptivum est diversum: et ideo impeditur comparatio. Quando enim susceptivum est unius rationis: quia equus albus et canis albus sunt comparabilia: utrum eorum albius vel equaliter album sit eo quod susceptivum eorum que est superficies et magnitudo in equo et cane est eiusdem rationis: aqua autem et vox non sunt eiusdem rationis: nec eiusdem rationis sunt in susceptivo: et ideo si dicatur aqua multa: vel nix multa: vel aqua dupla: et nix dupla erunt multum et duplum equivoca non propter rationem diversam dupli et multi: sed propter diversitatem susceptivi: quia multum et duplum dictum de aqua et voce in diversarum rationum sunt subiectis. ¶ Sed iterum adhuc aliquis obiiciet: quod si hoc verum est quod ea que in communi sunt unius rationis et differunt subiecto quod est proprium susceptivum ipsorum sunt univoca et sunt unum in ratione: tunc sequitur: quod omnia sunt unum et univocum quecunque sunt in diversis subiectis. Possumus enim dicere de omnibus talibus quod unumquodque ipsorum est in alio et alio subiecto: et sic equale ubicunque sit idem erit in ratione: et dulce sive sit in voce sive in melle erit unum et univocum. et similiter album sive sit in voce: sive alibi: quia dicimus de omnibus talibus: quod ipsa sunt in ratione una: sed sunt in alio et alio subiecto: hoc autem est inconveniens: ergo inconveniens est dicere quod ista sint unum in ratione. sed differunt per subiectum. ¶ Amplius subiectum susceptivum uniuscuiusque horum in quo fit comparatio non contingens est et per accidens: sed proprium et primum et per se subiectum est unum unius solius: et ideo subiectum est in diffinitione eorum. In diffinitione enim accidentium per se cadit subiectum: et est quasi differentia cadens in ratione eorum sicut docetur in 7° prime philosophie. Cum ergo nunquam comparentur nisi subiecta: et nunquam fiat comparatio nisi per aliquam passionem que est in ipsis: non erunt illa vere univoca que habent diversa subiecta secundum genus vel speciem: non ergo sufficit ad comparationem: quod sint unum in ratione communi: et differant per subiecta precipue in physicis: ubi omnia ad esse referuntur: et non attenditur secundum diffinitiones logicas: que in communi dantur de ipsis: propter quod multum in numeris et in continuis sive liquidis et aridis non erit vere comparabile: et idem est de duplo et omnibus aliis: et hoc patet per inductionem: quia curvum in tibia et in naso non sunt comparabilia: et similiter nudum in homine et in equo. Nudum enim in homine privatio est vestium: et in equo privatio est pellis: et sic est in aliis. Si ergo secundum predicta non solum oportet esse non equivoca in ratione communi:

Tex. c. 24.

Tex. c. 24.

Tex. c. 25.

Tex. c. 26.

Quo differt physicus et dialecticus diffiniat. vide primo de anima c. 16. 3.

Tex. c. 27.

Tex. c. 28.

Tex. c. 29.

sed etiam non habere differentiam formalem et substantialem neque in quiditate ipsorum secundum que est comparatio: neque in subiecto proprio in quo sunt: tunc plana erit solutio predictorum de multo: et duplici: et veloci: incerto motu et circulari. Dico autem adhuc esse attendendum: quod id in quo attenditur comparatio et ea que comparantur sunt accepta specie indivisibili: hoc est specialissima: quia non fit comparatio aliqua nisi ubi potest esse magis et minus et equale: non autem fit comparatio talis nisi in accidentali forma: que vel per se vel per accidens accidit: et precipue fit secundum passionem per se accidentem. Commune autem ut genus ita non comparatur ad ea quorum est genus: quia est pars quiditatis eorum. Dico autem sicut color habet divisionem in species: et ideo colorata non comparantur secundum habere colorem: ut queratur utrum magis album quam nigrum coloratum sit: quia autem tunc fiet comparatio non secundum aliquem colorem in specie acceptum: sed fieret comparatio secundum quod est color in genere communi: cum omnis comparatio debeat fieri in specie ultima sicut si fiat secundum album colorem: ut queratur utrum omnis canis albior sit quam equus. ¶ Est autem attendendum quod licet species ex equo participent suum genus: et comparatio etiam fiat secundum equale: tamen equalitas hinc et inde est equivoca: quia autem equale quo species participant genus opponitur priori et posteriori secundum naturam. Equale autem quod est in proportione comparationis opponitur ei quod est magis et minus. ¶ Ex his ergo omnibus colligere potest aliquis de facili quod tria exiguntur ad comparationem que verissime comparatio est. scilicet quod id in quo est comparatio sit univocum. et accipitur secundum esse proprium quod habet in per se et primo susceptivo: et quod sit acceptum secundum indivisiduam speciem ultimam: et hec est comparatio physicorum: que ut diximus in esse proprio et nature consideratur. Si autem large sumatur comparatio: sufficit ad hoc quod fiat comparatio in hoc quod quocunque modo unum est in his que comparantur. Dico autem quocunque modo: quia si sit univocum in eis fiet comparatio per magis et minus et equale que generantur ex intensione et remissione. Si autem sit in eis unum per analogiam quod non est pure univocum: nec pure equivocum fiet in talibus comparatio per magis et minus et nunquam per equale: quia illa comparatio non generatur ex intensione et remissione: sed potius ex proportione ad unum quod per prius et posterius respicit ea. sicut ens se habet ad potentiam et ad actum et ad substantiam et accidens: et sic tribus modis fit comparatio. Et sic attendens Aristoteles in ethicis dicit: quod qui crediderint aliqua non esse comparabilia propter hoc quod non sint univoca: non sufficienti crediderant signo.

Notanda qualiter ad veram comparationem tria se ipsa exe quirunt: et ad uerte hic qualiter est triplex comparatio.

¶ Cap. 3[m]. De comparabilitate motuum secundum predictas conditiones comparabilium.

HAbitis autem his secundum primum et proprijssimum signum ostendemus motuum adinvicem comparationem: secundum proportionem velocis et tardi. Dicimus ergo quod circa motum velocem et tardum secundum comparationem debent attendi secundum omnia inducta de proprijssima comparatione. Est enim eque velox quod in equali tempore movetur secundum aliquid tante longitudinis in tali subiecto: et ideo tria cadunt in diffinitione. scilicet equalitas temporis: et equalitas eius in quo est motus: sicut in natura generis que fluit: sicut est ubi vel forma: vel quantitas: et cadit in ipso subiectum motus: et si quod habet horum sit equivocum in duobus motibus tunc non erit vera comparatio. ¶ Si vero queratur si hec alteratio sit equalis: et similiter velox loci mutationi. quando hoc subiectum quidem est alteratum: et aliud subiectum est ductum localiter: constat quod inconveniens est dicere: quod ista sint equaliter velocia: quia nature in quibus est motus non sunt comparabiles. neque eorum propria subiecta sunt eadem: et causa huius est: quia motus habet species in quas dividitur: et natura uno fluit in una specie: et alia fluit in alia: et quod subijcitur uni per se: non subijcitur alteri: propter quod velox in eis non est in ratione una omnino: quia suum subiectum proprium non est unum: sed due species motus. Si autem dicatur secundum hoc: quod illa sunt eque velocia: que secundum equalem longitudinem sunt ducta motu locali: et hoc sufficit ad motuum invicem comparationem: tunc erunt equales motus circularis et rectus: et hoc superius reputatum est esse inconveniens. Queramus ergo utrum causa huius inconvenientis est: quia loci mutatio genus est et habet species diversarum naturarum in quibus non est velocitas unius rationis. Aut causa est: quod linea que est mensura spatij super quod est motus est genus: et dividitur in rectam et circularem: et ideo motus unius nature non potest esse super hec duo spatia: propter quod ulterius velocitas non erit eiusdem rationis. Non enim possumus dicere quod causa sit equivocatio temporis quia tempus omnium temporalium que a tempore mensurantur est in atomo: hoc est indivisibili specie: quia per subiecta non variatur: eo quod in temporalibus rebus non sit sicut in subiecto: sed sicut in numeratis. ut diximus in 4° libro huius scientie: et si tempus habet species ille sunt secundum partes eius integrales. que sunt preteritum et futurum. Aut dicendum etiam absque dubio quod ambo specie differunt: et motus: et spatium. et loci mutationes sunt species diverse in quibus velocitas non omnino est unius rationis. propter hoc quod illud spatium in quo est loci mutatio habet species que sunt rectum et circulare: et ideo loci mutatio eadem in specie cum alia comparabilis erit ei: quia velocitas earum unius est rationis. Sed tunc forte aliter videtur quod motus ascensionis comparatur motui descensionis: cum tamen sint contrarij motus: ut in 5° dictum est: et sunt diverse species. propter quod etiam non sunt vere comparabiles: quia velocitas ipsorum non est eiusdem rationis: quia ubi fluens in eis non est eiusdem nature prout sumitur physice: ut ex superioribus sepe habitis de facili sciri potest. quia sicut albatio et nigratio differunt: ita differunt ascensio et descensio. ¶ Amplius autem dubitabit aliquis querens utrum instrumenti per quod est motus diversitas faciat specifice differre motum: et sic impediat comparabilitatem motuum sicut si dicamus quod volatio fiat per alas et ambulatio per pedes. Et queramus utrum ambulatio comparabilis sit volationi secundum proportionem velocitatis. Videtur autem Arist. ad hoc dicere quod motus per differentias instrumentorum non differt nisi penes figuram: quia aliter secundum figuram acceptionis spatij transit volans spatium: et aliter ambulans: et ideo si sint secundum eandem longitudinem possunt dici eque velocia: et plus et minus velocia: quia figura non dat nisi accidentalem differentiam motui: et hoc est verum secundum quod motus comparatur ad id sicut in quo natura speciei vel generis est motus. quia per illud specificatur et nominatur loci mutatio. vel alterationis vel augmenti. Si autem consideretur motus ut est actus moventis et mobilis. ut diximus in 3° libro huius scientie. tunc differentiam non accidentalem habet a movente et mobili: et sic differunt specie et moventis et mobilis: ambulatio: et volatio: et natatio. Et huius signum est: quia sicut in 5° libro huius scientie: alia est continuitas ambulationis. et alia volationis: quia ambulatio sibi interponit temporis quod interponat aliquid rei sed volatio nec rei nec temporis aliquid interponit: et quo ad hoc velocitas erit equivoca in ambulatione et volatione. Sic igitur in omnibus comparabilibus rebus esset idem: et secundum speciem in differentijs quantum ad naturam in qua est motus: hoc est cuius fluxus est ipse motus: sicut est linea recta vel circularis: quia etiam ipsum movens sive ipse motus debet esse indifferens specie sicut diximus. ¶ Et ideo cum comparamus motum ad motum considerandum est que sit eius differentia. Et ratio inducta significat quod potissimum genus illud et natura que fluit in motu debet esse unum aliquid et individuum sicut albedo vel linea. Genus enim hic vocamus naturam illam que specificat motum: unitas tamen illius generis multotiens latet. ¶ Et huius causa est: quia equivocationum multa sunt genera. Quedam enim equivocationum multum sunt distantes: sicut sunt equivocationes eorum que sunt a sensu et forma equivoca. sicut quando dicitur de latrabili et marino et celesti. Alie vero sunt equivocationes analogorum: que habent quandam similitudinem et proportionem. eo quod referuntur ad unum. Et illorum ad hoc quedam sunt proxima et parum distantia: sive secundum genus distent in quo sunt: sive distent secundum similitudinem comparationis ad unum. Dico autem in genere parum distare: que parum distant in natura illa a qua imponitur nomen: cum tamen sit diversa natura illa in se. Dico autem parum distare in similitudine comparationis: quando natura communis secundum rationem logicam una esset: et est alia proportio ipsius ad subiectum unum: et alia ad aliud: et ille proportiones parum distant tunc facile decipitur aliquis: ut credat eum univocum: et est equivocum. Alie autem plus sunt distantes: et in his non est adeo facilis deceptio. Cum ergo tot modis fiat equivocatio impediens comparationem: querendum nobis est solerter: quando est alia species eorum secundum que attenditur comparatio et alia natura: et quando terminus: et tunc considerabimus utrum eadem natura est in alio et alio secundum speciem differente: aut si est alia natura in alio etiam secundum speciem differente ab eo quod comparamus. Si enim est eadem secundum rationem logicam in alio et alio. tunc non erit equivoca

4° phy. t.c. 130. et infra.

5° ph. t.c. 46. et infra.

De contrarijs

5° ph. t.c. 

Tex. c. 31.

Equivocationum multa sunt genera.

Tex. c. 30.

tio ab ipsa intentione nominis: sed potius causatur equiuocatio ad similitudinem proportionis in esse qđ habet in vno ⁊ alio: sicut diximus de multo ⁊ dupliciꝫ que equiuocant nõ ex se sed ex similitudine ꝓportionis ad aquã ⁊ aerẽ: ⁊ alia subiecta fm spẽm differentia. Si autẽ alia in alio ⁊ alio tũc causat equiuocatio ab ipsa intentione nois equiuoci: sicut est canis in latrabili ⁊ celesti. ¶ Considerandũ autẽ precipue ad indagationẽ predictoꝝ quis est terminus diffinitiuus eoꝝ fm que cõparatio attendit. ⁊ hoc consideratur p: ex ipue illo documento quo discerminus ꝙ idẽ vel diuersum vnũquodqꝫ predictũ ⁊ hoc gratia exẽpli dicimus: sicut quo discernimus in albis esse idẽ fm diffinitionẽ: ⁊ quo discernimus dulce esse idẽ fm diffinitionẽ in oibus quibus sunt aliud. In albo enĩ quãdo per documẽta illa cõparat ad alba videt esse rõ ⁊ diffinitio altera. sicut cũ dicit vox alba: ⁊ quãdo dicit color albus. ⁊ hoc discernimus nos. ꝙ est altera rõ in quibusdã equiuocis que multũ distant: aut discernimus ꝙ non oino idem sunt. sicut equiuoca que parũ distãt ⁊ nõ distant fm se sed fm ꝓportionẽ qua participant a suis subiectis. Documẽta autẽ illa quibus hec oia discernimus sunt consyderationes habite in libro topicoꝝ de eodẽ ⁊ diuerso: ⁊ ideo recolende sunt in oibus que adinuicem volumus cõparare. ¶ Si aliquis obijciat ꝙ geometer cõparat quãtitates diuersaꝝ specieꝝ quando dicit lineam rectam breuissimã lineaꝝ esse: que ducit inter duo pũcta. ⁊ circulũ esse eq̃lẽ figure poligonie vel maioꝛẽ. ¶ Dicendũ: ꝙ ipse vtitur large equalitate ⁊ breuitate fere equiuoce: sicut pꝫ per pdicta. Jntũ igit dictũ sit de cõparatione motuum in cõmuni: ⁊ in spali de cõparatione motuum localium.

Obiectio

Solutio

¶ Cap. 4m. De comparabilitate alterationum.

Tex. t. c. 32.

DEinde Juxta predicta documenta queremus quaꝛ vna alteratio comparat alteri alterationi. ¶ Queramus igit de alteratione quomodo vna alteratio eq̃lis vel magis vel minus velox sit alij alterationi. Si enim dicimus: ꝙ vnus sanat velociter: ⁊ alter sanat tarde: ⁊ dicimus ꝙ aliqui sanant simul fm tẽpus: ita ꝙ ita cito sanat vnus sicut alter: tũc videtur cõparari alteratio ad alterationẽ eiusdẽ speciei. ⁊ videbit ꝙ equalis sit alteratio alterationi que facta est in eodẽ tẽpore vel in eq̃li. Qđ si ꝯcedat tunc queremus: quid hic alteratũ est equale. Cũ enim tẽpus sit extrinsecuꝫ rei cuius est tẽpus: opꝫ ꝙ equalitas hic attendatur fm aliquid qđ sit intrinsecũ ⁊ essentiale motibus illis qui dicunt equales ⁊ cõparabiles. ¶ Videt autẽ ꝙ nihil taliũ sit in alteratione. qꝛ sicut vnũ in quantitate facit equale: ita vnũ in qualitate facit simile. ergo similitudo ⁊ nõ equalitas videt esse in duabus alterationibus: que sũt eiusdẽ speciei. ¶ Sed forte aliquis dicet ꝙ idẽ subiectũ est alterationi in vtraqꝫ alteratione: ⁊ hoc subiectũ est quantũ. ⁊ rõne huiꝰ dicit alteratio esse eque velox alterationi: quãdo. s. tãtũ de vno subiecto alteratur in vno tẽpore quantũ alterat de altero in tẽpore qđ est equale illi. ¶ Sed tũc queremus quid opꝫ attẽdere in cõparatione motuũ vtrũqꝫ. s. opꝫ attendere subiectum in quo est passio: vel ipsam passionẽ que est in subiecto. Jn prehabito enĩ exẽplo qđ est de duobus qui eque cito sanant: est accipere ꝙ sanitas est eadẽ cũ vnũ subiectũ neqꝫ maius hoc est fm partẽ maioꝛẽ: neqꝫ fm partẽ minoꝛẽ est: sed simil'r. Aut etiã dicamus: ꝙ sanitas est simil'r sanitati: qꝛ vna non est fm maius neqꝫ fm minus tẽpus q̃ alia. Si autẽ sit altera passio in duabus alterationibus quã aliqua alterant ita ꝙ vnũ subiectũ albet ⁊ alterũ sanet: his nihil est cõmune neqꝫ simile. neqꝫ equale fm ꝙ cõparari possunt. ¶ Redit autẽ ad huc nostra disputatio. qꝛ si fiat cõparatio duaꝝ vnius speciei alterationũ penes quantitatẽ subiecti: vt. s. tãtũ alteret de vno quãtũ de altero: tũc erit cõparatio ⁊ equalitas motuũ alterationis per accidens: hec enim equalitas nõ est alterationis per se: sed per subiectũ suũ. Si autẽ attendat equalitatis cõparatio in ipsa passione fm quã alterant ea que cõparant: tunc erit cõparatio ⁊ imperfecta ⁊ impropria. Imperfecta qdeꝫ: quia non est penes oia que sunt in motu. Impropria autẽ: qꝛ equalitas nõ dicit de qualitate: sed potius similitudo. Et ideo opꝫ non hic diligenter ꝯsiderare: qꝛ si fiat alteratio fm passiones duas specie differentes: ꝙ ibi sunt due alterationes fm speciem ⁊ nõ vna: sicut supius dictũ est: ꝙ non ois loci mutatio cũ omni loci mutatione est eadẽ specie. Quare cõsiderandũ est in omni cõparatione alterationuꝫ ⁊ loci mutationũ ꝙ sint fm spẽm differẽtes alterationes: ⁊ ꝙ ipse differentes fm loci mutationes. Non autẽ ꝯsideratur hoc tñ in ipsis motibus sicut superius in 5° libro huius scientie: sed ꝯsiderat differẽtia motuũ in ipsis subiectis: que mouentur quãdo illa subiecta sunt per se subiecta motus ⁊ nõ per accidẽs. Et ideo quando subiecta motus per se specie differũt: tũc etiã ipsi motus differũt specie. sicut supra diximus de volatione ⁊ ambulatione. Et si subiecta differũt genere tũc ⁊ ipsi motus differũt genere. Et si subiecta differũt numero: tũc ⁊ motus differũt numero. Et nemo miretur ꝙ dicimus subiecta motus differre genere cũ tamẽ omne qđ mouet sit in gñe subẽ: qꝛ nõ accipimus hic genus pro gñalissimo: sꝫ ꝓ subalterno sicut dicimus mobiliũ corruptibiliũ ⁊ imobiliũ ⁊ icorruptibiliũ nõ esse idẽ genꝰ: cũ termini sint in eodẽ gñe ꝓ dicamẽti. ¶ Patet igit ex predictis: ꝙ si querat vtrũ in cõparatione ⁊ equalitate alterationũ opꝫ respicere ad passionẽ solã si eadẽ est passio: aut similis: aut equaliter veloces alterationes ipsaꝝ fm tẽpus: aut opꝫ respicere in solũ id qđ alterat qđ est subiectũ alterationis inuestigando ꝙ huius quidem subiecti huiusmodi pars est: ⁊ alterius tãta est albata quãta est alba: opꝫ autẽ respicere in vtraqꝫ hec. ¶ Pꝫ igit ꝙ opꝫ nos respicere in vtraqꝫ. tam in subiectũ q̃ in passionẽ: qꝛ ex vtraqꝫ variat species alterationis. ⁊ variata specie nõ fit cõparatio. Et opꝫ nos determinare de alteratiõe: vtrum sit eadẽ vel non sed alia per passionẽ quãdo ipsa est eadem vel alia ⁊ iteruꝫ determinamus de alterationibus duabus: vtrũ vna est equalis alteri vel inequalis: per hoc ꝙ cõsideramus vtrũ passio in subiecto vno est equalis passioni eidẽ fm spẽm in altero vel inequalis. Si autẽ nos tñ ad subm respiceremus esset cõparatio per accñs in alteratione. Si autẽ ad passionẽ solã. tũc esset ⁊ impfecta ⁊ impropria. ⁊ si ad tempus solũ. tũc nõ esset cõparatio penes aliquid motibus intrinsecũ. ⁊ ideo opꝫ considerare omnia hec.

Tex. t. c. 33.

¶ Cap. 5m. De comparatione generationis ⁊ corruptionis.

Tex. t. c. 34.

ET in generatione Et corruptiõe idem ꝯsiderandũ est qđ in alijs ꝯsideratũ est: qꝛ generatio ⁊ corruptio nõ tñ sunt mutationes simplices sꝫ etiã ꝯiuncte motibus: sicut supra sepius diximus: ⁊ tũt sunt diuisibiles ⁊ cõparabiles adinuicẽ sicut alij motus. Opꝫ ergo de hoc querere quaꝛ cõparant: ⁊ quõ sit eque velox generatio generationi. ¶ Et forte dicet aliquis generationẽ esse eque velocẽ generationi si idem fm specieꝫ indiuisibilẽ quaꝫ specialissimã vocat Porphyrius genererẽ in tẽpore equali cũ alio eiusdẽ speciei indiuiduo: sicut si dicamus in homine ⁊ nõ in aiali fieri hanc comparationẽ. eo ꝙ aial sit diuisibile in spẽs nõ autẽ homo. ⁊ tunc erit inequalis generatio generationi: quando inequali tempore pluri vel pauciori alterum altero generatur. Nec aliquis miretur: quare non ponimus hic ꝓpria nomina huic comparationi. sicut fecimus in alijs qꝛ cum comparabantur motus qui sunt in quantitate dicemus equalitatem motuum vocari ꝓprio nomine equalitatem: ⁊ quando comparabimus alterationes conuenientia in eis ⁊ disconueniẽtia dicebatur similitudo ⁊ dissimilitudo. Quando autẽ comparabimus generationem generationi nõ habemus aliqua duo nomina in quibus sit alteratio vnius ad alterum per comparationem signata: sicut inequalitas significat ea que non conueniunt in motu vno fm speciem: ⁊ velocitatem in quantitate. Est enim vnum in quantitate equalitas: ⁊ hec est hic in duobus fm vnam quantitatis comparationeꝫ conuenientibus istis. Et est vnum in qualitate ⁊ hec est similitudo: que est etiam in duobus fm vnam comparationem qualitatis conuenientibus ⁊ diuersum in istis est inequalitas ⁊ dissimilitudo. sed vnum in substantijs dicitur idem absolute ⁊ hoc non est in duobus vel pluribus comparatis adinuicem per substantiam sed potius simplr est in vno. Sic ergo nõ habemus duo noia quibus hic exprimamus cõparabilitatẽ generationis ad generationẽ fm ꝯuenientiam in vna velocitate: ⁊ fm disconuenientiam. ¶ Aut forte dicet aliquis: ꝙ ha

bemus: q: fm Pithagoricos numerus est substantia: qui in substātia componi ex numeris: et tūc dicere ꝙ numerus qui est plus substātie: et qui est minor numerus substātie existentis in simili specie. est numerus in quo cōparatio vocaꝶ: vt sit ibi equale quando due generationes sunt fm vnū numerū: et inequale quādo sunt fm numeꝝ diuersum pluralē vel minorē. Sed ad hoc dicemus: ꝙ equiuocū est illud qd̄ notat idētitatē: et illud qd̄ notat vtrūqꝫ excessuꝫ in plus et in minus in substātijs et in numeris. sicut nos videmus ppria nomina in passione: vbi passio vna passio dicif plus vł excellēs aliā qn̄ generaꝶ dissimilitudo penes quā vnuꝫ dicif maius fm alterationē ꝙ̄ aliud: et in quantitate similr sunt nomina: et ideo sicut equiuocū est maius quādo dicif de passiōe que est plus ꝙ̄ alia: vel excellens eā: et hoc ideo: q: solū quantuꝫ ꝓprie loquēdo maius est: ita equiuocatio erit qn̄ plus et excellens attribuaꝶ cōparationi generationi vnuꝫ vel pluriū: vtrū aūt substātia numerus est vel non: ad aliā spectat ꝯsiderationē. Non aūt de augmēti et diminutionis cōparabilitate nō loquemur q: doctrina illius perfecta est in superiori capitulo: vbi docuimus loci mutationis cōparabilitateꝫ: q: si illa doctrina oīno generalis fuisset nō fuissemus locuti aliquid de generationis et corruptionis et alterationis cōparabilitate. Quia aūt generalis nō fuit: eo ꝙ vna velocitas speciei alteratione nō dicif equalitas: sed similitudo: et in generatione nō habet nomē ꝓpriū: ideo specialē oportuit nos de alteratione et generatione facere mentionem.

¶ Cap. 6m. De cōparatione mouētis ad id qd̄ mouetur.

His autē habitis ostēdemus etiā cōparationē mobilis et motoris ad motorem. Sed nos distinguimus primo modos et spēs motoꝝ: vt ex hoc facilior sit intelligentia sequētiū. Dicimus ergo ꝙ spēs motoꝝ sunt tres. Quedā enim mouent que nec sūt corpora: nec virtutes corporales siue virtutes in corpore sicut ꝯsueuerūt dicere Phi peripathetici: et sunt illi motores indiuisibiles: qui nō multiplicanꝶ quātitate corporis multiplicata: nec diminuunꝶ quātitate diminuta per se vel per accn̄s: sicut intelligētie mouētes siue moueāt celestia: siue corpus humanū qd̄ mouef ab intellectu. Alia aūt ꝗdaꝫ mouēt: que nō sunt corpora: sed tn̄ sunt virtutes corporales hoc est que crescūt et decrescunt multiplicata māa sua ꝓpria et diminuta sicut est grauitas leuitas et huiusmodi alia mouētia sunt corpora que tn̄ mouēt p virtutes corporales existentes in eis sicut talentū ꝑsibi mouet brachiū libre: et de his motoribus qui sunt virtutes īdiuisibiles mouētes nos hic nō loquimur: sed potius in fine octaui vbi ostēdemus: ꝙ tales motores nec sunt finiti fm quātitatē nec infiniti sed impartibiles nullā penitus habētes magnitudinē. Sed hic loquimur de scđo mō et tertio dictis motoribus in cōparatione ad sua mobilia q: illos motores possumus diuidē: sicut et ipsa que mouenꝶ ab ipsis: et ideo iste cōparationes quas hic faciemus et iste ꝓportiones nō tenebūt in motoribus celoꝝ. Lꝫ enī illi motores virtutes determinatas habeant ad sua mobilia: ita ꝙ si maius esset mobile nō moueret ipm: cū nō pōt diuidi virtus motoris: et ideo tales quales hic assignabimus ꝓportiones nō habebūt locū in ipsis. ¶ Ad ꝓpositū aūt venientes dicimus: ꝙ in omni motu semp est aliqd mouēs. et in aliquo et vsqꝫ ad aliqd. Dico aūt in aliquo tēpore: q: in aliquo tēpore mouet oē mouens. Et dico vsqꝫ ad aliquid: q: in motu locali vsqꝫ ad aliā lōgitudinē certā mouet omne mouēs qd̄ est corpus vel virtus in corpore. Omne aūt tale mouens mouet motu recto: q: id qd̄ circulariter mouet intelligētia est que nō diuidif: vt diximus prius. Hoc aūt tale mouens semp mouef: q: nō mouet nisi motū: vt in p̄missis habitū est: et hoc vadit in infinitū. Omne ergo qd̄ sic motū mouet est quātū aliquid et diuisibile. et mouet in quāto tēpore: et motus finis est in mobili qd̄ est quātū et ita vtrunqꝫ diuisibile est sicut et mouēs: et hec oīa in 6° sunt demonstrata. ¶ Ponamus ergo de hoc generales terminos sicut cōpetit huic doctrine que generalis est: et nō ꝯtracta ad aliquā mouentiū vel motoꝝ natā specialē. Et dicemus ꝙ .a. littera significet nobis mouens quantū. b. aūt significet mobile qd̄ mouef et est ꝓportionatū ad suū mouēs: qd̄ ē .n. quātūcūqꝫ aūt voluerimus lōgitudo mota: siue sup quā est motus sit significata p litterā .c. et motus iste expleaꝶ in quātocūqꝫ tēpore voluerimus ꝙ significef p litterā .d. hec est figura quā vides. ¶ Ex ista igif positione elicimus tres cōparationes et ꝓportiones veras quas hꝫ mouēs ad id qd̄ mouef. Prima quaꝝ hec est ꝙ si quātitas .a. mouet quātitatē b. p totā lōgitudinē .c. in toto tēpore d. sicut dixit hypothesis tunc similis quātitas vel eadē mouenti mouebit medietatē ipsius .b in eodē tēpore .d p duplo lōgius spatiū ꝙ̄ sit .c. ¶ Et eadē quātitas vel similis ei mouebit medietatē .b. per totā lōgitudinē .c in dimidio tēporis .d. et hec est scđa ꝓportio. Et tertia est ꝙ si potētia illa mouēs .b. totū p .c. totū in toto tēpore .d. tūc oportebit ꝙ eadē virtus mouens mediuꝫ eius qd̄ est b. p totū .c. in medietate tēporis sicut diximus in scđa ꝓportione et ex hoc sequif ꝙ mediū illius virtutis mouētis medietatē moti qd̄ est .b moueat in toto tēpore .d p spatiū equale ei qd̄ diximus esse spatiū .c. Hoc .n. mō seruabiꝶ analogia et etiā ꝓportio mouentiū et motoꝝ. Et si volumus litteris signare medias partes mouentiū et motoꝝ tunc dicamus ꝙ medietas ipsius .a. qd̄ est mouēs sit signata p litterā .e. et medietas eius qd̄ est .b qd̄ mouef sit notata p litterā .ꝫ. sicut vides in dispositione ista ¶ Scđm eandē enim analogia quā se hꝫ totū ad totū: hꝫ etiā se pars ꝓportionalis toti mouenti ad ꝓportionalē partē eius qd̄ mouef. Causa aūt huius est: ꝙ omnis motus ꝓuenit ex virtutis mouentis victoria sup mobile et cū illa virtus mouet opꝫ potentiā passiuā eius qd̄ mouef sibi esse ꝓportionalē: et cū nō sit infinita opꝫ ꝙ sit in tēpore. Si enim esset infinita tūc eius motus esset in nunc qd̄ est indiuisibile tēporis sicut ante finē octaui libri docebitur. Surgūt igif tres ꝓportiones necessario: vne ex diuisiōe mobilis solius. et tertia ex diuisione vtriusqꝫ tam mouētis ꝙ̄ mobilis. Duaꝝ aūt que resultāt ex diuisiōe solius mobilis: vna est cū additione lōgitudinis et nō tēporis. et alia est cum tēporis diuisione et sine tpis additione fm duo que cadunt in diffōne velocioris. hoc enim in eodē tēpore ptrāsit plus: et in minori tēpore ptrāsit equale. Cōstat eniꝫ ꝙ vna manēs virtus mouēs velocius mouet dimidiū ꝙ̄ integrū: et super istas ꝓportiones optima et pulcherrima fundanꝶ theoremata ingenioꝝ: et scīa de pōderibus in his que subalternanꝶ sꝫ aliquid geometrie et fm aliqd physice: q: fm eandē que nūc dicta est analogiā virtus mouēs regulariter sꝫ hꝫ ad graue quodlibet regulariter motū: et ideo equalr graue mouet eadē virtus in eodē vel equali tēpore: et fm alias ꝓportiones que dicte sunt que in vniuerso sūt quatuor quaꝝ vna est in hypothesi supposita: et tres alie sunt elicite de illa sicut ex p̄habitis pꝫ: et elicite sunt ex ꝓportione totius ad totū sicut dictū est. Si aūt ecōuerso velimus elicere ꝓportiones ex ꝓportione partis ad partē volētes elicere ꝓportionē totius ad totū: nō semp erūt vere ꝓportiōes ille. ¶ Et si eni ꝯcedamus: ꝙ medietas virtutis mouentis que est .e. mouet medietatē moti que est .ꝫ in toto tēpore .d. per totū spatiū .c. nō tn̄ necessariū est ꝙ eadē medietas mouētis que est .e. moueat duplū moti qd̄ est duplū ad .ꝫ. et est equale ipsi .b. itegro in equali tēpore ei qd̄ est .d. fm medietatem spatij qd̄ notatur per .c. Et si enim .a. mouens positum sit mouere .b. totum in toto tempore .d. per longitudinem .c. non tamen oportet ꝙ medietas ipsius .a mouentis moueat totum .b. in tempore qd̄ est .d. in aliam partem spatij que est .c. que pars ꝓportionem talem habet ad totum spatium .c. qualem habet proportionem .e. ad .a. hoc est medietas ad integrum totum. Potest eniꝫ cōtingere. ꝙ omnino non mouebit ipsum et in nullum spatiū: neqꝫ magnum: neqꝫ paruum. Si enim tota virtus mouet aliquam quantitatem totam: potest contingere ꝙ medietas illius virtutis non mouebit totum omnino: neqꝫ in toto tempore: neqꝫ in parte temporis: neqꝫ in aliquo maiori tempore mouet fm aliquod spatium. Contingeret enim et hoc ꝙ supposito ꝙ homines triginta moueāt nauim. et nos diuideremus per trigesimas virtutes mouentium et spatiū per qd̄ triginta nauim mouerint: ꝙ vnus solus homo moueret nauim per trigesimaꝫ partem spatij: per quod omnes eam traxerant et hoc non est verum: q: vnus solus non potest eam mouere de loco: hec est causa q: non est necessariū ꝙ si tota virtus mouens potest in totuꝫ mobile ꝙ pars virtutis mouentis possit etiam super totum mobile.

¶ Cap. 7m. De falsitate rōnis Zenonis et dictis ꝓpōnibus.

Tex.c.35.

Tex.c.36.

8° phy. 79.c.

Tex.c.37.

Tex. c. 37.

Uapropter ratio Zenonis non est vera. Dixit enim Zeno q̄ si totus modi⁹ milij cadendo facit tm̄ sonū q̄ q̄libet pars per se cadens ꝓportionalē partē facit sonū: ⁊ hoc nō est verū. Nihil enim phibet: q̄ virtus q̄ est in vno grano milij nō moueat aerē ad sonandū in aliquo tēpore quo mouet et ipsum totus modius cadēs ⁊ sonans. Neq̄ enim necessariū est: q̄ si pars illa que mouebat quādo erat cū toto modio moueat aliquid quādo accipit̄ diuisa a toto: ⁊ sic p se ens ⁊ hoc est ideo: q̄ pars p se nihil est ena in actu virtutis mouētis. ⁊ mouet in toto per hoc q̄ est potētia in illo: ⁊ ideo virtus vnius partis est disponēs ad alterā: ⁊ illa ad tertiā: donec ex partialibus virtutib⁹ colligat̄ virtus totius ⁊ tūc vltima pars est cōplens dispositionē omniū partiū precedentiū vltimam: ⁊ hoc est dupli. s. diuisim ⁊ piunctim. Diuisim quidē in guttis cauātibus lapidē: q̄ vna illaꝝ nō cadit cū altera: nec remanet cū ipsa: ⁊ tamen nō quelibet cadit aliquid de lapide sed vna post aliā percutiēdo disponit vt aliquid de lapide separet̄: ⁊ cū sufficienter dispositus est lapis: tūc venit vna que tollit hoc de lapide qđ dispositū fuit ad separationē. Coniunctū autē sicut in modio milij sonāte: modio enim quodlibet granū affert virtutē sonandi fm̄ q̄ cōponit̄ cū alio: ⁊ id qđ vltimo additū complet mensure sonantis quantitatē illud cū alijs precedentibus educit potentiā sonandi ad actū sonādi: ⁊ sicut supra diximus: distinctionē inter potētiam ⁊ actū ignorauit Zeno. Sed si accipiant̄ duo vel plura diuisim: que sunt adinuicē ꝓportionalia fm̄ ꝓportionē vnā que sunt mouentia: ⁊ piungant̄ diuisim mota in eadē ꝓportione. tunc veꝝ est: q̄ si duo mouent duo diuisim: q̄ mouentia piuncta mouebūt mota piuncta: ita q̄ vtrūq̄ piunctū mouet vtrūq̄ mobiliū piunctim. Dico aūt talia oportere esse in ꝓportione vna: q̄ si in diuersis accipiant̄: tūc nō est veꝝ. Ponamus enim: q̄ aliquid moueat quantitatē. z. in toto tempore. d. per longitudinē. c. ⁊ illud moueat eandē quantitatē. z. per longitudinē eandē in duplo tēporis. d. ⁊ sit illud vocatū. p. tunc dico q̄ nō oportet q̄. p. ⁊. e. piuncta moueant duplum eius qđ est. z. ⁊ hoc est qđ diximus esse. b. per longitudinē. c. in toto tēpore. d. q̄ vnū mouentiū qđ est. p. multo debilius est in mouendo q̄ alteꝝ qđ est. e. ⁊ ideo opꝫ q̄ virtutes mouentes partiales sint in ꝓportione vna: ⁊ ipsa partialia mota sint in ꝓportione vna respōdente illi ꝓportioni qua mouēt virtutes mouentes: ⁊ super illud fundat̄ qđ dicit̄ in 5° Euclidis qui vocat̄ liber elementoꝝ a quibusdā: q̄ in eo ptinent̄ theoremata que sunt elementa demōstrationū. ibi enim dicit̄: q̄ si fuerit quotlibet quātitates: ⁊ totidē eaꝝ cōpares: ꝓportio enī ad oēs est sicut ꝓportio vnius ad vnā. Si ergo duoꝝ mouentiū cōproportionaliū vtrūq̄ diuisim mouet tātā quātitatē p tātū spatiū in tāto tēpore: tūc etiā ille potētie mouētes cōposite mouebūt illd qđ cōpositū est ex quātis grauibus motis per equalē longitudinem ⁊ in equali tēpore: q̄ tūc similis est analogia partis ad partem: ⁊ totius ad totum.

Uide cōmētū ꝯtextum. 23. octaui phy. ꝑ no hoc. Z.

Tex. c. 38.

Ca. 8m. De ꝓportiōe augētiū vl alterātiū ad auctū vl alteratū

Tex. c. 39.

Omni autē Eodē mō fm̄ dictas proportiones dicemus in augmēto: ⁊ in alteratione. In omni quidē augmētatione est aliquid quidē augens: ⁊ aliquid qđ auget̄: ⁊ in aliquāto tēpore: ⁊ fm̄ aliquā determinatā quantitatē auget augēs ⁊ auget̄ auctū: sicut diximus ista esse etiā in motu locali. Similr̄ aūt est in alteratione: quia in omni alteratione opꝫ: q̄ sit aliquid alterans ⁊ aliquid alteratū: ⁊ ibi est quātitas intēsiua fm̄ q̄ maius ⁊ minus alterata esse cognoscunt̄: ⁊ hec alteratio est in aliquo tēpore determinato. His igit̄ quatuor suppositis: tam in augmentatione q̄ in alteratiōe: sicut in loci mutatione pōt fieri ꝓportio que in loci mutatione habita est. Si enī accipiamus ꝓportionē primā nō illam que supposita est: sed illā que prima inter tres est electa: scimus q̄ alterās tātū alterat alteratū tātū in tāto tpe: tūc idē alterans alterabit medietatē alterati eiusdē in duplo passionis in eodē tēpore. Et si in eodē tēpore alterat totū in toto tēpore: tūc in duplo illius tēporis alterabit fm̄ duplā intensionis q̄litatis illius fm̄ quā alterat: ⁊ in medio illius tēporis alterat totū fm̄ medietatē intēsionis q̄litatis. Aut etiā alterat in medio tēpore mediū: hoc est fm̄ mediū passionis vt diximus. Aut etiā in equali tēpore alterabit tota virtus alterās dimidiū alteratū fm̄ duplū passionis quā inducit p alterationē. Quocūq̄ enī mō ponat̄ virtus alterans augeri sup alteratū: in tanto poneret̄ crescere alterationis velocitas: ⁊ tēpus diminui: ⁊ ecōuerso si diminuat̄ necesse est velocitatē diminui ⁊ tēpus augeri. Si aūt pcesserimus q̄ alterans ⁊ augēs que quāta sunt augent totū ⁊ alterāt in tali tēpore totū: nō necesse est ꝓpter hoc q̄ mediū alterantis virtutis vel augētis totū alteratū in medio illius tēporis augeant vel alterēt: ita q̄ mediū augmēti ⁊ intēsionis fit iduntū in medio tēporis: sed forte nihil oīno de ipso augmētabit vl alterabit fm̄ aliqđ tēpus: sicut etiā diximus de graui superius: vbi locuti fuimus de ꝓportiōe mobilis localis ad mouēs localiter. Sed hoc est veꝝ. q̄ si duo augentia vel alterātia in ꝓportiōe vna existētia augēt vel alterāt duo ꝓportionalia sibi fm̄ intēsionē aliquā in tēpore vno determinato. tunc illa duo piūctim augētia vel alterātia augebunt vel alterabūt piunctim: ⁊ ꝓportionaliter sibi rñdentibus fm̄ tātūdem in equali tēpore. Hec igit̄ dicta sūt de motuū cōparationibus.

Incipit liber octauus physicoꝝ: Cuius tractatus primus est de proprietate motus.

Cap. pm. Et est digressio declarans intentionem libri: ⁊ qualiter deus precedit mundum.

In vltimo autē nostro Libro physicoꝝ nostra est intentio inuestigare. Utrum sit aliquis motus perpetuus qui est sicut causa perpetuitatis motus in genere. Motū enim in genere diximus esse perpetuū: ⁊ fm̄ nām infinitū in fine sexti libri physicoꝝ superius. lꝫ fm̄ numeꝝ non necessario sit aliqs rectus motus ꝑpetuus. Circularis aūt solus pōt esse perpetuus ꝓpter pimuā circuli circulationē in qua si generās ptinue sit allationis: erit etiā generatio ꝑpetua ⁊ inquieta ⁊ infinita fm̄ nām. Et ideo ad oēm physicoꝝ generationē ⁊ corruptionē sciendū: opꝫ nos hic inuestigare si est aliqs motus qui alioꝝ motuū successionis causa est ꝑpetuus. Scimus aūt q̄ si nos demōstremus successionē motuū inferiorū esse ꝑpetuā: ⁊ per illā vellemus tanq̄ p signū siue effectū demōstrare q̄ vnus esset primus motus ꝑpetuus esset nostra demōstratio insufficiens: ⁊ circulariter nos demōstrare oporteret: q̄ hic fm̄ ea que diximus pcludemus vnum motū perpetuū. ⁊ ex eo q̄ successio motuū est ꝑpetua vt in 2° perigeneos oportebit nos pcludere motus inferiores esse ꝑpetuos fm̄ successionē: q̄ allatio circuli primi motus est ꝑpetua. Unde nos in demōstrationis mō essemus reprehēsibiles: ꝓpter qđ nos volumus hic inuestigare id ex quo in 2° perigeneos ꝓcedere volumus: hoc est verū sit aliquis primus motus ꝑpetuus que est cā ptinue successionis motuū in inferioribus in mū gñabiliū ⁊ corruptibiliū. Nō autē nos aliquis existimet ita loqui de ꝓprietate motus q̄ putemus deo esse motū coeternū: sed potius ita vt ꝓbare velimus nullū fore tēpus in futuro in quo nō futurus sit motus ⁊ nullū fuisse tēpus in preterito in quo nō fuerit mot⁹. Scđz quē sensum etiā Boetius in 5° ꝯsolationis phie mūdū dicit semp fuisse: nec deū ꝓcedere mūdū tempore sed eternitate. Cū aūt ꝯstet etiā fm̄ dicta peripatheticoꝝ deū esse añ mūdū eternitate ⁊ causa: p hoc q̄ dicit̄ deus ꝓcedere mundum eternitate: pcludit̄ necessario deū ꝓcedere mūdū duratiōe: cū eternitas duratio q̄dā sit indeficiens ⁊ oīno immutabilis. Si tamen querat̄ verū ista duratio que solius dei eterni est hꝫ extēsionē in partes simul stātes vel sibi succedētes. Constāter respōdemus q̄ nō: q̄ si haberet partes simul stātes: tūc esset ptinuum habēs permanētiā in suis partibus cum eternitas sit in genere mēsure: oporteret etiā q̄ suū mēsuratū cū haberet partes simul stantes: eo q̄ mēsura ⁊ mēsuratū ꝓpriū sunt eiusdē quātitatis: ⁊ sic deus haberet partes ⁊ esset quantus: qđ est abusiuo. Omnino aūt eadē sequerent̄: q̄ si haberet partes succedentes: q̄ deus eternus eiusdē rōnis haberet partes: qđ etiā est absurdū. Adhuc autem si daret̄ talibus partibus diuidi eternitas in nullo differret a tēpo-

6° ph. t. c. 94

Scđo de generatiōe. t. c. 56. ⁊ infra.

De⁹ auctoritate boetij ꝓcedit mundū eternitate,

re: ꝛ hoc ostēdimus supra in 4° libro falsum esse. ¶ Sequit igitur inevitabilr̄ ꝙ cū deus eternitatis duratione p̄cedat mūdum ꝙ eternitas eius dicat nūc indivisibile eternitatis quo sine principio esse precessit mundū. Et hoc ipsū qd̄ dicimus ipsum precedere mūdū: nō dicit spatiū magnum vel parvū anni vel diei vel alicuius tēporis: sed potius ordinē eternitatis ad tēpus: ꝛ cause ad causatū: ꝓpter qd̄ nihil q̄runt qui dicūt quid deus tātū expectavit facere mūduz: vel quid fecit deus in tāto spatio eternitatis anteq̄ faceret mūdū: q: in illa eternitate nō est diu: neqz cito: neqz spatiū lōgū neqz breve: cū oīa hec dicāt distēsionē quātitatis alicuius p partes. Et nos iam ostēdimus: q̄ eternitas dei indivisibile nūc est: qd̄ nō est terminus alicuius ꝯtinui: sed poti⁹ ipsa ipsius eternitatis substātia. Ex his etiā elucescit ꝙ falsum dicūt qui dicūt voluntatē dei esse dilatoriā in creādo mundū. Dicūt enim deuz existentē ab eterno volūtate nō necessitate nature ꝓduxisse mundū: ꝛ ideo nō ab eterno ꝓduxisse: q: volūtas est causa que pōt differre ꝓductionē sui causati. Causam aūt quare distulit mūdi creationē dicūt esse: ne mundi duratio divine durationi equaret̄. Frivolū enim est huiusmodi dictū cū omnis dilatio sit respectu futuri. Iam enim ostēdimus talē ꝓcessionē nō esse eternitatis a tēpore: nec causa pōt esse quā dicūt ꝙ s. duratio mūdi divine durationi nō equaret̄: q: impossibile est durationē sm̄ causatum eq̄ri cause sue: quādo causa ꝛ causatū nō sunt coessentialia: ꝛ ꝙ impossibile fuit accidere nō oportuit eā cavere per dilationē volūtatis. ¶ Si aūt aliquis dicat obiiciēdo ꝙ aliquādo fuit primo verū ꝙ nūc est mūdus: ꝛ ante hoc instans fuit verū mūdū fore. Ante primū aūt instans mūdi nō fuit tempus: ergo cū dicebat̄ mūdū fore: hoc designabat aliqd̄ eternitatis: ꝛ ita futurū ꝛ preteritū sunt in eternitate: ꝛ sic duratione divisibili ꝛ extensa deus p̄cessit mundū. ¶ Dicimus ad hoc ꝙ in primo instāti tēporis differētia fuit dicere mundus est: ꝛ ante hoc nō fuit verū dicere mūdū fore: q: rōne illius nō fuit aliquid aptū enūtiari per cōpositionē: nec aliq̄ tēporis differētia. ¶ Et si tu dicas ꝙ quicquid est verū de p̄senti fuit verū in futuro qū ꝯtinuabat̄ ad hoc p̄sens. ¶ Dico ꝙ tu dicis verū: sed ante mūdū nō fuit futurū ꝙ ꝯtinuaret ad presens instans tēporis in quo fuit verū dicere ꝙ mūdus nunc primo est: ꝛ ideo nō potuit tunc significari aliquid de futuro. ¶ Si aūt tu obiicis ꝛ dicas ꝙ si mundū fore tunc nō fuit verū ꝙ eius ꝯtradictoriū fuit verū s. mundū non fore ꝛ si ꝯtradictoriū fuit verū: ꝙ tūc aliquid de futuro fuit verū: ꝛ sic aliquid fuit futurū. ¶ Dico ad hoc ꝙ nec eius ꝯtradictoriū tūc fuit verū. eo ꝙ nō esset ꝯtradictoriū eo ꝙ non esset aliqua differētia tēporis futuri: nec aliqua cōpositio que notaret̄ cōponi vel etiā dividi respectu alicuius tēporis: ꝛ etiā cū dicimus ante: ꝛ tūc nō sumimus distinctiōes istas ꝓprie eo ꝙ ꝓprie signāt tēporis differētias: sed oēs in talibus locutionibus signāt ordinē eternitatis ad tēpus: sicut dixim⁹. Et sic pz̄ qualr̄ deus precedit mūdū nō spatio extenso: sed eternitatis nūc indivisibili ꝛ causa. Causa enim nō coessentialis ꝛ prima causato hoc modo necessario precedit causatū suū. ¶ Si quis aūt forte obiiciat ꝙ deus est potentie infinite: ꝛ nō agit per aliquotā partē sue potentie: sed per totam potentiā suā: ꝛ ideo agit infinitū effectuz in duratione: sicut ꝛ ipse infinitus est durādo. ¶ Dicendū ꝙ ratio ista decepit multos academicorū: sed tamē planū est solvere eam. Dicimus enim deū nunq̄ agere nisi tota potētia sua: cū sit sua potentia indivisibilr̄ simplex: sicut ꝛ sua essentia. Sed ordo qui necessario ponit̄ inter causaz ꝛ causatū exigit ꝙ mūdus duratiōe inceperit aliquādo: ꝛ ideo dixit Arist. ꝙ actus cause efficientis que vere est efficiēs ꝛ prima causa precedit tēpore: ꝛ substātia: ꝛ rōne: vocans tēpus durationē indeficientē eternitatis: ꝛ3 causando simul ꝓducat māz pfectā sub forma tamē nō pōt esse mā receptibilitatis infinite: q: nō posset terminari talis receptibilitas: ꝛ ideo etiā mūdus quātitate finitus est: sicut ꝛ duratione: ꝛ ideo lz deus agat sm̄ potentiā infinitā: tn̄ impossibile est mundū agi sm̄ potentiā infinitā quo ad fieri: ꝓpter causas inductas iā: ꝓpter quod mūdū necesse est esse finitū: ꝛ sm̄ durationē ꝛ sm̄ quātitatē. In nullo enim potētia vel ꝓportionat̄ potētijs causatorū: ꝛ ideo nō inveniunt̄ in causatis ea que inveniunt̄ in creatore. Cū aūt hec sint potius de speculatione prime phīe: ꝛ hec nō sunt dicta nisi ad faciliorē intellectū sequentis: hec sit dicta sufficiāt. Inferius enī ponemus rōnes phicas ex qbus videbit̄ mūdū esse creatū. ¶ Nō lateat aūt nos: ꝙ cū intēdamus ꝓbare motū nō incepisse in aliquo tēpore preterito neqz corrūpendū in aliquo tēpore futuro nō ꝓcedemus nisi p rōnes phicas que sunt ꝙ generando incipit quicquid incipit: ꝛ p corruptionē finit̄ quicquid finit̄. Nō enī possumus in physicis ꝓbare nisi qd̄ sub principijs est physicis: ꝛ si non extēdamus nos ad loquēdū de his que supra physica sunt nō possemus esse physici: q: nō ꝓcederemus ex ꝓbatis vel p se notis sed potius trāscēderemus ea que rōne nō valēt cōprehēdi: sicut est creatio ꝛ modus creādi oīa simul ꝛ divisim. Physici enī est aut nihil dicere aut dictū suū demonstrare per illa que sunt illi sciētie ꝓpria. de qua intendit facere ꝯsideratiōnē. His igit̄ sic prelibatis intendimus ꝓbare: ꝙ motus nāliter nunq̄ incepit ꝛ nāle nunq̄ deficiet.

¶ Cap. 2m. Qualiter motus incepit sive dicat̄ esse ꝑpetuus.

Ueramus igitur verū motus aliqn̄ fit generatus sive factus: ita ꝙ nō esset ante hoc in aliquo p̄terito tēpore: hoc est ꝙ aliqd̄ fuerit tēpus preteritū in quo oīno nō esset motus in aliq̄ parte mūdi: eo ꝙ primus motus qui est causa oīs motus tūc nō fuerit. Queramus etiā vtrū motus aliqn̄ ita corrūpet̄ ꝙ residuū sit aliqd̄ futurū tēpus in quo nihil moveri ꝯtingat oīno: eo ꝙ duraturus sit primus motus: qui ē causa oīs motus in oībus mūdi partibus: aut opposita istarū duarū qōnū sunt vera: ꝙ s. motus neqz factus est sive gnātus in aliquo preterito: neqz corrūpit̄ in aliquo futuro: sed erat semp sm̄ omne preteritū tēpus: ꝛ erit semp in omni futuro: ita ꝙ dicemus ꝙ aliquis motus ꝯtinuus sm̄ omne tēpus inest entibus que sm̄ nām sunt: vt imortalis ꝛ inquietus: sicut vita inest his que subsistūt sm̄ nām: qm̄ sicut in vivis est aīa cuius actus ꝯtinuus in corpus est vita: ꝛ nō existente anima nō existit in animalibus vita: ita ꝛ motus vn⁹ ꝯtinuus ꝛ inquietus causa est influens omnibus trāsmutabilibus ꝯtinuitatē ꝛ inquietudinē per hoc ꝙ ipse prim⁹ motus immobile ex suo motore: ꝛ inquietus ex simplicitate sui mobilis ꝛ incorruptibilitate. ¶ Iste igit̄ sunt nostre qōnes de motu: ꝛ nos primo circa determinationes istarū qōnum ꝯsiderabimus in cōmuni quecūqz dixerūt Phi qui fuerūt ante nos: vt per hoc nostrū dictū de eisdē qōnibus fiat credibilius. Dico igit̄: ꝙ oēs illi Phi qui de nā nāliter aliqd dixerūt affirmant motū aliquem ꝛ aliquo modo esse: ꝓpter hoc ꝙ dicūt ipsi fieri sive generari mūdum: ꝛ dicunt oībus mūdis qui successive fiūt: ita ꝙ ex corruptione vnius fit generatio alterius: inest ꝯsideratio de generatiōe ꝛ corruptione mundorū. Impossibile aūt est generationē ꝛ corruptionē esse: nisi sit motus: q: generatio ꝛ corruptio sunt motus vel nō sine motu: vt in prehabitis est ostēsuz. ¶ Sed quotquot phorū per successionē dicūt esse infinitos mūdos: ita ꝙ fiāt quidā: ꝛ quidā corrūpant̄: cuius generatio vnius fit corruptio alterius: sicut pz̄ in simplicibus mūdi partibus: que sūt elementa: q: corruptio vnius illorū ꝯtingit ꝯstituere generationē alterius: dicūt esse perpetuū motū in genere ꝛ non in numero aliquem esse perpetuū: ꝛ hoc est ꝙ perpetua sit motuū successio: ꝛ non vnius in individuo motus sit ꝑpetuus. Dicūt enim isti semp esse motū: eo ꝙ necessariū est generationes ꝛ corruptiones mūdorū esse cū motu: ꝛ generationes ꝛ corruptiones mūdorū per successionē sunt semp ꝛ ꝑpetue. Quicūqz aūt phorū dicūt vnum esse mundū: ꝛ hunc non esse semp in omni preterito. Dicunt etiā de motu sm̄ eandē rōnē: ꝙ s. motus nō fuit semp in omni p̄terito: ꝛ iste fuit Plato: qui dixit mundū incepisse in p̄terito: ꝛ tēpus incepisse cū ipso sicut nos inferius ostēdemus. Quocūqz aūt modo dicta phorū varient̄ circa motus ꝑpetuitatē: tn̄ ad duos modos in cōmuni dicta eorū reducunt̄: qui dicunt motū aliqn̄ nō fuisse: ꝛ aliqn̄ nō esse futurū. Si enī motus aliqn̄ non fuit ꝛ incepit cū non fuerit: aut hoc fuit sm̄ modum quem dixit Anaxagoras Italicus: aut sm̄ modum quem dixit Empedocles. Inquit enim Anaxag. ꝙ primo omnibus homogeneis simul existētibus in ꝑmixto illo in quo simul oīum forme latebant: lz actu essent: ꝛ quiescentibus: hoc est sine motu existibus: in illo intellectus activ⁹ practicus ꝛ impmixtus fecit

Nota contra
quer i c. 15.
huius vbi
simile qōnē
movit.

Cō radicem
volūtatē
esse dilato
riā in mūdi
creatione.

Obiectio pulchra ꝯ p̄dicta

Solutio.

Replica p̄a

Solutio

Replica 2a

Solutio

Obiectio 2a

Solutio

Arist. sn̄ia in 12 meta. t. c. 16. vere efficiens tpe precedit causatū: lz tūc considera q: sm̄ hoc in eternis nō est decimū efficiens qd̄ est cōtra multos.

Documentū pulchruz quod ondit quis ꝯs phi. ꝯdat circa motus ꝑpetuitatē

Tex. 1.

Tex. 2.

Opio

fecit moueri hoc mixtum per hoc: q disgregauit latentia in ipso. & fecit exire in apertum per hoc q plura vnius rationis existetia dari in aliquo vno ipsorum inceperunt. Istum autem intellectum intellexit esse intelligentiam primam: que formis idealibus agit vnumquodque de occulto in apertum producens. Produxit autem intellectus illas res formatas postquam per infinitum tempus quieuerat in eo quod dicit latentia: & hec fuerunt omnia homogenia congregata. Tempus enim infinitum dixit: quod componitur ex infinitis. & hoc infinitum esse actu dicebat & fine carere quidem in preterito sed non in futuro in quo dixit incipere motum: non enim potuisset dixisse q inciperet motus si posuisset tempus secundum vtrumque scilicet preteritum et futurum esse infinitum. Fuit enim iste intellectus Anaxa. sicut patet ex his que habita sunt in sexto libro supra. vbi dictum est q non erat possibile imaginari aliquid infinitum esse secundum vtrumque terminum.

Empedoclis positio.

Empedocles autem dixit incipere motum in parte quadam temporis finita secundum vtrumque finem: & iterum post motum illum in alia parte temporis incipere quietem. Moueri enim dixit Empe. quando amicitia vniuersis ex multis disgregatis in multas formas corrumpendo facit vnum mixtum ex omnibus: hoc est cum omnia particularia generata reducuntur ad vnum materiale mixtum ex omnibus. Iterum autem dicit incipere motum quando discordia vniuersis ex vno mixto materiali producit particularia generata omnia. Quiescere autem dicit res in medijs temporibus. Cum enim omnia congregantur in vnum materiale mixtum per amicitiam: non statim post congregationem perfectam incipit discindi & producere ea in disparitatem generatorum sed quiescunt in mixto aliquo tempore. Eodem autem modo cum discordia eduxerit generata in disparitatem formarum: non statim reducit ea amicitia. sed quiescunt aliquo tempore: & ita sunt duo tempora quietis: & duo tempora motus secundum Empedo. Quod autem induxit Empedo. ad hoc dicendum quod dixit de amicitia & lite fuit: quia dixerat: q ex pluribus aptum est fieri vnum per resolutionem: & iterum ex vno geminato per formas & distincte dixerat fieri plura per compositionem. Sic enim fiunt res & perficiuntur: hoc autem quod dictum est nullo modo potest esse perpetuum secundum vnum modum: siue ille sit congregationis. siue disgregationis: sed potius sic permutantur ad inuicem: & non perficiuntur hec simul: sed potius semper sic sunt mobiles secundum circulum: quia congregatio causat disgregationem per viam compositionis in plura: & disgregatio causat congregationem per viam resolutionis multorum ad vnum: & hoc modo voluitur hec adinuicem: vnde absque dubio opinandum est q Empedo. sic dixit propter hoc: q res huius mundi adinuicem vidit permutari: & ideo etiam iste non dixit vnum motum esse eternum: sed potius duos sibi sic succedentes continue. ¶ Est autem aduertendum q licet Empedo. dixit amicitiam moueri in generali resolutione generatorum ad mixtum: & litem in generali generatione distinctorum exeuntium de mixto: tamen dicebat et hec duo principia mouere in generatione & corruptione particularibus: quia q elementa congregantur in mixturam humorum & q diuersa membra conueniunt in constitutionem vnius animalis facit amicitia. Q autem in ipso composito elementa remanent secundum suos actus primos: & q diuersa in forma remanent membra sicut os: & caro: & caput: & manus: & hoc facit lis: & in corruptione q recedunt abinuicem: & hoc facit lis: & q similia sibi congregantur facit amicitia. He igitur sunt due sententie inceptionis motus ad quas omnium aliorum sententie reducuntur qui dicunt motum incepisse.

Tex. 2. co. 3.

¶ Considerandum igitur est de hoc quo modo se habet. Est enim hoc nobis pro opere vtile non solum vt sciamus in naturalibus motibus veritatem considerare: sed etiam ad sciendum primum principium: eo q nos ipsum non possumus scire nisi ex posterioribus se: & etiam met physicus in hoc primum motum perpetuum a physico accipiens per motum probat motorem esse: aliter enim motores scire non possumus: nisi ex motibus ipsis: & ideo oportet nos illud cum diligentia inuestigare.

¶ Cap. 3m. De probationibus Peripatheticorum q motus sit perpetuus.

Tex. 2. co. 4.

Incipiamus igitur primum disputare contra hoc ex his que nos supra in tertio physicorum disseruimus. Ex his que supponi habent in omni demonstratione tamquam principia ex quibus est procedendum. ¶ Dicimus igitur ex supradictis: q motus est endelechia hoc est perfectio mobilis siue eius quod mouetur secundum q mouetur. Cum autem omnis perfectio non sit nisi in eo quod perficitur ipsa secundum principia perfectionis eiusdem ad hoc q motus sit: oportet esse ea que possibile est moueri: que sunt subiecta motus secundum quemlibet motum & quietem hoc etiam sine resumpta diffinitione motus quilibet concedit: & confitetur: quia per se notum est: q perfectio non est nisi in perfecto: & ideo ad hoc q motus sit necesse est esse mobile quod mouetur motu illo qui dicitur esse perfectio ipsius secundum quemlibet motum. Non enim alteratur hoc est aliter aliome mouetur nisi id quod est alterabile secundum q alterabile est: nec ferri potest secundum locum: nisi illud quod est secundum locum mobile secundum q est mobile secundum locum. Sic autem est per eandem rationem de mouente quia motus est etiam actus mouentis: vt diximus supra: licet aliter sit actus mobilis. & aliter actus mouentis: & ideo sicut motu existente necesse est mobile esse in eodem motu existente necesse est mouens esse. cum mouens et motus sint principia motus prius natura vel tempore: vel vtroque modo necesse est esse motiuum & mobile: prius quam motum: sicut combustibile prius esse necesse est quam motum combustionis qui est comburi: & per eandem rationem necesse est combustiuum esse prius quam comburere. Hoc autem oportet esse quia in omnibus motibus qui sunt ad formam: sicut est augmentum: diminutio: & alteratio oportet q mobile sit ante motum secundum duplicem potentiam: quarum vna est ad esse: & altera ad motum: quia non augetur nisi quod possibile est augeri: & non alteratur nisi quod possibile est alterari: & ante hanc potentiam oportuit illud quod augetur & alteratur esse non autem est nec possibile fuit ipsum esse si ipsum esse incepit eo q omne quod esse incepit a potentia essendi procedit ad actum. In motu autem locali: id quod est secundum formam substantialem statim operatur motum: nisi aliquid sit quod prohibeat: vt inferius probabimus: & ideo id quod mouetur localiter non est primo: & postea mouetur localiter sed statim localiter mouetur: si nihil fuerit prohibens motum eius. ¶ Ex his autem omnibus volumus concludere: q si nos ostenderimus motum localem qui causa est omnium motuum esse perpetuum q tunc oportebit dare: q id quod mouetur ipsum est perpetuum secundum substantiam: & id quod mouetur ipsum esse perpetuum. Si enim non essent perpetua: & ideo motus non esset perpetuus.

Tex. 2. co. 5.

¶ Huius causa esse non posset: nisi altera duarum causarum: quarum vna est q dicerentur ista generata & facta esse secundum substantiam: cum non essent ante q essent hec duo perpetua sed mouens non moueret ipsum mobile propter aliquod impedimentum.

T. 2. co. 6.

¶ Si autem detur: q propter priorem istarum causarum q motus semper non fuit: quia scilicet oportuit prius fieri vnumquodque mobilium ante suum motum: cum mobile ponatur non esse: tunc oportuit facturam illius mobilis esse secundum processum de potentia ad actum: sed factura illa generatio est: ergo generatio fuit ante illum motum: qui per hypothesim positus fuit esse primus. Est autem generatio finis motus: sicut supra diximus sepe: ergo ante generationem est motus: ergo etiam ante generationem primi mobilis est motus: ergo et motus est ante primum motum: quod est impossibile: ergo non fuit hec causa: q motus non esset semper in omni preterito tempore: q primum mobile oporteret prius generari in esse & postea moueri: quia absque dubio sequeretur: q quedam mutatio esset ante illam que est accepta: q sit prius omni motu: secundum quam mutationem factum est id quod mouetur primo motu: quod est impossibile & non intelligibile.

Tex. 2. co. 7.

¶ Si autem dicatur: q ea que sunt principia motus vt mouens & mobile etiam erant in omni tempore preterito: ita tamen q non existebat motus: tunc oporteret q hoc fuerit propter causam secundam superius enarratam. scilicet q hoc ideo fuit: quia mouens non mouit mobile: aut non mouebatur propter aliquam dispositionem in altero: vel in vtroque inuentam quod impediuit ne mouens moueret: vel mobile moueretur: & hoc in primo motore & primo mobili. Et insciētibus & imperitis videtur irrationale eo q primum mouens & primum mobile non possunt talibus impedimentis subiacere etiam secundum vulgus. ¶ At vero si aliquis per subtiles rationes magis ingrediatur considerando proprietates primi motoris: & primi mobilis: tunc necessarium est: q illi magis videatur irrationale hoc quod dictum est. Si enim dicatur q in primis & perpetuis quedam fuerunt mobilia secundum substantiam existentia: & alia fuerunt mouentia existentia secundum substantiam: & tamen non erat motus. eo q impedimentum erat mouendi in mouente vel mobili: vel in vtroque: tunc aliquando primum mouens est mouens: & aliquando non: & primum

mobile aliquãdo mouet: ⁊ aliquando nõ: sicut dixerũt Anaxagoras ⁊ Empedocles: q aliquã est motus ⁊ aliquãdo qes: tũc anteq̃ mouens moueat ⁊ mobile moueatur vel vtrũq; disponat ad alterũ ⁊ accedat ad ipm: opz mutari per alterationẽ primũ mouens vel primũ mobile vel vtrũq;: oportuit eni si aliqñ mouit ⁊ aliqñdo nõ: q aliqua fuit cã quietis. Cũ aũt quies sit priuatio motus: oportuit q ante hãc quietem fuerit motus q̃ ante illũ qui positus est eẽ primus mot⁹ esset alius motus: ⁊ hoc iã impossibile eẽ pbatum est. Nulla eni cã esse potest q pma causa nõ semper moueret nisi aliquid moueret ad quietẽ: ⁊ tũc oporteret illam dispõnẽ tolli p motũ alterationis: alteratio autẽ nõ põt esse primus motus: sicut nos in sequẽtib⁹ pbabimus: q̃ oporteret aliũ motũ localem esse cãm huius alterationis: ⁊ sic aliqs eẽt motus localis prior motu locali primo: qđ sicut iã ostẽdimus est ipossibile.

¶ Hoc aũt qđ diximus inuenimus eẽ verũ in omni genere motoris ⁊ mobilis. Uidemus eni q oĩa que mouẽt ⁊ agũt: q quedã eoꝝ agunt ⁊ mouẽt singulariter ad vnũ ⁊ vnũ motum mouẽt. Quedã autẽ mouent ⁊ agũt sm contrarios motus. Potẽtie enim nãles: nõ agũt nisi vno modo eo q nã est ad vnũ tm: sicut ignis calore suo nõ nisi calefacit: ⁊ nũq̃ infrigidat: quãdo agit essentialẽ opatione. Nix autẽ infrigidat: ⁊ nũq̃ essentiali actiõe calefacit. Potẽtie aũt rõnales ⁊ cõprehensiue gñaliter que sunt potẽtie aie rõnalis ⁊ sensibilis: sicut scia ⁊ rõ: ⁊ huiusmodi sunt actiue ꝯtrarioꝝ: ⁊ aliqñ qdez in naturalibus potẽtijs videt aliqđ simile eẽ potentijs sensibilibus ⁊ rõnalibus que dicũtur cõprehensiue: q a frigidũ aliquo mõ calefacit per accñs: quãdo accipit vt cõuersiuũ: ⁊ propellens ⁊ excellẽs ante se calidũ circũstans ⁊ ambiens ipm ⁊ constringens in cẽtro rei infrigidate: sed hoc est per accñs: sicut ⁊ sciens: nã ipse per se cõsideret recte: tñ volũtarius peccat aliqñ quãdo nec opat sm eã que est in ipso sciaz sed potius reuertit ab ipsa: ⁊ vtit ea ad ꝯtrariũ. Sed de his nihil ad presens: nisi tm q sunt agẽtia nãliter ad vnũ: ⁊ illa sũt naturalia: ⁊ sunt agentia voluntarie ⁊ cognitiue ad opposita: ⁊ illa que sunt agentia nãlia nõ possunt eẽ cã quietis ⁊ motus: nisi murent per diuersas dispões sm qđas aliqñ mouent: aliqñ nõ mouent. Illa aũt que agũt per cognitionẽ: vt videt pro libitu agũt ⁊ sunt aliqñ causa quietis: ⁊ aliqñ motus cũ: eo q in ipsis est qescere ⁊ moueri p volũtatis arbitrio. Sed tñ hoc nõ est veꝝ. q a etiã in illis oporteret esse diuersas cõceptiones: si aliqñ deberent mouere ⁊ aliqñ non mouere: q̃ vna numero ⁊ eadẽ nũ conceptione manẽte: nõ erit aĩal cã motus neq; manente vno nũero appetitu sm spẽm que mouet appetitũ: diuersaꝝ aũt cõceptionũ ⁊ appetituũ cã est id qđ occurrit in varietate tẽporis ⁊ motus perfecti per corp⁹: ergo añ renouationẽ ꝯceptionũ ⁊ appetituũ erit mot⁹ in tpe ⁊ a corpore.

¶ Redeamus q̃ ad ppositũ generalr sumendo: q si queclq; siue aĩalia siue nãlia possibilia sũt mouere ⁊ moueri: ⁊ facere: ⁊ pati: non penitus neq; oĩmodo sunt possibilia sicut mouere ⁊ moueri. ⁊ facere ⁊ pati: sed opz ea eẽ disposita. ⁊ sic habere se: ⁊ prima ⁊ imediata eẽ: ⁊ sibi fieri qñ ando mouere ⁊ moueri incipiãt. Cũ aũt hec nõ mouerẽt ⁊ mouerent: sicut necesse hz dicere: qui motũ nõ dicit perpetuoz: tunc per alteratiõnẽ sm dispões illas efficit vnũ motiuũ ⁊ alteꝝ mobile: ⁊ per illã alterationem inerit eis tanq̃ hoc sit mouẽs sm actum ⁊ alteꝝ motũ sm actum.

Tex. c. 8.
Tex. t. cõ. 9.

¶ Si ergo dicat nõ semp motus esse: ⁊ tamẽ mouens ⁊ mobile dicat semper existere: tunc oporteret dicere: q mouens ⁊ mobile nõ semp sic se habent vt sufficienter disposita ad hoc q vnum sit mouens: ⁊ alterum sit mobile sm actum: ita. s. q vnum sit nunc actu mouens: ⁊ alterũ sit nunc actu motum: tunc manifestũ est: q incepit motus sm actuz q oportuit mutari sm dispositiones illas mouens ⁊ motuz vel alteꝝ eoꝝ: ⁊ tunc sm superiorem rõnem oportebit motum esse ante primum motũ.

Tex. t. cõ. 9.

¶ Hoc autẽ ⁊ alia rõne est necessariũ: q a. s. motuz ⁊ mouẽs sm actum sumpta sunt sm aliquid. Relationes antem non inascuntur nisi per aliquam in altero relatiuoꝝ vel in vtroq; factam mutationem: sicut in quinto libro huius scientie dixit.

5. phys. t. cõ. 10. 3.

Si igitur nõ semper sit mouens sm actum neq; semp motum sm actuz oportebit q sint facta mouens ⁊ motũ per transmutationem erit: ergo sicut supra pbatum est mutatio ante primum motum: ⁊ si mutatio est ante primũ motũ. tũc etiam motus erit ante motuz primum: qui est causa illi⁹ mutationis. Ecce iste sunt rõnes Arist. ⁊ quoꝛũdã Peripatheticoꝝ: put meli⁹ intellexi: q̃ bãtis q nõ est motus factus.

¶ Cap. 4m. Et est digressio declarans qualiter declarãt pluducte rõnes motũ eẽ ⁊ motuz perpetuũ eẽ: ⁊ qualiter non.

**Omnes** antez dicte rõnes supponunt q motu existente perpetuo mobile ⁊ mouens erunt perpetua. Et si mot⁹ nõ est perpetuus: ppter hoc cõuenit aut ppterea q mobile non est perpetuuz sed qñoq; generatum sicut dicebãt de mundo Anaxagoras ⁊ Empedocles: aut q motu existente perpetuo sm esse non fuit in ipso perpetuo dispositio mobilitatis ei⁹: que sufficienter disponerẽt ipm ad hoc: q esset mobile. Et enim hoc posset referri ad dispõnem primi motoris: tamen nullus ita dubitauit de motore: sicut dubitauit de mobili. Ex omnib⁹ istis planum est colligere q si nos dicamus mobile ⁊ motuz simul incepisse: ita q mobile cũ motu suo educat de nihilo: ita q mobile non precedat motuz tempore sed natura: sicut subiectũ passionẽ que in ipso est q inducte rõnes hoc nõ destruunt.

¶ Et si dicat Auer. q nullus phoꝝ consentit in hoc q fiat aliqđ ex nihilo: ⁊ dicat ideo dcm nõ esse veꝝ ⁊ ꝯtrã est dicto phoꝝ: qui oẽs supposuerũt q ex nihilo nihil fit. Dico ego q ex nihilo nihil fit per gñationẽ: sz ex nihilo aliqđ fit p actuz cãntis q aũt ex nihilo nihil fit per gñationẽ cã est q a oportet generationem ex quo per se est generatio nõ tamẽ esset generatio per accidẽs: nisi prius esset generatio per se.

¶ Per se autem generationis termini sunt priuatio ⁊ habitus: ⁊ nõ quilibet est priuatio ex qua fit generatio ⁊ ideo nihil nõ potest subijci generationi vt ex ipo aliquid fiat: q a nihil equaliter se habet ad omnia generata: ⁊ ideo non põt dici per se esse terminus ex quo fit generatio hois vel albi: vel alicuius alterius. Et hec eadẽ est ratio quare mã prima ab omni forma denudata non põt esse subiectum generationis. Accideret enim ei q ex ipsa eẽt generatio huius vel illius sicut accidit q ex quanto generat albuz. sed oportet q si supponatur nõ ens in generatiõe q per se opponatur enti qđ generat ex ipso. Sed hoc est nõ ens in quo inchoata est forma entis qđ generat ex ipso: ⁊ hoc vidẽtes phi ꝯsenserũt in veritatẽ huius ppositionis: q ex nihilo nihil fit per generationem: ⁊ etiã in hac q ex materia pura nihil fit per generationez: q a si ex mã pura aliquid fieret: oporteret q forma generati ex nihilo fieret: q a materia nõ est id ex quo fit forma: sicut sepe supra ostendimus: ⁊ in prima phia plenius habemus.

Quõ ex nihilo p gñonem non põt fieri aliquid?

Non aũt negant precipui Peripatheticorum quin actu simplici precipue cause pme: essentia materie prime cũ forma substantiali educta sit de nihilo in esse a deo qđ etiã Aristo. in libro suo de nã deoꝝ: mundum a deo opifice dicit esse creatuz. Qđ aũt rõnibus prius inductis pbatur q motus non deficit in aliquo pterito tempore omnino verum est ⁊ necessarium: ⁊ ideo nõ est ponenduz: q mobili ⁊ motore existentibus in aliquo tẽpore pterito non fuerit motus: quia p hec omnia esset irrationale. sicut bene pbatuz est.

¶ Qđ autem Auer. dicit deum per intellectũ mũdum operantẽ nõ fuisse ante mundum in pterito tẽpore verissimum est. q sicut iam ostẽdimus ante deus pcedit mondum eternitate: non tempore.

Auer. in 8. phy. c. 15.

¶ Nec poto veꝝ esse qđ dicit de voluntate dilatoria sicut supra posuit.

¶ Dicit autẽ Auer. q̃dã q nõ est verum: q a dicit non esse intelligibile: si dicatur q deus ab eterno vnius idee sm intellectum existens operatus est mũduz vel aliam rem mundi qđ est post eternitatem.

¶ Est eni satis intelligibile qđlibet intellectũ posse stare in conceptu ⁊ appetitu vno faciẽdi rem nõ modo sed postea. ⁊ quando postea ab eo fit res: variatio que est inceptio rei est circa rẽ factam: ⁊ non circa intellectum operãtem: ⁊ ita dicimus eẽ in deo qui est causa phabens idealiter oẽm rem creatã: ⁊ vno modo stat in cõceptu suo. vel q scientia sua est causa rerũ sicut docet Aristo. in. xi. pme phie ⁊ inceptiones reꝝ sm ordinem sequuntur tẽpus cũ tamẽ intellectus qui est causa scientie sit supra tempus: ⁊ sic hoc modo dicimus intellectum illum esse cãm motus in tẽpore: cuz tamẽ nõ ab eterno fuerit causa motus.

Tex. cõ. 36.

¶ Causaz autem motus dico eũ esse eo q causat ⁊ mobile ⁊ motum simul absq; eo q educat eũ de potẽtia materie ad actum. Sed veꝝ est q si in tẽpore eẽt aliquando causa motus: ⁊ aliquando causa quietis: tunc oporteret q

variatio

variatio esset in ipso secundum conceptus diuersas: et appetitus diuersos: quemadmodum dixerunt Anaxa. et Empedo. ¶ Dicit etiam Auer. quod hoc quod quidam obiiciunt non tenet. scilicet quod si primo agenti subiiciatur materia subiecta ex qua operetur: quod hoc sit diminutio potentie in ipso eo quod dicunt quod perfectioris agentis est operari sine subiecta materia: quam cum indigentia materie. Et dicit hoc non tenere ideo quod videtur ei esse impossibile quod fiat res aliquis productio nisi per generationem. Generatio etiam est ex subiecta materia: propter causas quas supra diximus: et ideo non esse diminutionem aliquam potentie primi agentis: si non operetur id quod impossibile est fieri. ¶ Sed decipitur quia si deus operatur per generationem ex alia materia tunc virtus eius est proportionata potentie nature: et natura est effectus dei et secundum philosophos Peripatheticos: ergo virtus cause que est deus excellens proportionatur effectui suo: quod est impossibile: cum causa prima sit superior natura: et deficiant lingue a narratione eius propter excellentiam esse ipsius sicut tradit Aristo. Et ideo bene concedo quod si esset impossibile deum operari sine materia: tunc operari cum materia subiecta non esset diminutio potentie eius: sed quia non est impossibile sed potius necessarium deum sine materia operari: ideo dicitur quod si semper requireret materiam: quod hoc sonaret diminutionem potentie eius vel minorationem: quia tunc proportionaretur virtus eius virtuti nature: que est potentie mensurate: et non potest operari subitum: nec etiam de nihilo. Quod autem sic necessarium deum operari ex nihilo aliquid: ostenditur per hoc: quod prima forma que habet esse in materia quocumque modo. siue potentiale siue actuale est ab aliquo efficiente producta: aut per seipsam. Constat autem quod non est per seipsam quia sic numquam indigeret efficiente: quoniam si prima non indiget: tunc et secunda non indiget: quoniam vna et eadem ratio est de omni forma quo ad exitum in esse inquantum forma est: nisi quantum ad hoc quod secunda potentia est in materia. Prima autem forma non potest educi de materia: quoniam si de materia educeretur: tunc oporteret inchoationem eius esse in materia: sed inchoatio eius est aliquid forme: ergo ante primam formam est aliquid forme: quod est impossibile: ergo oportet quod prima forma sit ab efficiente primo. Constat autem quod nihil precedit formam primam ex quo fiat: ergo ipsa per actum cause prime educitur de nihilo: et sic constat quod primum operatur creando de nihilo: et ideo cum sit sibi potentialis hec operatio minoratio ipsius potentie esset si requireret in primis creatis subiici sibi materiam. Ista tamen disputatio non est physica licet sit hic introducta ad eliciendum errorem eorum qui dicunt mundum fuisse ab eterno: et non esse creatum. Sed non cum consideratione ampliori tractabimus de his in prima philosophia: vbi queremus qualiter fluxit entia creata ab efficiente primo. Nos etiam infra redibimus: et ostendemus verisimilibus rationibus mundum esse creatum: et non fuisse ab eterno. Sed hoc quod est nobis hic sciendum est: quod sciamus istas rationes que inducte sunt non probare: nisi quod mundus non incepit per generationem: et quod non fuit aliquod tempus in quo non fuerit motus: et hoc quidem est verum: et a nobis supra concessum.

¶ Cap. 5m. De probatione quod motus in nullo incepit preterito tempore ex ipsa temporis conditione.

Tex. cō. 10.

Redibimus autem adhuc ad probandum: quod motus numquam incepit in tempore preterito ex ipsa temporis conditione: prius enim et posterius in rebus non sunt nisi ex tempore: quia prius et posterius primo sunt in tempore: et in rebus quidem non motis non videntur esse prius et posterius: nisi ex hoc quod ponitur tempus circa res illas. In rebus autem que mouentur sunt prius et posterius per se: et ex hoc verificatur: quod vbicumque prius et posterius proprie dicuntur: quod ibi est tempus. Sed vbicumque ponitur aliquid incipere illud est nunc: et non fuit prius: ergo in omni nouo quod incipit ponitur prius et posterius: ergo tempus fuit ante ipsum in quo ipsum non fuit: et tempus fuit posterius illo in quo ipsum fuit et incepit. Sed si tempus est necesse est et motum esse: quia sicut probauimus in quarto libro huius scientie: tempus est numerus motus: et est quiddam ipsius: quod est eius passio: ergo si tempus est perpetuum: et motus erit perpetuus. ¶ Tempus autem esse perpetuum probatur: tam per auctoritatem philosophorum tum etiam per rationem. Per auctoritatem quidem quia omnes philosophi preter vnum solum dixerunt tempus semper fuisse: et numquam incepisse: licet quod vnus eorum nomine Democritus culpauit omnes qui dixerunt quod omnia inceperunt aliquando: et non semper fuerunt sicut dixit Anaxagoras et Empedocles: et institit eis per tempus quod dixit impossibile esse quod sit factum: et in hoc erat mirum de antiquis quia viderunt bene tempus semper fuisse sed non motum: cum tamen tempus sit numerus motus omnis vel cuiusdam: et hoc ideo fuit quia non viderunt perfecte proprium temporis subiectum: sed acceperunt ipsum prout omnes res temporales sunt in tempore sicut in quodam numero: et non retulerunt ipsum ad aliquod subiectum vnum. Ille autem vnus qui dixit tempus incepisse Plato est: et iste vidit bene quod erat passio motus: et ideo etiam dixit motum incepisse quia dixit quod celum incepit esse et moueri: et tempus incepit esse cum illis: et hec dixit facta ab opifice primo mundi. ¶ Per rationem autem probabimus idem sic. Est enim certum ex his que diximus in quarto libro huius scientie quod impossibile est intelligere tempus nisi per intellectum eius quod est nunc siue instans. Oportet enim quod quicumque intelligit tempus quod ad minus intelligat duo nunc: inter que est tempus: quod qui copulat ipsa nunc: non percipit tempus sicut diximus quod faciunt dormientes: nunc autem intelligitur sicut medietas quedam inter preteritum et futurum hoc est sicut media differentia. sic etiam medium mundi indiuisibile in quo continuatur et distinguuntur preteritum et futurum. et ideo accipitur vt finis preteriti et initium futuri. In tempore autem toto non est accipere aliquid actu existens nisi nunc: sicut in antecedentibus probatum est: et illud nunc numquam stat: propter quod et instantis nomen accepit: et ideo non potest idem bis demonstrari et significari sicut fit in puncto qui permanet: et stat in continuo quod habet permanentiam et positionem in suis partibus: et non potest aliquo modo intelligi nunc in ratione principii tantum: et in ratione finis nisi accipiatur per modum dicte linee: et sic non potest accipi: quia sic deficeret tempus. Cum igitur ista sic se habeant: et si tempus ponitur incepisse: tunc oportuit quod in aliquo nunc primo inceperit: sed illud nunc fuit finis preteriti quod fuit ante ipsum: ergo ante primam inceptionem fuit tempus preteritum: quod est impossibile: ergo tempus non incepit: et eadem etiam causa est: quod non desinet: quia si desinet in aliquo vltimo desinet. illud autem nunc erit initium futuri: quod est post ipsum: ergo erit tempus postquam tempus desinet quod iterum est impossibile: ergo tempus numquam desinet. ¶ Hoc autem quod diximus de tempore sane intelligendum est. quoniam tempus accipitur. vt dupliciter se habens ad motum. Est enim alicuius motus numerus quasi manens extra ipsum formaliter: et alicuius motus passio et numerus creatus ab ipso motu. Illius enim motus qui est sub primo motu: et incipit et terminatur in parte quadam temporis tempus non est nisi numerans: et numerat ipsum per alium motum cuius tempus est passio: et omnis talis motus continetur inter duo nunc temporis quorum vnum est sicut principium: et secundum est ratione finis tunc et hoc tempus finitum est sicut etiam ipse motus. Si autem tempus referatur ad motum qui est causa temporis: ille est motus primus omnibus aliis simplicior: et in illo motu sicut nihil indiuisibilium potest accipi ante quod et post quod non sit motus: ita nullum indiuisibile temporis potest accipi ante quod et post quod non sit tempus: et hoc modo intellecta procedit ratio inducta. Et causa istorum est quia diximus in quarto: quod scilicet tempus non refertur ad motum: prout ipse est in toto quod mouetur: sed potius prout ipse causatur ex vno vnde est motus. Illud enim vnum in circulatione numquam potest accipi: quod renouatio situs non sit ante et post ipsum: et ideo nunc quod est numerus eius numquam accipi potest nisi in ratione finis et principii: et si ponatur tempus incipere secundum substantiam vel desinere: tunc oportet quod hoc modo acceptum incipiat vel desinat: et ideo hec ratio fortior est aliis: et videtur probare: quod numquam incipere potest vel desinere tempus quocumque modo inceptionis: et quocumque modo desitionis at vero si tempus semper fuit et erit tunc etiam necessario motus aliquis semper fuit et semper erit. Tempus enim est quedam passio et numerus motus et sequitur quod motus ille semper fuit et erit: cuius tempus per se passio est: et ille est motus primi mobilis inter orbes celestes. qui dicitur motus diurnus: qui omnibus est velocior et simplicior.

Auer. in 8. phy. cō. 4.

Improbatio Auerois.

Quod necessarium sit deum ex nihilo operari.

Que sit differentia inter primam formam et secundam.

Solus Plato posuit tempus incepisse.

T. c. cō. 11.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans quare non necessario est inducta ratio de tempore, et qualiter tempus incepit.

**I**Ste autem Modus probandi unum motum primum fuisse ab eterno nō est necessarius: sicut nec antecedentes. sed probabilis. Si enim nos dicamus motum incepisse cum inceptione mobilis: et potentiam ad esse mobilis non precessisse tempus suum motum et suam potentiam ad motū: tunc non sequitur hoc qd est inductum. tunc enim incipit motus circuli a dextro circuli: et illius nunc erit nunc in quo incipit tempus. et illius nunc erit in ratione principii tm̄ et nō ratione finis: et ideo tunc nō sequitur q ante illud nunc fuit tempus. ¶ Si aūt aliquis obiiciat qd in sexto libro superius probatū est q ante qdlibet indivisibile motus iterū est accipere motū. et post qdlibet indivisibile est accipere tps. ¶ Dicendū q hoc est verum: q hoc nō est verū de motu nisi quādo per divisionē accipitur et verū est tunc de quolibet motu siue recto siue circulari: qa ante qdlibet indivisibile motus et post qdlibet indivisibile tēporis sunt infinita moueri: et non finit per divisionē ita q primū et ultimum possunt accipi in ipsoꝝ: et sic est de tēpore. Si autē aliquis ipm per divisionem accipiat et non tm̄ de toto tēpore est hoc verum qd dicitū est: sed de qualibet parte ipsius verū est. q per divisionē est infinita sicut et omnis pars cuiuslibet cōtinui est infinita. ¶ Sed hoc quibusdam generat errorem qa nō distinguūt inter nūm eternitatis et tēporis: et putāt q oīs indeficiēs duratio sit tēpus cū hoc ex phabitis cōstet nō esse verū. ¶ Si aūt queratur utrū tēpus incipiat sm̄ dicta in nunc. vel in parte indivisibili tēporis. dicēdū q ex his que pbata sunt in nostro sexto libro phicoꝝ: constat q non pōt incipere in parte indivisibili: qa non incipit tps nisi in primo tēporis. et pars idivisibilis nō est primum tēporis: incipit ergo in eo qd est indivisibile nunc qd adiacet dextro primi circuli sm̄ q ipm est principium circulationis prime. Nec approbo qd dicunt qdam tps non sequi motum: sed mutationem vel materiā: qa tps non potest eē mensura mutationis simplicis sicut ex antehabitis cōstat. Materia enim sm̄ q est suba quedam nullas hz vices tēporis: et ideo sequitur motū per modum qui dictus est: et hoc est q qdaꝫ theologi tradiderūt tēpus. s. eē coequeuū materie et celo. ¶ Si autē nos diceremus q celū primū fuit in potentia materie. et post exiuit in esse per modū gñati de ipsa sicut dicūt illi qui dicūt q nō oia creata sunt simul. tūc opꝫ nos dicere q tps primum fuit numerus motus materie quo mouebatur ad esse celi: et alioꝝ substantiali forma distinctoꝝ. De qua sententia fuit Anaxa. et Empedo. et post eos Ovidius sicut patet per hoc qd dicit q ante mare et terram et q tegit omnis celum. unus erat toto nature vultus in orbe quē dixere chaos: et in hanc sniam consenserunt multi theologi diversarum religionum tam. s. saracenorū q̄ iudeoꝝ q̄ christianorum. Sed nos nō ꝯsentimus in hoc sed potius q oia creata sunt simul: et q tps coequeuū sit celo et motui eius: et a motu celi creatus sit motus materie activoꝝ et passivoꝝ que sunt generabilia et corruptibilia: quaꝫ sniam cōfirmant multi Peripathetici et multi theologi aliis subtiliores eo q ipsa stat tā sm̄ religionē legis. q̄ etiam sm̄ sniam phie naturalis. ¶ Qd aūt dicitur q sm̄ hoc Plato verū dixisset dicendum est q non oino dixit verum: qa ponebat celū gigni de materia preexistente. et hoc non posset esse nisi motus esset ante primum motum: ut patet ex predictis.

Instātia 3ᵃ dicta.

Solo

Utrū tps incepit in nūc?

Mā̃ ut ē sba q̄dā nullas vices tēpis hz.

Ovidiꝰ i pnᵒ pmi Metamorphoseos

¶ Cap. 7m. In quo probatur q motus est incorruptibilis in tempore futuro per rationes Peripateticorum.

**E**Adem Autē ratione qua pbatur eē motus perpetuus sꝫ omne tēpus preteritū. pbatur etiā perpetuo duraturus esse sm̄ omne futurū sm̄ Arist. qui princeps fuit secte Peripateticoꝝ. ¶ Ipsi enim dicunt quidem: q motus incorruptibilis sit per eandem rōnem qua pbatur eē ingenitus sicut enim sequitur ad hoc: q si incepit motꝰ in pterito q motus alius pcedat motum primum: ita etiam sequitur ad hoc: q motus corrumpitur q aliqs erit motus post motum ultimum: et pbatur ex hoc q nō sunt hec duo necessaria simul: que sunt cessare et quiescere a motu: et cessare sive qescere a mobilitate. sive ab

T. c. cā 1x.

aptitudine illa qua natū est moveri: sicut patet in eo qd cōburitur sm̄ actū et qd est combustibile. Quando enim aliqd cessat a combustione sm̄ actū nō pter hoc necessario cessat vel quiescit a cōbustibilitate qa frequēter invenitur combustibile qd non cōburitur sicut diximus de mobili et eo qd movetur sm̄ actū ita dicimus de movēte sm̄ actū et de eo qd aptū natum est movere qa non necessario aliquid cessat simul ab actu movēdi: ita q nō moveat et ab aptitudine movendi ita q nō sit natū movere. Cōvenit enim aliqd aptū natum non movere sm̄ actum pter aliqd impedimētum qd accidit ei extrinsecus tm̄ se vel in eo qd d3 moveri ab ipso: vel forte in utroq. ¶ Queramus igitur sicut pꝫ q si motus corrumpitur in aliquo tēpore futuro q hoc cōvenit altero duorum modoꝝ. s. qa movens et mobile vel alterū ipsoꝝ corrūpitur: vel qa sunt perpetua: et tm̄ non movebūt aliqn̄ Si autē dicitur q corrūpitur mobile vel movēs vel utrūq ipsoꝝ tunc opꝫ corruptionem eoꝝ esse post motus cessationē: sed corruptio est finis motus ergo motus erit cuius finis est corruptio post ultimum motū et oportet q in illo motu aliqd sit movēs ad corruptionē et hoc voco corrūpens: ergo erit mobile aliqd et movens et motuꝫ post ultimū motum qd nō est itelligibile: qa in nullo genere pōt intelligi q aliqd sit post ultimum. Si igitur hoc est impossibile: tūc manifestū est q ex pte illa motꝰ est perpetuus. ¶ Si aūt dicatur q manent movēs et mobile: sed tū nō erunt aliqn̄ disposita ad motū: tunc iterū opꝫ q illa dispositio ipediens motū vel sit motus vel motuꝫ ꝯsequēs: et inducta ab aliquo movente et tunc illa alteratio erit post illum motuꝫ qui positus erat eē ultimus ergo motꝰ est post ultimū motū. si nō aliqn̄ quidem erit motus et hoc est impossibile sicut prius. ¶ Si autē diceret q sine causa aliq̄ aliter disponente movens vel mobile vel utrūq: aliquādo cessabit motus ita q sine causa aliquādo qdē erit aliquando nō erit hoc pculdubio stultū est et figmento assimilatur. ¶ Similiter autē figmēto assimilatur qd dixit Empedo. q. s. motus aliquādo qdeꝫ sit et aliquādo nō sit vel q nulla cā sit huius: nisi qa sic aptū natum est eē in natura universali reꝝ: et q nō oportet querere cām huius: sed opꝫ opinari hoc eē principium: cuius causa non est ingrēda sicut dixit Empedo. q oportet amicitiaꝫ tenere res vere et movere in pte tpis: et q oportet in alia pte tpis discordiā inesse rebus ex necessitate: et q opꝫ quiescere in aliis temporibus mediis sicut diximus in pdictis. Empedo. enim nullam dixit huius cām: nisi qa dixit q casu fit eo q nō semp dominatur amicitia. nec semp dominatur lis: et lꝫ movētia semp sint uno modo qd vocat mixtuꝫ non tamē dixit motū semp esse uno mō. sed quādoq motū dixit esse et quietē quādoq. Et dicit q huius nō est causa querēda sed est supponēdū tāq̄ pnm̄. ppterea q vicissitudo amicitie et litis principia entium sunt. quoꝝ dissimum dicto modo sibi succedit. Ista autē ratio que hic posita est est Aristo. sed valde trūcate est ab eo posita: et tamē sicut hic dictū est exponenda est: et nos inferius pquiremus utrū sit necessaria vel probabilis. ¶ Fortassis autem et Anaxa. qui dixit q pnm̄ esse ctiuum generatiōis et motus post tps infinitum unum solū fuit qd est intellectus agens et non dixit factum esse duo sicut de principio motus dixit Empedocles. ¶ Quoniā si quereretur ab eo quare agens intellectus expectavit tps infinitum et postea movit plus in quodam tpe q̄ in alio: non poterat respondere. nisi quia ubi intellectus agens pnm̄ esset ideo non debet queri causa actionis eius: quia principia non habent causas sic ergo pbatur motus esse incorruptibilis: et alioꝝ dicta nō eē cōvenientia ¶ Si aūt nos diceremꝰ motū celi finiēdū: eo q qescetꝰ ad alium statū mundi ordinabitur q̄ nunc ordinetur motus eius. tunc non concluderet ratio Aristo. inducta: et ideo videtur esse pbabilis non necessaria: et de hoc quidem inferius plenius loquemur.

T. c. cā 1x.

T. c. cā 1x.

Instātia nōꝰ Au…

¶ Cap. 8m. De contradictione: q satisficatur dubium Anaxagore et Empedoclis.

**M**Odo autem Volumus accingi ad disputandum ꝯ Anaxa. et Empedo. ¶ Dicimus igitur q nihil inordinatum in natura: et vocamus naturaꝫ universalem cursuꝫ nature ab universali natura ordinatū que regit omnem naturam. Et ordinē nature vocamus nō quēlibet cursum nature:

T. c. cā…

Quid …

ture: sed potius illum qui est fm nature illius que ordinata est dicit per ꝓpterata. Hec enim natura oibus est causa ordinationis eo ꝙ forma rerum naliu cursum exigit determinatu in ordine ⁊ rõne speciali ⁊ iste ordo explicatur dupliciter in natura. Quedaz enim res sunt talis ordinis ꝙ semper cursum vnum seruant nature sicut ignis qui semp ascẽdit extra vbi suum existẽs: ⁊ sol eclipsatur interpositione lune inter solem ⁊ visum nostrum in capite ⁊ cauda draconis. Quedaz autẽ succedunt sed habet causas ⁊ tempora determinata quare fiant quãdoqꝫ ⁊ nõ fiant quãdoqꝫ: sicut tepus generationis ⁊ corruptionis qꝺ sibi succedit ex accessu ⁊ recessu solis in circulo obliquo. ℂ Ex his autẽ facile est videre: ꝙ in dictis Anaxa. duo sunt cõtra ordinẽ nature quorũ primuz est qꝺ ipse dicit: ꝙ mixtum quieuit tempore infinito: ⁊ postea tamẽ exiuit in esse distinctuz per generationẽ factaz ab intellectu agẽte. hoc eni nõ est fm exigentiam alicuius forme naturalis: qꝛ si mixtuz naturaliter quieuit tpe infinito: tũc non exiuit in esse distinctũ in generatis nisi per violẽtiã. Tps autem motus violẽti est paruũ. ergo tpe infinito non remanebit generatio: qꝺ tamẽ dixit Anaxa. patet ergo ꝙ infiniti tpis quietis ad infinituz tps motus nulla est rõ ordinis: qꝛ nulla forma naturalis pmittit talẽ ordinẽ naturalis ad violentũ. Omnium eni naliter adinuicẽ ordinatoꝝ est ratio alia ordinis ex aliqua forma naturali. Scdm autẽ est: qꝛ et si dicatur vtrũqꝫ esse naturale: tũc tamẽ aliq̃ causa erit differentie: qꝛ intellectus agens primo infinito tpe qeuit: ⁊ postea in infinito tpe agebat. Nũc autẽ nulla cã differentie assignatur ab Anaxa. quare. s. egit nũc intellectus ⁊ nõ prius. Si autẽ dicaꝶ ꝙ nulla est ratio ordinis in talib⁹: hoc nõ erit opus nature. Sicut eni diximus id qꝺ est ordinis nature: aut similiter se habet semp ⁊ nõ aliquãdo qdem sic aliquãdo nõ aliter: vt ignis sursum ferꝶ natura: ⁊ nõ fertur sursuz: aliqñ quidẽ: aliqñdo vero nõ: aut si nõ est semp vno mõ: tunc rõnem hꝫ differentie: ⁊ cãm determinatam in natura ⁊ nõ est simpliciter illa diuersitas absqꝫ rõne: sicut diximus de periodo generationis ⁊ corruptionis: que cãm differentie accipit in accessu generantis: ⁊ recessu in obliquo circulo: sicut in scdo de generatione ⁊ corruptione: ⁊ ideo hꝫ ambo male dixerunt tam Anaxa. q̃ Empe. tñ Empe. aliquid dignius dixit q̃ Anaxa. ⁊ qcũqꝫ aliter dixit q̃ Anaxa. ⁊ aliquã cãm differẽtie tpis motus ⁊ quietis assignauit. Dixit eni Empe. ꝙ sic ignis semp sursum fertur: ⁊ nõ aliqñdo qdez fertur sursum: aliquãdo autẽ nõ ꝓp ordinez sue nature quo necessario mouetur sursum: ita se hꝫ in hoc ꝙ omne vniuersuz in parte tpis quiescit: ⁊ in pte tpis mouetur qꝛ illa talis vicissitudo habet quãdã tã ordinationem: eo ꝙ amicitie est cõgregare: ⁊ litis disgregare Anaxa. aũt dixit. ꝙ nulla est cã quietis per tps infinitum: neqꝫ exitus rerum in esse per tps infinitum nisi intellectus operãs. Sed tamẽ Empe. peccauit in hoc: ꝙ ipse nihil addidit ꝓbationis dicto suo. Qui eniꝫ dicit: ꝙ amicitia quodã tpe congregat. ⁊ lis quodã tpe disgregat: opꝫ ꝙ non hoc dicat solum ⁊ affirmet ita esse simplici affirmatiõe: sed opꝫ ꝙ cum hoc dicat causam: ⁊ non sit cõtentus dicto simplici: cum nihil apponitur ⁊ opꝫ ꝙ nõ velit ꝙ hec sit dignitas per se nota que irrationalis est: ⁊ cui ratio cõis non assentit. Si eni eẽt dignitas quilibet ꝯsentiret in eam qꝛ cõis animi cõceptio est: quã quilibet ꝓbat auditã: sed oporteret ꝙ aut per viã sensus ꝓbaret nobis ꝙ sic est vt dicit per inductionem: aut per viã intellectus afferat cãm per quã demõstret nobis ꝓpter qd sic est vt dicit. ℂ Hec autez que posita sunt. s. amicitia ⁊ lis sunt nõ cause: amicitie eni ⁊ inimicitie esse: ⁊ diffinitio nõ est in hoc ꝙ congregauit vel disgregauit res nature in vniuerso. Sed amicitie qdẽ est cõgregare quedam: ⁊ inimicitie est dispergere quedã. Si eniꝫ sic determinentur ⁊ diffinianꝶ amicitia ⁊ lis ꝙ vtraqꝫ est in pte entis: ⁊ nõ in vniuerso: tunc oporteret Empe dixisse que entia cõgregantur per amicitiã ⁊ que disperguntur ꝑ inimicitiam: et vtrũ rõnabilia vel irrõnabilia: vel aĩata vel inanimata. Videmus eni amicitiaꝫ nõ esse nisi rõnabilium. Amicitia eniꝫ ꝓprie loquendo hic apud nos est id qꝺ congregat hoies: ⁊ lis qua fugiant inimici adinuicẽ: ⁊ qꝺ est in hoibus supponitur etiã in toto vniuerso sic esse: eo ꝙ in qbusdaꝫ entib⁹ sic est vt diximus qꝛ in hoibus sic eẽ inuenimus: ⁊ ideo Empedo. oportuit assignare cãs: quare sic fiet in toto vniuerso.

ℂ Et similr qꝺ dixit tps motus ⁊ tps quietis eẽ eq̃le indigebat ratione qꝛ nos videmus ꝙ tps amicitie in hoib⁹ non necessario equat tẽpori litis. Uniuersaliter aũt loquẽdo tã contra Anaxa. q̃ cõtra Empedo nõ recte se hꝫ opinari ꝙ ista dicta sint pncipia quoꝝ non oporteat querere rõnez: ideo quia in omni tpe aut sic est ꝙ est motus: aut sic est ꝙ est qes in quo etiã Democritus dicit causas de natura. Democritus eni dixit inane ⁊ athomos causas esse rerum naliuz cũ Anaxa. ⁊ Empe. dixit in hoc ꝙ nõ oportet querere cãz quare athomi aggregãtur ⁊ non separentur in eo qꝺ est inane: qꝛ pncipioꝝ dixit causas non eẽ querendas. sed dicebat ꝙ prius fm nature pncipia sic factuz est. Eius autẽ qꝺ est semp ⁊ perpetuum noluit ꝙ quereret aliqua causa. In hoc aũt qꝺ dicunt isti phi: ꝙ eius qꝺ est semp siue ppetuum non debent queri cause in quibusdam est rectũ ⁊ verum: in qbusdam neqꝫ rectum neqꝫ veꝝ. Cõclusiones eniꝫ mathematice ppetue sũt: ⁊ semp habent causas: sicut ꝙ triangulus rectilineus habeat tres angulos equales duobus rectis. Huius eni ppetuitatis est alia causa per quã demonstratur: sed ppetuoꝝ que sunt pncipia pma ad que nõ habetur vis demonstrationis nõ est alia causa: quia si omnis rei esset alia causa tũc iretur in infinituz in causis. Hoc autẽ qꝺ isti dicant nõ est tale qꝺ nõ habeat causam ante se: ⁊ ideo male fecerunt non dicendo causam. ℂ Est autẽ hic aduertẽdum ꝙ lꝫ Anaxa. dixerit intellectum agentem facere motũ: tamẽ dixit illũ mouere per naturam: ⁊ nõ per voluntatem: ⁊ ideo nullam assignare potuit causam quare aliquando mouerit: ⁊ non semper. Nos autem inferius ponemus ꝙ mouet ex voluntate eterna: ⁊ ideo dictuz nostrũ verificabiꝶ a dicto Anaxa. Dixit et Anaxa ꝙ tps infinitum fuerit ante motum: ⁊ nostra positio est vt patet ex ꝓbabitis ꝙ nullum tps fuit ante motũ sꝫ potius eternitas: ⁊ ideo iterum quo ad hoc inducta ꝯ Anaxa. nihil facient cõtra nostram positionem. Sint igiꝶ hec ⁊ tanta dicta ad ꝓbationem eius: ꝙ nullum tempus erat añ motum in quo nullus motus erat neqꝫ aliquod tempus in futuro erit in quo nullus futurus sit motus.

ℂ Cap. 9ᵐ. De rationibus quorũdam sophisticis ꝓbantiuz motum semper fuisse fm omne tempus.

Nunc autem tempus est vt inducamus rationes aliquas quorũdam. Phoꝝ qui dixerunt motũ non semp fuisse in pterito neqꝫ semp futurum esse fm omne tps: ⁊ hoc quidez non erit difficile soluere. ℂ Uidebiꝶ autem ex huiusmodi qualia inducemus hic considerantibus motuꝫ aliquando esse cum non semp fuerit fm omne pteritum et desiturum aliquando cuz non semp futurus sit fm omne futurum. Primum autem illorum: quia sicut diximus in fine sexti physicoꝝ: ꝙ neqꝫ vna aliqua fm numerum est ppetua mutatio. Omnis eni mutatio apta nata est ꝓcedere ex quodam finito in qꝺdam finitum: quare necesse est omnis mutationis eẽ terminum terminatuz. Cõtraria enim in qbus fit ipsa mutatio sunt fines eius. Et si forte dicaꝶ ꝙ hoc non tenet nisi in mutatione ad formaz que est inter ea que vere sunt cõtraria: ⁊ non tenet in motu fm locum ꝙ ibi cõtraria nõ adeo sunt determinata: sicut determinate sunt forme cõtrarie: tũc ad minus ꝓbabitur finita esse mutatio fm locũ: sicut ꝓbatum est in fine sexti phicoruz: quia per hoc ꝙ nullũ mobile omnino moueꝶ in infinitum qꝺ nũq̃ potest fieri qꝺ nunq̃ potest incipe fieri. Infinitum autem nunq̃ incipit fieri: ergo nihil moueꝶ localiter ad id qꝺ distat in infinitũ. Si autem oẽm motum sic esse finitum: ⁊ finitus motus sit in tẽpore finito: sicut ꝓbatum est in. 6. phyicoꝝ supius: videbiꝶ tunc: ꝙ nulla mutatio semp fuerit: ⁊ semper fore futura sit. Et hec est ratio pma. ℂ Secũda autẽ ratio inducitur contra hoc qꝺ suppositum est ⁊ ꝓbatuz in ꝓbabitis rationib⁹: ꝙ. s. quando motus incipit de nouo ꝙ taz ex pte mouentis q̃ ex pte eius qꝺ mouetur necesse est alium motuz prius fuisse: videtur eni hoc nõ sequi. ℂ Uidemus eni ꝙ possibile est mouere de nouo qꝺ neqꝫ mouetur iam neqꝫ hꝫ in seipso aliquẽ motum anteq̃ hoc incepit moueri fm aliquem motũ: sicut in animatis: quoꝝ neqꝫ ps aliqua: neqꝫ totum prius mouebatur: sed videmus ꝙ modo in toto tam fm ptez q̃ fm totuz quiescens cõtingit aliquando post hoc moueri. sicut ver-

Ordo nãe dupliciter modis explicat.

Documentũ

T. c. cõ. 16.

T. c. cõ. 17.

bi gratia: sic lapis qui quieuit ante. Sz sm dicta in probatis. s. q motus nouus nõ fit si nõ sit ante motu conuenit ista talia que dicta sunt aut semp moueri aut nunq quorum vtrumq est falsum ergo falsum erat illud qd dicebat motu nouum non posse fieri. nisi esset alius motus ante qui faceret motorem accedere ad ipm mobile & econuerso. Hoc autē p tertia parte inducūt qd multo magis videt qd verū est in his que sunt aiata q s. moueantur aliqñ nouo motu absq eo q pcedat aliquis motus in motore vel in mobili qui disponat mobile ad hoc q moueatur. In nobis aūt videmus hoc: q neq vnus motus est in nobis & post hoc quasi expergiscētes per volūtatē mouemur liberam aliquando & sic fit in nobis pmus motus: non ab extrinseco aliquo nos mouēte sed ex nobisipsis qa s. volumus moueri: & habemus pmum motū in nobis anteq nihil nos extra moueat: sicut aliquis ambulat sine vtilitate tm qa vult ambulare tale enim pmum non videmus in his esse que nõ sunt aiata: & ideo etiā nõ mouent seipsa sed semp aliquid exterius: & que sunt extra ipsa mouent ea qd est alterum ab eis. Mouent enim aut a gñatiõe: aut ab eo qd mouet violentiā sicut nos in sequētibus huius libri ostēdemus. Sed nos dicimus q ipm animal mouet seipsum ergo cū nos videamus q animal aliquando gescit: fiet nouus motus: in eo q penitus est imobile alio motu pcedente: & ille motus vtiq fiet ex ipso: & nõ ex aliquo altero mouente exteriore. ¶ Si autē in aiali hoc possibile est fieri: tūc nõ est generale qd pos conclusum est p inconuenienti. s. q incipiatur motus nisi pus fuerit motus qa nihil phibet quin nos dicamus fieri in mūdo & in celo q s. motus incipit nullo motu pexistente: sicut videt fieri in aiali. Rhetorice enim & per similitudines loquēdo animal & pcipue hō dicitur mūdus paruus qa in eo est motor pmus sicut intellectus: & sunt in ipo motores medii sicut phantasia & appetitus: & virtutes que sunt in neruis motiuis & musculis & calor naturalis: & est in eo motum tm sicut corpus vel mēbrum corporis aliqd. & motores inferiores hñt motus pprios: & tamen motuz sui superioris sicut est in mundo magno: & ideo qd in paruo mūdo fit videt etiā in magno debere fieri: & si in magno mūdo fit tunc etiā videtur accidere in infinito. qd maxime pnm ponit Anaxa. qa s. componitur ex infinitis: sicut ipse dixit. & ita etiā intellectus agens incipit mouere & infinitum moueri: ita q ante illū motum nõ fuit pexistens motus. Hec autē expositio que continet hoc ideo sideliter a nobis ponitur: vt qlibet sciat ad quid inducuntur vba Arist. & quid et quātum cōcludere possunt. Quocunq aūt alio modo exponunt sicut dictum est nihil facient ad ppositum. ¶ Est ēt attēdendum q quidā dicunt hoiez inter aialia alia magis pprie vocari mūdum minorem ex pte corporis: quia in eo sunt omia naturalia mūdi qa elementa sm essentiam sunt in ipso quo ad esse pmuz elemētorum: & est in eo cōmixtorum similitudo in cōmixtione elemētorum ad humores cōstituēdos. Et similitudo complexionatorum in cōplexione: & similitudo compositorum ex diuersis in cōpositione organica sui corporis ex parte anime est q viuit sentit: rōcinatur & intelligit: & sic cōuenit cū omnibus mūdi partibus sm formam & sm mām: sz sz hoc verum sit nihil facit ad ppositum: sed tm pmum.

Expō aliorum.

¶ Cap. 10m. De solutione rationum enumeratarum.

Tex. 20. c.

PRima Autē rō inter tres iam inductas q. s. motus vnus & idē nūero qui est inter zria non sit semp est vere & recte dictum sicut concessum est in fine sexti physicorum. Hoc eni fortassis necessariū est. qa si idē numero absq dubio accipiatur in tpe finitu erit. Si autem accipiatur idē genere non erit finitus propter causam eius perpetuam iterabit enim per successionē infinitam quātum est de causa nisi. Verum est enim q. vnius rei & eiusdem numero mobilis nõ est possibile vnum & eundem motū eē semp infinite. Dico autē sic eū qd dixi querēdo vtrum vnius & eiusdem chorde sit vnus & idē sonus semper: aut sit semper alter vel vno modo se habēte mouēte sine percutiēte chordam. Constat enim q cū percutitur vna & eadem numero in monochordo chorda: q ipsa sonando dat ictum ad vtrūq latus: hoc est a dextris & a sinistris: qn vno modo est tēsa: & tūc ppter vnum percutiens & vnuz percussum pōt dubitari: vtrum vnus sit sonus: & constat q non est vnus sed potius ictus erit cōtinui in tēpore si percutiens chordā continue percutiat: & nihil interponat: & huius adaptatio est ad ppositum: q materia que est vna cōtrariorum est: sicut chorda percussa & aliario generantis in obliquo circulo est sicut continue percutiens: & oc tempore nihil interponēs. Et vicissitudo materie inter cōtraria est sicut ictus soni datus ex motu a dextris & a sinistris: & ideo lz motus talis nõ sit idez numero: tamē tota natura est sicut monochordus vnius musici percussus continue: & cantus est idem. eo q generatio vnius est corruptio alterius. & ecōuerso: sed tamē quicquid de hoc nihil prohibet ista ratio inducta quin vnus motus qui sit cōtinuus & ppetuus qui est sicut manus continue percutiēs monochordum. ¶ Hoc aūt magis erit manifestum ex his que postea ius in hoc eodē libro erūt cōsideranda. ¶ Ad hoc autē qd secūdo inductum est dicēdū: q nullum est incōueniens q aliquid moueatur quod ante non mouebatur. Inter ea enim que mouētur quedam mouentur a motore extrinseco: & quedaz ab intrinseco. Qd autem illa que mouētur a motore extrinseco nõ moueant causa est triplex. s. absentia motoris aut distātia eius ab ipo mobili: aut presentia impedimēti motus in motore vel in mobili vel in vtroq ipsorum: & oppositis de causis illa mouent: et hoc modo mouētur postq nõ mouebātur omnia naturalr mota sicut nos infra ostensuri sumos. Omnia enim mouentur: aut a generāte presente & non distante: aut ab eo qd remouit impedimentum: sicut mouent oia simplicia corpora que sunt elementa & quedā etiā cōmixta que non sunt aiata sicut lapides & metalla: & oia hec habēt motores extrinsecos sicut iam diximus. Motor enim extrinsecus nõ mouet nisi motus ab alio: & ideo si oia eēnt talia oporteret q iretur in infinitū: qd in septimo est improbatū: & ideo opz q stet in aliq primo motore qui mouet seipm: & mouetur a virtute extrinseca: & hoc totū nos declarabimus in sequētibus istius libri in tractatu qui sequitur post istum. sed si nos dicamus talem esse pmū motorem cuius motus sit ppetuus: & ille mouet oēs motores extrinsecos motu suo: tūc querit quare aliqd motorū a motore extrinseco mouet qñq & quiescit qñq: cū motor ille pmus qui mouet oēs istos motores moueat semp & ista rō quā isti dicūt nõ est rō que aliqd faciat cōtra nos & dicta que pus induximus ad pbandū q motus eēt ppetuus: sed potius dubitatiōez quādaz cōem inuenit: & nobis qui dicimus aliquē motū eē perpetuū. & eis qui dicūt nullū motū eē perpetuū. Et hec dubitatio est pp qd omnium eorum que sunt quedā nos semp: alia qdem quiescūt eorum que sunt sed aliquādo mouent: & pp quid alia nõ moueant semp sed quiescunt aliqñ cuz motor pmus qui mouet oēs motores semp moueat: & semp moueat vt inferius ostēdemus. Videmus eni quedā semp moueri vt celestia: & quedā semp quiescere sicut cētrum spere totius qd est terra: quedaz eni aliquādo moueri: & aliqñ gescere: sicut intermedia iter celū & terraz & huius nos pfectam inferius reddemus cām & solonem sed qd hic cōsiderandū est q tenēdum est q nūlla mota a motore extrinseco nõ incipiūt moueri nisi aliqs motus sit ante motū eorum: & ideo nõ habet instātiā hoc qd dictum est: q. s. motus incepisset absolute: q oporteret q motus eēt an pimum motū. Ista enim oia mouent a generātibus vel remouentibus impedimēta motū phibētia: & hec generantia & remouētia ipedimenta et remouent: & tādem stat illud in motu pmo qui accessu & recessu mouet oia huiusmodi sicut in sequentibus patebit. ¶ Sed hoc qd dicūt tertio de animatis maxime videt ferre dubitationez: qa videt q nullus sit omnino motus nouus cū nõ insit prius aliqs: & cū illa nõ mouentur ab extrinseco. sed potius ab intrinseco vident moueri: videt q in illis est allata instātia cōtra cōclusionē supius inductam. In aiatis enim videt hoc accidere: q aial gescēs prius post hoc vadit ita q nihil exterior videt ipm mouere: & hoc nō est falsum tūc ostensum erit q in nullo hz instātiam hoc qd supius induximus ad pbandum ppetuitatez motus. Qd autē aliqd extrinsecū moueat aial. pz ex hoc q aliqd naturā semp cōspicimus in aiali moueri: sicut calor naturalis qui semp agit viuente animali: & cum non agit tunc est inducta mors. Calor autē ille multarū indigentiarum est causa: sicut famis: sitis: & loci calidioris & frigidioris motus: vel quietis. vel fomentorum vel extinguentium: vel refrigerantium.

L. t. c. 11.

Motus obiectū ab intrinseco quedam ab extrinseco mouentur.

7. physi. primi motoris perpetuitas.

Tex. c. 30.

rantium ipsum: ⁊ ille indigentie mouent phantasiam ⁊ appetitū animalis: ⁊ ille appetitus mouet vlterius aial vt moueaꝛ fm locū: ⁊ ideo quo ad hoc pȝ ꝙ falsū est ꝙ talia nō habent motorem extrinsecum qui moueat ea. Moueꝛ autem animal ab aere cōtinente ipm in quo sunt omnes qualitates corporum celestium ⁊ aliorum circūdantiū animalia: ⁊ ideo aer sic alteratus alterat corpora animalium: ⁊ ille alterationes mouent appetitū in animalibus: ⁊ intellectum practicum in hominibus sed verū est ꝙ motus illius quo mouetur animal a calore naturali. vel a circūdante aere nō est causa ipsum animal sed potius motū est ab ipso: ⁊ cōtinens vel aer est causa motus illius sed tamen animal cum est motū illo motu. tunc vlterius mouetur ab appetitu ad motum pcessiuū fm locū. Non enī dicimus ꝙ animal moueat seipsum motore intrinseco sibi fm oēm motum: sȝ tm̄ fm motum qui est fm locum ergo nihil phibet cū dicimus animal moueri a seipso fm locū quin moueaꝛ multis motibus ab extrinseco circūdante: qui nō sunt fm locū: ⁊ hoc forte est necessarium: ⁊ tūc illi motus sunt causa: quare moueatur fm locum. Motum autem motuū quibus mouetur animal quosdam qdem necessariū est aut intellectu in hominibus. aut appetitu in aialibus alijs mouere. Intellect⁹ autē ⁊ appetitus sic moti mouent totū aial motu pcessiuo fm locum: ⁊ talis duplex motus maxie cōuenit circa somnū ⁊ vigiliam: qa somnus pfectissima quies est: quā pōt habere animal: ⁊ vigilia perfectissimus motus. Sōnus enim est cū neq; vnus motus in sitū aiali sensibilis: qa a nulla potentiarū sensibilium moueꝛ in somno. eo ꝙ tunc naturales vires intendūtur ⁊ operantur in loco digestionis circa cibū: a quo cibo resolutus vapor reflectitur ⁊ humectat membra vnde sensus oriūtur ⁊ motus sicut cerebrū ⁊ cor: ⁊ tunc imobilitātur omnes sensus ⁊ virtutes mouentes: ⁊ ab illo surgunt aialia vigilantia itecum: cū digeratur humidū illud ⁊ redit ad cor ⁊ cerebrū calor naturalis: ⁊ expandatur in organis sensus ⁊ motus: ⁊ hec est vigilia animalium. Sed tamē manifestum quidē erit de his in posterioribus libris naturalibꝫ vbi loquemur de somno ⁊ vigilia. Si autē aliqs obijciens dicat: ꝙ nos videmus hoīes aliquādo se mouere: ita ꝙ nihil exterior moueat eos sicut si aliqs moueaꝛ nō ex indigentia sed vadat vt ostēdat se posse ire: ⁊ nō ideo ꝙ querat aliqd in loco ad quē vadit. Dicemus ad hoc: ꝙ impossibile est intelligere ꝙ motus localis aialis fiat sine cōceptione aliqua: qa nūq̄ fit motus nisi nūtiatione alia facta a conceptu: ⁊ ideo mot⁹ nouus exigit cōceptū nouū: ⁊ sic mouetur ⁊ disponiꝛ concipiens virtus anteq̄ moueat. Concipere enī hoc ꝙ aliqs velit ostendere se posse ambulare est aliqd moueri ⁊ extrinsecū concipere. ⁊ sic ex omnibus his colligitur ꝙ nūq̄ fieret motus vnius nisi poneretur motus perpetuus: non nouus qui est causa mouens oium motuum nouorū: ⁊ sic adhuc redit: ꝙ stat nostra disputatio prima de perpetuitate motus. Sed aduertēdum est ꝙ si nos ponamus intellectum perpetuū eē in suis intellectis hic sine mutatione pōt esse causa motus noui sicut in sequētibus ostēdemus.

¶ Cap. ii. Et est digressio declarans dicta Philosophorū in somnio: ⁊ eas precipue rationes que inducuntur pro opinione Aristo.

Opio Epicuri.

**Q**uia autem perfecte itēdimus tradere hoc qō sentim⁹ de mā ista volumus sūmatim tangere snias Phoꝝ circa materiā istam. Non enim opꝫ certificare de his cum qb⁹ posteriores nō consenserunt: fuit ergo snia Epicuri fm ꝙ Alexan. tradit circa mām istā hoc qō dixit Empedo. ꝙ. s. sine rōne necessitatis: alia per litem ⁊ amicitiam que per similitudinē metaphoricā adheret reb⁹: aliqñ res vel vniuꝛ vel particulariter cōgregaꝛ: ⁊ per litem naturalem vniuꝛ vel particulariter dispergūꝛ: ⁊ tūc fit generatio vel corruptio: vel vniuꝛ vel particulariter. Tēpus aūt congregationis ⁊ segregatiōis ⁊ tps quietis a cōgregatiōe ⁊ segregatione casui ⁊ fortune subijcitur ⁊ hec est snia Epicuri: precipue in celo: ꝙ deū dicebat Empedo. qa illud precipue dicebat casui subiacere: eo ꝙ nullam in eo inuenit congregationē ⁊ segregationem: ⁊ ideo deum istū dicebat ignorare discordiā: sicut habetur in libro pmo de aīa quē scripsit Aristo. videbat enī in celo quādā esse stellam ⁊ quēdā circulū ⁊ quedam alia ad alias formas terminata ⁊ cū ignorarent qs esset terminator materie celi ad tales formas. dixit ꝙ casu oīa talia ad tales formas determinata sunt hoc ergo sic dicendo dixit mām eternā esse ⁊ precipue in ea motū ⁊ quietem tēpore casuali per litē ⁊ amicitiam sub orbe lune sȝ celum nō esse perpetuum ⁊ formatum taliter sicut videmus ipm esse terminatū ⁊ formatū nisi per casum ⁊ fortunā: hec autē opinio ab Arist. ⁊ a nobis tā in. 2. q̄ hic improbata est. Cū enim tēpus adhereat motui ⁊ mā ponatur esse ppetua: oportebit necessario eē motum aliquē: quo educitur de potentia ad actū ⁊ illius mot⁹ necessario erit aliqs motor: ⁊ sic ibitur in infinitum: qa semp motor ⁊ motus erunt aū motorem ⁊ motum pmū: ideo post istū venit Anaxa. ⁊ dixit materiā esse eternam: sicut ⁊ Epicureus sed nō Epicureus negaret pncipia spūalia mouentia ⁊ poneret casualia corporalia emendauit ibi opinionē Anaxa. ⁊ posuit intellectū agentem: cuius operatio ad res nature est: sicut intellect⁹ artificis ad artificiata: ⁊ dixit etiā materiā eē eternā: ⁊ vnam esse materiā corporaliū ⁊ incorporaliū. ⁊ ideo celum ex mixtura homogeneoꝝ esse generatū ⁊ post tps aliqō etiā destruendū: ⁊ tēpus dixit adherere nature mixti illi⁹ sicut subiecto: ⁊ iō dixit ēt tēpus esse eternū. Intellectum autē determinato tēpore: ⁊ semp moueri pp̄ter seipm: qa pncipiū est sue actionis nō eē causam querēdam: nec tamē pp hoc mutari intellectū de potentia ad actum. ⁊ aliquādo mouet: ⁊ aliqñ non mouet: qa hoc nō fit ex diuersa dispōne intellectus ad id qō moueꝛ: sed ex diuersa dispōne materie mixti ad intellectū: sicut sol semper qdē illuminat. nō tñ semp id qō sub ipso est illuminaꝛ sed aliquādo illuminaꝛ cū disponiꝛ ad hoc ꝙ recipiat lumen solis: cū aūt habet aliqō obstaculū icōueniēs: tunc nō illuminaꝛ. ¶ Et si queraꝛ ab Anaxa. qd facit mām multipliciter sic diuersimode disponi vt aliqñ recipiat motū ab intellectu: ⁊ aliquādo nō nesciuit dicere rōnem nisi casum ⁊ fortunā: sicut ⁊ Empedo. in tanto cōuenit Anaxa. cū Empedo. sicut supra habitum est. Post hos venit sententia de inani ⁊ athomis que in oibus conueniunt cū Empedocle ꝙ ille dixit materiā esse mixtum ex quatuor. Isti aūt athomos: ⁊ ille dixit cūncaū celi plenum eē mixto: ⁊ illi ex multa parte vacuū. Et ꝙ ille dixit motū sepe incipere ⁊ desinere. Isti autē dicebant motum semper esse ⁊ fuisse. ⁊ tēpus ⁊ materiam esse eternam: ⁊ nunq̄ incepisse sed mouentia principia dixerunt esse discordiā ⁊ amicitiā: sicut ⁊ Empedo. Ex omnibus his necessariu concludiꝛ et dictis supra inductis: qa si motus incipit cū tēpus ante sit: absq; dubio mot⁹ erit ante primum motum: ⁊ hoc est incōueniens. Post hos autem venit Plato ⁊ Socrates ⁊ Leucippus ⁊ alij quidā precipui viroꝝ de secta Stoicoꝝ ⁊ Pithagoricoꝝ: oēs isti in multis sequebanꝛ: eo ꝙ Pithagoras tota laudabat antiquitas phoꝝ: ⁊ isti spūales substancias dixerunt esse datores oium formarū ⁊ motores materie ⁊ vt spūalibus substantijs darent subiectū: ⁊ habitationem: dixerunt ꝙ ille virtutes que intelligentie a quibusdā vel dij vocantur a pma cā create sunt cum celo: ⁊ tempus incipit cum celo. eo ꝙ celum simul productum ⁊ motum est: ⁊ tēpus est numerus loci mutationis. Mām autē dixerunt esse eternā ⁊ subiectam motoribus dijs: eo ꝙ prima causa semētem oium formarū tradidit ei: sicut intellectus artificis semētem habet formarū rerum: que fiunt ex artificio. Et per motum celi pma causa fecit mouere deos siue intelligentias materias: vt prepareꝛ ad recipiendum formam: cuius semen est apud aliquē motorem orbis: quē aliquem deorum vel intelligentiam vocauerunt. Dixerunt autem hij celū ⁊ motores nō esse eiusdē materie cum elementis: qa materia fm genus distingui habet per potentiam ad motum. Cū igitur sicut dicit Arist. in libro primo phie: celum igitur qō mouetur circa mediū: ⁊ elementa que mouentur recte non sunt eiusdem materie: ⁊ ideo celum ⁊ motores dixerunt nos esse ex materia preiacenti sed ex nihilo: sed alia fieri ex materia preiacenti. Sed ex his autem cum dicant materiam ab eterno fuisse necessario itecum erit conclusio: quia s. materia non moueꝛ modo cū ante non moueretur nisi aliquo modo disposita esse motus erit ante primum motum. Concluditur itecum his ex hoc: ꝙ cum mobile sit materia ⁊ mouens prima causa: et

Opio Anaxagore.

Opio Platonis ⁊ Socratis ⁊ Leucippi.

Philo de aīa. t.c. 80.

12. met. t.c. 10.

vel sicut sit eternum ꝙ non habent assignare rationem: qua/
re non semper mouit deus materiam per creationem celi si/
cut modo facit. Vanitas enim est dicere ꝙ hoc fuit sine cau/
sa: quia si in operibus nature vanum nihil fit: cum opera dei
magis debeant esse perfecta ꝗ opera nature: multo magis in
operibus diuinis nihil vanum fieri potest. Hanc autem sniaz
a Platone tota accepit schola Stoicorum. Sunt autem oes iste
opiniones false ⁊ ab Aristo. improbate in physicis ⁊ adhuc
in prima phia improbabuntur. Post omnes autem hos prin/
cipes phorum surrexit Aristo. incipiens sectam Peripatheti/
corum hec oia improbans ⁊ dicens neq; motum neq; mun/
dum incepisse vnq; in tempore aliquo preterito: ⁊ nunq; ipz
esse desiturum in tempore aliquo futuro cuius rationes lz fi/
deliter posuerimus in phabitis tamen adhuc volumus re/
dire: ⁊ summatim ponere rationes quibus a posteris Pe/
ripatheticis hec opinio est pbata: ⁊ sunt in vniuerso .7. col/
lecte a Moyse Egyptio Iudeorum pho que in diuersis lo/
cis librorum Aristo. colliguntur.

Opio Aristo telis ⁊ ei⁹ rones.

Prima ratio ⁊ potior inter omnes.

Prima autem istarum ⁊ po/
tior inter omnes est illa que phabitis capitulis istius tracta/
tus est inducta ⁊ explanata: q. s. si motus incepit ꝙ tunc ince/
pit per motum ⁊ motorem qui fecit nouum motum postq; nõ
fuit: ⁊ fundatur super hoc ꝙ omnis motus qui de nouo in/
cipit in eo quod ab alio mouetur ⁊ in eo quod a se mouetur inci/
pit per motum quendam alium qui precedit ipsum: ⁊ sic ibitur
in infinitum in motoribus ⁊ motibus nisi ponatur aliquis mo/
tus qui nunq; incipit etiam in aliquo tempore preterito. Et hoc
idem probauit Aristo. per rationem temporis: quia si dicatur ince/
pisse tunc ante hoc non fuit: sed cum dico ante hoc ⁊ post dico
tunc tempus. ergo tempus fuit ante motus inceptionem: ⁊ cum
omne tempus sit passio quedam motus: oportebit motum esse
ante inceptionem motus: ⁊ sic iterum ibitur in infinitum nisi po/
natur primus motus in nullo vnq; tempore incepisse.

2ª ratio

Secun/
da autem habetur ex hoc ꝙ Aristo. dicit ante finem primi phy/
sicorum: ⁊ nos etiam supra in primo nostro libro de auditu
physico posuimus ꝙ materia est ingenerabilis ⁊ incorrupti/
bilis quoniam si generaretur tunc oporteret ꝙ generaret ex
materia: ⁊ sic materia esset materie: ⁊ hoc iret in infinitum: ⁊
eadem rõne probatur hoc si corrumperet. Adhuc autem si ge/
neraretur materia id est materie: oporteret ꝙ materia gene/
rata haberet formam dantem materie esse materie: quia rõ ge/
nerationis sm veritatem est acceptio forme que dat gene/
rato esse sm quod est generatum: ⁊ hec oia sunt impossibilia apud
omnem hominem habentem intellectum sanum in phia. Si au/
tem materia est incorruptibilis ⁊ ingenita: ipsa nunq; ince/
pit in aliquo tempore preterito: ⁊ sic est eterna. In vanum au/
tem esset materia eterna que posset moueri nisi esset motus
quo moueretur: ⁊ motor eius eternus: ⁊ cum vanum non sit in
operibus dei vel nature oportuit ꝙ motus celi qui mouet
mouet materiam: ⁊ motores eius sint eterni: ⁊ hec secunda
ratio non est propria Aristo. sed etiam est aliorum phorum:
sed prima est ratio sua.

3ª ratio

Tertia autem ratio colligitur ex
his que dixit Anaxa. in primo de celo ⁊ mundo: q. s. quicquid
nunq; subiacet corruptioni nunq; fuit generatum: cum omne
generabile sit corruptibile: ⁊ quod non est corruptibile non sit
etiam generabile: sed id quod nullum habet contrarium nunq;
subiacebit corruptioni: ergo quod nullum habet contrarium
nullo modo erit generabile. Celum autem nullum habet cõ/
trarium: ergo celum est ingenerabile: ⁊ quod est ingenerabile
est perpetuum: ergo celum est perpetuum: ⁊ similiter motus
eius ⁊ motor: ⁊ sic iterum videtur sequi mundum fuisse eter/
num: vel ab eterno: quia existente causa existit effectus: ⁊ cum
motus celi sit causa generationis perpetue: ⁊ huius corru/
ptionis super materiam que perpetua est: videtur ergo ꝙ
mundus semper steterit sicut monstratur.

4ª ratio

Quarta ratio que
etiam fortis valde visa est multis Peripatheticorum: fuit ꝙ
propositio per se manifesta ꝙ omne illud quod incipit in tem/
pore aliquo illius possibilitas precedit suum fieri tempore. Si
ergo mundus incepit in tempore: oportuit ꝙ sua possibilitas
precessit mundum tempore. Non autem potest dici ꝙ fuerit necessi/
tas existendi mundum: quia omne quod fit anteq; fiat possibile est
fieri: ⁊ non necessarium: nec potest dici ꝙ fuerit impossibile mun/
dum fieri anteq; mundus fieret. Queratur igitur in quo sicut in
subiecto fuerit illa possibilitas: ⁊ constat ꝙ non nisi in materia mun/
di que est cum tempore: quicquid autem sic est cum materia: indiget
corpore moto quod extrahat ipsum de potentia ad actum: ergo ante
infinitum fuerunt corpora mota educentia ista corpora istius
mundi de potentia ad actum: ⁊ contra hoc est dictio que non
potest intelligi. Fuit autem quidam ex defendentibus ꝙ mun/
dus incepit nomine Algazelus qui dixit se soluisse hanc rationem
per hoc quod dixit verum esse ꝙ omne quod de nouo incipit est
in potentia anteq; incepit sed non necessario est in potentia
cause materialis sed in potentia cause efficientis: ⁊ sic potentia qua
potuit esse mundus anteq; fieret fuit in deo benedicto mundi
creatore sed iste decepit seipsum quia argumentatio procedit de
potentia cause materialis: ⁊ de hac verum est ꝙ omne quod in/
cipit de nouo est ante tempus in potentia cause materialis: ⁊ ideo so/
lutioni illi ego non consentio sed inferius aliam tentabo solu/
tionem inducere. Iste autem sunt rationes que precipue sunt anti/
quorum Peripatheticorum quibus potissime innituntur. Poste/
riores autem inuenerunt alias quatuor quas his addiderunt: quarum
tres ponit Moyses egyptius: ⁊ vna eis additur ab Auerroi
cordubense in commento libri physicorum Aristo. vnde quinta
ratio est ꝙ si detur creatorem fecisse mundum ita ꝙ ipse fuerit an
mundum non creans ipse tunc absq; dubio fuit non creans mun/
dum ergo de non creante factus est creans actu ergo mutatus
est: ⁊ est in ipso potentia ꝙ ipse aliquid fiat omne enim tale agens
indiget alio quod semper agit ꝙ extrahat ipsum de potentia ad
actum quod est absurditas magna.

Solo Algazelo.

Noua rõ posteriorum.

Sexta vero est ꝙ omne
agens quod agit in vna hora ⁊ non in alia habet impedimentia in
opere vel excitantia ipsum ad opus: ⁊ impedimentis quidem
sublatis vel excitantibus positis in ipso tunc agit quia remo/
tio impedimenti dat operandi facultatem ⁊ collatio excitantis
dat ei voluntatem ad operandum sicut supra induximus ⁊ proba/
uimus de omni eo quod agit actionem nouam siue sit non siue
sine naturam ergo si non habeat primum talia impedientia ⁊ exci/
tantia non aget actionem nouam sed cum sit creator eternus erit
actio eius eterna quia actio est substantia sua vel comitatur sub/
stantiam quia aliter non esset agens primum ergo ipse semp et
perpetue agit: ergo mundus qui est actus ab ipso fuit semp.

Septima rõ que fundatur sup hoc ꝙ sua actio necessario
est perfectissimo modo quo fieri potest ita ꝙ nihil vanum
vel frustra sit in ipsa. Si autem expectasset facere mundum
hoc esset vanum cum a principio potens ⁊ sapiens fuerit ad
mundi facturam: quia sua sapientia eterna est sicut ⁊ sua substan/
tia: ergo ab eterno fuit mundus.

Octaua autem est que fundatur su/
per propositionem quandam que in sequentibus probabitur: q. s. ois
motor exterior rei habet alium motorem ante se quo mouetur
vt moueat: probabitur autem in sequentibus ꝙ omne quod de
nouo fit habet extra se motorem ad esse. Cum igitur mundus
sit habebit extra motorem mouentem ad esse mundi: ergo
⁊ ille habebit extra se alium quo ille moueatur vt moueat:
ergo si prima causa fecit mundum: prima causa habebit ex/
tra se motorem: qui mouet ipsum ad mundi facturam quod
est absurdum nimis estimare: ergo mundus non est factus:
hec ergo sunt fere que dicunt antiqui in probatione eterni/
tatis mundi: que ideo diligenter sunt collecta vt videamus
vtrum demonstrationes sunt necessario concludentes: vel
sunt rationes probabiles: que lz in multis teneant: non ta/
men habent contraria ostendentes earum falsitatem.

Cap. 12m. Et est digressio declarans rationes sophisticas
aliquorum obiicientium contra motus eternitatem.

Est autem attendendum ꝙ fuerunt qui/
dam Phi contradicentes anne/
nos: ⁊ dixerunt ꝙ demon/
strationes attulerunt in eorum contradictione
sex: quarum duas reputauerunt ne ducentes ad im/
possibile: alias autem quatuor probabiles.

Pri/
ma autem suarum demonstrationum est: quia notum est ex oibus
que in tertio dicta sunt ꝙ infinitum non potest esse actu siue sit in/
finitum ex parte vnius vltimi: ⁊ finitum ex alia parte siue sit infi/
nitum sm ambo vltima: ⁊ si infinitum esse concedatur: tunc nunq;
erit per ipsum decurrentem peruenire ad aliquam eius partem:
eo ꝙ ante quamlibet sunt partes infinite ex parte illa qua est in/
finitum. Dicunt ergo ꝙ si duratio mundi fuerit ab eterno: tunc
est infinitum sm tempus preteritum: ergo recipienti reuolutiones celi et
dies seculi non est possibile ad istam in qua sumus peruenire: eo
ꝙ ante eam sunt reuolutiones ⁊ dies infiniti. falsum autem est: ꝙ
non sit venire ad istam diem: ergo non fuerunt reuolutiones infinite: neq;
dies:

3. ph. Aci. sõ ⁊ infra.

dies·ergo mundus non durauit fm omne preteritū. ¶Alia
est que fundatur super idem: quoniam si mundus stetit sem
per: esset generatio omnium specierum huius mundi fuit sem
per sicut est modo ergo infiniti homines generati et mortui
sunt in mundo. Sed fm phos anima hominis manet post
mortem ergo infinite anime sunt actu manentes et exute cor
poribus ergo in numero animarum separatarum a corporibus
est infinitum actu: et hoc est impossibile ergo cum hoc sequi
tur ex illa positione ꝙ mūdus steterit ab eterno positio erit
falsa et impossibilis. Iste ergo sunt due demonstrationes vt
dicunt ad minus demonstrantes ꝙ mundus incepit. His
autem addunt persuasiones. quarum vna est. ꝙ licet quedā cau
sa non precedat causatū duratione: alia tamen necessaria ꝓ
cedit ipsum fm durationē. Causa enim essentialis et vniuo
ca non videtur precedere causatum suum fm durationem:
sicut luminosum coequeuum est radio suo et pes in puluere
coequeuus est vestigio. Illa aūt que ꝓpter nimiā suam excel
lentiā nihil sibi agit vniuocū: et extra oēm suā ꝓportionem
distat a quolibet suo causato habet precedere causatum: si
cut precedit dans aliquid datum suum: talis autem est cau
sa prima que est deus gloriosus ergo videtur ꝙ duratione
precedat creaturam. Adhuc constat: ꝙ omnis causa intel
lectualiter operans precedit causatum suum: sicut patet in
omnibus artificibus et artificiatis. Cum ergo fm Arist. etiā
liceat similia inferiora ad primam causam referre: et prima
causa sit intellectualiter operans ipsa duratione est ante su
um creatum. Qđ autē liceat ad superiora inferiora referre
per rationem similitudinis· patet ex ante habitis: vbi assū
pta est similitudo ex animalibus se mouentibus ad proban
dum de primo motu. ¶Adhuc aūt planum est omnibus phi
losophis ꝙ intellectus qui est prima causa non habet aliqd
ante se qđ in ipso causet sua intellecta: ergo primus intelle
ctus causa est suorum intellectorum. Est autem primus itellectus
practicus: et non similis intellectui speculatiuo: eo ꝙ specu
latiuus causatur aliunde. Practicus est causa et non causa
tus fm ꝙ huiusmodi cum sit causa suorum intellectorum proce
dentium ab ipso: ipse operatur cum intentione mensurante
et preordinante opus: et electiōe modi sui operis. Sic igitur
omnis perfectus operatiuus intellectus. Intendens autem
et preeligens duratione precedit opus: ergo cum prima cau
sa sic operetur ipsa duratio precedit mundum qui est suum
opus. Adhuc aūt omnis duratio cause est consequens esse du
rans ergo quod habet principium in esse principium habet
in duratione· sed fm omnes phos mūdus habet principium
in esse: ergo habebit principium in duratione: qđ habet aūt
principium in duratione incepit: ergo mundus incepit. Ista
rum aūt rationum vltima debilis est: eo ꝙ fundatur super
equiuocationem principij: quia bene concedunt phi: ꝙ dura
tio est consequens esse durans fm nām et non fm tempus: et qđ
postea infertur: ꝙ id quod habet principium in esse: habet
etiam principium in duratione concedunt: si principium acci
piatur in rōne cause efficientis: sed si accipiatur pro initio ali
quo durationis negant: et tunc non sequitur qđ vlterius in
fertur: ꝙ incepit mundus: quia nō omne incepit esse qđ habet
causam efficientem: sed omne illud incepit qđ habet initiū
sue durationis. Est enim sol sup orizontem coequeuus diei
et tamen est causa efficiens eius. Similiter aūt concedit omnes
peripathetici ꝙ prima causa eo ꝙ est prima causa est suorum
intellectorum: et ꝙ illa procedunt ab ipsa non sicut radius a lumi
noso: vel etiā sicut vmbra ab opaco corpore qđ obijcitur in
[illegible]: sed per electionem. sed dicunt ꝙ sua electio est immutabi
lis: et vniformis: et sine deliberatione: et ideo non indiget pre
ordinatione aliqua: sed ab eterno causat intellecta. Nullus
enim intellectus deliberans est et preordinās: nisi qui alicui
priuationi et indigentie et dubietati permixtus est: talibus
aūt subiacere intellectum prime cause nefas est et absurdum
opinari: et ideo ab eterno dicunt ipsum emittere intellecta
sua. Et per illud patet etiam iam qualiter respondent phi
ad id qđ ante hoc est inductum: dicunt enim ꝙ intellectus
tempore non precedit sua intellecta deducta in opus: nisi pro
pter hoc ꝙ subiacet priuationi et dubietati indigentie in in
ferioribus sed dicunt illam non in omnibus esse conformem:
sed tñ in habitudine intellectus ad intellectas res fm rōnē
causalitatis eiusdem et ꝓportionis. Intellectus enim artifi
cum licet sit causa artificiati: tamen etiam creatus est a sensu
vel doctrina: et constat ꝙ hoc nō conuenit intellectui diuino pro
pter qđ palam est non in oibus esse similitudinē attendendā.
Ad primam aūt istarum persuasionū dicunt ꝙ absque omni am
biguitate causa prima nō est vniuoca ad aliqđ suorum causa
torum: et ideo etiā nō potest nominari nomine alicuius creati nisi
equiuoce: et bene concedunt ꝙ non est essentialis dependentia
cause prime ad creata sua prima vel secūda vel aliqua alia:
sed hec est largitas prime cause ꝙ non subijciatur priuationi
alicui: et indigentie ꝙ ab ea fluxit: et fluit et fluet omne esse si
cut a fonte cause et boni qui sui copiam continere nō valet:
et ideo nō sequitur hoc qđ inducitur: ꝙ causa que assignatur in
ipso nō est causa: sicut patet ex iam dictis. ¶Prima aūt istarū
demōstrationū absque dubio nihil valet: licet a multis pro for
tissima habeatur: et est in ea peccatum multiplex. Primū qui
dem quia cum ꝓbatum sit infinitum esse non posse non est ꝓ
batum nisi ꝙ non possit esse per se: per accidens autē esse po
test in successione. Cōstat aūt: ꝙ motus primus per se nō est
causa circulationis. Per accidens igitur est: ꝙ successio cir
culorum erit infinita. Ponamus enim mūdū ab eterno stetis
se sicut modo stat: hoc enim cause prime nō est impossibile:
tūc erit successio circulationū infinita: et hoc etiā fm nām nō
est impossibile: quia multi magni nāles hoc dixerūt: sed inquā
tū accidit ei ab eterno fuisse. Secūm aūt peccatū est: quia infini
tū hoc modo nō est fm actum: quia qđ fm actū est simul est ꝑ
fectū: et hoc nō est hoc quia nō est hic infinitū nisi per successio
nem: et hoc non reputabant esse incōueniens peripathetici.
Hoc enim modo dicebant et tempus et gñationē esse infinita:
et similiter motū circularē. Tertiū peccatū est: quia nō sequitur si
est infinitus numerus successionū: et dicex: ꝙ non sit deuenire
ad istaz. Nos enim habuimus in 6° ꝙ pars infinita in vna
parte tñ est finita: et habemus in 3° ꝙ pars infiniti est infini
ta: et ideo intelligendū est duplicē partē esse infiniti: eā. s. que
aliquotiens sumpta numerat totum: et eam que non nume
rat sed tātū quo minor est toto prima aūt pars est aliquo
ta in toto: et non secūda pars que est tñ toto minor: igitur ali
quota infiniti est infinita: et ad illā nunquam conuenit venire eum
qui accipit numerando partes infiniti: sed ad illam que nō
est aliquota conuenit venire: et tales sunt partes reuolutiones
numerate et etates seculi: si ponatur motus ab eterno fuisse. Qđ
aūt inductū est de numero aiarum exutarum a corpore: firmū est et
forte valde sed tamē indiget ꝓbatione illa videlicet ꝙ anime
maneant post mortē: et si manent ꝙ manent fm numerum di
stinctū: hec enim a quibusdam phis negata sunt: quia iam vi
si sunt quidā eorum quorum quidam vnus fuit Maurus noie Ab
ouizer qui dixerit ꝙ anime quidē manēt post mortē: sed non
nisi intellectus eis: et ꝙ continuatur intelligentijs qđ remanet ex
oibus aīabus: et ꝙ sint vnum: et de hoc nos cum studio quere
mus in libro de anima et vsque illuc differemus.

Prime rō- nis iprobatio

¶Cap. 12m. Et est digressio declarans ꝓbationē magis effi
cacem inter ceteras ꝙ mundus inceperit per creationem.

Iam nūc Tempus esse videtur: vt circa
mūdi facturā nostrā dicamus
opinionē: et fidē et rōnibus eā
confirmemus quātū possumus. Dicamus ergo
laudes dādas creatori vniuersi esse ꝙ mūdus
a primo creatore solo deo incepit per creationē
dicētes etiā tēpus et motū cū creatione primi mobilis ince
pisse: et cum creatione primi motus qui est primo mobili qđ
est celū intrinsecus. Non enim aliquis hominum sustinere posset:
ꝙ mūdus nō esset eternus: si etiā ipse concederet ꝙ tēpus fuis
set ab eterno propter hoc ꝙ tēpus est passio mot9: et posito tē
pore eterno sequitur motū fuisse eternū: et tūc etiā sequeretur mo
bile fuisse ab eterno: et cū ipsum motu suo sit cā gñōnis et cor
ruptionis sequitur et gñōnē et corruptionē fuisse ab eterno. et p
consequens totū mundū fuisse ab eterno fm ꝙ mō stat: et ideo
dicimus tempus incepisse cum celo: et celi motu: sicut etiam
supra ostendimus vbi diximus non esse necessitatem in rō
nibus Arist. Dicamus igitur deum eternitate precedere mū
dū: et quotienscunque dicitur mūdū fuisse ante et mūdū post: nō
vocāt hec vba nisi ordinē eternitatis ad tps: et nō tēpus. et di
cimus eternitatē eē indeficientē sine principio: et sine fine dura
tionē: et nō ad tēpus cōparabile: et propter hoc nihil oino ꝗrunt
qui inquisiūt eum quare tantum expectauit donec fecit mun

dū qā si tot ānis stetisset mūdus quot grana milij possent iacere in cōcauitate circūferētie primi celi: vel et tot millibꝰ annorū eadē possetē qō quis quēlibet hoc modō. et hoc omne tō sufficiēs hic ex phabitis. Redit igitur nīr mocih ad hoc quod deꝰ nō precessit mūdū tpe sed eternitate: quia tps nullū fuit ante mundū neqꝫ in: sed cum materia et celo et celi motu incepit tempus eo modo quo superius explanauimus. Dependet autē scientia huius problematis a scientia alterius qd est vtrum per necessitatem nature fiunt entia creata a prima causa vel per electionē voluntatis: et illud sciri non potest nisi per primam phiaz: sed quia alteram partem oēs supponunt peripathetici et Aristo. probat quod per voluntatem et scientiam pducit prima causa res. et ideo hic supponimus accipientes cum hoc ppositionē in precedentibus pbatam quod omne qd agit per voluntatem et sciētiam liberū est ad agendum si vult et ad dimittendum actionem si vult. Et similiter liberum est ad agenduz hoc modo vel illo quocūqꝫ modo voluerit dūmodo voluntas eius et scientia sit causa ad causandum: et hoc quidē iam in prehabitis ex verbis Arist. habetur. ¶ His autē suppositis dico quod deus ex nihilo fecit mūdum quia fecit mobile et primum motum et materiā primam et incorporauit ei omnium generabilium formas et fecit vt ille per generationē ptinuā ex ipsa pduceret. Actus autē prime cause qui est creatio in nullo erat subiecto: quia nec pprie loquendo actio est: sed potius fuit demonstratio rei in esse: postqꝫ oino nihil fuit sm imperium sue voluntatis et scientie sue operatiue intentionem ¶ Adhuc autē rōnes inducemus sed nos opꝫ prescire: quod nos abhorremus rōnes aliquorū qui se iactant pbasse qd nullo modo pbauerant: et dicunt quod fortioris agentis est et perfectior est modus operationis. Est autem prima causa perfectissimum agens ergo habet perfectissimum modum actionis: sed modus perfectior agendi est agere sine subiecta materia qꝫ cum materia subiecta: ergo causa prima agit mā non subiecta. Sed mā non subiecta non pōt esse generatio ergo nō agit per generationē. sed potius per eductionē entis de priuatione pura siue negatione que est nihil omnino: et sic agit de nihilo existentia: et sic creat quia creare est de nihilo aliquid facere. Ista. n. rō de facili refellit dicendo: quod hoc nō est in potētia prime cause si nō facit ea que impossibile est fieri: sicut si nō facit ptradictoria simul vera: vel contraria simul esse vera in eodē: et sic posset etiam dici quod non agit ex subiecta materia: quia hoc fieri non potest: et hoc non dicit in potentia in causam primā: sed potius in subiecta mā et re facta atqꝫ aliū modum facture qꝫ illum qui nunc est sustinere nō pōt. Omissis igitur his dicimus ad pbandum nostrā intentionem quam posuimus in principio istius capituli: quod omne cōpositum qd est terminatū et perfectū per formā pfectiorē et terminatorē suum in forma illa habet esse extra se. Huius autē pbatio est in oibus elementis et elementatis: et in elementatis quidē ꝯstat quod pfectior et terminatior rex cōpositarū ex mā et forma est generāti ipsa: eo quod generās pducit id qd generat in similitudine forme et substantie. In elementis etiā ꝯstat: quia forme elementorū sm quod tradit Arist. et Auicenna et nos pbabimus in lib. Metheororū: et in prima phia ab orbis virtutibus fiunt et a loco: tanta enim distātia ab orbe facit hoc ignē et alia distantia facit aliud aerem: et similr de aqua et de terra. Similr autē est de oibus celis et stellis: ille enim oēs sunt cōposite ex mā et forma sicut et oē corpꝰ: opꝫ ergo necessario quod id qd terminat ea ad minus sm nām sit ante ea et extra ea: et nō pōt aliquis dicere: quod talia non sint formata et terminata cū oē compositū aliquam habeat causam sue compositionis: quia cōpositum illud aut est prima causa: aut a prima causa: aut ab aliquo qd est a causa prima p vnum medium vel per plura: et ꝯstat quod ipsum non est causa prima quia prima causa est simplex et nō cōposita. Si autē dicit: quod est a causa prima vel ab aliquo qd est a causa prima: tūc sequitur quod habet extra se causam terminantē et cōplentem que precedit ipsum tēpore et nā: vel nā solū hoc habito pcedo vlterius inquirendo causam ois diuersitatis que est in orbe tam in substantia qꝫ in motibus. Video enim quod est in orbe stella: et quod est in orbe circulus: et est in orbe id quod mouetur motu vnico: et est in orbe quod mouetur motibus pluribus vno: et est in orbe varium: et est in orbe corpus vniforme per totum: sicut nos probabimus in 2° libro de celo et mundo: et est in orbe stans et non mouetur nisi per accidens vt stella: et est in orbe mouens sicut circulus deferens stellam: et quero ego huius omnis diuersitatis causam. Si enim dicatur quod materie diuersitas est causa diuersitatis forme: erit multipliciter inconueniens et sufficiunt ad hoc in presenti inconuenientia tria. Quorum vnum est commune omnibus prehabitis quia in eis diuersitas materie est ex diuersitate forme potius qꝫ econuerso: eo quod nihil diuersificat materiam nisi qd perficit et terminat eam: nihil autē perficit et terminat materiam nisi forma. Aliud autem est quod si diuersitas materie esset causa diuersitatis forme oporteret quod adhuc esset aliqua causa diuersitatis materie: et ideo iterū illud esset ante materiam celorū: quia faciens diuersitatem in aliquo per naturam est ante illud in quo fit illa diuersitas: et illud iterum esset idem: aut diuersum. Et si esset idem eodem modo se habens non posset facere aliam diuersitatē: ppositio per se nota est in quam consensit Aristo. et omnes peripathetici quod ab vno simplici non est nisi vnum simplex. Est igitur inconueniens quod diuersitas forme perueniat ex diuersitate materie in celis et celestibus corporibus. Tertiū autem inconueniens est qd sequitur ex illo quod oporteret in celo esse qualitates actiuas et passiones que materiam celi diuersificarent ad hoc quod vna pars eius susciperet formam stelle et alia non: et si hoc esset tunc etiam eedem qualitates alterarent materiam ad transmutationem de forma in formam: et sic celum esset generabile et corruptibile qd absurdū est et improbatur in primo de celo et mundo. Non igitur restat aliquid dicendum nisi quod compositum totum corpus in forma et materia ab aliquo qd est causa sui pductū sit in tota illa diuersitate quam videmus in ipso: et sit ideo non generabile et non corruptibile: quia elongatum est a ꝯtrarijs: sicut etiam absqꝫ dubio dixit Aristo in pluribus locis: et nos subtiliter hoc in celo et mūdo pponimus inuestigare. ¶ Vlterius ergo quero vtrum elementum ab illa sui causa que pducere ipsum iam pbatum est pducatur sicut a causa agēte per naturam et necessitatem: sicut calor pducitur ab igne: aut figura in speculo a luce et obiecto speculo: aut pducit ab ipsa per scientiam et voluntatem et electionem. Si autē dicatur quod pducitur sicut a natura et per moduz necessitatis sicut vestigium in puluere a pede: tunc illa natura est forma agentis: et cum illa sit vnica nunc non pducit nisi vnicum sicut ante pbatum est. Nos autem in orbe magnaz videmus diuersitatem. Si autē dicatur quod pducitur in esse per electionem et voluntatem: tunc possibile erit quod sint in magna diuersitate per illam ppositionem quā ante pbataz sumpsimus: quod agēs per voluntatem liberū est agere actiones diuersas: et tūc causa diuersitatis orbis non erit nisi sapientia preordinans et ꝯstituens sm idealem rōnem diuersitatem orbis. Cum autē producat in forma et materia vt ante pbatum est: ꝯstat quod non producit ex alia materia que sit ante materiaz orbis: nec ex alia forma: nec ex alio composito quia oporteret quod hoc iret in infinitum: cum eadem rōne illam materiam et formā pduceret ex materia et forma: vel ex vtroqꝫ: ergo pducit ex nihilo: hoc autē nos vocamus creationē: ergo ex nihilo creatus est orbis et per eandem rōnem alia sunt educta de nihilo: et precipue materia prima. ¶ Hoc habito videamus vtrū natura tm vel natura et duratione eternitatis prima causa sit ante mundi facturam: et dicamus quod duorū quorū alterum nec in substantia nec in actu mutabile est: et alterū in actu est mutabile et non in substantia non est mensura vna: sicut pbauimus in 4° libro tractatu de eternitate. Sed prima causa nec in substantia nec actu mutabilis est: celum autē actu et nō substantia. ergo non mensurant mensura vna. Cū igitur eternitas sit mensura dei et celi sm quod mouet: mensura est tēpus: vt in 4° pbatū est: deus erit eternus et mūdus temporalis. Eternitas autē precedit tēpꝰ: vt causa causatū: ergo deꝰ eternitate precedit mundum: et hoc est qd volumus pbare. ¶ Amplius quādocūqꝫ duo sic se habent adinuicem: quod vnum tm natura precedit alterū: tunc primū est aliqua natura sequentis et intrat in ipsius substātiam: sed prima causa nō est alia natura componibilis cum alicuius creati substantia: sicut per se patet et dicit Phūs: quod primum regit res omnes preterqꝫ cōmisceatur cum eis: ergo prima causa non est solum ordine nature precedens sua creata sed etiam esse et duratione.

Creatio ex nihilo est et pprie loquendo dici non potest.

Cōsimilē istā rā pōit Cō. 8. phy. c. 4.

Nota quō diuersitas materie non potest eē causa diuersitatis forme: vide p mo de celo c. 55. et 2° de celo c. 60. et 2° ph. commento 87.

In fine primi de celo.

An natura tm vel natura et duratione eternitatis prima causa sit ante mundi facturam.

Sic igitur probatur: ⁊ mundus esse creatus: ⁊ deum duratione eternitatis precedere mundum. Hanc igitur nostre opinionis habuimus rationem: ⁊ si nos iam fortem rõnem non haberemus nihil opinaremur circa materiam istam: quia fedum ⁊ turpe est in philosophia aliquid opinari sine rõne. Videt aũt nob̃ᵉ ista ratio meliorẽ esse omnibus rationibus Arist. nec tñ dicimus q̄ sit demonstratiua: nec putamus demõstrabile esse vel vnũ vel alterũ: q: iam etiã in precedentibus locuti fuimus de exitu temporis in esse: ⁊ de exitu materie in esse: ideo non inducemus hic rõnes ampliores.

℃Cap. 14ᵐ. Et est digressio declarãs solutiones peripatheticorũ quibus videbat̃ pbari eternitas mũdi.

SI enim Accidit id qd̃ natura ⁊ non ab anima mouetur ab aliquo a se distincto per esse ⁊ diffinitionez semper moueri: fiet manifestũ qñ in per se ⁊ per accidens sm̃ nãm ⁊ extra nãm fuerint cause diuerse que sunt magis essentiales moui que sunt mobile ⁊ mouens: est etiam in mouentibus accipere ea que dicta sunt. Mouentia enim quedam mouent extra nãm: sicut que mouent violenter: ⁊ quedam mouent sm̃ nãm: sicut que mouent naturalr̃. Exemplum aũt eoruz que mouent extra naturã ⁊ violenter est in omnibus illis que nõ mouent ad hoc vt imprimant ei qd̃ moueat formam suam sm̃ quam mouent: sicut vectis in machinis qui dicunt̃ mãganelli: vel tribuchi: vel bilide mouent lapidem: ⁊ sic chorda arcus mouet sagittam: ⁊ sic manus proijcit lapidem: talia enim oĩa nõ sunt nã sua ꝓpria mouenti a graue: sed p impetũ: qui fit in eis aliunde mouent. Exemplũ autem eorum que mouent nãliter est in oĩbus his que formã sm̃ quã sunt mouentia nitunt̃ motu suo imprimere ei qd̃ mouent: sicut actu calidũ mouet potẽtia calidũ: ⁊ sicut anima mouet corpus prosequendo formã: quam ɔcepit. Similr̃ aũt est in oĩbus alijs huiusmodi ⁊ in ɔsimilibus istis. Hec aũt eadem diuisio est de mobili sm̃ q̃ est mobile. Illud enim est dupliciter mobile: aliud enim mobiliũ mouet̃ sm̃ nãm. ⁊ aliud extra nãm ⁊ violẽter. Et qd̃ mouet̃ sm̃ nãm est per se mouet. Et qd̃ mouet̃ violẽter est per accñs. Illud aũt qd̃ absolute ⁊ simplr̃ mouetur naturalr̃. est illud qd̃ habet in se susceptiuã ⁊ passiuã potentiã recipiendi formã sm̃ quã mouet motor suus per incboationẽ ipsius forme in ipso: qñ intendit ei suus motor imprimere per motũ quo ipsum mouet ⁊ habet in se tale principiũ per se: ⁊ nõ sm̃ accidẽs: sicut potentia quale vel potẽtia calidũ vel frigidũ efficitur actu sm̃ qualitatẽ illã informatiue ad quã fuit ordinata potẽtia eius: ⁊ similr̃ est de eo qd̃ potẽtia quantũ: aut potentia vbi. Dico ãt absolute ⁊ simplr̃ talia esse que mouent̃ nãliter: ꝓpter ea q̃ mouent̃ violẽter. Illa enim aliquid nature habent in motu quo mouent̃ sed nõ absolute mouent̃ sm̃ nãm: sed sm̃ qd̃: ⁊ hoc declarabit̃ in 3° de celo ⁊ mũdo. Et voco principiũ passiuum receptum in quo incboata est forma agentis hoc modo quo dixi in primo hoꝝ libroꝝ: qr omnis forma mouẽtis incboata est in mã: aliter enim non est mã ꝓpria: neq3 mobile ꝓprium motori suo potius q̃ alijs: op3 eniz q̃ mouentia inferant passiones suis ꝓprijs mobilibus: ⁊ agentia suis ꝓprijs passiuis: ⁊ huiusmodi passiui ⁊ mobilis generale signũ est quando in eo talis inuenitur potentia que nõ indiget nisi vno determinato motore vt exeat in actum. Si enim plures exigeret motores: tunc nõ esset per se appropriata vni: ⁊ sic non esset alicuius agentis ꝓprium passiuum sicut figura hominis potentia est in semine hominis: ⁊ figura idoli potentia est in cupro eo modo quo cuprum est subiectum arti. Dico autem: q̃ hec potentia insit illi passiuo per se: ⁊ nõ sm̃ accidens: qr aliquãdo idem numero mobile mouetur ⁊ ad quale ⁊ quantũ. sed tunc alteꝝ alteri accidit: ⁊ non est essentiale: sicut quando calidũ potentia fit actu calidum: tũc enim ideo q̃ calor est dissoluens ⁊ extensiuus fit etiam id qd̃ fit calidum maioris quantitatis. hoc forte non fuit de intentione

3° celi et mundi

Margin: Tex. c. c. 29. — Tex. c. 30.

tione agentis sed ideo sic quia talis extensio accidit calori quando est in materia dissolubili et extensibili. hoc autem quod iam diximus vniuersaliter dicimus fieri in corporibus simplicibus quando mouentur secundum locum: illa enim ab alio mouentur extra naturam et violenter: et ab alio mouentur secundum naturam siue naturaliter sicut ignis et terra quorum vnum est leue simpliciter et aliud graue simpliciter: et ideo magis manifesti sunt in eis motus dicti quam in elementis medijs. Mouentur autem natura cum actus eorum quos imprimunt eis sua propria agentia sunt potentia ipsorum: et in eisdem eo modo quo dictum est.

Tex. c. c. 32.

¶ Causa autem quod non manifestatur in talibus quid sit ea mouens est: quia potentia ponitur esse multipliciter: et ideo non expresse scitur a quibusdam a quo ignis mouetur sursum: et a quo terra mouitur deorsum. Hoc autem demonstrabimus in simili. Potentia enim passiua que receptiua est actus et complementi dicitur dupliciter: quia nos dicimus quod secundum alium modum potentie receptiue est potentia sciens ille qui adhuc addiscit et eget vt doceatur: et secundum alium modum potentia est sciens ille qui iam habet scientiam in habitu: sed non considerat secundum actum: prior enim qui eget doctrina non habet potentiam in qua sit complementum nisi per inchoationem: quia est in potentia sua habitus confusus non aduunatus: qui est in primis principijs scientiarum que homo scit per naturam.

Sed considerandum quod primus et secundus sciens.

¶ Secundus autem habet habitum: et potest agere actiones habitus quando voluerit nisi sit impeditus: et ideo primus est per se potentia sciens: sed secundus non est per se potentia sciens in actu: sed potius per accidens impeditur ab opere scientie. et generale est in vtroque istorum modorum quod semper fit actu id quod est potentia quando simul sunt actiuum et passiuum. Si enim docens secundum suam doctrinam tangat et informat potentia scientem que potentia scit per se efficitur actu: doctus et sciens. Similiter cum remouens impedimentum simul sit cum sciente non considerante efficitur sciens actu considerans: sic enim addiscens ex potentia esse ad discentem fit alterum aliquid a potentia: quia efficitur in actu. Cum autem sic habet actum sciendi et non sit aliquid quod prohibeat ipsum: tunc secundum actum et complementum quod recipit operabitur: hoc est considerabit secundum actum de scibilibus que iam didicit. Si enim ita non diceretur: tunc sequeretur necessario: quod post scientiam acceptam inesset sibi adhuc ignorantia: que secundum contradictionem habet se ad scire et sic simul sciret et non sciret: quia non valens considerare cum non habeat impedimentum est ignorans: et hoc est impossibile: ergo oportet dicere quod habens scientiam secundum actum considerat si non habet impedimentum.

Nota quis docens aliquem mouet ipsum per se ad considerandum.

Si autem nos queramus quid moueat eum ad considerandum inter duo mouentia scilicet. vtrum moueat eum ad considerandum ille qui docet eum et generat in eo scientiam: vel ille qui remouet ei impedimentum postquam doctus est: inuenimus quod docens ipsum mouet eum per se ad considerandum: quia dat ei formam ad quam necessario consequitur considerare si non impediatur: sed remouens obstaculum mouet eum per accidens: quia motus eius non dat ei considerare nisi per accidens: eo quod considerare inerat ei prius si impedimentum non habuisset. Si autem aliquis obijciens dicat quod sciens seipsum mouet ad considerandum et sic non indiget motore remouente impedimentum: quia impedimentum considerationis sue non est nisi voluntas sua: et ideo quando vult tunc considerabit. Dicemus quod hoc per accidens est: sicut medicus sanat seipsum: et non inquantum medicus efficitur sanus: sed inquantum eger: ita et hoc. Iste enim remotor est impedimenti sui non inquantum est effectus de potentia considerante actu considerans sed accidit hoc ex illo quod in potestate habet impedimentum remouere. ¶ Est autem adhuc intelligendum: quod considerare secundum actum est a forma scientie quam iste accipit a sciente: et ideo quando docens dat ei scientiam: tunc cum scientia dat ei omne quod sequitur ad scientiam: et ideo docens per se mouens est in vtroque motu: sicut supra diximus. Similiter autem per omnem modum se habet in physicis quantum ad mouentia corpora simplicia: que sunt quatuor elementa. In talibus enim id quod est actu frigidum potentia est calidum antequam generetur: et fiat secundum actum calidum. Cum autem generatum est et accipit formam calidi: et sit ignis: tunc operabitur operationem calidi que est ardere: nisi habeat aliquid quod ipsum impediat ab operatione: vnde ab eo a quo accipit formam ignis et caloris ab eodem accipit omnem operationem et omnem proprietatem que sequitur formam ignis et caloris. Similiter autem se habet et tunc graue et leue. Leue enim fit ex graui per hoc quod graue est leue in potentia: et tunc fit leue a generante ipsum a graui: sicut quando fit ex aqua aer vel ignis: vel quando fit ex terra alterum illorum. Graue enim primum potentia est leue: et tali potentia quam vocamus per se potentiam passiuam et receptiuam in qua per inchoationem solam est forma leuis. Cum autem iam est leue secundum complementum tunc habebit ab eodem generante omnia que sequuntur leuitatem que sunt motus ad superius et locus superior nisi aliquid impediat. Actus enim consequens leuitatem est in aliquo vbi determinatum esse et hoc est sursum: sed aliquando prohibetur quando detinetur in loco contrario: sicut quando ignis vel aer clauditur in vase vel retinetur in materia deorsum cadente: sicut est de igne in lignis: et sicut diximus de motu secundum locum simplicium corporum ita etiam se habet in quanto secundum motum augmenti vel diminutionis: et in quali secundum motum alterationis. Signum autem huius est: quia nos videmus: quod quantum generans ei quod generatur largitur de sua forma: tantum largitur ei de suo loco et de suo motu. Cum enim ignis agit in graue quod est terra primum dissoluit ipsum et tunc eleuat ipsum parum: et postea dissoluit et rarificat ipsum plus et plus: et cum omnino ipsum igniuerit tunc adiungat sibi id quod generauit in loco suo naturali: et ideo locus et motus datur a generante sicut forma sed forma datur principaliter et locus et motus datur per consequens: sicut ea que propria accidentia sunt forme date per generationem: et licet ita sit vt dictum est: tamen propter hoc quod latet hoc in corporibus simplicibus queritur a Platone et a quibusdam alijs quare in suum proprium locum mouentur grauia et leuia: quando sunt extra ipsa: cum non videatur distinctus ab eis motor intrinsecus vel extrinsecus: sicut in animalibus et in his que mouentur violenter distinctus motor inuenitur. Causa autem quare mouentur in propria loca quando non sunt prohibita nulla alia est: nisi quia ex forma accepta a generante ipsa apta nata sunt inesse et non alibi vbi sunt sua generantia: et hoc esse forma leui et graui vi per essentiam est leue sursum et graue deorsum et leui sursum moueri: et graui deorsum moueri sicut diximus.

Tex. c. co. 32.

¶ Sed potentia leue et potentia graue dicitur multipliciter sicut dictum est de potentia sciente. Cum enim adhuc est sub forma aque et terre secundum actum est graue: tunc quodammodo potentia est leue: quia materia sua susceptiua est forme leuis: et quando iam factus est aer vel ignis: et habet in se formam leuis: tunc aliquando conuenit ipsum esse potentia leue. Conuenit autem aliquando quod propter aliquod impedimentum neque sursum est neque sursum ascendere potest sed continue quando ablatum fuerit impedimentum tunc agit actum leuis: et tunc fit sursum per hoc quod ascendit. ¶ Similiter autem est de quali: quando de generatione deductum est ad formam qualitatis generate: tunc in actu mutat secundum illam: sicut superius diximus: quod sciens mox considerat nisi aliquid prohibeat ipsum. ¶ Similiter autem quod est actu factum quantum mox extenditur in maiorem locum: nisi aliquid prohibeat ipsum. Illud autem quod est mouens siue remouens id quod sustinet et prohibet generatum ne agat operationem sue forme illud potest dici mouens et non mouens: sicut ille qui diuellit columnas domus: aut qui deijcit lapides qui iacuerunt super columnas: aut ille qui emittit aquam contentam in vase. Ille enim secundum accidens mouet sed per se non mouet. Mouere autem secundum accidens dico sicut paries dicitur pilam sphericam mouere quando repercutitur proiecta ad parietem: hanc enim proijciens per se mouet sed per ipsum mouet ipsam paries: et similiter mouet ipsum generans dando ei formam dat ei omnia formam generantis consequentia. Sed auferens impedimentum mouet ipsum per accidens nihil dando sibi sed tantum impediens id quod iam inest ea remouendo. Iam enim per formam sibi datam inest ei esse illud quod per se consequitur formam datam: licet impediatur ab exteriori. Iste tamen sermo quem hic fecimus de mouente: licet sit generalis secundum omne genus motus complebitur specialiter de mouente secundum locum in tertio de ce. et mun. vbi cum perscrutatione diligenti ingremus de

motibus leuis & grauis. ¶ Manifestum igitur ex dictis est: q nihil horum simplicium corporum mouet seipsum sicut antiquus opinatus est Plato & post eum Galenus & in processu temporum Seneca. Sed oia talia sunt motus in se habit pri non qdem mouendi se actiue & faciendi sed patiendi & recipiendi hoc a generante ipsa & dante eis formam cuius est motus & locus ad quem mouentur. ¶ Recolligamus igitur inductionem nostram dicentes q oia que mouentur aut natura mouentur: aut extra naturam siue violentia qd idem est. Que autem extra naturam mouentur omnia mouentur a quodam motore qui est extra ipsa per diffinitionem & esse. Eorum autem que natura mouentur iterum quecumque mouentur a seipsis sicut animalia mouentur a motore aliquo distincto ab eo qd mouetur per diffinitionem & non per esse. ¶ Et alia que non mouentur a seipsis & mouentur natura vt grauia & leuia mouentur & ab aliquo motore qui distinctus est ab eis per esse. quia aut mouentur a generante & faciente leue & graue in forma leuis & grauis: aut ab eo qd soluit & remouet ab eis impedientia & prohibentia vt agant actum grauis & leuis. Omnia igitur que mouentur ab aliquo mouebuntur distincto ab ipsis per diffinitionem & esse: aut per diffinitionem solum & hoc est qd volumus declarare. ¶ Nec aliquis miretur si tantam questionem determinamus per inductionem. scimus enim q inductio non certificat quantacumque vniuersaliter inducant nisi predicatum ab oibus particularibus inducti participet essentialiter. quia tunc particularia participant predicatum per se & vniuersale recipiet predicationem per se predicati eiusdem quia si probemus q quilibet triangulus in particulari est albus. non possumus probare q triangulus vniuersaliter & necessario est albus. quia conuenit quemlibet album non esse: & ideo forte mirabitur aliquis q sumus contenti inductione. Quia si enim induxissemus hic particulariter oia mota vbi nisi prius in principio septimi induxissemus demonstrationem de vniuersali: q s. omne qd mouetur ab alio a se distincto mouetur. Nec hic fecimus inductionem vt probaremus vniuersale quia hic demonstrauimus: sed potius vt excluderemus questionem Platonis & Galeni & Senece contingentem de corporibus simplicibus que videntur per se moueri ad loca sua quando sunt extra vbi prius. Nos enim diximus q tunc mouentur a motore qui est motor per accidens eo q & ipsa non sunt in potentia per se sed per accidens cum iam per se habeant formam per quam ascendant: & sunt in loco sursum vel deorsum sed impediuntur ab aliquo per accidens & non per se.

¶ Cap. 5m. Q omne quod non reducitur in aliquod mouens primum q mouet seipsum.

Postquam autem iam probauimus vnam duarum propositionum quas supra premisimus. s. q omne qd mouetur mouetur ab alio a se distincto: tunc procedemus ad alterius propositionis declarationem. s. q oia mota reducuntur ad aliqd primum motum vnum: & ille est motus qd mouetur a suo motore intrinseco sibi: sicut animal aliud mouetur ab anima. ¶ Incipimus autem istam considerationem ab eo qd dicimus q omne qd mouetur ab alio: non mouetur ab alio nisi altero duorum modorum. Aut enim mouetur ab alio qd est mouens ipsum. non secundum ipsum. sed propter alterum: aut est mouens ipsum propter seipsum. Si autem mouet ipsum non propter ipsum tunc aut mouebit ipsum per vnum medium quia s. ipsum est primum mouens post vltimum mouens secundum viam resolutionis & hoc est primum mouens in ordine naturali mouentium: aut est mouens per plura media. ita q inter primum mouens & vltimum motum sint plura media. ¶ Et exemplum huius qd habet plura media est: secundum q baculus est primum mouens lapidem percussum & mouetur baculus non secundum se sed per aliud. quia mouetur a manu: & manus etiam mouetur ab alio quia mouetur a virtute hominis & mouentis manum: vtraque enim mouentium dicimus mouere. sed tamen dicimus primum magis mouere quam vltimum: quia primum dat vltimo q moueat: & ideo non mouente vltimo adhuc potest mouere primum: sed non mouente primo non potest vltimum mouere qd proximum est iuxta rem motam: & ideo est primum sicut causa primaria: quia retrahente ipso causalitatem suam nihil erit deinceps mouentium. Sed retrahentibus aliis suas causalitates: nihilominus ipsum causabit motum. propter qd ipsum est magis mouens omnibus aliis. Et exemplum est: quia baculus non mouebit lapidem nisi mouetur ab homine sed homo mouebit etiam baculo non mouente. ¶ Si ergo secundum predicta necesse est q omne qd mouetur ab aliquo a se distincto secundum esse mouetur: & illud iterum aut mouetur ab alio aut mouetur a seipso: & si mouetur ab alio a se distincto secundum esse: tunc necesse est q sit aliquid mouens primum qd non mouetur ab alio a se distincto secundum esse: sed secundum diffinitionem solam: & si hoc est qd sit mouens seipsum est primum mouens tunc non est necesse q hoc moueatur ab alio: sed ipsum in quantum reducitur omne mouens motum aliquid in natura. Et probatur hoc ex hoc q impossibile est vt in infinitum vadat mouentium numerus & motorum: quia cum infinitorum ex parte ante nihil sit primum nunquam possemus deuenire ad id quod mouet per se: & quia omne mouens ab alio reducitur ad mouens per se si non sit accipere mouens a se non erit accipere mouens ab alio: & cum omne mouens sit aut per se mouens aut ab alio: oporteret q nullum mouens omnino seipso esset qd est impossibile quia ex hoc sequeretur nullum esse motum omnino. oportet ergo dicere q mouens seipso sit primum mouentium. hec propositio fundatur super tres propositiones quarum vna accipitur ex secundo metaphysice Aristo. & est q omne quod inuenitur in pluribus & est vniuocum in illis oportet q inueniatur in vno primo qd est causa omnium illorum: & ideo cum mouere in multis mouentibus motis oporteat q inueniatur in vno primo mouente moto qd est causa omnibus aliis mouendi. ¶ Alia autem propositio est q omne quod mouetur ab alio distincto a se per esse & diffinitionem mouetur ab eo quod quandoque mouet & quandoque non mouet eo q ipsum est quandoque coniunctum: & quandoque non coniunctum: sicut probatum est in primo tractatu huius octaui libri omne autem tale mouens qd aliquando mouet & aliquando non mouet est aliquando in potentia mouens & non in actu qd autem est in potentia mouens indiget mouente generante sicut in precedenti capitulo monstratum est: & ideo omne quod motorem habet extra se mouetur non perpetuo motu: & ideo motus suus non potest esse primus: & ideo oportet ipsum reduci ad aliud primum. ¶ Tertia propositio est qd mouet se habet motorem coniunctum sibi & extrinsecum sibi: & ideo si ille motor non sit in potentia ad aliquid mouebit perpetuum motum qui est primus motuum & causa omnium motuum aliorum. ¶ Est igitur sciendum q duplex est primum mouens: vnum quidem in genere & alterum extra genus. Primum autem mouens in genere est mouens qd mouet seipsum & aliud mouetur: & de hoc ponimus modo nostrum studium ad inuestigandum. Alterum autem est mouens non motum omnino: & de hoc inquiremus posterius quantum pertinet ad presens negocium. ¶ Qd ergo sic mouetur q ipsum non mouetur ab alio extrinseco sibi: illud necesse est moueri a seipso: & illud est primum mouens per rationem predictam. ¶ Amplius etiam alio modo apertiori est aggredi ipsam eandem rationem que habita est. Omne enim mouens oportet q aliquid moueat. & per aliquid siue aliquo quod est sicut instrumentum mouendi: & hoc patet ex hoc q sicut habitum est omne qd mouet aut mouet seipsum aut mouet quoddam aliud quod mouetur primus ab ipso. Cuius exemplum est quia cum animatum mouet aliquid tunc anima mouet sicut motor immobilis sed vtitur corpore sicut instrumento sui motus: & per illud mouet. Et si velimus accipere qd est causa motus & est motum: tunc erit ratio clarior: quia tunc homo motus seipso mouet aliquando aliquid: & aliquando vtitur baculo per quem mouet sicut instrumento: & ideo qd dicimus in prehabita ratione esse medium mouens inter primum mouens & vltimum motum: hoc dicimus esse instrumentum: sed in nomine instrumenti clarius est qd dicimus: quia instrumentum sonat vt ab alio motum semper: & modum instrumenti habet corpus qd mouetur ab anima. & est extrinsecum aliquid mouens sicut baculus. ¶ Et huius exemplum est: quando ventus proijcit sine medio instrumentali & aliquando dicitur proijcere lapidem quem proijcit ventus: & tunc lapis mouet sicut instrumentum: nec tamen dicimus q ventus mouentur a se: sed potius mouetur a generante qd dat ei talem motum: & per hoc qd dat ei talem leuitatem: & de hoc in libro metheororum erit locus optimus tractandi & simile est de magnete qui mouet ferrum per hoc qd alterat solum

virtute

Tex. c. cõ. 33.

Tex. c. cõ. 34.

Vide 8 multi plici inductio ne Auerroiz 3 prior. c. 23

2 meth. c. 4.

Tex. c. cõ. 35.

Primũ mouens duplex & vide p hoc ti Rõnem 3 figu lione & com plise. t. c. 14. 3.

Tex. c. cõ. 35.

Vide 8 attra ctiõe magne tis. 7. ph. c. 10.

virtute sua: ⁊ generat aliquid circa ipsum. Cuius signū est ꝙ kakabre non attrahit calamos nisi prius calefiat: vt per calorem eius virtus eius spargatur vsq ad calamum: ⁊ per hoc aliqd forme sue generet in calamo per hoc ꝙ calamus moueatur a kakabre. ⁊ sic in omnib⁹ est ꝙ omne quod mouetur ab alio mouente qd mouet aliquid moueatur ⁊ mouet alia: qd est sicut instrumentum mouendi: ⁊ impossibile est motum aliquem fieri nisi sit aliquid qd seipsum mouet: ⁊ illud quod seipsum mouet compositum erit ex mouente qd non mouetur omnino: ⁊ ex corpore qd mouetur ⁊ mouet sicut instrumentum mouens. Sed in hoc est differentia mouentium ꝙ si sit quidam mouens seipsum mouens: tūc non est necessarium ꝙ sit aliquid aliorum mouentium que mouent in hoc qd ab alio extrinseco sibi mouet: sed si mouens sit extrinsecum ⁊ sit ab altero motum extrinseco sibi: tūc oportebit ꝙ ante illud sit aliquid mouens seipsum per rationem superius positam: in qua probatum est: ꝙ omne mouēs motū ab altero mouente extrinseco sibi reducitur ad aliud mouens qd mouetur a seipso: ⁊ non ab altero: aut oporteret ꝙ in infinitum abiret: ⁊ tunc omne mouens mouet sicut instrumentum: ⁊ hoc est impossibile: quia non potest omne mouere instrumentaliter nisi aliud sit mouens seipso quod vlterius mouet id quod mouet instrumētaliter. Si ergo detur ꝙ id quod mouetur mouet tūc necesse est hoc in aliquo numero mouentium stare: ⁊ non abire in infinitum: stabit enim in eo ꝙ mouet seipsum. sicut habitum est: ⁊ hoc manifestū est in omni ordine mouentium. Si enim baculus mouet et baculus mouetur a manu: tunc manus mouet baculum. Si autem ⁊ manum aliquid aliud mouet: ⁊ hoc iterum aliquid est mouens: ⁊ cum id quod mouetur moueatur ab aliquo: tūc semper necesse est ꝙ aliquid sit prius eo qd mouetur ab alio donec deueniatur ad illud quod mouet ipsum per seipsum: licet enim hoc moueatur dūmodo tamen non sit ipsum mouēs aliquid aliud extrinsecum: ⁊ distinctum ab ipso sm esse: tūc necesse est ꝙ illud moueat ipsum seipsum quare sm istā rationem que sumpta est a ratione instrumētaliter mouētis: ⁊ eius qd mouet instrumentum: eo ꝙ omne id quod mouetur: aut oportet ꝙ sine aliquo medio moueatur ab ipso qd mouet seipsum: aut si per media multa mouetur: tunc decurrendo per omnia media instrumētaliter mouentia aliquādo deuenitur in id quod mouet mouēdo seipsum: ⁊ hoc erit primum motum mouens.

Cap. 6m. Quod primo primus motor est omnino imobilis vt per hoc cōcludat ꝙ id qd est cā ois motus est mouēs seipm.

Iuxta autem hec que predicta sunt inducemus ratiões ad hoc ꝙ primo primus motor est imobilis in quolibet genere motus: propter hoc etiam ille motor dicitur eē extra genus mobilium motorum: ⁊ tunc redibimus ⁊ faciemus per easdem rationes constare eadem hec que nūc diximus sm ꝙ primum illud qd est causa omnis motus ⁊ est motum est illud quod mouetur a seipso: ⁊ mouet seipsum. Erunt autem iste eedem rationes contra Platonis positionem qui dicit ꝙ nihil mouet imobile existens. Sed ꝙ primi motores modo se moueant omne quod est. Dicimus igitur si det nobis aduersarius: ꝙ omne quod mouetur ab eo mouetur qd sm naturam mouetur: sicut dicit Plato tunc moueri qui est in primo motore qui est causa motus: in omnibus alijs aut conuenit ei essentialiter ⁊ per se. Si autem primus motor qui est causa motus vniuersaliter in oibus moueatur per accidens tunc non propter idem mouet: ⁊ est causa motus quia mouetur: sed accidit eidē moueri qui est cā motus mouendo. ergo primorum motorē non est necesse moueri ad hoc ꝙ moueat. Si autem hoc detur tunc sequitur contra Platonem inconueniens ꝙ. s. possibile est contingere ꝙ nulla res moueatur in omnibus partibus mundi: ⁊ hoc ideo sequitur: quia id quod est per accidēs non necessario inest: sed cōtingit inesse ⁊ non inesse. Si ergo tale qd per accidens inest ponamus non esse tunc sm doctrinam priorum analeticorum nullum debet sequi impossibile: quia falso et non impossibili posito qd accidit est falsum ⁊ non impossibile sic igitur accidit hic: sed qd hoc accidit est falsum ⁊ impossibile: quia sequitur ex hoc: ꝙ si nos ponamus primum motorem non moueri: cum hoc qd Plato dicit non mouere eundem nisi moueatur: ꝙ possibile est nullum motum esse in mundo quia sic ostendimus ꝙ primo motore nō mouente non contingit mouere aliquem secundorum motorū qui sunt post ipsum. Dicit autem Plato omnino non mouere nisi moueat: ergo cum contingat ipsum non moueri non erit motus in aliquo entium huiusmodi hoc autem est impossibile quia nos supra probauimus quia necessarium est primum motum esse qui est primi mobilis ergo positio fuit impossibilis que dixit ꝙ primus motor mouet per accidens ⁊ nō per se.

T. c. 37.

Hoc autem quidem dictum esse rationaliter accidit ꝙ. s. primum mouens qd omnino est primum motus principium sit imobile ⁊ non moueatur. In ordine autem omnis motus necesse est tria esse quorum vnum est quod mouetur tm. scdm qd est mouens tm: ⁊ tertiū ꝙ instrumentaliter fit motus: ⁊ hoc mouet ⁊ mouetur. Et bonum exemplum est in motu processiuo hominis: quia qd mouetur tm est membrū sicut pes vel manus qd autem mouet tm est virtus mouens que est appetitus mouendi: ⁊ qd mouet instrumētalr est sicut neruus vel musculus: ⁊ hoc mouetur a virtute: ⁊ membrum mouet. Exemplum autem bonum est in ordine naturalium motuum. Cum enim aliquid calefit est calidum mouens motum: ⁊ id qd calefit est motum. Est autem necessarium ꝙ sit aliqua causa prima caloris mouens tm: sicut stella: vel motus qui nō mouetur sm qualitatem sm quam mouet: licz moueatur forte localiter: hec autem in sequentibus ostendetur. Inter hec antē qd mouetur quidē necesse est generaliter moueri: sed nō generaliter necesse est mouere: quia vltimum motum sic est motum: ꝙ ipsum nullo modo mouet sed illud qd mouet mouens etiam necesse est moueri ⁊ mouere: quia medium est inter primum mouens ⁊ vltimum motum: illud enim simul cōmunicat participando hec duo. ⁊ sm idem esse diffinitum conuenit cum eo qd mouetur: quia in veritate mouetur ab alio: ⁊ conuenit cum mouente: quia mouet vlterius id qd est vltimo motum. Hec autem que dicta sunt sunt maxime manifesta in his que mouent ⁊ mouentur sm locum. Per enim tria necesse est tangere se inuicem aut simpliciter: ꝙ inter ea nullum sit medium. aut vsq ad aliquid hoc est vsq ad spatium et distantiam determinatam ad quam distendi potest virtus mouentis: sicut nos videmus ꝙ sm determinatum spatiū mouet chorda sagittā: ⁊ nō vltra vsq ad determinatū spatiū distans mouet magnes ferrum: ⁊ piscis stupefactor vsq ad determinatam distantiam imotat rete in quo manum tangentis stupefacit: ⁊ non vltra. Piscis autem qui latine dicit stupefactor: arabice autem rachadā vocatur. Sicut autem sol vel mars calefaciunt aerem ⁊ vniuersaliter omne quod mouet habet spatium determinatum vltra qd non distendit virtus motiua. Mouens autem primum qd non sic mouet: sicut is quo instrumentaliter fit motus illud mouet: ita ꝙ est imobile ab alio. Et quia nos videmus ꝙ medium horum est compositum ex vtroq extremorum: ⁊ videmus ꝙ vltimum in ordine isto qd est illud quod potest ita moueri ꝙ ipsum nullum habet principium actiuum motus potest inueniri per se separatum: ⁊ videmus etiam existere illud quod est mouēs motum: qd quidem mouetur ab alio extrinseco sibi: ⁊ nō a seipso: tunc etiam rationale est ꝙ dicamus etiam tertium existere illud quod est ita mouens ꝙ ipsum est imobile omnino: sicut nos hoc videmus existere in cōpositione mixtorum. Non enim in cōpositione hydromellis inuenimus ⁊ aquam per se existere ⁊ mel: ⁊ multo magis hoc est in proposito cū id quod mouetur instrumentaliter diuisum sit sm rationem: tam ab eo qd mouet primum ꝙ ab eo quod mouet vltimum. Irrationabiliter igitur dixit Plato nullum mouens inueniri ⁊ imobile. Sed rectius dixit Anaxagoras in hoc: quia cum posuit intelligentiam vniuersalr agentem esse primum mouens mixturam de qua superius locuti sumus: tunc posuit ipsam ipassibilem ⁊ imixtam. In hoc enim recte posuit intelligētiam primū motus principium: quia imobilis erit per hoc ꝙ et ipassibilis: ⁊ si esset mixta materie ex contrarijs: sicut virtutes physice mouentur: tunc esset generabilis ⁊ corruptibilis: ⁊ ideo iperare habet motum per hoc ꝙ est imixtus: sicut faciunt intelligentie separate. Et ex ista probatione habetur ꝙ ipossibile est ꝙ primo motori accidat moueri cum mouet quia sm dicta necesse est inueniri primum motorem qui non possit mo-

T. c. 36.

Tex. t. c. 38.

neri per se vel per accidens: qd impossibile est q accidit ei moueri cu3 mouet. ¶ At vo si dicat aduersarius: q primus motor non fm accidens sed per se et essentialiter mouetur: ita q non potest mouere nisi moueatur eo q ex necessitate mouetur: tunc necesse est q hoc fiat altero duorum modorum: aut enim mouetur fm eandem speciem motus fm qua mouet: aut mouet fm vnam speciem motus et mouetur fm alteram. Dico autem fm eandem speciem motus mouere et moueri: sicut si calidum qd calefacit etiam calefit: et sanans sanatur: et latum fm locum mouet fm locum. Et dico fm alteram speciem motus moueri et mouere: sicut si sanans fertur et mouetur fm locum et mouetur fm locum augetur: aut aliquo modo motus mouetur diuerso ab illo quod mouet. ¶ Sed manifestum erit statim q vtrumque horum est impossibile. Si enim sic dicatur: tunc non erimus contenti vniuersali dictione. vt dicamus q mouens mouetur: sed nos descendemus ad indiuiduos fm speciem et numerum motus: quia in illis magis manifestum est inconueniens. Si enim mouetur mouens fm eandem speciem motus fm quam mouet: tunc oportet q ille qui docet geometricare addiscat: et doceatur geometricare. et opz q docens sit ignorans fm eundem motum numero: aut oportet etiam q ille qui proijcit lapidem vel aliud quodlibet qd proijci potest proijciatur eadem proiectione: que aperte sunt inconuenientia. ergo non est possibile q mouens moueatur fm illum modum motus quo mouet. ¶ Si autem dicatur sic quidem q non moueat fm eundem motum quo mouens mouet. sed mouetur fm aliud modum et speciem motus: sicut si dicamus id qd fert fm locum augeri: aut id qd auget alterari ab alio: et hoc alterans moueri dicamus fm alterum quendam modum motus quemcunque voluerimus. Adhuc ostendemus hoc esse impossibile quia iam supra probauimus q species motuum sunt infinite: et ideo necesse est stare: cum finiti sint motus fm speciem: oportet ergo si hoc semper dicatur fieri q fiat reflexio in primum motum: quia si ferens fm locum dicatur augeri: et augens alterari: et alterans doceri: et sic de singulis q tamen redeat q alterans vel docens dicantur moueri fm locum. ¶ Idem autem est quantum ad conuenientiam inconuenientis si motor dicatur mouens fm locum moueri fm locum: et si dicatur post multa media aliorum motuum moueri fm locum: quia in vtroque sequitur ferens fm locum ferri: et docens doceri licet enim post multa media deueniatur ad eundem modum motus quo mouet primum mouens: tamen refertur motus ille ad primum motorem prius q ad aliquem secundorum: quia iam manifestum est ex superius habitis: q omne quod mouetur mouetur ab eo qd est mouens superius et prius: et magis mouetur ab illo q ab aliquo alio. ¶ At vo iam prius ostendimus hoc esse impossibile: eo q fm hoc docens accidit addiscere. et mouens fm locum moueri ad locum: et ideo dicimus q hoc est impossibile: quia docens habet scientiam: et addiscens non habet eam. et sic in vno tempore: et fm vnum et eundem motum aliquid habet scientiam et non habet eam: qd est impossibile. ¶ Amplius autem qd magis est irrationale q ea que dicta sunt hoc est: q motum fm locum vel fm quemlibet alium motum sit mobile. et hoc est improbabile etiam fm opinionem. Si enim omne qd mouetur dicatur moueri ab eo qd mouetur: tunc mobile erit aliquid simile sicut si aliquis dicat q sanatiuum et sanans est sanabile fm eundem motum ad sanitatem: et tunc quando medicus sanat aliquem a febre: oportet q ipse sanetur a febre et sicut si aliquis dicat q id qd edificat edificatur fm eandem edificationem aut motor sine medio: aut per plura media sicut in precedentibus est explanatum. Dico autem per plura media: sicut si dicatur q omne qd mouet est mobile ab aliquo mouente. sed non fm eundem motum fm quem mouet proximum qd mouetur ab ipso. i. fm istum motum quo mouet alterum quo mediante coniungitur ei: vt si sanans dicamus non addiscere quia proximum est illud qd dicit sed altero modo moueri. hoc est ascendens et decurrens per omnes modos motuum aliquando perueniet et ad eandem speciem motus quo mouet ipsum mouens: sicut diximus prius. Cum enim motus in omnibus substantijs inuenimus sit a primo motore de necessitate refertur ad ipsum in quocunque inueniatur: et tunc sequitur inconueniens: sicut si motor sine medio moueatur fm eundem modum motus quo mouetur et sic patet: q vtrunque horum est inconueniens: vel potius dicamus: q vnum illorum est impossibile. s. q motor moueatur fm eandem speciem motus qua mouet: alterum autem est figmentum ex quo tamen sequitur impossibile licet non ita sit manifestum q. s. moueatur fm aliam speciem motus qua mouet. Inconueniens enim est q alteratiuum sit ex necessitate et essentialiter augmentatiuum et augibile licet forte accidat ergo non potest dici q primo primus motor semper moueatur et inde vlterius concluditur q non est necessarium q omne qd mouetur semper moueatur ab alio a se distincto per esse quia superius habitum est q omnis motor extrinsecus distinctus mouet ab alio motore qui est mouetur: et est sicut instrumentaliter mouens quasi ita esset oporteret q iretur in infinitum: opz ergo dicere q id qd mouet a motore primo imobili sit seipsum mouens: sicut animal mouet seipsum: et motor imobilis non est extrinsecus ei sicut intellectus mouet hominem. cum tamen sit per se inmobilis et per accidens mobilis. ¶ Sed motor primus in hoc differt ab intellectu. q nec per se nec per accidens est mobilis. ¶ Ergo non est necessarium q omne id qd mouet semper moueatur ab alio q etiam ipsum ab alio moueatur: ergo stabit hoc in aliquo motore qui est causa omnis motus aut quasi a quiescere hoc est imobili mouebit sicut a motore primo: aut mouebit a motore qui seipsum mouet. qui compositus est ex motore et mobili qui est sicut motor secundo primus. At vo si opz considerationem facere et querere: vtrum causa vniuersalis omnis motus sit motor seipsum mouens: aut motor qui mouet ab aliquo extrinseco sibi fm esse omnes homines licet aliquid modicum rationis habentes ponent q illud est causa vniuersalis omnis motus. qui est mouens seipsum eo q illud componitur ex primo motore imobili: et primo moto qd mouetur ab ipso. Illud enim qd per se et non ab alio causa est semper est prior et potior causa q id qd est causa in altero quodam habens causalitatem. Hoc enim licet et ipsum sit causa non tamen a se sed ab altero habet causalitatem. ¶ Oportet igitur nos illud considerare accipiendo aliud principium considerationis q prius: vt queramus si aliquid mouet seipsum fm quem modum mouet et fm quem est motus.

Tex. t. c. 39.

¶ Cap. 7m. In quo eliditur error Platonis in eo qd dixit q primo primus motor mouetur a seipso.

Tex. t. c. 40.

Ab hoc autem demonstrandum probabimus primo omne qd mouet seipsum esse compositum ex motore et mobili. ¶ Ad hoc autem probandum sumemus hanc propositionem q omne qd mouetur est diuisibile in partes que semper in infinitum sunt diuisibiles. Hanc enim propositionem iam ostendimus in sexto superiorum librorum: vbi locuti sumus de vniuersalibus physicis que sunt continuum diuidi in infinitum: et compositum componi ex diuisibilibus in infinitum: et motum esse continuum: quia est actus continui: et si esset motus actus subiecti indiuisibilis non esset motus continuus: sed indiuisibilis et tunc non esset motus: opz ergo ex his que ibi dicta sunt supponere: q omne qd mouetur est continuum. Impossibile est igitur: q hoc qd mouet seipsum penitus fm totum qd est in ipso moueat seipsum. Si enim moueret penitus fm totum seipsum tunc oporteret q quicquid est in ipso moueret seipsum: ergo quicquid est in ipso mouet et mouetur: et tunc sequitur ex indiuiduis et singularibus motibus q idem fm totum qd est in ipso fert hoc est mouebit se localiter: et fertur hoc est mouetur localiter fm speciem et formam: et idem alterabitur et alterabit: et docebit vtique et docebitur simul et sanabit et sanabitur fm eandem sanitatem: que omnia inconuenientia esse ostensa sunt. siue fiant per medium vnum: siue per plura siue etiam fiant motor sine medio quia cum nullo modo motus media moueant nisi illo quem habent a primo motore: idem est si millesimum moueat: ac si primum mouerit: quia semper sequitur q mouetur eodem modo motus quo mouetur. ¶ Amplius determinatum est in tertio librorum superiorum: q non mouetur nisi mobile in quo sicut in subiecto inest motus. Mobile autem est qd potentia mouetur antequam sit in actu. Omne autem qd potentia est ad aliquem actum vadit in illum: et motus est actus et perfectio mobilis. quia actus est imperfectus eo q est imperfecti et sicut in via ad perfectionem vel ad existentis sicut in tertio librorum superiorum determinatum est: et sic patet q omne quod mouetur simpliciter est imperfectum qd autem mouet oportet q sit perfectum: quia motor vniuocus mouendo dat formam suam: et ideo cum non det nisi qd habet: oportet q ipse fm formam illam perfectus sit sicut videmus q calefacit ens actu calidum: vel calor ipse et generans

neraus vniuoce est id qd habet speciez & formaz quã largit generato. ¶ Si ergo dicatur q aliqd diuo fm oia que sunt in ipso simul mouet & moueatur oportet q idez simul sit calidũ & non calidũ & cõpletũ & incõpletum. & fm vnumquodqz aliorũ motuũ fm quẽ potest mouere mouens vniuocum. Cũ igitur hoc sit ipossibile tunc oportet dicere q mouens seipsũ sit cõpositum ex motore & moto: & ita q aliquid eius moueat: & aliquid moueatur. ¶ Quia vo aliquis Platonẽ defendere volens dicere posset: q primũ mouẽs mouet se: ita q vna pars moueat alterã & moueatur ab ipsa & econuerso: ideo ostendimus hoc esse ipossibile. ¶ Hoc enim ita est dictũ ac si mouens se cõpositũ. s. ex motore & mobili ita moueatur fm motorẽ & mobile quia mobile mouet motorẽ: & sic motor mouetur: & motor etiã mouet mobile & ideo etiã mobile mouetur: & hoc dato accidit multiplex incõueniens. Quorũ vnũ quidez est qa fm hoc neutrũ erit primũ mouens: qa vtrũqz mouetur & mouet equaliter alterũ & mouetur ab ipso: fm enim rationes supra inductas id erit tunc prius in ordine mouentiũ qd magis distat ab eo qd vltimo mouetur: & illud quod sic prius est magis est causa mouendi qz qd sequitur ipsũ & continet sub ipso. Diximus autẽ q ea que mouent a duplici motore mouent: aut enim mouent ab eo qd mouet ab alio extrinseco sibi aut mouentur ab eo qd mouet seipsũ: & ostendimus q in ordine illo mouens se remotius est ab vltimo moto qz id qd mouet in eo qd mouetur ab alio: & id proximus est primo principio motus qd mouetur a seipso qz id quod mouetur ab alio qa hoc diximus supra q hoc mouet per modũ instrumenti qd mediũ est. Id aũt qd mouet seipsum mouet per modũ instrumenti mouentis. sicut manus vel hõ mouet baculũ: ergo primo motui nõ cõpetit q moueat ab alio: qa sequeret q ipse nõ eẽt principiũ motus: ergo nõ põt dici q hoc mõ vna pars moueat aliã: & per hoc vna moueatur ab alia. ¶ Amplius aũt scdm inconueniens est: q fm Platonẽ etiã non est necesse etiã q primũ mouens qd est pmo primũ moueatur nisi a seipso: ergo potuit enim mouere in hoc q mouetur ab eo qd mouet ab ipso ipse cõtrariũ sue positionis ponit. ergo nisi fz accñs econtra moueat ab eo qd ipse mouet fz Platonẽ non mouebit ab alio fz q mouet in eo q per accidens mouetur ab alio supius accepimus possibile nõ cõtingere mouere: & sic possibile est cessare oẽs motus cũ cessatiõe primi motoris: et qa hoc est icõueniens erit absqz dubio in eo q mouet seipsũ cõpositio duorũ quorũ vnũ erit qd mouet & mouet aliud: & hoc est celũ primũ. & aliud erit qd mouet penitus imobile & hoc est motor primus. ¶ Amplius tertiũ incõueniens est in dicta positione q non est necessariũ qd dicit. ¶ Si enim debeamus inuenire principia motus qui est semper & sempiternus fm tẽporis duratione oẽz: non est necesse q ponamus celũ motorẽ primũ qui econtra mouet a suo mobili sine per se siue per accñs etiã si dẽt: q nõ mouet in eo q mouet: qd tñ dixit Plato. Sed dicemus aut q imobile necesse est mouere sicut est pmo primus motor: aut dicemus q mouens seipsũ est cã motus sempiterni sicut est scdo primus motor qui est cõpositus ex pmo motore & pmo mobili cuius motus cã est oiuz motuũ aliorũ. ¶ Si enĩ nos daremus q motor pmo primus posset moueri per accidẽs etiã si taliter moueri non daret ei eẽ motorẽ tũc ipse moueret motu sui mobilis sicut aĩa mouet motu corporis qd mouet & tũc ipse nõ eẽt perpetuus cũ aliqua renouatio & imutatio accideret circa ipsũ: & hoc est ipossibile qa ex hoc sequeret q ipse nõ eẽt in corpore fm ptes corporis sicut oculus hz visũ & auris auditũ: & vt vniuer dicat oporteret q ipse eẽt actus & perfectio corporis q nõ cõuenit subẽ que est itellect pnrus imlet sẽ motor separat & ideo valde icõueniẽs est dicere motorẽ primũ esse mobile per accñs ẽt si nõ dicamus q mouet primus motor in eo q mouet: & hec pbatio valde notanda est qa ex illa inferius ostẽdemus vtrũ primus motor sit aĩa celi q mouet vel non: & ex illo pbatur primus motor esse separat & simplex: & multa alia que in scia diuina necessaria sunt. ¶ Amplius quartũ est incõueniẽs qa si moueret primus motor in eo q mouet tũc oporteret hoc eẽ fm vnicũ motũ: siue eẽt p mediũ siue sine medio: vt supra diximus. & sequeret iterũ q id qd calefacit aliqd q calefieret ab eodẽ. & in oibus aliis motibus quos supra diximus idẽ sequeret. ¶ Non enĩ põt dici q mouẽs ita moueat q vnũ qd est in ipso moueat reliquũ & moueatur ab ipso econuerso. ¶ Ar vo qd violẽtissimũ est cõtra Platonẽ est q id qd primũ motũ est ex seipso non põt esse nisi vno quinque modorũ: per oppositas diuisiones acceptorũ: aceniz si diceret q totũ mouet totũ & non ptes: aut sic q vtraqz pars mouet vtrãqz partez & non mouet ab vtraqz parte: aut ps mouet totũ aut ecõuerso. totũ mouet partẽ: aut q reliquũ est vna pars eius sit imobilis mouẽs & reliqua sit mota ab illa. Sed tñ de istis quatuor prioribus modis duo sunt latentis & duo sunt apparẽtis inconuenientie. ¶ Certũ enĩ oibus est q per accidẽs motus est quo ps mouet totũ & quo totũ mouet partẽ. Per accñs aũt motus non conuenit motori pmo qui mouet essentialiter. & ideo de his duobus mẽbris nõ opz nos multũ sollicitari quasi improbẽtur. ¶ Est tñ in oibus prius quatuor mẽbris vnus modus improbationis. s. q semp sequit hoc incõueniens. s. q idez sit mouens & motũ: & fm eundẽ modũ motus eo q Plato posuit q mouens non mouet nisi in eo qd mouetur. Siue ergo totũ mouet totũ: siue pars partẽ: siue totũ partez: siue ps totũ hoc modo quo dicit Plato semper sequitur incõueniẽs: qd supra est iprobatũ. s. q idez sit mouens & motũ. Et quia vt dixi istis duo mẽbra magis latent Dicamus q neqz primũ ita ipsũ seipsũ mouet ita q totũ moueat totum neqz q vna pars vel plures mouebũt ipse seipsas: ita q vnaquaqz ipsarum moueat ipsa seipsam: & moueatur ab alia. ¶ Si enĩ dicatur totũ in seipso mouere: & moueri sine relatione ad partes: aut ita mouetur in seipso. q mouetur ab aliqua sui parte que primo mouet seipsaz: & ita est causa motus totius. Siqdez igitur dicatur q totũ mouetur a seipso. eo q alia pars mouens se moueat totũ quod mouetur a seipso: tunc pars erit primũ q mouetur in seipso. Si enĩ detur separari a toto illa pars: tunc ipsa mouebitur in seipsa eo q non a toto habet moueri in seipsa: sed potius totũ ab ipsa. Si autem totũ a toto mouetur sine relatione facta ad ptes: tunc partes non mouent seipsas nisi fm accidẽs. ¶ Qd aũt fm accidens mouetur a seipso non est necessariũ moueri: vt supra ostendimus: ergo si accipiantur a seipsis non moueri: tunc nihil sequetur ipossibile. Sequtur autez tunc motorẽ qui est altera pars cõponens totũ qd mouetur a seipso non moueri. igitur tunc nõ erit nisi mouens imobile: ergo totũ quidez moti in seipso aliud partiale mouebit: cũ sit imobile. Aliud autẽ partiale mouetur: & potest mouere vlterius aliud vel non mouere. Solũ enĩ sic possibile est q aliqd cõpositũ sit mobile & motũ in seipso. & sic falsũ est qd dicit Plato pmo primũ motorẽ motũ eẽ in seipso. ¶ Amplius aũt si cõcedit q tota pma aĩata mouent ipsa seipsa. & ẽt motores mouent ipsi seipsos tunc hoc erit ideo dictũ in toto: qa hoc partiale totius mouebit hoc aut aliqd aliud prtiale mouetur. Partiale autez qd mouet illa etiã mouetur a seipso: vt dixit Plato ergo hoc est dictũ. s. si totũ aut cõpositum moueat a seipso: eo q habet in se motorez & mobile & q nihilominus moueatur ab. a. moto in seipso per motum quo mouet. b. & hoc est incõueniens qa sequitur q ante primũ motũ in seipso sit aliud motũ in seipso qa a motũ in seipso erit ante a b. & sequitur q motus. a. non perueniet ad a. b. totũ nisi per mediũ. b quia prior est motus partis qz motus totius vt probatum est in sexto librorum superiorum: ergo. a. b. nõ erit primum quod mouetur in seipso.

¶ Cap. 8m. Et est digressio in qua ostenditur cõuenientia et differentia opinionis Platonis ad opiniones Peripatheticorũ quantũ ad positionez motorũ superiorum.

Nos autem hic opz facere digressionem vt ostendamus differentiaz opinionis Platonis ad opinionez Peripatheticorũ: & quia licz hoc ad scientiaz istã non pertineat: tamen facit ad doctrinam faciliorem. ¶ Oportet igitur scire q in tribus quantũ ad motores primos cõuenit Plato cum Aristo qui fuit dux & princeps secte peripatheticorũ. Quorũ vnũ est q conuenit in probatione priorum motorũ que habita est superius & hoc est q sicut est in inferioribus: ita est in superioribus q. s. in inferioribus quedam mouentur in se & quedaz ab alio. Et eorũ que mouentur ab alio quedã mouentur natu aliter a generante: & quedã ab alio per vio

*T. c. cõ. 41.* — *T. c. cõ. 42.* — *tx. 119* — *Tex. 119* — *In qb9 cõuenit Plato cum Aristo.*

reflexionem est .a. ergo sm premissa quando aliquid fert ex .a. in principio reflexiui motus tunc fertur in .a. ⁊ venit in .c. ex quo datur ꝙ mouetur continue in eundo ⁊ redeundo. ergo quando fertur ab .a. in .c. tunc fertur in .a. sm motuz vnum qui est .a.c. ⁊ hoc est. ac si dicatur ꝙ quando aliquid fertur a sursum in deorsum: ꝙ tunc fertur in sursum. ⁊ quando aliquid fertur de albo in nigrum: ꝙ tunc fertur in albū. Quando autem aliquid sic fertur: tunc fertur sm motus contrarios ergo in eodem simul sunt motus contrarij continui sine quietis interpositione. Motus enim qui sunt sm rectitudinem inter situs oppositos contrarij sunt. Similiter autem ex hoc sequitur quidem quod fertur mouetur mutando ex eo in quo nondum est quia cum ex .a. mouetur in .c. tunc mouetur in .a. vt dicit aduersarius. sed non mouetur in .a nisi ex .c. Cum igitur non sit in .c. quando mouetur ex .a. ad .c. tunc sequitur: ꝙ mouetur ex .c. quando nondum est in .c. Si autem impossibilia ambo sunt: tunc necesse est stari in medio omnium duorum contrariorum motuum in eodem motu sibi succedendum: ergo in .c. statur. Non est igitur vnus motus ab .a. in .c. ⁊ .a.c. in .a. reditus enim non est vnus statui: nec etiam motui: hec autem ratio ideo logica dicitur: quia est vniuersaliter ex omnibus motibus conuenientibus ⁊ non tantum ex conuenientibus motui locali. ¶ Amplius etiam ex his manifestum est: quod dictum est si loquamur de hoc quod est magis vniuersaliter omni motui. Si enim omne quod mouetur aliquo dictorum in .6. motuum mouetur ⁊ quiescit aliqua quietum ibi determinatarum: tunc nullus motus neque quies erit preter istos qui ibidem sunt determinati. Omne autem quod non semper mouetur vno ⁊ eodem motu sm speciem: ⁊ non mouetur motu qui est pars alterius motus necesse est prius quiescere sm oppositam quietem illi motui quo mouetur: ⁊ hoc est ideo: quia motus nunquam est ad motum: neque ex motu: sicut in superioribus probatum est. nisi sit pars illius motus: vel nisi sit hoc per accidens: sicut illuminatio est finis motus candele. Illud vero quod mouetur motibus diuersis sm speciem non semper mouetur motu eodem sm speciem: ergo motus eius procedit ex quiete opposita motui: sicut actus procedit ex priuatione ⁊ potentia: quia quies est priuatio motus. Si igitur illi motus sunt contrarij qui sm rectitudinem sunt ad oppositos situs: ⁊ non conuenit aliquid simul moueri sm contrarios motus: oportet absque dubio procedere ex quiete opposita motui ⁊ non a motu opposito immediate: ergo illud quod fertur ab .a. superiori ad .c. inferius vtique non simul cum illo nec immediate post illud fertur etiam .a.c. in .a. Quoniam igitur non simul fertur his contrarijs motibus: neque vnus continuatur ad alterum: ⁊ constat ꝙ mouetur aliquid sm alterum illorum motuum: tunc necessarium est ꝙ mouestur a quiete illi opposita motui. ergo antequam exeat reuertendo ab ipso .c. ad .a. absque dubio quiescit in ipso .c. Sunt enim hec opposita .s. quies in ipso .c. ⁊ motus ab ipso .c. in id quod est .a. Manifestum est igitur ex his que dicta sunt: quoniam isti motus non sunt continui ergo interponitur eis quies. ¶ Amplius autem ⁊ hec ratio quam modo inducemus inter rationes logicas ⁊ communes est magis estimata proposito: ⁊ magis propria illi quam ille que inducte sunt prius ⁊ deducens ad impossibile: quod habitum est in precedentibus .s. ꝙ sequatur ꝙ in eodem nunc simul factum est album aliquid ⁊ corruptum non album: quia sicut diximus in probabitis ꝙ generatio ⁊ corruptio vtriusque non fit nisi finali instantia motus vel mutationis. Si igitur continua ⁊ vna dicatur alteratio que est ex non albo ad album: ⁊ econuerso ex albo ad non album: ⁊ non sit mansio siue quies inter duas alterationes in tempore aliquo tunc est vnum instans vtriusque alterationis finale. Cum igitur in vna alteratione corrumpatur non album: ⁊ fiat album: ⁊ in altera corrumpatur album: ⁊ fiat non album oportet ꝙ omnia ista fiant in istanti: ⁊ sic alterationum eorum tempus terminatur ad idem nunc numero. Tria autem sunt .s. factio albi: ⁊ factio non albi: et corruptio non albi: quorum sunt quatuor sm rationem .s. due corruptiones: vna albi ⁊ altera non albi ¶ Amplius si continuum dicatur esse tempus duorum motuum contrariorum: tunc etiam oportet. ꝙ ipsi motus sint continui sed motus contrarij consequenter sunt ⁊ non continui. Cuius probatio est: quia non posset assignari causa: quomodo erit vltimum duo-

rum contrariorum: sicut albedinem ⁊ nigredinem: ergo etiam tempus est consequenter ⁊ non continuum: ergo non potest esse vnus ⁊ continuus motus reflexus de contrario in contrarium: ⁊ econuerso supra rectam dimensionem: ⁊ hoc est quod intendimus probare.

¶ Cap. 8m. Quod nullum inconueniens impedit quando circularis motus possit esse continuus sm omne tempus.

Motus autem qui est circularis erit vnus ⁊ continuus indeficienter. Nullum enim predictorum impossibilium sequitur: si circularis dicatur esse vnus ⁊ continuus semper. Quod enim mouetur in ipso est circulus qui non mouetur de contrario in contrarium: sed potius ab eodem in idem: sicut si punctus inceptionis eius signetur per .a. tunc mouebitur per totum motum in idem punctum .a. sm eandem rationem ⁊ situm quod non facit reflexus: quod mouetur ad contrarias oppositiones ⁊ situs. Omne enim quod mouetur mouetur in hoc ad quod venit per motum suum: sed circulus deueniet per motum suum in punctum: incipiet ergo moueri ab ipso: ergo motus eius est ab eodem in idem: ⁊ sic nulla contrarietas situs vel formarum contrariatur impedit continuationem eius: quia non similiter alijs motibus mouetur per contrarios situs neque in oppositos terminos: ⁊ situs: non enim est verum ꝙ omnis motus qui est ex aliquo sit contrarius illi qui est in illud vel oppositum ei. Sed hoc est verum de omnibus motibus qui sunt in linea recta: quia illa habent contrarietatem sm lineam rectam in qua maxima est distantia sicut distantia sm extremitates distant plurimum ⁊ sunt oppositi motus qui sunt sm eandem longitudinem in spatio sm terminos oppositos longitudinis eiusdem. sicut etiam sursum ⁊ deorsum. In spera autem non est maxima distantia. Spera enim diuiditur in centrum ⁊ circumferentiam que maxime distant: ⁊ motus circularis non est nisi circumferentie: sicut subiecti quod mouetur circa centrum: ⁊ non ad centrum: ⁊ ideo cum sic in eadem circumferentia nihil est quod prohibeat eum moueri continue sm continuum: ⁊ tempus nullum deficere continuationi eius: quia nullus punctus per motum spere in actu describitur super speram: sed omnes sunt in potentia: ⁊ ideo nunquam diuiditur motus sicut patet ex predictis. ¶ Est enim circularis motus ab eodem in idem continue. Rectus autem est ab vno in aliud quod est oppositum primo. Et est alia ratio eiusdem rei quam diximus: quia .s. quando motus est in circulo: tunc nequaquam est motus in eisdem sepius sm situm sed semper sm duos arcus: quorum vnus eleuatur ⁊ alter deprimitur: ⁊ per vnum motus fit: ⁊ per alterum regyratio. Motus enim qui reflexus est sm rectitudinem in eisdem est: quia super eandem longitudinem vadit ⁊ reuertitur: ⁊ non ab eodem in idem: sed de alio in alium. Quoniam igitur motus circularis semper fit de arcu in alio in alium conuenit ipsum sm omne tempus moueri continue. Ille autem qui est in eisdem multotiens non conuenit moueri continue: quia in eisdem partibus positionum motus non potest esse nisi sm contrarios terminos: ⁊ tamen a contrarietate terminorum motus sunt contrarij: oporteret ꝙ contrarij motus essent continui sicut patet ex probabitis. Et hec eadem est causa: quare neque super semicirculum: neque in aliqua portione circuli siue circulatione quacunque: quod est eundo et reuertendo super eisdem arcum semicirculi ad duo extrema puncta chorde cuiuscunque subtense arcui non potest esse vnus ⁊ continuus motus: quia omnibus his modis oporteret: ꝙ id quod fertur multotiens transiret eundo ⁊ redeundo super arcum eundem circuli: que mutationes essent habentes in hoc contrarietatem: vt supra diximus: quia sibi succedere: ⁊ corrumperent seinuicem. In nullo enim talium arcuum copulatur finis ad principium sed in omnibus eis per extremitates arcuum signantur duo puncta in arcu substantialiter diuersa: ⁊ vtrumque eo in motu reflexo: super arcum accipitur vnum in substantia ⁊ duo in ratione. Quia in uno finis motus ad ipsum: ⁊ ad principium motus ab ipso: ⁊ sic necessario illis duobus motis interponitur quies: ⁊ sic discontinuatur motus. Motus enim qui est circulariter ⁊ est circuli circulatio in quolibet puncto copulat finem ad principium quia nullum habet punctum actu descriptum in circumferentia: ⁊ ideo nunquam intercipitur motus: sed semper manet continuus: ⁊ ideo solus hic

Aue. sit vbi logica vide et Commentatorem in celi co. 72.

T. c. co. 71.

T. c. co. 72.

T. c. c. 75.

In motu recto verum est quod est a situ in situm

motus est pfectus cui nihil addibile est. sicut nec circulo ali quid potest addi sicut ostendemus in primo de ce. ⁊ mun.

Tex. c. 74.

¶ Ex hac autem diuisione omnium eorum supra que vel inter que potest esse motus manifestum est: quoniam non cōuenit aliorum motus preter localem esse ꝯtinuos ⁊ quiete non interruptos: quia omnes illi motus sunt inter illa extrema determinante contraria vel contradictoria: si debeat non desi rere oportet ꝙ eadem multotiens moueantur sm̄ easdē formarum distantias eundo vel reuertendo: ⁊ ideo sm̄ predicta non possunt esse motus continui sicut in alteratiōe sicte flexio sm̄ eadem media duorum extremorum inter que est motus alterationis: ⁊ similiter in motu augmenti ⁊ decrementi qui est quantitatis in genere motus reflexio fiet sm̄ eadem media duorum extremorum inter que est augmentum ⁊ decrementum: ⁊ similiter est in generatione ⁊ corruptione quantum ad reflexionem que est inter esse ⁊ non esse: inter que sunt mutationes due generationis ⁊ corruptiōis Et non est differentia in hoc: vtrum media per que est reflexio sint pauca aut multa aut nulla quia interruptio motus non est propter media sed potius ꝑpter extremum quo vtitur vno vt duobus in omni reflexione: sicut patet ex ꝓbabitis: ⁊ ideo siue media sint multa: siue nulla: ⁊ siue mediorum aliquid esse ponatur vel medium in toto auferatur semp accidit multotiens reflecti propter eandem distantiam eorum extremorum propter qđ motus discontinuatur per quietem interpositam. Et ex his manifestum est: ꝙ physiologi: hoc est loquentes de natura: qui consenserunt nobiscum ꝙ necesse est aliquem motum continuum esse in natura: ⁊ nō bene dixerunt specificando hunc motum in eo qđ dixerunt ꝙ iste motus est quo mouentur omnia sensibilia semper. Si enim sensibilia moueantur oportet ꝙ moueātur aliquo predictorum motuum qui sunt motus ad formam substantialem vel accidentalem: quia videmus bene ꝙ semper mouentur localiter ⁊ sm̄ physiologos magis mouentur motu alterationis. Dicunt enim omne corpus sensibile semp fluere ⁊ corrumpi propter actionem ⁊ passionem continuam primarum qualitatum in eis: ꝑpter qđ etiam indigent quidā eorum cibo ꝑpter deperditi restaurationem. Adhuc dicūt: ꝙ generatio ⁊ corruptio sit alteratio: ⁊ ꝙ accidentia in nulla hora vel parte huic remanent eadem: ⁊ huius fuit auctor primus Heraclitus Ephesius: ⁊ postea adhuc Seneca: ⁊ sunt adhuc multi defensores huius erroris. Ratio autem quam nos nunc induximus ꝓbat de omni motu vsꝫ: ꝙ sm̄ illū motum euenit moueri continue nisi sm̄ circulationem: ergo neqꝫ sm̄ alterationem: neqꝫ sm̄ augmentum vel decrementum conuenit moueri continue. Hec ergo nobis sufficienter sint dicta: ꝙ nulla mutationum est infinita: hoc est continua per totum tempus nisi illa que est circuli motus.

¶ Cap. 9m. Q solum motum circularem conuenit esse perfectum ⁊ primum incorruptibilem.

Tex. c. 75.

Quod Autem inter omnes mot᷒ solus motus circularis primus ⁊ perfect᷒ sit: sicut solus est continuus ⁊ perpetu᷒: erit manifestum ex his que nunc inducuntur. Sicut enim diximus in prehabitis: omnis motus sm̄ locum: aut est in circulo. aut in recto: aut est mixtus ex vtroqꝫ. Mixtum enim dicimus: aut in linea gyratiua que finem vel principiū non copulat: aut in linea curua: quia ille formaliter cōponuntur in recto ⁊ circulari. Rectum enim habet linea curua formaliter per hoc ꝙ est terminata punctis. Hoc enim cadit in diffinitione linee recte: sicut patet in primo Euclidis. Formam autem circuli hꝫ in hoc: ꝙ habet conuexum ⁊ concauum: sicut omnes arcus circuli. Sed ad hunc qui mixtus est necesse est prius esse illos qui sunt simplices quia ex illis componitur vt dictum est: ⁊ componentia sunt ante compositum. sed circularis est prior recto: eo ꝙ ipse est magis simplex ⁊ perfectus magis q̄ rectus. Et ꝙ ipse sit magis simplex ꝓbatur ex hoc: ꝙ iꝫ circulus duplicis sit forme concaue. s. ⁊ conuexe: ⁊ linea recta sit simplicis: ⁊ ideo linea recta sit ante circularem: tamen non est similiter de motu: ⁊ ideo cum motus circularis copulet finem principio ⁊ rectus habeat diuersa actu finem ⁊ principium: ideo circularis motus est ante rectum: ⁊ simplicior ipso. Qđ autem sit magis perfectus q̄ sit rectus: probatur ex hoc: quia motus rectus non pōt esse in infinitum protensus. Si enim protenderetur in infinitum hoc esset altero duorum modorum: aut enim esset hoc ideo: ꝙ in linea super quam est motus ꝓtenditur in infinitum: aut quia reflectitur super lineam finitam: sed qđ reflectitur nō opꝫ improbare: quia satis improbatum est. Qđ aūt non sit linea infinita actu ostensum est in 3° libro supra vbi ꝓbatum est ꝙ nihil est infinitum in actu. Et etiam si poneretur per impossibile nihil moueretur supra ipsum: quia sicut ꝓbauimus in fine sexti ꝙ impossibile est fieri numq̄ fit vel incipit fieri. ¶ In infinitū aūt impossibile erit motum fieri rectum cū omne mouens intendat finem determinatū quē ꝯsequitur per motū: quia aliter moueret in vanū: vanū aūt non est in operibus nature: sicut ostendimus in 2° libro supra. Si aūt diceretur ꝙ esset reflectens in eo qđ est finitū rectum ⁊ sic duraret in infinitum tunc esset ex duobus oppositis motibus: ⁊ essent duo motus ⁊ nō vnus ꝯtinuus: quia inter omnes eos intercidit quies sicut ostēdimus prius. Opꝫ ergo ꝙ ois rectus sit finitus: ois aūt rectus finitus possibilis est ad receptionē additionis: ergo imperfectus est ⁊ corruptus: iꝫ enim forte ascensioni ignis nihil possit addi: nec descensioni terre: tamen motui in genere possibile est addi: sicut linee recte: ita ꝙ adhuc manet in rōne recti motus inquantū est rectus. Sed circulari inquantū est circularis nihil addi potest quin maneat circularis ergo rectus est cessans in tempore: siue corruptus. Circularis aūt inquantum est circularis nunq̄ potest cessare: quia si cessaret hoc esset in pūcto qui actu describeretur super circulum: ⁊ talis nullus est in circulo: quia si aliquis esset in circulo tūc in illo pūcto reciperet circulus additionē in potentia. Id aūt quod est perfectū ⁊ incorruptibile ⁊ incessabile sm̄ tempus est prius tripliciter s. natura tēpore: ⁊ diffinitione: q̄ imperfectum ⁊ corruptibile: ⁊ veritas omnium horum plana est ex supra habitis. Amplius inter motus prior motus est ille quem conuenit esse perpetuum q̄ ille quem nō cōuenit esse perpetuum: sed circularem ꝯuenit esse perpetuū ⁊ nullū aliū: neqꝫ loci mutationē videlꝫ aliā: neqꝫ aliū motū quēcūqꝫ ꝯuenit esse perpetuum. In oibus enim talibus quādo reflectūtur: vel quādo sunt in extremo ad qđ est motus: opꝫ fieri statum ⁊ quietem. Cum aūt quies sit priuatio motus: tunc oportebit motum cessare ⁊ corrūpi quādo intercidit quies. ¶ Et rōnabiliter accidit vnū solū circularē esse vnū ⁊ ꝯtinuū ⁊ non rectū. eius enim quod mouetur in recto determinatū est principiū ⁊ mediū ⁊ finis: ⁊ oīa hec in seipso habet sm̄ actū: ⁊ nō sm̄ potentiā. Principium enim recti est indiuisibile ⁊ similiter finis: ⁊ ideo in oī motu recto necesse est esse duas quietes: vnā. s. a qua est motus: ⁊ aliā ad quā est motus. Mediū aūt qđ actu est in recto non est indiuisibile: sed totū qđ interiacet duobus indiuisibilibus hoc est in quo est motus ipse: quia ꝓbatum est in 5° ꝙ motus nō est nisi in intermedio ⁊ non in extremis que sunt principiū ⁊ finis: ergo quicquid mouetur in recto hꝫ determinare vnū incipit qđ mouetur: ⁊ vbi finis est mot᷒: ⁊ vbi mouetur quia omne qđ mouetur quiescit iuxta terminos: vnde est motus siue sit terminus vbi hoc est ad quē est motus. Hec aūt oīa que sunt ipsius motus circularis sunt indeterminata. Si enim hec in circūferentia accipiantur: que posset esse ratio: ꝙ punctū vnū magis esset principiū vel medium vel finis q̄ aliud: ex quo oīa sunt in potentia ⁊ nullū in actu descriptum super periferiam. vnūquodqꝫ enim sm̄ suam similitudinē ⁊ principium est ⁊ medium ⁊ finis quia in omni puncto possum imaginari principiū arcus: vel mediū vel finē sm̄ ꝙ voluero ergo motus circuli semper est equaliter in principio medio ⁊ fine ⁊ nunq̄ in aliquo istorum: quia potentia semper est in principio medio ⁊ fine: ⁊ nunq̄ sm̄ actū: ⁊ hec est etiā causa: quare spera quodāmodo mouetur ⁊ quodāmō quiescit: sicut diximus ante finē sexti supra. Non quidē vt quidam dixerunt vt quiescat sm̄ totū ⁊ moueatur sm̄ partes: sed quia sm̄ totū mouetur formaliter ⁊ nō sm̄ subiectū: sm̄ partes aūt mouetur ⁊ formaliter ⁊ sm̄ subiectū: quia partes renouant situm in motu spere de vbi ad vbi. Spera aūt imobilis est subiecto: quia subiectū eius semper eūdem ꝯtinet locū. Cū aūt huius est: quia omnia hec que sunt principiū mediū ⁊ finis esse accidit centro spere: siue centrum accipiatur mathematice pro puncto indiuisibili siue accipiatur physice pro corpore sperico quod est in centro: hoc est pro terra. ¶ Spera enim tota diuiditur in duo:

2 ph. [illegible]

Nō q̄do in recto p addito fiet nō aūt circulari,

Tex. c. 76.

in duo in circũferentiã.s.⁊ centrũ: ⁊ centrũ est principiũ mediũ ⁊ finis spere ⁊ magnitudinis eius. Lz aũt ista rõ mathematica sit tamen applicat physicis inquãtũ qõnes physicorũ subalternant mathematicis: ita ꝙ in mathematicis est ꝓpter quid: ⁊ in physicis quia. Omnis enim spera magnitudinis sue principiũ habet centrũ inquantũ est magnitudo circa centrũ vnũ equaliter circũducta. Mediũ aũt habet ipm ſm ꝙ est motus eius vnus motuũ localiũ: qꝛ tũc erũt motus tres.s. sursum ⁊ deorsum: hoc est a medio ⁊ ad mediũ ⁊ circa mediũ. Finis aũt est ꝯtinuitatis eo ꝙ magnitudo tota spere ipsius ꝯtinuat ad centrũ: ⁊ ideo etiã oĩs virtus eorũ que sunt in circũferentia refertur ad centrũ: nec alibi vnitur nisi in ipso. Et huius dicti causam dicit Ptolomeus in libro qui vocatur arabice Alarba: ⁊ latine Quadripartitũ: ꝙ radij stellarũ nõ ꝯgregant nisi in cẽtro spere. Et forte etiã huius est causa ꝙ solum corpus essentialiter situ in spera est perfectus locus generationis. Si aũt quis obijciat ꝙ circũferentia vniuersi nõ est corpus generabile: sed corpus centrale: ⁊ ideo dicat centrũ nõ esse principiũ generationis spere. Intelligat ꝙ nos nõ loquimur hic de corpore mobili contracto ad formã physicã: sed loquimur hic de eo solũ prout habet vbi solũ vnde mobile est in genere: ⁊ ad hec magnitudo sufficit: ⁊ si sic ꝯsiderat: tũc principiũ generationis eius est ex centro: ⁊ centrũ est ingenerabile quẽadmodũ principiũ generationis. Diximus enim in 6° libro ꝙ nihil prohibet aliquid accidere mobili inquantũ est mobile: qđ tamẽ non accidit alicui mobili physico inquantũ est mobile ad formã physicã determinatã: ꝓpter id ergo qđ principiũ ⁊ medium ⁊ finis spere extra circulationẽ que est motus circuli non est aliquod punctũ in quo quiescat id qđ fertur circulariter sicut in recto necessario sunt duo pũcta vt diximus: in probabilis. Semper enim fertur spera circa medium ⁊ nunquã fertur ad ipsum sicut ad vltimũ motus: ⁊ ꝓpter hoc ipsum semper quiescit quodãmodo semp mouendo subiectũ suum in eodẽ loco totũ: ⁊ nõ mouetur ꝯtinue: qꝛ motus suus accidit ꝯuersiue circa idem centrũ. Adhuc aũt alia rõ est: quare prior est ⁊ perfectior: ⁊ hoc est: qꝛ est mensura oĩum motuum loci mutatio: sicut enim ꝓbari habet in prima phĩa: omnia que sunt dum mensurant aliquo sui generis principio: ⁊ qꝛ iste motus circularis est primus sicut iam dudũ ꝓbauimus: tũc opꝫ ꝙ sit omniũ motuũ aliorũ principiũ. Adhuc aũt ⁊ hec cã est quare ꝯuenit ipsum solũ esse regularẽ: qꝛ ille qui est in recto regulariter fertur a principio vsqꝫ ad finem: omnia enĩ talia quanto plus distant a quiescente primo. a cuius quiete est motus eorũ velocius ⁊ velociꝰ ferunt: ⁊ huius causaꝫ diximus superius: qꝛ omnes motus naturales intendũtur in fine: ⁊ violenti intenduntur in principio: sed enim circularis solum nec principiũ nec finem habet in se: nec aptum natum sit habere: sed extra ipsum: sicut habitum est iam tunc semper eqꝫ aliter distat a principio ⁊ a fine: ⁊ ideo semper est vniformis.

Mõ quo aliq̃ rõ mathematica physicis subiectis applicari põt.

Ptolomei sententia.

Obiectio.

Solo.

6 ph. t. c. 65.

7 met. t. c. 5. 6. 7.

Cap. 10m. Quod omnes physice loquentes testantur motum localem primum esse: cui natura inest motus.

Tex. c. 72.

Quod aũt Loci mutatio ſm genus sit primus motuũ testant oẽs naturales phĩ quicunqꝫ de motu fecerũt mentionẽ principis motus tradunt que sunt mouentia ſm huiusmodi motũ qui est localis motus. Disgregatio enim ⁊ ꝯgregatio sunt motus ſm locum: ⁊ tale motum dixerũt esse primum in entibus illi qui dixerũt principia prima mouentia esse ꝯcordiam ⁊ discordiam sicut fecit Empedo. horum enim duorũ principiorũ disgregat discordia: ⁊ ꝯcordia ꝯgregat. Anax. aũt qui posuit intellectũ agentẽ esse primũ principiũ faciens motũ dixit eundẽ primũ motũ facere ꝯgregando ⁊ disgregando. Similr aũt: ⁊ illi qui nec vnã causam mouentem dicunt esse: eo ꝙ illi dicunt ꝙ primi motus fiunt p vacuũ: ⁊ illi quidẽ dicunt primũ motũ esse loci mutationeꝫ: ⁊ dicũt ꝙ est natura prior ceteris hic motus. Motus enim per vacuũ aut est loci mutatio: aut est sicut in loco motus: qꝛ vacuũ lꝫ nõ sit actu: tamẽ ponitur sicut locus ab ipsis qui sũt auctores vacui. Aliorũ aũt motuũ neqꝫ vnũ dicũt inesse principijs primo que sunt ſm eos inane ⁊ athomi: sed potiꝰ opinantur ea que sunt ex athomis ⁊ vacuo: sicut ex principijs moueri alijs motibus postquã ꝯstituta sunt ex ipsis. Dicunt enim ꝙ res augmentatur: ⁊ quando imbibit in sua vacua athomos. ⁊ diminuitur quãdo emittit eas ex suis vacuis: ⁊ similiter dicũt ꝙ res generant ⁊ corrumpũtur ꝯgregatione ⁊ segregatione athomorũ: qꝛ generationẽ dicũt fieri ꝯgregatione ⁊ segregatione athomorũ. Alterationẽ aũt non poterant fieri nisi ex situ ⁊ ꝯuersione athomorũ: ⁊ ideo generationẽ dicebant esse quandã alterationem sicut determinare habemus in primo libro perigeneseos. Et huiꝰ quidẽ sententie auctores fuerunt Democritus ⁊ Leucippus. Eodẽ aũt modo quicũqꝫ ponebant generationẽ fieri per dẽsitatẽ ⁊ raritatẽ dicũt loci mutationẽ esse primã inter omnes motus. Omnes enim illi ponũt hec sensibilia generata per disgregationẽ rarorũ: vel ꝯgregationẽ densorũ: prius aũt disgregationẽ ⁊ ꝯgregationẽ ostendimus fieri per motũ localem: qꝛ ꝯgregata mouent a circũferentia versus centrũ in locum paruum: ⁊ disgregata mouent a centro versus circũferẽtiã in locũ magnum. Xutos aũt quidam phs fuit huius secte defensor. Amplius aũt preter hos omnes Platonici dixerũt animã esse causam motus: ⁊ animã mũdi esse causaꝫ primi motus. Dicũt aũt loci mutationẽ esse primã iter motus in generatione. Hi enim sunt qui dicũt ꝙ illud est principium primi motus qđ mouet ipsum seipsuꝫ: ⁊ hoc dicunt esse principium omniũ que mouent: sicut patuit in priori tractatu quem ei in quo nũc sumus proposuimus. Constat autẽ: ꝙ anima ⁊ omne animatũ motũ ab anima mouet ꝓprie localẽ motum: ⁊ mouetur ſm ipsum: ⁊ nõ ab alio sicut nos probauimus supra. Cũ igitur ſm Platonem ita sit in maiori mundo. sicut est in minori ꝯsensus Platonis est primũ motum in vniuerso esse motũ localẽ. Sic igitur ab omnium naturaliũ Phorũ iudicio manifestũ est ꝙ motus localis prior aũ inter motus: hoc aũt rõnale est: qꝛ etiã ipsi Phi vieti rõne ꝯsenserũt in id qđ loci mutatio est prima: qꝛ in veritate illud ꝓprie ⁊ per se dicit moueri: ⁊ primo quidẽ mouet ſm loci mutationẽ. Si eniꝫ aliquis quiescat in seipso a loci mutatione: ⁊ tamẽ augeatur: vel decremẽtum patiatur. vel alteretur lꝫ tũc ꝯtingat ipsuꝫ quodãmodo moueri alijs motibꝰ qui sunt ad formã: dicimus ꝙ ipsum nõ simplr mouetur: sꝫ quodãmõ: ⁊ huius cã est: qꝛ motus dr̃ p prius ⁊ posterius: ⁊ prius qdẽ est motus localis: sꝫ alij motus sũt modi qdã motus potius q̃ motus p se. Dictũ igit est nobis sufficiẽter ꝙ aliqs motus est qui est semp ſm oẽ tẽpꝰ. ⁊ dictũ est qs est ille motus qui erit in oi tpe: ⁊ dcm̃ est ꝙ est pncipiũ mouẽs ꝓpe istius motꝰ. Adhuc ãt dcm̃ est qs est motus: ⁊ in gñe ⁊ in spe pmus: ⁊ quẽ motũ solũ iter oẽs motus ꝯuenit eẽ ꝑpetuum ⁊ ꝯtinuũ: ⁊ dcm̃ est nihilominus a nobis ꝙ pmo pmũ mouẽs est immobile: trãsibimus igit nũc ad ꝯsiderãda ea que h dicẽda sunt de primo motore: ⁊ finiemus nostrũ librum.

Pnia de generatoe a textu cõmẽti primi vsqꝫ ad. 25

Motꝰ localis simplr magis est: alij aũt potꝰ sũt modi qdã motꝰ. Vide cõ. ꝗrtũ tertij phy.

Tractatus quartus octaui libri physicorũ in quo intẽdit ꝙ motores pmi sũt ipartibiles nõ habẽtes magnitudinẽ.

Cap. pm. Que tractatus intentio: ⁊ quis dicendorũ ordo: ⁊ ꝙ nullũ finitum mouet mobile finitum ſm tẽpus infinitũ.

Tex. c. 78.

Nunc igitur dicemus in Vltimo tractatu nři libri: ꝙ pmũ motorẽ necesse est esse ipartibilẽ: ⁊ nõ hũe magnitudinẽ penitus: h ãt ꝯtẽplari ꝯgrue nõ possumꝰ nisi ponamus q̃daꝫ pmo de his que duo ad nos priora sũt.s. de motoribꝰ diuisibilibꝰ: qui hñt magnitudinẽ ⁊ diuisibilitatẽ p accñs sꝫ nõ p se. Nõ.n. possumus in cognitionẽ pmi motoris venire nisi ex posterioribus ipso que sũt priora quo ad nos. Horũ ãt vnũ ⁊ pmũ est ꝙ dicimus ꝙ ipoẽ est ꝙ aliqđ hñs diuisibilẽ ⁊ finitã vĩutẽ moueat ſm tẽpus ifinitũ. Dico ãt diuisibilẽ vĩutẽ sic est leuitas vl grauitas vl aliq̃ alia forma corporalis que in maiori mã est maior: ⁊ in minori minor ⁊ huiusmodi qdẽ cãm iam ostẽdimus in 6°. qꝛ nõ mouet in tẽpore ifinito nisi sup spatiũ ifinitũ: ⁊ tale ipossibile est fieri vel icipere fieri: ⁊ tõ nullus motor corporeꝰ est ad hoc ꝙ moueat tali motu. Huiꝰ tñ inducemus h ꝓpriã demõstrationẽ dicẽtes ꝙ talia sũt i oi motu.s. ꝙ mouet hoc est subm motus: ⁊ mouẽs qđ est efficiẽs cã motus: ⁊ tertiũ in quo est motus. sicut in mensurante ⁊ hoc est tẽpus.

Hec autem omnia quando corporales sunt virtutes mouentes aut sunt simul finita aut simul infinita: aut quedam sunt finita & quedam infinita & tunc aut duo sunt finita: & tertium infinitum: aut vnum est finitum: & duo sunt infinita quecunque esse illa dicantur. Si ergo possibile est: q mouens finitum mobile moueat tempore infinito: ponamus in terminis vniuersalibus: & dicamus q a. signet mouens corporeum partibile & finitum & b. signet id qd mouetur qd est corpus finitum: & c. signet tempus infinitum in quo est iste motus. Cum autem corporea virtus particularis corporis diuisione non fit nisi in corpore: tale mouens necessario erit corpus: & supra habitum est q corpus non mouet nisi motum ab alio extrinseco sibi. ergo tale mouens erit motum ab aliquo extrinseco sibi. Tali igitur positione facta ponamus etiam q qr. a. mouens est partibile: q d. significet aliquam partem mouentis que sit aliquota in ipso: sicut in decima vel quarta vel media vel secundum aliam aliquam proportionem denominatam: sicut sub sexquialtera: & sub sexquitertia: & sic de aliis proportionibus que possunt esse inter totum & partem. Similiter ponamus q e. significet aliquam partem eius qd fertur vel mouetur. hoc est ipsius b. que in tali proportione se habeat ad totum qd mouetur: sicut se habet. d. ad. a. sic enim per ea que dicta sunt in vltimo tractatu septimi libri: sicut totum mouet totum: ita pars mouebit partem. Hac igitur positione facta: dico q d. mouebit. e. qd est. b. in aliquo tempore qd est minus q infinitum: qr iam posuimus q totum mouetur in tempore infinito: & ideo partem oportebit moueri in minori q sit infinitum: & dicamus q illud minus tempus infinitum signatur per litteram. z. ergo si addam aliquotam equalem mouentis ad. d. mouens. & aliquotam moti ad motum. e. tunc mouebitur ipsum in maiori tempore q sit z. tantum quantum est ipsum. z. & sic addendo opponam omnes partes mouentis ad mouens: & secundum omnes partes moti ad motum: & tunc etiam quiescent incrementa temporis secundum partes equales temporis: & q partes sunt finite erit necessario tempus quod componitur ex omnibus illis partibus finitum: ergo mouens qd est equale omnibus partibus mouentis: & motum qd equale omnibus partibus moti mouet in tempore finito: sed equalia mouentia mouent equalia mota in equalibus temporibus: ergo tempus infinitum fuit equale tempori finito: & hoc est impossibile: ergo positio fuit impossibilis ex qua sequitur q mouens finitum moueat aliqd finitum motum in tempore infinito. Istud autem qd dictum est sic intelligendum est: q non sit proportio nisi in diuisione mouentis ad quantitatem temporis: & equalitas velocitatis semper moueat eadem: sicut si totum ex aggregatione omnium partium suarum moueat decem dies q quelibet decima vnum ei mouere vnum diem: & sic necessaria est ista consequentia. Sic enim auferentes continue ipsi. a. qd diuidere possumus apponemus diuisas partes ab ipso ei qd est. b. & tandem assumemus diuidendo per equalia totum. a. & omnes eius partes apponemus ipsi. d. & ipsi. e. Similiter ponemus omnes partes quas secamus equales ab ipso. b. & cum peruenerimus ad totum mouens & mobile: tunc non possumus peruenire per partes temporis ad totum tempus qd est infinitum & ideo sequitur q omnis pars. a. simul collecta mouet omnes partes. b. simul collectas in parte temporis. c. finita: qd erit impossibile: & contra hypothesim. Non igitur possibile est aliquid moueri a finito secundum tempus infinitum: & motum infinitum. Et huius causa expressa est: q nihil mouetur secundum tempus infinitum nisi moueatur secundum motum infinitum: & nihil mouetur secundum motum infinitum nisi quod mouetur secundum spatium infinitum: vel secundum reflexum motum. Cum autem modo contingat infinite moueri secundum reflexum motum: oporteret infinitum motum esse secundum spatium infinitum: & hoc non potest esse si motor sit finitus & motum finitum: sicut probatum est in sexto. Manifestum igitur est: q non conuenit finitum mouere finitum secundum tempus infinitum.

Cap. 2m. Q non est infinita potentia mouens in magnitudine finita.

Tex. 2. c. 79.

Quod aut omnino infinita magnitudine non conuenit esse potentiam corporalem infinitam ex his que nunc dicentur est manifestum. Supponamus enim quod in 6° libro est habitum: q scilicet potentia mouens quod est plus hoc est maior in minori tempore facit equale. quia maior potentia necessario facit velocius mouens: & cum velocius sit quod in minore tempore facit equale ei quod tardius facit in maiori tempore oportet etiam q maior potentia faciat equale in tempore breuiori ei qd facit potentia minor in maiori tempore: sicut magis calefaciens aut magis dulce inferens: aut prohibens ista aut vniuersaliter maioris potentie in mouendo ergo secundum hanc communem conceptionem animi: que tamen etiam supra probata est necessarium est si aliquid finitum habeat potentiam mouentem finitam: q id quod patitur ab ipso breuiori tempore patiatur q ab aliquo finito: & plus tamen patitur ab ipso q ab aliquo finite potentie: eo q infinitum excellit & plus est potentia infinita q sit aliqua potentia finita. Sed secundum rationem istam sequitur: q nullum tempus sit in quo moueat potentia infinita. sed potius q mouebit in nunc & cum in nunc non possit esse motus tunc ostendetur q ista positio est impossibilis. Sit enim tempus in quo vis infinita calefaciat designatum per. a. ita tamen q a. sit tempus finitum: quodcunque voluerit: aut etiam in quo depulit motu violento. s. vis infinita: sed tempus quod signatur per. a. b. sit illud in quo depulit vel calefacit virtus finita: hoc enim necesse est esse longius q tempus primum in quo mouet vis infinita: sed cum illud tempus virtutis finite in aliqua proportione se habeat ad tempus determinatum virtutis infinite: eo q triplum vel quadruplum ad ipsum vel in aliqua alia proportione. Si ergo ego augeam virtutem finitam mouentem supra diminuetur tempus: ergo aliquando veniet ad tempus in quo mouet virtus infinita: & sic tunc virtus que aggregatur ex finitis erit finita: & illa mouetur tantum in. a. tempore: sed si ego addam ad finitam potentiam nunquam veniam ad infinitam: quia ipse excellit omne infinitum: & hoc est sine auferam ab infinito: & faciam eam deficere sine addam: ergo tunc potentia finita & infinita mouebunt in tempore equali: hoc autem est impossibile: sicut per se patet cuilibet ergo non conuenit q aliquid finitum in magnitudine habeat in se potentiam infinitam: quia aliter potentia mouens extenderet se vltra suum subiectum: & hoc etiam intelligi non potest.

Cap. 3m. Q in magnitudine infinita non potest esse potentia finita.

Tex. c.

Sed tamen fiet etiam infinita magnitudo habet in se potentiam infinitam: licet aliquando contingat in minori corpore esse maiorem potentiam q in maiori: quia licet hoc aliquando contingat tamen totiens posset accipi reduplicari maius q in maiori esset plurima q in minori. Si enim in maiori corpore ponatur esse minor q in minori. sicut in lapide paruo cadente maior est caliditas q in magno aere: & in plumbo paruo maior grauitas est q in spongia magna: tamen totiens potest reduplicari siue aer siue spongia: q maior esset in aere vel in spongia q in lapide vel in plumbo. Si autem aliquis aduersarius ponit: q in magnitudine infinita conuenit esse potentiam finitam. Dicamus tunc q. a. b sit infinitum secundum magnitudinem: sed. b. c. sit aliqua pars eiusdem que in aliquoto tempore mouet hoc mobile quod signatur per. d. in aliquoto tempore finito quod signatur per e. z. Si igitur ego duplicem potentiam. b. c. finitam tunc mouebit idem mobile in dimidio tempore. e. z. qr talis est proportio mouentis ad tempus. qr quanto mouens fuerit fortius super mobile tanto in breuiori tempore mouebit: sicut patet ex his que dicta sunt in 7°. Hec vero medietas temporis sit signata per. z. e. Si igitur sic accipiam duplum ad. b. c. nunquam veniam ad quantitatem infinitam: que est ad. a. b. qr infinitum non conuenit transiri aliquo numero partium.

Quocunque enim tempore dato: nos accipiemus semper minorem partem temporis in quo mouet maior potentia: que est accepta ex duplicatione prius date potentie: sed quod non conuenit transiri habet infinitam potentiam: vt dictum est in principio huius capituli id enim subiecte magnitudinis quod remanet semper accipiendum vltra omne acceptum habet aliquid potentie. ergo sua potentia erit infinita: cum

infinitum sit quod excellit omne acceptum finitum: ⁊ hoc est contra hypothesim. Istud autem sequitur ex hoc ꝙ oēs potentie finite necesse est tempus in quo mouet finitum. Si enim dicatur ꝙ mouet hec potentia in quodam tempore causato: tunc maior mouebit in minori: sed cum finito ⁊ determinato sm quantitatem: sed sm conuersionem proportionis: vt quanto tempore fuerit minus: tanto potentia sit maior mouens ⁊ econuerso. Si autem aliquis dicat: ꝙ infinitis partibus subiecti sumptis conuenit potentiam esse finitam: hoc esse non potest: qr diffinitio potētie infinite est: ꝙ sit sicut multitudo ⁊ magnitudo excellens omne finitum. Cum igitur loquamur de potētia corporis que mouet corpus infinita potētia erit que erit ex infinitis partibus subiecti ex quibus p additionē cōstituitur magnitudo infinita que excellit omne infinitū sicut partes numerate in ipsa excellunt omnes numeros partium in magnitudine finita.

Tex. c. 84. ¶ Est etiam hoc aliter demonstrare leuiori modo ꝙ dictuz est. Si enim dicatur: ꝙ in magnitudine infinita sit potentia finita ⁊ sic accipiamus corpus eiusdem generationis: cuius est infinitum: ⁊ hoc sit finitum in quo sit tanta potentia quantum est potentia finita corporis infiniti: qr omnis potentia infinita potest esse in corpore finito. Illa igitur in potentia finita que est in tempore infinito mensurabile per equalitatez potentiam finitam corporis infiniti. Hoc autē est impossibile: qr sicut diximus in corpore quidem minori potest esse potentia maior ꝙ in maiori: sed in corpore minori eiusdem generis non potest esse potētia maior: vel equalis ei que est in corpore maiori: ergo multo fortius in corpore finito non potest esse potentia eq̄lis ei que est in corpore infinito. Ex his patet: ꝙ non conuenit aliquo modo ꝙ potentia terminata sit in magnitudine infinita. neqꝫ ꝙ potētia sit infinita in magnitudine finita.

¶ Cap. 4m. De solutione dubitationis: que est in his que feruntur expulsa.

Tex. c. 85. SEd quia Jam diximus in precedētibus ꝙ aliquis motus est vnus ⁊ cōtinuus: ⁊ diximus ꝙ nō pōt esse mediū inter motorē ⁊ id qđ mouet ab eo. ¶ Oportet nos mouere dubiū de his que feruntur localr per medium motu violento: quem expulsionē vocamus supra in 7o. Hanc enim dubitationez antequā determinemus de primo motore opꝫ nos determinare: qr forte aliter instaretur nostre determinationi p ea que videntur accidere in motibus expulsionis. Pōt enim aliquis dubitare ⁊ dicere: ꝙ si ea que mouent ne aliquo mouentur extrinseco sibi cōiuncto per tactum quecūqꝫ a non ipsa se mouent: sicut animata: quomodo potest esse ꝙ aliqua tunc mouent cōtinue non existente aliquo mouēte: qđ cōtinue tangat ea que mouent: sicut sunt proiecta ⁊ sagittata. Si autē dicatur ꝙ in talibus motibus nō est nisi vnum primum mouēs: sed est ⁊ aliud mouens a primo mouente: sicut aer qui mouetur a manu ⁊ chorda: ⁊ mouet lapidem vel sagittam proiectaz: tunc adhuc videtur sequi impossibile: qr supra determinauimus: ꝙ quādo primum mouens qđ non cōtingit motum nō mouet tunc non cōuenit moueri ab aliquo secūdo mouentiū: sed potius sm ea que sunt determinata cōuenit simul omnia moueri primo mouente: aut simul omnia quiescere: tūc primum mouens quiescit: aut etiam si facit sicut lapis dictus magnes mouere qđ mouet: tunc adhuc videmus: ꝙ primo non mouente nihil mouet secūdorum mouentiū: qr licet lapis magnes moueat actum vel aliud ferrū ⁊ aliud motuz a magnete moueat aliud: tamen subtracto magnete primo lapide a primo ferro moto per lapidem: ferrum qđ secūdo mouet non mouebit: ⁊ sic adhuc sequitur ꝙ primo non mouente non debet manere motus proiectionis: ⁊ vniuersaliter omnis expulsionis: ⁊ hoc nos nō videmus accidere: qr manu quiescente ⁊ chorda arcus stante quieta: adhuc mouetur lapis vel sagitta. Ex hoc videtur adhuc: ꝙ ad hoc ꝙ sit motus cōtinuus non opꝫ motorem mouere cōtinue: ⁊ sic superius habita doctrina tota est vana ⁊ nulla: vt videtur. Sed ad hoc dicendum est: ꝙ necesse est dicere ⁊ concedere: ꝙ primum mouēs nō cōtinue mouet: sed potius motu suo facit ⁊ agit virtutem ⁊ robur suum in hoc ꝙ possibile est suscipere vim ⁊ robur suum qđ est aer aut aqua: aut aliquid talium: qđ aptuz est de facili moueri ⁊ mouere: sicut nubes vel nebula: vel cetera corpora que sunt media inter aquam ⁊ aerem. Talia autem corpora sunt que tria maxime in seipsis habent quorum vnuz est ꝙ nullius sunt figure determinate qr per hoc sūt omnis figure susceptibilia: ⁊ tūc necessario erūt humida: sicut aqua ⁊ aer. Secūdum est: ꝙ talia sunt quorum vna parte mota non necesse sit aliam partem moueri: ⁊ hoc habent ista corpora inquantū sunt spiritualia: sic enim accidunt corpori qđ proijcitur in ipsa: ⁊ tūc vna pars inundat supra aliam ⁊ expellit vna aliam donec cessat violentia: sicut videre possumus in lapide proiecto in aqua qui circulum aque a se expulse facit: ⁊ ille alium maiorem: ⁊ sic circuli crescunt donec deficit violentia a multitudine media. Et ꝙ quidez cedunt aer ⁊ aqua corpori in se proiecto hoc habent inquantuz corpus: qr duo corpora non possunt esse simul in eodem loco. Qđ autē pars inundat supra partem ⁊ non extendat eam cōtinue: hoc est inquantum est spirituale corpus aliquo modo: qr si esset terminatum: pars extenderet partem vsqꝫ ad circūferentiam vltimam celi: ⁊ tunc tumultuaret celum ad iactum lapidis in aerem vel in aquam: ⁊ hoc est inconueniens: ⁊ ideo pars stat supra partem ⁊ cessat motus. Tertium autem est vicinitas talium corporum ad materiā: ex qua vicinitate omnes motus de facili recipiunt ideo concedendum est: ꝙ taliter mota mouentur ab aliquo extrinseco sibi. sed tamen non simul pulsat secūdum ⁊ tertium mouens pausante primum mouente: sicut exemplum dedimus in circulis in aqua: qr lapide proiecto stante: adhuc circulus vnus mouetur ad secūdum circuluz: ⁊ sic deinceps: vnde quod mouetur adhuc est mouens: cum quiescit primum mouens in omni tali motu: ⁊ ideo in talibus habitum qđ est conueniens primus mouens mouetur ab ipso: ⁊ in hoc secūdo mouente est eadē ratio: qr etiā illud mouet tertium mouens: ⁊ tertium mouens quartum. ⁊ sic procedit semper ꝙdiu durat motus expulsionis: cum in habito hoc est cōsequenter moto fiat potentia ⁊ virtus minor ꝙ in antecedenter motis ⁊ mouentibus: ita. s. ꝙ vltimum habitum non nisi moueatur: ⁊ non moueat: tunc aliquid vlterius id qđ ferebatur expulsum pausat. qr finis vltimus mouentium quiescit a mouendo: tum primum hoc est proximū mouens non agit amplius: sed ipsum mouetur tm: ⁊ nō mouet aliud: eo ꝙ iam cessauit impetus violentie primi mouentis. Per hoc autē: ꝙ illud pausat necesse est simpliciter pausare ⁊ mouens ⁊ totum motum expulsionis qui fuit per diuersa mouentia successione per aerem ⁊ aquam. Hic autez motus sicut ⁊ prius diximus non fit nisi in illis corporibus que conuenit de facili aliquando moueri: ⁊ aliquando quiescere: ⁊ illa sunt humida propinqua materie aliquid spiritualitatis habentia. per hoc enim illa sm partē aliquā mouent: ⁊ nō sm totū: ⁊ vna pars ipsorum pōt mouere: ⁊ alia moueri ab ipsa: ⁊ de facili generātur in ipsa forme ⁊ violentie: ⁊ virtutes mouentiū: ⁊ talia sunt neqꝫ simpliciter leuia: neqꝫ simplr grauia: ⁊ ideo de facili in oēm situm mouentia: ⁊ sic coadiuuat motum expulsionis: qui fit per ipsa ad quācūqꝫ differentiam situs fiat: ppter qđ etiam ista duo sola corpora sunt media sensuum illorum qui sentiunt eminus remoti a suis sensibilibus. Et opꝫ scire: ꝙ quando impetus generatur in talibus: opꝫ ꝙ ad perfectam virtutez impetus fiat generatio in pluri aere vel aqua ꝙ sit ille quem percutit expellens ⁊ hoc est videre in eo qui proijcit lapidem in aquaz: ita ꝙ iuxta centrum lapidis cadentis iaceant ligna parua vel media in quantitate: ⁊ remotius aliquantulum alia iaceāt: tunc enim circuli aque generati a lapide cadente fortius impellunt ligna que aliquantulum distant ꝙ illa que sunt vicina multum centro. Querit tunc igitur impetus quantitatem mediam debitam: in qua sit summa virtus eius: ⁊ illa non est que primo percutitur: eo ꝙ illa est minus pura. Hinc est etiam ꝙ arcus ⁊ balliste ⁊ blide: ⁊ tribuchi: ⁊ cetera instrumenta fortius proijciunt ad debitam quantitatem vel distantiam ꝙ iuxta chordam que primo percutit: eo ꝙ licet aer primo percussus fortiorem habeat impetum in potentia: tamen ille educitur in actum quando fuerit in debita materie quantitate: sicut ⁊ alia omnis virtus corporalis. Motus autem talis nequaꝙ est continuus: sed sunt multi successiue: licet sm sensum continuus esse videatur. Aut enim eorum que sunt consequenter mouentium: ⁊ motorum: aut eorum

Quã conuenit aer ⁊ aqua ꝙ sibi inuicē cedunt ⁊ ꝙ pars inundat supra partem.

que ſe tangentia mouent ⁊ mouentur. In aqua enim qđ eſt elementum ſpiſſius videmus: ꝙ circuli ſunt conſequenter generati: ⁊ non per ſe tangentes ſed in aere propter ſubtilitatem elementi ſunt tangentia non enim vnum eſt mouens ſicut in continuo motu eſt vnum. Sed mouentia ſunt habita ⁊ conſequentia vnde in duobus elementis que ſunt aer ⁊ aqua fit tm̃ huiuſmodi motus quē quidā obijciūt ferentes inſtantiā ꝯtra motum ꝯtinuitatez: ⁊ ad hoc qđ dicimus in ꝯtinuo motu motorē eſſe imediate ꝯiunctum mobili qđ mouet ab ipſo. Sūt aũt Platonici qui iſta obijciūt ⁊ etiaꝫ iſti qui hūc motū vocauerūt ſucceſſionē ⁊ denoiauerunt ab ea eū eo ꝙ iſti dixerūt ꝙ nō eſt ibi mouēs: niſi p̄imuꝫ mouens hoc eſt primū percutiens ⁊ expellens: preterꝗ̃ ꝙ virtus eius generatur in alijs mouentibus ꝯſequēter. ¶ Sed dicunt ꝙ continuitas iſtius motus fit per materiam expulſi: quia dicunt ꝙ quelibet pars expellit aliam ſucceſſiue quādiu durat vis primi percutientis in percuſſo: hanc enim dicunt manere in percuſſo. ⁊ aerem non percutere ſed per expulſionem ſucceſſiuam dare locū ei quod fertur primo impetu per ipſum. Hoc aũt modo non poteſt ſolui predicta queſtio. q2 ſic primo motore penitus quieſcente remanet motus in eo qđ mouetur tm̃: ⁊ ſic ſeparatum id qđ mouetur a motore mouebitur. ⁊ hoc eſt cuius ꝯtrarium eſt ſupra demonſtratum in 2° tractatu. Oppoſita igitur non poſſunt ſolui niſi predicto modo qui dictus eſt a nobis: opꝫ enim ſic dicere ſicut dictum eſt: aut ſm̃ Platonicos opꝫ dici ꝙ ſucceſſio expulſorum eſſet in cauſa: ⁊ tunc abſq3 dubio ſequitur: ꝙ oīa mouent ſimul ⁊ mouentur ⁊ ſimul omnia quieſcunt: q2 primum expellens eſt ſimul cum expulſo: ⁊ ſcđm cuꝫ tertio ⁊ ſic deinceps: ergo primū eſt cū vltimo: ⁊ ſi ꝯcedatur vis motiua non ſucceſſiue generari in expellētibus: q2 tunc nulla vis eſt ibi mouens niſi primi percutientis: ⁊ cum illa quieſcit tota expulſio ceſſat ⁊ quieſcit. Sed hoc nō eſt veruꝫ etiam ſm̃ ſenſum viſus: q2 expelli videtur vnum aliquid: ſicut ſagitta vel lapis ꝙ mouetur ꝯtinue: quo ad hoc ꝙ non interrūpatur aliquid de tempore ⁊ mouetur a quolibet mouente ſcđo ⁊ tertio. ⁊ ſic deinceps ſcilicet modo qui dictus eſt ſupra: nō tamen eſt ibi vera motus ꝯtinuitas: quam diuerſitas mouentium impedit: q2 in vere ꝯtinuo motu eſt vnum ⁊ idem mouens. Qđ aũt illud moueatur a quolibet mouentium dictorum probatur ex hoc: ꝙ nos ſcimus ꝙ non mouet a ſeipſo: ⁊ ſm̃ dicta oportebit ꝙ moueatur ab alijs ſucceſſiue ſibi coniunctis. Eſt aũt hic error Auerrois grauis: q2 dicit ex iſto manifeſtum eſſe ꝙ ſtelle non mouent per medium: q2 ſequeretur ꝙ motus earū non eſſet ꝯtinuus. Et intendit improbare mathematicoꝝ quorūdam opinionē dicentium ꝙ ſtelle non mouent motu circuloꝝ aliquoꝝ deferentiū eas ſed mouentur a ſe per medium corpus ethereuꝫ: ⁊ motu ſuo deſcribunt in eo circulos non reales ſed intellectuales: ⁊ hec fuit opinio mathematicoꝝ egyptioꝝ. Et lꝫ nos opinemur hanc opinionē non eſſe verā: tamē nō dicimus falſitatis eius eſſe cauſam quam dicit Auer. ꝙ ſ. ſm̃ opinionem illam motus earum non eſſet continuus ⁊ vnus. Si enim nos dicamus: ꝙ motus earum per medium ethereum eſt motus intellectus: ſicut in precedentibus diximus ꝙ itellectus mouet corpora celeſtia tunc non ſequitur quod dicit Auer. quia intellectus vno modo ſe habet in mouendo ⁊ mobile ſuum vno modo ſe habet in moueri abſq3 eo ꝙ intellectus moueat aliquod corpus qđ vi ſua moueat ſtellas.

Error Auerrois.

¶ Cap. 5m. Q2 motus primi motoris eſt infatigabilis ⁊ regularis motus.

Tex. c. 38.

**Quoniā aũt** Sicut diximus a principio iſtius libri neceſſe eſt ꝙ in his que ſunt ſit motus aliquis continuus vnus: qui ſit tanꝗ̃ vita quedam omnibus exiſtentibus. Cōtinuus ſit ⁊ vnus oportebit mobile eſſe vnicū ⁊ idiuiſum ſm̃ actū: lꝫ ſit diuiſibile ſm̃ ꝙ eſt quantū ſicut etiā diximus: ꝙ neceſſe eſt eſſe vnū motorē: neceſſe eſt ꝙ iſte motus ſit alicuius mobilis: non renouati vel multiplicati ſm̃ formas peregrinas in ipſo: ⁊ neceſſe eſt ꝙ hoc ſit alicuius magnitudinis q2 ſicut nos oſtēdimus in prehabitis ꝙ impartibile nō eſt mobile. ⁊ neceſſe eſt ꝙ ſit vnus ab vno motore: q2 ab vno motore ſimplici non pōt eſſe niſi vnus motus. Si enim mouens nō eſſet vnū aut etiā ſi mobile nō eſſet vnū: tūc motus nō eſſet ꝯtinuus neq3 vnus ſed etiā diuiſus ⁊ habitus ſiue ſucceſſiuus: ſicut ex prehabitis ſatis habet. Si autē dicit ⁊ ꝯcedatur mouens eſſe vnuꝫ tunc opꝫ alteꝝ duoꝝ dare q. ſ. aut mouet in eo qđ mouet aut imobile eſt in eo qđ mouet. ¶ Si aũt detur ꝙ mouet in eo qđ mouet: tūc cū illo oportebit ſequi ꝙ ipſum mutant motu quo mouet. Mouens aũt qđ ⁊ ipſum mutat per ſe vel per accidens non eſt motor primus. Omne enim qđ mouet mouetur ab aliquo extrinſeco vel intrinſeco ſibi ⁊ illud mouēs aut mouet ab alio aut a ſeipſo ⁊ hāc reſolutionē oportebit ſtare in primo mouēte imobili ſicut ſufficienter ꝯſtat ex predictis. Hoc aũt qđ ſic eſt immobile tam per ſe ꝗ̃ per accidēs nō eſt neceſſe ſimul mutari cū eo qđ mutat q2 nō eſt actus alicuius corporis. ſed ſemp poterit mouere ⁊ mutare. Talē aũt motorē mouere eſt infatigabile: q2 oīs fatigatio aut ꝓuenit ex motore: aut ex eo qđ mouet: ⁊ ex motore quidē ſeparato nō poterit ꝓuenire fatigatio q2 per hoc ꝙ ipſe nulla eſt virtus que ſitum habeat in mā ſubiecti: tūc ipſe nō mouetur: ⁊ oīs fatigatio eſt ex motu aliquo vincente ſuper facultatē eius qđ mouet. Mouēs igitur illud nō fatigat ex ſeipſo: ex eo aũt ꝙ ipſe mouet nō fatigat etiā q2 corpus hoc ex ſe eſt ad motū ordinatuꝫ quo mouet a motore: ſicut nos ſupra oſtēdimus. Fatigatio aũt ꝓuenit ex inobedientia eius qđ mouet ad motorē ⁊ ideo ex neutra cauſa fatigationis fatigat ⁊ hoc in 2° de ce. ⁊ mū. ⁊ in 10° prime phie latius hꝫ tractari. ¶ Ex hoc autē qđ diximus ꝙ celū ordinat ad ſuſcipiendum motum primi motoris ſumit Auer. actionē, ⁊ reprehēdit Auic. dicentē ꝙ celū ⁊ oē corpus ⁊ omne creatū poſſibile eſt ⁊ nō neceſſariū q2 neceſſariū non eſt niſi prima cauſa qđ eſt ens primū. Dicit enim Auer. ꝙ celū eſt ens neceſſariū: lꝫ neceſſitas eius in ſuſcipiendo ſit ⁊ nō in agēdo. Et hec reprehēſio nō eſt rōnalis q2 neceſſe dicit dupl'r. Dicit. n. neceſſe qđ ſuū eſſe non debet alij: ⁊ eſt ſine oī dependentia ad aliud ⁊ hoc mō nō eſt neceſſe niſi prima cā: que cauſam nullā habet: q2 omne qđ hꝫ cauſam vel cauſas ſui eſſe eſſe ſuū dꝫ alij: ⁊ hoc mō corpus ⁊ oē cauſatū eſt poſſibile eſſe. Alio iteꝝ mō dicit neceſſe eſſe qđ non pōt nō eſſe ⁊ cuius cauſa nunꝗ̃ fuit ſm̃ actū extra ipſum: cauſa inquam eſſentialis ſicut forma vel mā ⁊ hoc mō celum ⁊ cetera immortalia ſunt neceſſe eſſe. Sed in hoc ſenſu nō loquit Auic. ſicut pꝫ inſpicienti verba ſua in prima phia. Ex predictis ēt pꝫ ꝙ ſolus iſte motus qui eſt primi motoris vno mō ſe habētis: ⁊ qui eſt mobilis primi vno mō ſe habentis ⁊ regularis: aut maxime regularis ⁊ vniformis mouēs enim ſuum nullā hꝫ mutationē ſemp vno mō ſe habens ⁊ oportebit ꝙ id qđ mouet ab vno ⁊ iuxta ipſuꝫ ⁊ ſimile ſibi ſit in hoc ꝙ nullā habeat mutationē quatenus vno mō ⁊ ſemp ⁊ ſimul ſe habēs ſic motus. hec āt oīa patēt ſufficiēter ex p̄miſſis.

2° celi et mū. ⁊ 10 prime phie.

Auer. 3° met. com. co. 7°.

Defenſio Auicene.

¶ Cap. 6m. Ubi ſic in ſpera primus motor.

Tex. c. 44.

**Hanc aũt** Motorez qui nec corpus eſt nec aliqua virtus que ſit actus alicuius corporis neceſſe eſt ſm̃ aliquid eſſe in mobili: ⁊ cū totū nō diuidat niſi in duo principia motuū: ⁊ hoc eſt in circūferētiā ⁊ centrū ſpere: neceſſe eſt ipſum eſſe in altero iſtoꝝ. Uidemus enim in motibus mēbroꝝ aīaliū ꝙ omne qđ mouet in eis circa aliquid immobile mouetur: in quo ſitus eſt motor eius. ⁊ ideo virtus motiua membri que coniuncta eſt organo ſita eſt in neruis motiuis ⁊ muſculis. Muſculus aũt mēbrū mouens ſemper eſt extra illud quod mouet ⁊ membrū motū iungitur ei articulus circa quē mouetur qui in motis eſt motu mēbri: lꝫ alio motu moueatur: ſicut manus que mouetur in articulo reſte manus vbi ꝯiūgitur ad aſſeid brachij que dicuntur arundines brachij: ⁊ brachiū cum mouetur motu ꝓprio voluitur in cubito qui non mouetur: ⁊ ſic de alijs. Niſi enim ſic eſſet: tunc ad motū vnius membri quodlibet extenderet de loco ſuo: ⁊ hoc non ꝯuenit. Omnia autem membra motiua ad vnū vniuerſalē motorem ordinant: que vis ſita in poſterioribus partibus cerebri: vel in vicario cerebri que eſt nucha per ſpondiles dorſi deſcendens: vel aliquid loco cerebri vel nuche in animalibus que nō habent cerebrū vel nuchā: ⁊ hec eſt vis immobilis ibi ꝯſiſtens: a qua ſluit totus motus in totum corpus animalis. Et ſiquidem primus motor eſſet virtus ta-

lis vt haberet situm in corpore: & esset actus eius absque dubio oporteret q ipsum esset situm in centro sup quod est motus: ipsum enim est immobile. Huiusmodi enim virtus est stare perpetuo: quia aliter extruderetur motus totius mundi totus de loco ad locum: & hoc non contingit. Sed quia ipse est virtus separata & substantia non infusa alicui materie: oportet ipsum esse vbi maior est effectus eius qui est motus: erit igitur in circumferentia: eo q circumferentie influit motum qui in omnibus partibus circumferentie est equalis: & hoc maxime verum est de primo motore & primo mobili: quia illius est totius mundi motus primus qui velocissimus est & quem participant omnia mobilia inferiora: & cum in spera sint multi circuli imaginati: sicut paralelli circuli quos describit Aries circuli signorum circa polos & paralelli circuli quos describit sol motu suo diurno: quorum sunt duo solstitiales qui maxime distant: & vnus equinoctialis qui maximus circulorum est vnus: constat q motus velocissimus est orbis super circulum illum equinoctialem. Dicimus enim propter hoc: q motus totius orbis diurnus est super circulum equinoctialem & super polos eius: & videmus oculis nostris: q stelle que sunt in hoc circulo velocioris sunt motus quam stelle iuxta polos site: tunc oportet q vis motoris maxime sit in circulo qui equator diei & noctis appellatur: non ita q sit ibi: vt in loco qui nullum habet locum proprie loquendo: sed quia est ibi effectus potius: cum tamen ipse sit sm esse separatus: & non sit actus alicuius corporis quemadmodum diximus sepe. Hec autem est causa q omnes gentes in hoc conueniunt q deus est in celo: videntes ibi maiores effectus eius apparere.

Pro hoc vide primo celi c. 24.

¶ Cap. 7m. Q primus motor neque corpus est: neque virtus in corpore: sed est indiuisibilis perpetuus.

Text. c. 85.

Habet autem dubitationem vtrum aliquid eorum que mouentur conuenit moueri continue omnino: & hoc est querere vtrum primus motor sit corpus vel alia virtus situm habens in materia corporis. Videtur enim omne quod mouetur mouere sicut impellens iterum & iterum hoc quod sequitur ipsum continue sine temporis interruptione: quia aut oportet primum motorem impellere: ita q non deficiat impulsio si habet motum a seipso: cuius mobili non deficit: aut oportet ipsum trahere si motum habet ad seipsum: aut oportet ipsum vtroque modo istorum modorum mouere: sicut si vertigine ducit: aut oportet esse aliquem alium motum sub alio factum per expulsionem in qua mouens deficit ei quod mouetur: sicut olim diximus in his que proijciuntur. Diximus enim in 7° q licet isti motus sint violenti: tamen etiam motus naturales similes sunt illis. ¶ Si autem dicatur: q aliquo istorum modorum mouet motor primus: tunc absque dubio ipsum erit corpus mouens & moueret sm hoc situm in aere: aut in aqua: quia illa duo elementa sunt facile diuisibilia: sicut patet ex dictis: sed sic moueret: tunc motus ille esset sicut motus qui fit iterato semper & succedente motore: sicut diximus q multis motoribus perficiuntur motus eorum qui feruntur expulsione. Et simile his habet motor naturalis qui est corpus eo q ipse non in vna dispositione se habet ad mobile suum eo q non equaliter vincit ipsum in principio & fine sicut patet ex prehabitis: & ideo licet motor naturalis vnus sit in substantia: tamen multus est in dispositionibus: & non vno modo mouet. Unde vtrobique tam in motu in quo non deficit mouens mouenti: quam in motu expulsionis in quo deficit mouens mouenti non possibile est motum vnum & eundem esse omnino: sed potius est habitus: & consequens ad minus ex parte mouentium: licet forte nihil intercipiat de tempore ex parte eius quod mouetur. Cum autem primus motus sit continuus omnino: sicut in prehabitis probatum est: non potest primus motor esse corpus vel aliqua virtus in corpore sita sicut in materia: & quia ipse solus separatus est & vno modo se habens suus motus continuus est: eo q ipse est immobilis per se & per accidens existens: & similiter se habet in se & in comparatione ad mobile & ad id quod mouetur ab eo se habet vno modo. Secundi autem motores inferiorum orbium eo q ipsi sunt separati per diffinitiones suas: etiam vno & continuo mouent motu. ¶ Determinatis autem his manifestum est q impossibile est q primum mouens quod est immobile habeat magnitudinem aliquam: eo q ipsum non est corpus sicut iam probatum est. Si enim diceretur q magnitudinem haberet necesse esset: q finitum aut infinitum esset sm virtutem & quantitatem. Probatum est autem q non conuenit magnitudinem aliquam esse infinitam sm actum in 3° libro supra. Quod autem corpus finitum impossibile sit habere potentiam infinitam: & iterum q a finito corpore possibile est moueri aliquid sm tempus infinitum demonstratum est nunc in isto vltimo tractatu: & habitum est iam ante q primum mouens immobile mouet motum perpetuo sm tempus infinitum sm naturam. Manifestum est igitur: q neque corpus est: neque virtus aliqua que sit actus corporis: ergo est indiuisibile in se & impartibile: & cum nec corpus sit vt per se diuidatur: nec virtus corporis vt diuidatur per accidens: & etiam est incorruptibile in se & inquantum mouet. Causa autem incorruptionis eius in se est: quia separatum est per diffinitionem: & causa incorruptibilitatis eius inquantum est mouens est quia non est actus corporis sicut ex prehabitis est manifestum: & ideo est simplex nullam habens magnitudinem penitus. Hec autem est conclusio vltima a nobis in hoc opere intenta. Et penitus ab omnibus hoc opus inspecturis vt diligenter examinet non conceptiones suas: sed dicta antiquorum peripateticorum & tunc vel reprehendant: vel diminuant sm q placuerit eis.

Tex. c. 86.

¶ Explicit commentum doctoris excellentissimi Alberti magni ordinis Predicatorum in libros Physicorum.

Venetijs impensa heredum quondam Domini Octauiani Scoti Modoetiensis: ac sociorum.
19. Februarij.
1517

## Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p.

a Duernus. o p Terni: & alij quaterni.

¶ Incipit liber primus de Celo ⁊ Mūdo Alberti Magni philosophi clarissimi.

¶ Tractatus primus q̄ mūdus est pfectus.

¶ Capitulum primū. Q̄d libri subiectum: q̄d nomen. ⁊ que ipsius diuisio: ⁊ quis ordo.

Libri intentio.



E celo autē Et mūdo in hoc libro nostrarū naturarū loqui cupiētes. Primo visū est nobis tangere querenda prelibanda sunt ad notitiā istius libri faciliorem habendam sicut est de subiecto ⁊ nomie: ⁊ diuisione ipsius ⁊ ordine. Dicimus autē in his que pbabilia sunt in libro physicor: q̄ mobile ad vbi est subiectū huius libri qui de celo ⁊ mūdo noīatur. Ex quo de mobili ad vbi siue ad locū q̄d simplicius est inter mobilia ⁊ sensibilia contracta ad materiā per totū istum librū intendimus. ¶ Potest quis forte dubitare: qa mobile ad vbi est corpus motū circulariter: ⁊ corpus motū motu recto. Corpus autem q̄d mouetur motu circulari est incorruptibile: ⁊ corpus q̄d mouetur motu recto est corruptibile: ⁊ corpus corruptibile ⁊ incorruptibile non sunt vnius generis. neq̄ vnius potentie: neq̄ vnius diffōnis: vt tradit Aristo. in. 9. phie pme. Quecunq̄ autē nō sunt vnius generis: neq̄ potētie: neq̄ diffōnis illor non est sciētia vna: cum sciētie diuidātur fm genera de quibus sunt. ⁊ sic de mobili circulari: ⁊ mobili motu recto: alicui fortasse videbitur nō eē scientia vna libri vnius. Adhuc autē qa sicut nos in pcedenti libro docuimus motus qui est corporis huius rectum motū quādo simplex est: a generāte quodam alio corpore est. Motus autem circularis est eius q̄d mouet ab imobili primo. ¶ Amplius qa circularis motus perpetuus est ⁊ qlibet motus rectus corruptibilis est et cessans. necessario ergo videbit istis rōnibus non eē vnius scientie tractare de istis mobilibus. ¶ Sed ad hoc videtur posse dici q̄ in veritate vna sciētia in cōmuni est de simplicibus corporibus que mouent motu locali fm q̄ sunt mobilia motu locali. Motus enim ille est entis perfecti: ⁊ nihil trāsmutat in subiecto q̄d insit ei substātialiter vel accidētaliter absolute: sed totū subiectū mouet de loco vno ad locū aliū: ⁊ ideo lz aliq̄d mobiliū motu locali sit corruptibile: nō hoc nō hz a motu locali: sic autē nō est de alteratiōe augmētatione ⁊ diuisiōe qui motus sunt aliqd variantes in subiecto ⁊ corruptionē inducētes: ⁊ ideo mobile de quo agit hic: si in cōmuni accipiat abstrahit a mobili corruptibili ⁊ a mobili incorruptibili. sic aūt in cōmuni hz vnū genus ⁊ vnā potentiā ⁊ vnā diffōnem: que tn̄ logicalis nō est: sed tn̄ realis ⁊ nālis a cōmuni nā sumpta. Si aūt ista accipiant fm esse p priū. s. quo corruptibile diuisum est ab incorruptibili: tunc fm hoc eē nō sunt: neq̄ vnius generis: neq̄ vnius potētie: neq̄ vnius diffōnis. Q̄d autē dicit q̄ sunt a diuersis motoribus fm nām: nō impedit quominus sit vna scia de ipsis: qa nō attendunt hic put a diuersis mouent: sed potius put sunt vnius potētie in cōmuni ⁊ vnius actus qui est mot⁹ localis: hoc eni modo cōsideratū corpus physicum ppria hz pncipia ⁊ pprias passiōes que considerata faciūt sciam vnā de ipsis. Et q̄d dicit q̄ circularis est perpetuus ⁊ motus rectus corruptibilis nō officit: qa non considerant hic differētie ipsor motuum: sed potius actū est de illis in physicis. sz consideratur in eis natura simplicis cōmuni corporis in cōmuni relata ad motū localē quantū ad libri totalitatē in cōmuni: in partib⁹ autē specialibus tangant differētie speciales. ¶ Ordo istius libri est: qa est ante alios libros nāles pter librum physicorum eo q̄ suum subiectū q̄d est simpliciter corpus mobile ad locum prius est natura q̄ subiecta aliorum librorum cōsequentiam. In cōsequentibus eni libris subijcitur corpus mobile ad formā ⁊ bene scimus q̄ quicqd est mobile ad formā etiam est mobile ad locū sed non conuertitur: ⁊ ideo qa nō cōuertitur cōsequētia a mobili ad locū ad mobile ad formā: prius in nā est mobile ad locū q̄ mobile ad formā. ¶ Ex dictis autē illucescit istius libri nomen q̄d est de celo ⁊ mūdo. Uniuersū eni celi cōtinentis ⁊ mundi sensibilis contēti cōsistit sicut ex primis pz in nā corporib⁹ mobilibus fm locū: ⁊ qa in cōmuni agit de his in isto libro: ideo bene vocat de celo ⁊ mūdo. nec vocari pōt de celo soli: quonia illud nō est mobile nisi circulariter. Nec pōt vocari de mūdo sensibili: qa mouetur corpora mundi sensibilis fz motum rectū tm̄. sed perfectio nois eius est q̄ de celo ⁊ mūdo simul appelletur. Et qa nos hic intēdimus de huiusmodi corporibus que sunt in cōmuni mobilia fm locū: ⁊ nō est aliqua forma substātialis vel accidētalis que faciat mobile in cōmuni fm locū ideo opz nos hic dicere subm esse corp⁹ fm q̄ consistit ex magnitudinibus suis. Q̄d autē dictū verum sit: pz ex hoc q̄ siue accipiatur forma celi vt celū est: siue forma elementi: vt elemētū est ipsa disponit ad hunc motum localē vel illū: ⁊ nō ad motū localē in genere. Celū eni mouet circulariter ⁊ elementum recte. Sed corpus in eo q̄ corpus physicum est in genere mobile motu locali per hoc q̄ est diuisibile: sicut docuimus in sexto physicorum: hac igit de causa in scientia ista habemus dicere q̄ cognitio nature que est in principijs nature ⁊ sciētia que est in cōclusionib⁹ naturarū: in cōmuni ⁊ in summa maxime consistit in scientia subiectorum ⁊ passionū ⁊ viarum in subiectū. Et accidētia siue passiones que sunt accidentia ppria: in cognitiōe p priorum principior per que talia accidentia de talibus subiectis poterūt denumerari. Et etiā in his que sunt similibus ⁊ sunt sicut partes subiector ⁊ cōtenta sub ipsis ⁊ passiones partium. ¶ Dicimus autē q̄ subiectū est corpus: ⁊ ille dimensiōes que dicuntur magnitudines que sunt linea ⁊ superficies. Passiones autē vocamus accidētia propria que imprimūtur talibus subiectis a suis proprijs pncipijs actiuis. Et vias in substātiam eorum ⁊ accidētia vocamus motus quibus mouētur eo q̄ omnia naturalia vel in motu sūt vel ad motum referūtur. Que autem talibus naturis sūt similia sunt sicut partes eor subiectorum: vt stelle ⁊ composita ex elemētis que etiam habēt suas partiales passiōes ⁊ pncipia specialia: qbus talia accidētia suis pbantur inesse subiectis. Sciētia autē perfecte notificans ⁊ significās nobis talia completa erit quantū ad subiectum hoc loco intētū. Cuius pbatio est: qa naturales res non sunt plures quo ad numerum subiector in cōmuni nisi q̄ earum quedā sunt corpora ⁊ magnitudines. ⁊ alique sunt ex primis corporib⁹ simplicibus que dicunt habere corpora ⁊ magnitudines ⁊ principia istor: siue illa sint cause siue passiones: quibus ex maxima parte cognoscitur q̄d quid est. ¶ Non lateat autē nos quia differenter physicus ⁊ mathematicus inquirūt de corpore ⁊ magnitudinibus. Physicus enī de his cōsiderat put sunt vitima materia physice: ⁊ dimēsiōes eius. Mathematicus autem inquirit de his prout sunt separata per diffinitionem a materia physica ⁊ sensibili: ⁊ ideo mathematicus considerat indiuisibile a quo fluunt huiusmodi magnitudines ⁊ illud est punctus de quo nos nō oportet hic facere mētionem. cum sciamus a prima philosophia: q̄ ista fm eē nō fluunt a puncto: sed potius a materia. Hec igitur sint dicta vobis de prohemio.

Nomē libri.

6. ph. t. c. 32.

Tex. cō. pmi.

Mobile ad vbi est sbz subiectū huius.

Dubia Scō. clusionē pam

Solo ad obiecta.

Sz cogita q̄ nā illa diffo cōis ob vna nā cōi supra cōs nulla mā cōis eē videatur respectu corruptibiliū ⁊ eternor sic vt collig: posse ex cōmēto 39. pmi metaphysice.

Ordo libri.

Qualr̄ diuiūt modo nālis ⁊ mathematic⁹ de magnitudib⁹ ꝯsiderāt

Scdm mathematicos magnitudines fluunt a pūcto sz fz p^am phiam fluunt fm eē a materia.

¶ Cap. 2^m. De perfectione corporis fm rōnem dimēsionum.



Cum autem intendimus probare mūdum esse perfectissimum absolute ita q̄ non sit amplioris perfectionis susceptibilis fm naturā: ⁊ mūdus cōstet ex naturalibus corporibus: oportet nos ostendere corpus esse perfectissimū in genere eorum que habēt dimensiones quantitatū: q̄d ratione facere non valemus. nisi de continuo: ⁊ eius partibus mētionem aliquam faciamus. Incipiētes igitur a rōne continui quā in sexto physicor pbauimus: dicimus q̄ continuū est q̄d diuidit in semper recipiētia diuisionē: hui⁹ autem causa est: qm̄ diuisio cōtinui formā continui non tollit a diuisis. Nō enī diuidit aliqd nisi in partes cōstituētes ipm: cum igit nulla pars cōtinui sit indiuisibilis sicut pūct⁹

non diuiditur aliqd cõtinuum ad pũcta: sed ad partes cõtinuas: qa continuũ quantum cõstituit nõ nisi ex partibꝰ cõtinuis ⁊ quantis partes autẽ cõtinue semper sunt quãte ⁊ diuisibiles: ergo ꝯtinuũ in semper diuisibilia diuidit. huiꝰ autẽ continui in genere accepti sunt spẽs corpus superficies linea: tps enĩz motus ⁊ locus ⁊ si cõtinua sint tñ hec ad considerationẽ nostraz nõ pertinẽt: sed inter has spẽs cõtinui corpus est diuisibile magis ceteris: qa diuidit fm oẽs dimensiones ⁊ sic bz dimẽsiones: ⁊ ideo cũ nõ sit receptibile alicuiꝰ dimensionis: amplius ipm est perfectũ in genere quantitatem habentium: magnitudinis autẽ spẽs que habẽt vnaz tñ trium dimẽsionum est linea que vnica tñ dimensio: ⁊ pma non põt imaginari in cõtinuo nisi inter duo pũcta: que principia sunt dimẽsionum. In ꝯtinuo autẽ a quolibet pũcto ad quẽlibet punctum erit ducere lineam rectã. Et linee quidez sunt simplices ⁊ cõposite: simplices qdez sunt sicut recte ⁊ circulares: sed recta est simplex ⁊ fm formam ⁊ eẽntiam: qa ex vtraqz parte nõ habet nisi formã recti circularis autẽ nõ simpliciter simplex est: qa in vna parte habet formam cõcaui ⁊ in altera conuexi. Essentialiter tamẽ est simplex. Est autez composita que est pluriũ formarũ ⁊ plurium eẽntiarum sicut illa que vocaẽ curua quocunqz mõ dicaẽ curua ⁊ de hoc diximus in physicis. Spẽs ỏo magnitudinis que duas habet dimensiones est superficies eo q sit superior facies quantorum corpoꝝ ⁊ huiusmodi causa est: qa sicut a pũcto ad pũctum in cõtinuo nõ contingit nisi lineaz ducere. Ita de linea in lineam in cõtinuo nõ contingit nisi superficiẽ expãdere: ⁊ ideo necessario habet duas dimẽsiones: vnaz qdem sui principij a quo fluit ⁊ hec est linea. Alteram bz ꝓpriã inqñtum est quãtitas producta sic autẽ non sit in linea qñ illius principiũ cũ sit pũctus non potuit habere a pñcipio illo aliã qñtitatem diuisibilez. Spẽs autẽ magnitudinis que tres hz dimensiones est corpus tripliciter diuisibile: ⁊ illius causa est: qa non conuenit inter superficies duas eẽ nisi corpus in cõtinuo. In plano enim cõtinuo non cõuenit accipi aliqs duas superficies: ita q tertia sit bis cõtinua per oia qa tres superficies erunt superficies vna numero: vnũ numero ⁊ idem nõ producit a seipso fm nãm: qa fm hoc esset idem pducens ⁊ productum ⁊ in potentia ⁊ in actu simul ⁊ semel. Ergo imaginari opz duas superficies distare in cõtinuo fm ꝓfunduz: ⁊ tunc necessario a superficie producet corpus: qd vnaz habet linee dimensionem: que est principium superficiei: ⁊ alteram dimensionez habet sui principij: qd est superficies: tertiam habet ꝓpriam inqñtum est quantitas pducta. ¶ Et preter istas non est aliqua magnitudo differens fm speciez ab illis: quoniam ⁊ locus quedaz est superficies. Causa autem huius mathematica quidez est: quoniam intelligi non potest q amplius qñ tres diametri secent se fm rectos angulos: quoniaz cum nos ꝓtrahimus inter quelibet duo pũcta lineam facimus quãtitatem primam: ⁊ cum omnis superficies sit linea vel lineis contẽta ꝓtrahimus aliam lineaz orthogonaliter a puncto illius: ⁊ quocunqz modo concludimus eam ad aliam inuenimus superficiem: volẽtes autẽ pducere aliam speciem quãtitatis a puncto orthogonij: hoc est ab angulo recto intelligimus alteram stare superficiem: ⁊ orthogonaliter descendere in ꝓfundum: ⁊ quocũqz modo illam concludimus iterum cũ alijs inuenimus corpꝰ. ¶ Nec possumus dicere q lz fm rectos angulos se nõ secẽt nisi tres diametri: tamen fm angulos acutos vel obtusos secare se possunt multo plures. Quia lz hoc verum fuerit hic non facit aliam spẽm qñtitatis: cuius cause sunt tres: quaꝝ vna ẽ: qa rectus est primus angulus per quẽ alij diffiniunẽ: qa hebes est qui maior est recto: ⁊ acutus est qui est recto minor: ⁊ ideo alij anguli nõ faciunt aliqd qd specie differat fm rõnẽ continui: cũ ipsa a recto deficiat vel abundent in dimẽsionibus eiusdem que a recto sunt cõstitute. ¶ Alia causa est: qa in infinitum multiplicabilis est hebes: ⁊ in infinitũ multiplicabilis est acutus: sed rectus vno mõ: ⁊ ideo ois rectus angulus equalis est omni angulo recto: ⁊ qa omnis scientia ⁊ natura refugit infinitum: ideo non possunt constitui plures species continui fm diuersitatem acuti vel hebetis anguli. ¶ Tertia autem causa est quia si nos ꝯtinua pducimus ex discretis: sicut etiaz docetur in secũdo arithmetice eo q numeri quodãmõ omnium sunt principia: tunc nõ possumus variare fm generatiõ meros nisi linealiter superficialiter ⁊ corporaliter: omnis enim numerus aut in seipso accipitur p ut vult ubi suis perficitur: sicut si dicamus trinariũ per vnum vnum vnum: aut accipiẽ numerus ductus in se vel in alium semel sicut si dicatur bis tria vel ter tria: ⁊ necesse est q ex illo ducti diuersus a priori numero constituatur: eo q sicut superius diximus productum ab alio vt a pñcipio suo semper est diuersum in forma ab ipso: si autẽ nos ducamus numerum semel in se vel in alium ⁊ postea ducamus eũ iterum in hoc totum sicut si dicamus ter tria ter vel ter tria. s. alio quocunqz modo necessarium est q iterum productꝰ numerus differat in forma ab eo a quo ducitur: cuz enim linearis per additionem vnitaris multiplicetur in longum: constituit lineam quasi ex partibus collectam. Sed cum ductus in se numerus non possit crescere in longuz sicut simpliciter vnitatum aggregatio ipse crescit in latum: ⁊ tunc erit superficialis ⁊ est terminus illius linearis qui est vnitatuz aggregatio sicut cum dicitur bis duo vel bis tria. Cum autez hoc totum iterũ in se vel alium ducatur numeruz: oportet q terminetur illud pductuz a duobus superficialibus numeris: sicut quãdo dicitur ter tria ter. vel bis duo solũ vel ter tria quater: nec poterit inueniri productio que alios fm speciem terminos habeat. Et ideo necesse est q nõ sint nisi tres species continue quantitatis. Ratio autem huius physica est: quia situs differentie fm veritatem sunt in mundo. ⁊ in corporibus animatorum sensibilium: sicut supra ⁊ infra dextrũ ⁊ sinistrũ: ⁊ ante ⁊ retro: sed inter se opposita oportet q sint tres vie continue: ergo non erunt continue vie maxime distantium nisi longitudo latitudo ⁊ profunditas: quia inter sursuz ⁊ deorsum est longitudo: inter dextrum ⁊ sinistrum est latitudo: ⁊ inter ante ⁊ retro est profundum: ⁊ iste sunt dimensiones corporum: ergo preter istã nõ est aliqua magnitudo alia: quoniam omnia recta apud naturam corpora fm dimensiones suas non sunt nisi tria eo q diuiduntur fm tres dimensiones: hoc autem confirmatur per legem Pithagore: in quibus dicitur q totum ⁊ ratum apud naturam ⁊ cõpletuz terminatur tribus dimensionibus: que sunt finis medium ⁊ principium. Principium enim dimensionum qd est in genere dimensionum est longitudo: sed principium extra genus dimensionum est punctus: sed de hoc principio non est tractare ad presens: quia corporum quantitas producitur non ex punctis: medium autem qd est ⁊ producens ⁊ productum est superficies: sed finis est corpus qd est productũ tñ: ⁊ in quo perficitur omnis dimensio: ⁊ iste quidem numerus est omnis rei que rata est apud naturam: ⁊ significat trinitatem rerum naturalium. Nos ỏo non extraximus hunc numerum nisi ex natura rerum: ⁊ tenuimus ipsum pro lege. eo q rebꝰ naturalibus similis est: ⁊ ideo in lege Pithagore in qua docuit colere deuz adhibuimus nosipsos magnificare sacrificijs ⁊ cultu deum vnum fm istum numerũ: quoniam magnificamus deum creatorem: qui eminet proprietatibus omnium creaturarum tribus vicibus ⁊ tribus sacrificijs colendo eum per diem. eo q eius actus manifestatur in naturalibus que perficit tribus dimensionibꝰ modo quo diximus: ⁊ etiam tribus perficit cognitionẽ que est de ipso sensu ⁊ ratione ⁊ intelligentia: sicut dicit Trimegistus Mercurius in libro de natura deorum sensu quidem: quo manu ducimur: ratione qua indagamus: verũ ex his que nos manu ducunt intellectu quo mente cõspicimus inuentum propter qd in tribus honoramus euz adoratione: ⁊ sacrificio thuris ⁊ hymnis: ⁊ tribus vicibus fm tria puncta hemisperij: hoc est mane vespere ⁊ meridie: ⁊ ideo legũ aliqua precipit adorare ad orientem: ⁊ hec prima fuit Pithagore ⁊ consonat legi christiane: quantum ad hoc. Et alia precipit adorare ad meridiem vt Trimegisti prima ⁊ huic ꝯsonat lex Machometi. Et aliqua ad occidentem ⁊ hec fuit lex Moysi ⁊ iudeorum. Causa autem huius est: quoniam motus diurnus est ab oriente: planete autem oẽs fm traditionez Ptolomei quasi anime sunt signoꝝ celi: voluũtur ab occidente: sed viuificaz lumen fm circulum obliquũ recipiunt a meridie. Ratio adorationis est reuerẽtia. Et ratio thuris est distributio suauissime cognitiõis diuine in virtutibus discretiuis tam celestium qz hominuz terrestrium. Ratio autem hymnorum suaue sonantium est concentus celi

Linearũ alie simplices ⁊ alie sũt cõposite.

Nota mathematicã cãz q re nõ sit qrta mẽsura.

Pithagoras fuit dilector numeri ternarij.

Nõ q nõ colitur deus ternario nũ colitur.

Nõ q iste diuerse leges adorant deum ad orientẽ ⁊ aliã ad meridiẽ ⁊ aliã ad occidentem.

tus celi

tus celi vt dixit Pithagoras: ⁊ hoc etiaꝫ dixit Mercur9 trimegistus qui fuit ante Pithagoram. Scḋm autem Peripatheticorum traditionem significat armoniam separatarum substantiaruꝫ in laude intellectuali ⁊ iocunditate. Hec autem non ob aliud dicta sunt nisi ꝙ he tres dimensiones manifestantur ⁊ perficiuntur in celo relato ad terraꝫ ſm ordinationem prime cause: diuiditur enim spera in circūferentiam ⁊ centrum ⁊ relatio circūferentie ad centrum facit longitudinē ascendēdo ⁊ descēdendo. Diuiditur etiaꝫ circūferentia ſm duplicē eius motuꝫ in duo hoc est in dextrum ⁊ sinistrū: ⁊ hoc causat latitudinē: ⁊ in ante ⁊ retro: ante enim celi (vt dicūt astronomi) est ſm ordinē signoꝝ ab occidente in orientē in circulo obliquo: retro eiusdē est conuersiuus respectu in eodē circulo ab oriente in occidēteꝫ ſm obliquū circulum. Nos igitur numeramus hūc numerū tripliciter loquimur eni de ipso ſm ꝙ est formalis: ⁊ ſm ꝙ est mālis ⁊ ſm ꝙ est perfectus ipsius rei perfectiōe. Cū eniꝫ loquimur formaliter: dicimus ꝙ nūerus qui est duo hoc est binarius est absolute duo sine determinatiōe: q2 ipse est ipsa dualitas siue binarius. Cuꝫ autē loqmur de ipso prout est mālis tunc nō dicimus ꝙ absolute est numerus: sed cū determinatiōe materie numerate dicimus ꝙ duo viri sunt duo viri: duo equi sunt duo equi: ⁊ nō simpli͡r sunt duo: q2 non sunt dualitas vt binarius sed neqꝫ oēm formaleꝫ: neqꝫ oēm materialeꝫ dicimus omneꝫ vel totū nisi a materia rei habeat perfectiōeꝫ: ⁊ q2 res tribus perficiꝰ: ⁊ substātis spiritualis tribus perficiꝰ ponimus omne ⁊ totū super tres in ꝑmis. ⁊ ideo opꝫ ꝙ omne qḋ distribuit ꝓ subiectis partibus tria habeat appellata: vel plura: ⁊ totū qḋ distribuit pro integrātibus: et tria habeat integrātia ad minus. Hoc autē inuenimus sic in legibus vocis articulate ⁊ litterate hoc est in grāmaticis imponētibus ei noīa ideo ꝙ natura apta nata est taliter in tribus perficere sua opera. sicut nuper diximus: ⁊ nos imponēdo nomina imitamur eius operationē: ⁊ ideo (vt inqt Trimegistus) perficitur mūdus in tribus: hoc est imarmene ⁊ necessitate ⁊ ordine: ita ꝙ imarmenes facit semen qḋ necessitas explicat ⁊ dispensat ordinate. Imarmenes eniꝫ est causarū implexio: necessitas aūt est executio earūdeꝫ per motuꝫ ad esse: ⁊ ordo est distributio cuiuslibet ꝓducti ad locū suuꝫ ⁊ officiuꝫ. Casus autē nō est aliquid de mūdo: sed est qḋdaꝫ permixtuꝫ ordini ⁊ necessitati. Sic ergo perfectio cuiuslibet est in trinario: ergo trinarius numerus est qui indicat rem perfectā in esse. Dixit autē insuper Pithagoras: ꝙ etiā totuꝫ ⁊ vniuersuꝫ siue omne deitatis perficiꝰ trinario eo ꝙ est deitas deoꝝ supercelestiū incorporalium: ⁊ deitas deoꝝ celestiū corporaliuꝫ: ⁊ deitas deoꝝ terrestriū quoꝝ mortale exuitur: ⁊ imortale in celesti sede collocatur: ⁊ de his oībus nos domino cōcedente tractabimus quando disputabimus de deoꝝ natura ⁊ deitatis distinctiōe. ¶ Sed vnum obseruanduꝫ est qḋ Pithagoras in lege de deoꝝ cultu nō p̄cepit offerri sacrificiuꝫ aīalium: eo ꝙ nefas putauit occidere animalia: ⁊ q2 non opꝫ aliquid talium offerri deo q2 nullo caret eoꝝ que condita sunt ab eo. ¶ Sic igiꝰ q2 omne ⁊ totuꝫ completum tā substantie corporalis ꝙ etiā ipsius spiritualis. ꝙ ipsius vniuersi ⁊ ipsoꝝ deoꝝ ꝯsistit in tribus: nos opꝫ distinguere in quo differant illa. s. omne totum ⁊ cōpletum: quādo de rebus naturalib9 dicunꝰ. ¶ Dicamus igiꝰ ꝙ ista non differunt in forma: eo ꝙ omnia noiant formam vnam: sed ipsoꝝ diuersitas est in materia ⁊ in accidēte ⁊ hoc est dicere ꝙ per esse qḋ habet forma illa ex diuersa cōparatione ad materiā differūt ista. Si eni accipiaꝰ forma illa ꝓut ipsa potētia est in multis: ⁊ de multis nō diuisa ab ipsis tūc diceretur omne: ⁊ comparatur ad partes subiectas: que discrete sunt abinuicē: si v̓o accipiaꝰ ipsa eadē forma ſm comparationē ad partes integrales quas vniꝰ: tunc ipsa dicitur totum: q2 continuatio partiū integraliū hoc modo colligiꝰ et vniꝰ in ipsa: ⁊ ideo diximus in quinto physicoꝝ: ꝙ finis continuitatis in physicis est vnio que fit per formā nālem: si autem eadem forma cōparetur absolute ad materiā: que subijciꝰ generationi: tunc ipsa est cōplemētum: q2 sic completuꝫ esse dat ei ꝙ erat in potētia ante ipsaꝫ. Si autē adhuc eadē forma accipiaꝰ ꝓut ipsa dat nomen ⁊ rōneꝫ ei cuius est forma tūc ipsa diciꝰ res huius speciei vel illius sicut homo vel asinus: ⁊ sic substat id ei qḋ vocamus suppositū: qḋ demōstratur cū dicitur hic est homo: ⁊ hic est asinus: ⁊ ille est leo. Cum ergo ista sint ſm qḋ dictum tunc ex oībus dictis manifestum est ꝙ solum corpus inter cōtinua est completum. ⁊ omni alia magnitudine cōpletius. ⁊ hoc est ideo quia soluꝫ corpora terminant tres dimensiōes: ⁊ reliquaruꝫ specieruꝫ continui est aliqua que habeat duas dimensiones. ⁊ aliqua est que habet vnaꝫ tm̄. Et inquantuꝫ recipiunt nomē dimēsionis in tātū ⁊ participant nomen cōtinuitatis ⁊ diuisibilitatis siue separatiōis: eo ꝙ numerus quiddā cōtinuum est: q2 numeruꝫ cognoscimus diuisiōe continui sicut in physicis dictū est. Cui eni conuenit tm̄ vna dimensio: vocatur continuum a copulatiōe suarū partium ad pūctum ⁊ cui cōueniunt due dimēsiones: lꝫ sit cōtinuum tamen vocatur separatum: eo ꝙ iaꝫ per duas formas cōtinui numeraꝰ: q2 vna est longitudinis in ipsa forma ⁊ altera latitudinis: sed corpori cōueniunt vtraqꝫ noīa simul quia corpus mathematicuꝫ ꝓducitur ꝓductiōe a superficie ⁊ linea directa in ꝓfundum: ⁊ ideo habet in se formam linee: que est cōtinuitas: ⁊ formaꝫ superficiei: que est separatio per duas formas: ⁊ quo ad hanc tertiam rōnem corpus est perfectius alijs duabus dimēsiōibus. Amplius ꝙ omnis magnitudo habēs in se formam separatiōis. habet etiā in se formaꝫ cōtinuitatis: q2 omne diuisibile est cōtinuum ꝓculdubio: vtrū autē omne cōtinuum ꝙ mathematicūqꝫ physicū sit diuisibile nō est sufficiēter notum ex his que hic dicta sunt: ⁊ in quinto physicoꝝ: sed erit manifestum in ꝑmo libro perigeneseos: ⁊ in prima phīa vbi ostendeꝰ ꝙ nulla sint corpora indiuisibilia. Qḋ autem iā notum ⁊ manifestum est ex his que dicta sunt hic: hoc est ꝙ nō est possibile vt corpus permutari intelligaꝰ ad aliquod aliud quartuꝫ genus aliarū dimēsionum: sicut diximus lineaꝫ permutari ad superficieꝫ per hoc ꝙ duciꝰ in seipsam: ⁊ permutari superficiem ad corpus per hoc ꝙ duciꝰ in seipsaꝫ: si eniꝫ esset via ad hoc ꝙ corpus permutareꝰ in aliaꝫ quartam dimensionē tūc non esset magnitudo cōpleta: cuꝫ essent diminuta ad vltimaꝫ dimēsionem que cōpleta esset respectu oīuꝫ aliarum: in solo eni eo qḋ diminutum est ab vltimo complemēto: possibilis est permutatio. Cū ergo hoc sit vt dictū est: tunc impossibile est ꝙ illud cōpletuꝫ qḋ separatur ⁊ diuidiꝰ in omnes dimensiones sit diminutū: hoc autē est corpus: ergo nō possibile est vt corpus sit diminutum: sed hoc dem̄ est de corpore in se in vniuersali considerato. Si autem nos cōsideramus corpora mūdi: nos inuenimus aliqḋ qḋ est continens ⁊ nō contentū ab aliquo: cui nihil addi potest nec intus nec extra: quēadmodum est celum primū: ⁊ mūdus ipse ⁊ inuenimus aliqḋ continens ⁊ contētuꝫ: quēadmodū sunt spere inferiores ⁊ tres spere elemētoꝝ. Et inuenimus aliqḋ contētum ⁊ non cōtinens: quēadmodum est spera terre: ⁊ ideo dicimus ꝙ corpoꝝ simplicium que sunt reliqua sub corpore in vniuersali accepto: vnūquodqꝫ cōpletum est ſm modum sue dispositiōis sicut iaꝫ diximus de termino sui complementi qui terminus est cui nihil addi potest nec itra nec extra diximus enim ꝙ qḋlibet corpoꝝ habet tres dimēsiones ⁊ sic intra se est cōpletum: veruntamē cōtentis corporib9 est terminus extra q2 cōtenta corpora tangit aliquid extra se: ⁊ illud cōtinendo mensurat ipsa: q2 concauum cōtinētis tātū est quātum cōuexum corporis contenti: ⁊ illud cōtentuꝫ est in multitudine: q2 cōtenta sunt sicut materie cōtinētiuꝫ: ⁊ partes quedam iacēte in continētibus: ⁊ ideo videmus ꝙ qḋlibet corpus qḋ est in multitudine cōsistens est imperfectum: q2 si esset perfectuꝫ saluaretur in vno. Et hec multitudo est duplex. Aliquādo est vnum in substātia: ⁊ incorruptibile: multa tamē in formis partiū ⁊ in motibus: sicut in multitudine sunt celi inferiores sicut nos ostēdemus in secūdo huius sciētie: ⁊ hoc cōtingit ꝓpter imperfectioneꝫ potentie mouentis ⁊ mobilis que nō potest assequi finē sui mot9 nisi per multa: ⁊ per multos modos. Motus aliquādo consistit in multiplicatione indiuiduoꝝ: que ideo multa sunt q2 eē diuinum in periculo salutis esset in paucis eo ꝙ generātur ⁊ corrūpuntur: sed totū cuius omnia ista corpora sunt ptes: qḋ est celū primum vel ipse mūdus est omnibus modis his completum: ⁊ nulla parte diminutum: ⁊ ideo illud ꝓprie habet nomen totius ⁊ omnis: ⁊ est ei essentiale nomen istud ee conueniens per prius: ⁊ perpetue conuenit ei eo ꝙ conuenit ſm essentiam. Illud enim est totum ratione absolute: ⁊ non

Numerus formalis ⁊ materialis.

Mūdus in trinitate Trimegisti trib9 perficitur.

Tex. cō. 3.

Nō quo ad totum ⁊ complementum differunt de rebus naturalib9 dicunꝰ.

Tex. cō. 4.

totum ad quedam: et ad quedam non totum: sicut sunt corpora particularia que sunt continentia et contenta. In sequentibus autem declarabimus que sit natura totius: et utrum sit finitum aut infinitum secundum aliquam eius dimensionem. Ab illo enim dependet perfectio istius capituli: quia si sit infinitum tunc non erit completum: eo q nihil infinitum est completum: ut ostendimus in tertio physicorum. ¶ Est autem abbreviatio omnium horum que diximus hic q differentia inter corpus et quamlibet aliam dimensionem huiusmodi est q corpus distenditur ad omnes dimensiones sed magnitudo que habet unam dimensionem vocatur linea: que habet duas vocatur superficies: que habet tria spatia vocatur corpus: et post tria spatia non restat aliqua dimensio quarta: et hoc sciatur per hoc q non possumus intelligere aliquid aliud ad quod corpus mutetur. ut sibi addatur ei aliqua alia dimensio sicut mutatur linea ad superficiem: quando eius longitudini additur latitudo: et sicut superficies mutatur ad corpus quando eius longitudini et latitudini per intellectum additur altitudo. Constat igitur ex hoc q in rebus quantitatem habentibus corpus perfectius est eo q continet in se omnes dimensiones et unumquodque corporum huius mundi perfectum est hac perfectione: sed tamen habet quandam imperfectionem: eo q terminatur ad aliquod corpus extra continens ipsum: totus autem mundus utroque modo perfectus est. Habet enim tres dimensiones et non terminatur ad aliquid extra. Hec autem abbreviatio colligitur ex verbis Avicenne qui sic abbreviat sermonem istum.

*Abbreviatio omnium predictorum ex verbis Avicenne collecta*

¶ Cap. 3m. De probatione subtili q oportet esse aliquid simplex cui naturalis sit motus circularis per hoc q sunt corpora simplicia quibus est naturalis motus rectus: et de obiectione contra hoc.

*Tex. co. 5.*

Nunc autem intendimus de partibus mundi simplicibus que differunt formis substantialibus abinvicem. et differunt accidentibus propriis que consequuntur substantiales formas earum ad hoc q nos inveniamus corpus celeste per motum qui est ei naturalis secundum convenientiam sue forme naturalis. Ad hoc autem investigandum ponemus principia investigationis istius sic penes propositionem istam: q scilicet omnia corpora naturalia et magnitudines per se moventur aliquo locali motu: quia scilicet cetere magnitudines non moventur nisi in corpore: tamen corpus ab eis habet q sit mobile motu locali sicut diximus. Huius autem ratio patet ex his que dicta sunt in diffinitione nature in secundo physicorum. q scilicet natura est principium motus et quietis eius in quo est per se et non secundum accidens. Cum ergo quodlibet corporum sit alicuius nature formalis: et nos diximus quia motus est de consequentibus formam substantialem in corpore quod movetur per se non per accidens: oportet q habeat quodlibet corpus physicum motum naturalem suam formam consequentem. Omnis autem motus localis sicut patet ex octavo physicorum aut est equalis: aut circularis: aut compositus ex utrisque. Duo autem priores istorum motuum sunt simplices scilicet equalis et circularis. Equalis enim dicitur cuius mobile rectarum et equalium in partibus est dimensionum: et circularis est cuius mobile est dimensionum circularium: et licet equalis motus et rectus sit etiam super spatium equale et rectum: tamen hoc non est causa q motus est rectus et equalis: quia circularis non est super spatium circulare sive in spatio circulari q sit extra ipsum vel in ipso: quia non est spatium aliquod circulationis nisi ipse circulus. Nihil autem movetur in spatio quod est sub ipso: et sic patet q circulare spatium non est causa circularis motus: ergo a simili neque rectum spatium potest esse causa recti motus. His autem habitis cum causa motus diversi sit causa mobilis quod movetur diversimode: ita q mobilis unius secundum formam sit motus unus secundum formam: et diversorum in forma mobilium sunt diversi motus in forma. Item causa diversitatis horum motuum qui sunt circularis et rectus est diversitas mobilium secundum formam: unum est enim forme que est in dimensionibus rectis et longis: alterum vero forme que est in dimensionibus circularibus. Motus autem circularis est ille qui est circa medium: et motus rectus dividitur in duos quia est unus eorum in sursum sicut motus eius quod est leve: et alter deorsum est sicut motus gravis. Dico autem motum sursum: motum qui est a medio: et motum deorsum qui est ad medium. ¶ Ergo manifestum est q erunt tres

*Tex. co. 8.*

motus locales simplices: ad medium: a medio: et circa medium. Et signanter isti tres motus tria mobilia in forma differentia: et sic est aliquod corpus secundum substantialem formam differens ab elementis et cuius naturalis motus est circularis sicut naturalis motus est rectus corporis quod est elementum. ¶ Est autem hic non parvus locus ambiguitatis. Nos enim ostendimus in octavo physicorum q forma illa quam naturaliter consequitur motus localis est forma data a generante: et res in potentia ad motum hoc modo quo est in potentia ad formam illam: talis enim forma est elementi simplicis qua consequitur motus sursum et locus sursum: et motus deorsum et locus deorsum. Si ergo elementalem formam consequitur motus circularis: videbitur necessario q celum sit compositum ex elementali forma que est actus et perfectio materie: et ex materia. Omne autem sic compositum est generabile et corruptibile: igitur celum generabile et corruptibile videtur: cuius contrarium diffinito probatur inferius: quia ibi ostendemus q celum ex materia sua tota est: et q non habet compositionem forme cum materia: ita q forma sit actus acceptus per generationem. Si autem aliquis forte velit dicere q celi motus est motus forme sue: que non accipitur per generationem sed inest ei semper sicut ingenerabili et incorruptibili: et q ideo est motus suus ingenerabilis et incorruptibilis: tunc omnia illa que dicta sunt in principio 7. physicorum: et in secundo tractatu 8 physicorum erunt falsa. Ibi enim ostensum est q omne quod movetur per se habet motorem a se distinctum per esse et diffinitionem vel saltem per diffinitionem solum. Si enim diceretur celum moveri a forma sua corporali: que est ut ita dicam celeitas: tunc a nulla parte nec a toto distinguitur motor: nec per esse: nec per diffinitionem. Item quia corpus mobile non est motum nisi per hoc q est in potentia ad locum sicut corpus mobile ad formam non est motum secundum actum: nisi per hoc q est in potentia ad formam: non autem est in potentia ad locum: nisi per se vel per accidens: et si est in potentia ad locum per se movebitur a generante: et non movetur plus quando adeptum fuerit formam generantis et locum: quia tunc stabit. Si autem est in potentia ad locum per accidens: tunc est extra locum suum violenter: et movebitur ab eo quod removet impedimentum: et quando adeptum fuerit locum suum iterum quiescit. et nihil oium istorum videmus in celo q movetur continue in loco suo: et non a generante neque a removente prohibens. Adhuc autem ostendimus in secundo tractatu. 8. physicorum q necesse est q primum quod movetur: moveatur non a generante: sed a seipso: quia illud movetur in loco suo: postquam iam completum est in esse sicut animal: et ostendimus q iste motus non est omnino naturalis: quia omnia videntur falsificare ea que hic sunt inducta. ¶ Ad ois autem hec videtur solvere Averrois dicens q natura sumitur equivoce: quando dicitur motus rectus esse naturalis: et quando dicitur motus circularis esse naturalis: eo q motus rectus est consequens formam per generationem datam a generante que actus est compositi a generante per generationem ex forma et materia cuius forma generationis est finis: et materia generationis est subiectum. Motus autem circularis est a forma que est substantia separata que non est actus alicuius corporis neque alicuius generationis finis: neque materia est alicuius generationis subiectum. ¶ Sed si hoc est verum quod dicit dictus philosophus tunc non videtur ratio inducta valere. quia equivocatio impedire videtur eius processum. Sed ad hoc leviter potest dici per illud quod in octavo determinatum est: q talis motus est naturalis secundum q totum illud quod movetur comparatur ad motorem: et non secundum q illud quod movetur comparatur ad motum: vel partes eius quod movetur comparantur ad motum. Est enim totius animalis natura anima que movet localem motum licet ipse motus non secundum naturam sit corporis moti vel partium ipsius corporis moti: et quo ad hoc est similitudo proportionis: quoniam sicut naturalis est motor generans dando formam suam generabili: et per hanc est movens secundum locum: ita naturalis est motor qui est substantia separata ei quod movetur quando influit ei motum localem per intellectum vel appetitum: vel possumus dicere q sicut forma que est coniuncta corpori: et est actus corporis habet movere dando formam suam corpori recto q habet gravitatem et levitatem: ita forme et substantie separate est movere corpus rotundum: neque habens gravitatem: neque levitatem: et hoc redit fere ad idem. ¶ Sed tunc surgit maior et magis difficilis questio:

*Di. gratia quam movens altro 4. c. 5.*

*Solo Averrois in c. 5.*

*Obiectio contra solutionem.*

*Solo*

*Alia dubitatio difficilior*

questio: ꝛ illa fundatur super duo: quorum vnum est: ꝙ nos vi-
demus ꝙ hec forma que datur ab hoc generante non hz mo-
uere nisi per esse qḋ habet in eo qḋ mouetur per hoc qḋ indi-
uiduatur in ipso. Et scḋz est ꝙ formarum talium diuersitas in
specie diuersificat corpora que mouẽtur in specie: ꝛ et mot⁹
ipsos diuersificat in specie. Si ergo ponat̃ forma separata:
que per esse nullius corporis est actus: ideo indiuiduatiões
nõ habet ab ipso subiecto in quo est: illa videt̃ nõ posse mo-
uere subiectũ cuz per esse nõ sit ei cõiuncta. Et iteruz ꝓpter
scḋz nulla diuersitas motus videbitur posse esse ex talibus
motoribus: cũ omnes ipsi sint substãtie separate: ꝛ per hoc nõ
habentes diuersitatez neqꝫ diuersitatem aliquaz causantes
vel facientes in corpore qḋ mouetur ab eis: neqꝫ etiaz in mo-
tibus qui sunt ab eis. ¶ Et scias ꝙ hec difficultas multos
compulit dicere ꝙ celuz cõponitur ex motore qui est act⁹ cor-
poris ꝛ virtus eius in corpore qḋ mouetur. Et dederũt illi
motori celi imaginationem qua intẽderet hunc motuz par-
ticularem quo mouetur corpus celi ab ipso: quia non vide-
runt qualiter intellectus qui est substãtia separata intende-
re posset nisi ratione motus in vniuersali: ꝛ ideo dixerũt con-
sequenter ꝙ esse istorum motoruz diuersum est sicut eẽ for-
marum que sunt in generatis ꝛ corruptis: ꝛ ab illa diuersita-
te prouenit diuersitas motus ipsoruz. Hec omnia autẽ ab-
surda sunt: sicut nos probare intẽdimus in phia prima: ꝛ in
parte probauimus in octauo physicorum: ꝙ si esset sicut isti
dicunt motor talis moueretur per accidens: ꝛ sic nõ eẽt act⁹
primus neqꝫ separatus: ꝛ esset finitus nõ infinitus in virtu-
te mouendi que omnia ostẽsa sunt nõ cõuenire motori pri-
mo separato. ¶ Propter qḋ quantuz sufficit presenti nego-
tio dicẽduz est ꝙ motores sperarum celestiuz: lz moueãt per
modum nature eo ꝙ mouent vno modo: ꝛ ꝙ motus ille est
naturalis corpori celi plusqȝ motus ꝓcessiuus cõuenit cor-
pori animato: tamẽ sunt separati: neqꝫ per esse: neqꝫ per dif-
finitionez depẽdentiam habẽtes ad corpora ipsa: sed cõpa-
rantur ad ipsa sicut intellectus artificis cõparatur ad corp⁹
qḋ mouetur instrumẽtaliter ad formaz artis inducendaz in
materia ꝓpter qḋ forma que est in motore proprie est: neqꝫ
vniuersalis neqꝫ particularis: eo ꝙ hoc accidit formis pro
ut abstrahũtur a rebus per potẽtias apprehensiuas: nisi for-
te diceret̃ ꝙ est vniuersalis eo modo quo vna numero causa di-
citur vniuersalis. qꝛ factiua est multoruz. Talis autẽ intel-
lectus sic informatus infinit motuz particularẽ corpori: qui
quidem particularis est prout est in eo ꝙ particulare ꝛ sin-
gulare mobile: habet tamen vniuersalez virtutez explicãdi
omne illud cui debet induci forma quaz intendit inducere
motor per suaz scientiaz actiuaz: ꝛ sic patet aliqualiter solu-
tio primi. ¶ Diuersitas autez istorum motoruz est ex diuer-
sitate ordinis: sꝫ distare plus vel minus a causa ꝑma: ꝛ huic
diuersitati respõdet diuersitas mobiliũz sperarũ: ꝛ per cõse-
quens diuersitas motus in speris ipsis: ꝛ sic propalata est so-
lutio secũdi. De hoc tamẽ plus dicemus in libro scḋo istius
operis. sed cuz subtilitate inquiremus de his in phia ꝑma:
ꝛ que hic dicta sunt cõcordãt cuz his que dicta sunt in octa-
uo physicoruz. Diximus eniz ibi ꝙ motor est separatus nõ
indigens corpore: nec motus motu corporis per accñs. quo
niam est sicut intellectus actiuus mouẽs. Et diximus dissi-
militudinez eẽ inter id qḋ mouet̃ ab aialium aia: ꝛ illud qḋ
mouetur a motoribus separatis: qꝛ corpus aialiuz de se nõ
est susceptibile motus ꝓcessiui: quo mouet aia aialis perfe-
cti: ꝛ ideo natura fecit ei fila ꝛ chordas per que trahit mem
bra ad motuz: ꝛ fecit ei musculos in quibus sedẽt virtutes af-
fixe in mẽbris que mouent ad imperiũ itellectus mouẽtis.
Corpus autẽ celi de se susceptibile est motus illati ei per su
um motorẽ separatum ꝓpter qḋ nec indigẽt filis ꝛ chordis
nec virtutibus organicis affixis istis partibus moti: ꝛ quia
talibus non indiget: ideo nullã habet virtutẽ que sit corpo-
ris virtus ꝛ actus eius: sed totus est separatus: ita ꝙ nihil
accipit a corpore: nec esse habet a corpore neqꝫ diffinitionez:
ꝛ sic debet itelligi ꝙ dicitur motus naturalis celi qui est cir-
cularis sicut motus rectus naturalis est elemento. Simpli-
ces autẽ motus locales in genere sunt tres, sed in specie plu-
res. quoruz vnus est a medio ꝛ est duoꝝ elementoꝝ: ꝛ alius
est ad medium ꝛ etiam est duoruz elemẽtorum: ꝛ tertius est
circa mediuz: ꝛ ille est multiplex ꝛ cõuenit corporibus cele-
stibus. Hoc autem conuenit cum eo qḋ diximus superius
vz ꝙ corpus est cõpositũ ex tribus dimensionibus sm eniz
tres dimensiões corpus mouetur trib⁹ motibus quia cum
dextrũ ꝛ sinistrũ sit primũ latitudinis erit illud ꝑncipiũ mo-
tus circularis: vt in secũdo huius sciẽtie ostendemus. Si-
militer ante ꝛ retro erit principiũ cuiusdam motus qui est
inferior motoꝝ ꝛ mobiliũ sm circuluz sicut illoꝝ quorũ mo
tus est super polos orbis signoruz. Sursuz autem ꝛ deorsuz
sunt principia duorum motuuz ascensionis ꝛ descensiõis sꝫ
diuersitatem suorum terminoruz: ꝛ ideo errant qui dicunt
tres dimensiones non habere consonantiaz cum tribus mo-
tibus localibus corporum simplicium nisi in numero: qꝛ si-
cut iam patuit tres dimensiones sm sua extrema que sunt
in mundo habent causalitatem ad tres motus. Cum nos
autez vnum istorum motuuz dicimus esse circa mediũ sunt
quidam quoꝝ princeps ꝛ dux Auerrois qui dicunt ꝙ istud
medium est physicuz ꝛ nature vnius ꝛ determinatuz: ꝛ hoc
est medium terre: quia hoc est medium mundi. ꝛ sic volunt
mentiri astrologos in hoc ꝙ ponunt epiciclos qui voluun-
tur circa medium acceptuz in deferentib⁹ circulis: ꝛ dicunt
falsuz eẽ ꝙ de circulis dicitur eccẽtricis siue circulis egres-
se cuspidis: quia illoruz medium: neqꝫ est vnum: neqꝫ terre
mediuz: sicut probatur in Almagestis Ptolomei. Sed qꝛ
de his hic nõ potest sufficiens inuestigatio haberi: ideo trã-
seundo dico ꝙ dictuz Auerrois nõ tenet nisi dicant̃ omnes
orbes celi eẽ vnius nature ꝛ vnius speciei ꝛ vnius materie:
quemadmodum vnius materie sunt elementa: ꝛ nihil ho-
rum verum est sicut ostẽdemus in secũdo libro: ꝛ ideo si cor
pora celestia diuersa sunt in forma ꝛ in materia: ꝛ in motu
diuersa erunt: ꝛ ideo non erit inconueniens ꝙ etiam diuer
sa habeant centra. Sed Auerrois nequaqȝ bene sciuit natu
ras celestiuz: ꝛ ideo multa abusiua ꝛ absurda dicit de celis:
que etiam falsa esse conuincũtur per visum: redeamus nũc
ad propositum adhuc inducentes rationes ad probandum
ꝙ celuz est corpus quoddaz simplex preter quatuor oĩa ele-
menta existens. ¶ Dicimus igitur ꝙ cũ inter corpora que-
dam sunt simplicia quedam composita ex simplicibus erũt
profecto simplicia in quibus ideo est motus simplex: qꝛ in eis
natura mouens nõ est nisi vna quecunqꝫ sit illa que est prin-
cipium motus naturalis: sicut est ignis ꝛ terra ꝛ similia for-
mis horum duorum que sunt media: quia aer est sm formã
ignis in leuitate: ꝛ aqua sm formam terre in grauitate. Et
sunt etiaz hec duo similia generi ignis ꝛ terre: lz Joãnes grã
maticus velit hoc eẽ falsuz propter hoc ꝙ quatuor elemen-
ta differunt in formis ꝛ differunt locis ad que mouẽtur sed
in genere grauis ꝛ leuis conueniunt: lz differãt sm species
grauitatis ꝛ leuitatis. Sunt autem corpora cõposita in qui
bus sunt plures nature mouentes. sicut natura leuis ꝛ natu
ra grauis: ꝛ sm hoc necessario diuersificãtur motus qꝛ alij
sunt motus simpliciuz: ꝛ alij motus compositorum. motus
autem corporum compositorum diuersificantur sm diuersi
tatem compositionis sed tamen quia nõ potest esse compo-
sitio ad equalitatem omnimodam componentiuz ideo mo
tus compositorum est idem in specie sm naturam mouentẽ
que vincit in composito. Si eniz esset compositio ad equali-
tatem omnimodam rũc compositum nec locum nec motuz
haberet: sed in omni loco in quo poneretur ibi ꝛ maneret si
rum qꝛ a cõponentia equaliter mouerẽt ipsuz sursum ꝛ deor
suz. ¶ Sz tunc forte obijciet aliqs dicens ꝙ sm hoc cõposi-
tio dissolueret̃: qꝛ vincẽs in ipsa alia vel expellet vel trãsmu
tabit ad seipsum. ¶ Sed ad hoc respondemus ꝙ est cõposi
tio sm equalitatez geometricaz in cõpositis per naturam: ꝛ
non sm equalitatẽ arithmeticam: non eniz cõponentia in cõ
posito sunt sm equalitatem in quãtitate componentiuz ac-
ceptam sed potius sm similitudinem acceptã in equalitate
proportionis cõponentiũ: qꝛ a tum sint in composito termi-
nato ꝛ continuato: ꝛ tãtũ est in cõpositione de sicco terre: quan
tuz passiue sufficit ad terminationem ꝛ figurationem cõpo-
siti: ꝛ est in eo de frigido quãtũ sufficit terminationi ꝛ figu-
rationi actiue: quãtum autẽ sufficit ad continuationẽ est in
eo de humido cõtinuante. De calido autez quãtum sufficit
mouere ad ista ꝛ actiones compositi. Dicemus autẽ plura
de hoc in primo libro perigeneseos in tractatu de mixtiõe.
Cum igitur (vt predictũ est) motus simplex sit nature sim-

Opio Auicẽ. de circa questionem.

Impugnatio eiusdem.

Solu. dubii ad questionem.

Rõ sic diuersitas motoꝝ in celestib⁹ vide etiã cõ 44. 12. metaphysice.

Nota contra Auerroim.

T. c. 7.

Nota rõnez ꝓpter quã nõ pt eẽ eqle ad põdus vide etiã Cõmẽtatorẽ hic.

Obiõ ꝯ sdicta.

Solõ

Nota de duplici eq̃litate.

Tex. cõ. 8.

plicis mouentis: cuz motus circularis sit simplex vt ꝓbatuz est in octauo physicorum. sicut ⁊ motus equalis siue rectus: oportet ꝙ sicut corpori simplici ↄuenit motus simplex: ꝙ ita sit econuerso ꝙ motui simplici aptetur simplex corpus qḋ moueatur motu illo. Si autez inueniatur aliquādo in physicis motus simplex in corpore cōposito: tunc oportet ꝙ ille sit illius compositi nō s̄m ꝙ est compositū: sed potius s̄m ꝙ dominatur in ipso aliquod simplex vincens in compositione sicut quādo videmus lignū descendere: ⁊ possibile est ꝙ etiaz simplex aliquādo sequat̄ motū ↄtrariū simplicis qḋ dn̄atur super cōpositū: sicut quādo videmus ignē descēdere in stipite accēso: q̄a tūc ꝑfecto sequitur materiā suaz que est terrestre cōbustibile. Ex oibus autē his que dicta sunt manifestuz est ꝙ motus simplex est corporis simplicis per se: ⁊ ideo cum circularis sit motus simplex: oportet ꝙ sit aliqḋ corpus simplex qḋ natura sua simplici moueat̄ motu illo: ⁊ sicut est motus rectus distinctus a circulari: ita est distinctio in mobilibus: ꝙ videlicet id quod circulariter mouetur distinctuz est ab omnibus his que recte mouentur.

¶ Cap. 4ᵐ. Q̄ꝫ nullo modo motus circularis simplex potest esse celo accidentalis.

Tex. cō. 9.

Sed forte dicet aliqs aduersarius: ꝙ absq̄ dubio motus circularis est motus simplex sed nulli corpori est naturalis s̄ꝫ accidentalis: ⁊ dico accidentalem ad quē non mouet aliqua nā corporis: sed motus ille est a motore extrinseco ꝑ violentiam mouente. Sic eniꝫ accipimus hic motum accidentalē cum nos intēdamus naturam eius inuestigare ꝙ moueṫ per rōnem sui motus: tūc eni dicimus motū nālem ad quē mouet aliqua natura eius qḋ moueṫ: ⁊ motū accidentalē ad quē mouet non natura aliqua eius in eo qḋ moueṫ: sed ad quē mouet extrinsecus motor: cuius motus nō nā est in eo qḋ moueṫ: talis aūt est violentus. Dicit igiṫ forte aduersarius ꝙ nō est verū ꝙ corpus celeste sit quintū corpus ꝓter quatuor elemēta: sed dicit ꝙ est ignis ⁊ motus circularis inest ei accidētalis ⁊ non nālis. tūc dico ꝙ verum est qdeꝫ ꝙ possibile est corpora quedā simplicia moueri motu accidentali: sed ille motus qui est vni simpliciū accidentalis. erit alteri corpori simplici nālis: ⁊ non pōt esse ꝙ istḋ corpus simplex cui est nālis habeat cū ipso etiā alium motū naturalem: q̄a iā ostēdimus ꝙ vnius simplicis nō est nisi vnicus simplex motus nālis. Nos autez videmus ꝙ omnia elemēta quattuor simplicia habēt mot⁹ simplices naturales rectos: ergo nulli eoruꝫ est naturalis circularis: opꝫ igitur iterum ꝙ aliud sit corpus quintuꝫ extra quatuor elementa cui sit naturalis. ¶ Amplius tali modo sumpto naturali ⁊ accidentali vt diximus mot⁹ naturalis semper ↄtrarius est motui accidentali. Hic aūt hoc supponatur: ad qḋ redibimus in seqūtib⁹ huius capituli ⁊ ꝓbabimus illud. Est autē notum ex canone maiore siue ex regula cōi dialectice artis: ⁊ ex mathematicis que vel in maiori parte vel vniuersaliter est vera ꝙ vnus motus vni motui tm̄ est cōtrarius: ⁊ hoc etiaz ostēdimus in quinto physicoꝝ. Adhuc autem ex his que in octauo dicta sunt: cōstat motū circularem eē motū simplicē: q̄a enim sunt due linee simplices: vꝫ recta ⁊ circularis ⁊ non plures: ideo necesse est duos motus simplices esse vꝫ rectuꝫ ⁊ circularem. His igiṫ suppositis dicam ꝙ si dicat aduersarius ꝙ ille motus circularis nō est naturalis corpori celi sed accidentalis: sed ipsum est ignis aut aliquod aliud elementuꝫ qḋ mouetur circulariter per accidēs tūc sequiṫ necessario ꝙ motus naturalis ignis est cōtrarius motui circulari quo moueṫ per accidēs: sed nos nuper posuimus ex canone esse verum ꝙ vnus motus tm̄ ↄtrariatur vni ⁊ si hoc est verum tūc per ea que dicta sunt in quinto physicoꝝ mot⁹ sursum qui est naturalis igni cōtrariaṫ motui qui est deorsum: eo ꝙ sunt ad extrema ↄtria ⁊ ex principijs cōtrarijs. ergo nō est contrarius motui circulari q̄a motus circularis non est idem cū motu deorsum. Ulterius ergo sequitur ex supposit⁹ dictis ꝙ mot⁹ circularis nō est accn̄talis igni q̄a si eēt ei accidētalis tūc esset nāli suo motui ↄtrius: ⁊ hoc est ↄtrm̄ eius qḋ dixit aduersarius. Si aūt ꝓpter predicta dicat aduersari⁹ ꝙ absq̄ dubio corpus celi nō est aliqḋ corpoꝝ q̄tuor que sūt elemēta vocata: ⁊ ideo mot⁹ circularis est ei accn̄talis ⁊ non nālis. tūc opꝫ absq̄ dubio ꝙ illud corp⁹ hēat etiā aliquē aliū motum simplicem nālem: q̄a naturale est ante accidentale: ⁊ nihil erit vnquā accidētale: nisi supponat̄ aliqḋ naturale. Sed post ēdimus ꝙ simplicem mot⁹ non sūt nisi duo in genere rect⁹ vꝫ ⁊ circularis ⁊ ꝙ recti sūt duo sursum vꝫ ⁊ deorsum: motus mouentur autē duo elemēta superius s. ignis ⁊ aer: ⁊ duo inferius aqua ⁊ terra. Si ergo corp⁹ illud quintū distinctum est a q̄tuor ⁊ non nāliter mouetur circulariter: tūc non potest esse quin habeat simpliceꝫ motū rectum: aut ergo naturaliter mouetur sursum: ⁊ tunc erit ignis aut aer: aut naturaliter moueṫ deorsum: ⁊ tunc erit terra aut aqua: ⁊ qḋlibet istoꝝ est ↄtra hypothesim q̄a dixit aduersarius ꝙ nō esset aliud q̄tuor elemētoꝝ. Scias aūt ꝙ oia que dicunṫ sūt dicta ↄtra Platonez ⁊ phos Egypti qui dixerūt ꝙ celuꝫ est igneum: ⁊ non est motuꝫ circulariter nisi per accidens dicebant enim ꝙ ignis naturaliter ascendit: ⁊ quādo nō habet quo plus ascendat. tunc circūuoluitur in seipso sicut flāma ignis in fornace ꝓter hoc solum ꝙ ↄcauum fornacis circūuoluit flāmaꝫ. Defect⁹ autez vlterioris loci circūuoluit ethere. vt dicebant. ⁊ ↄtra hec dicta inducte sunt iste ratiōes.

Tex. cō. 8.

¶ Est autez in rōnib⁹ his multa dubitatio. Cum eniꝫ diciṫ ꝙ mot⁹ accidētalis est ↄtrarius motui naturali: videṫ hoc eē falsum de circulari accidentali: q̄a nos videmus lapidem molarem molendini ꝙ hꝫ duos mot⁹ accidentales: vnum quidē qui est ascendere sursum: ⁊ alteraꝫ qui est reuolui circa centrum quo teneṫ super molarem inferiorem: ⁊ ille videṫ esse medius inter naturalem ⁊ illum qui est ascendere sursum: q̄a circulari motu mouetur ad inferioreꝫ molarem: ⁊ eleuatur s̄m aliquid ab ipso: quia aliter non ↄtereret grana. Cum ergo duo non sint ↄtraria vni: non potest esse omnino naturalis motus circularis ⁊ ↄtrarius motui naturali. Nec vitatur inconueniens ad qḋ inducitur aduersarius: quia si demus ꝙ mot⁹ naturalis est ↄtrarius motui accidentali et videmus aliquod elementorum per accidens moueri circulariter: tunc sequitur ꝙ duo sint ↄtraria vni: ⁊ hoc est contrarium qḋ supponitur ex canone maiori. Adhuc autem videtur ex hoc sequi ꝙ motui circulari est aliquid contrariū: cuius oppositum inferius ostendemus.

Motus mole molendini contrari⁹ s̄m Solu.

¶ Conabitur forte aliquis ad hoc soluere dicens sicut Auerrois videtur alicubi dixisse ꝙ duplex est contrarietas: perfecta videlicet et imperfecta: perfecta est quidem que est s̄m completam distantiam contrariorum maxime distantiuꝫ: incompleta autem que est medij ad extremum: ⁊ ideo dicet s̄m completaꝫ distantiam vnum vni esse ↄtrarium: ⁊ s̄m incompletaꝫ plura opponi ad vnum ↄtrarie. Dicet enim ꝙ accidentale perfecte egrediens extra naturam est ↄtrarium naturali: ⁊ non complete egrediens non est omnino ↄtrarium: ⁊ sic circularem motum quādo est accidentalis esse quidem ↄtrarium s̄m rationem ↄtrarietatis incompletaꝫ: sed non est ↄtrariū naturali s̄m completam rationem ↄtrarietatis.

Solu. r̄one Auerrois hic cō. 10.

¶ Sed iste qui sic dicit non soluit inconuenientia inducta: quoniam rationes superius inducte procedunt: ac si circularis completam haberet ↄtrarietatis rationem.

Alia solu.

¶ Ideo nos dicim⁹ ꝙ hec que dicta sunt de motu circulari sunt intelligēda de motu circulari simplici. Duo autem exiguntur ad hoc ꝙ mot⁹ circularis sit simplex quorum vnum est ꝙ mobile circulariter non habeat aptitudinem naturalem nisi ad motum circulationis: ⁊ hec est aptitudo que est ex rotunditate suaruꝫ superficierū. Si enim poneremus per impossibile corpus celi componi ex superficiebus. tunc dico ꝙ corporis rotandi necessario omnes superficies erunt sperice: ⁊ hec imaginatio est sicut si imaginemur globum componi ex superficieb⁹: q̄rum quelibet ↄuolueretur circa alteram a centro globi vsq̄ ad vltimam conuexitatem eiusdem. Alterum autez est mouentis simplicitas: quia hec non diuersimode se habet ad partes eius ꝙ mouetur: cum nullius partis sit actus: ⁊ cum ipsum impossibile sit moueri per accidens aliquod per qḋ diuersimode disponatur ad motum. Et ex his duobus patet ꝙ motus circularis qui per accidens inuenitur in elemētis: non est simplex sed diuersus ⁊ compositus: quia sicut rotundum corpus ex rotunditate suarum superficieruꝫ: ita rectum corpus erit ex superficieruꝫ planitie que omnes s̄m rectas lineas ad se applicatas extenduntur: ⁊ hoc non habet naturalem aptitudinem ad circularem motum: nisi refracto in seipso. ⁊ sic motus eius erit compositus. mouens etiā

Sol. auctoris.

ipsuꝫ

ipsius est forma que est virtus in corpore eius variata sm diuersas partes eius qd mouetur per accidens. Et ideo ab illa nõ potest moueri circulariter et simpliciter: et quãdo voluitur in circuitu hoc fit: aut a virtute mouẽtis corporis extra q nõ equaliter appropinquat omnib⁹ partib⁹ ei⁹ qd mouetur: et ideo non simplex potest esse mot⁹ aut fit eo q componitur ex compositis virtutib⁹ sicut ex graui et leui quia si tunc venit graue super leue tunc inuoluendo se descendit sicut facit ventus turbinis descendẽs: et si vincit leue sup graue tunc inuoluendo se ascendit sicut facit vẽt⁹ turbinis ascẽdens. Qd autem in superiorib⁹ rationib⁹ supponitur elemẽtis posse conuenire mot⁹ circularis simplex hoc est ex hypothesi aduersarij et nõ ex veritate: et ideo inducitur vt dicẽs hoc ducatur ad impossibile modo supradicto: et ideo concedendũ de plano q sm veritatem motui circulari non est contrarium: et q motus circularis simplex non potest conuenire nisi corpori quinto qd est celum. Est autem cauendum a dictis aliquorum minus peritorum in astronomicis qui dicunt corporis sperici simplicis esse naturam q voluatur circa centrũ vnũ: et ideo mot⁹ eius esse super polos spere perforatos. Item quidam dicunt q stelle superiores et inferiores omnes non possunt moueri vno motu proportionabiliter: quia oporteret q motus ille non esset vnus sicut diximus in octauo physicorum: q non est vnus mot⁹ eorum que feruntur per medium. Qd enim dicitur q motus spere esset super centrum hoc est naturaliter verum et mathematice: sz centrum non acceptũ sit vno modo hinc et inde: quia naturale centrum corp⁹ est sensibile qd est terra ad qd virtus spere refertur: et q respiciũt radij eius mathematicum autem centrum eius est pũctum indiuisibile sumptum in toto cõtinuo spere totius: et qd dicitur super polos stantes esse: ac si sint perforati imaginabiliter dictum est. eo q non imaginamur speram volui: nisi super axem intelligibilem quã imaginamur transire per polos. Secũdum autem dictum non habet causam sufficientem: quia lz verum sit fortassis stellam non circũuolui nisi latam a circulo suo: tamen nihil probibet eam continuum habere motum etiam si per se moueretur sicut ostendimus in octauo physicorum: nec aliqua necessitas cogit corpora diuersa in materia propinqua et forma referre ad centrũ suum et idem: ex his igit facilia sunt que superi⁹ sunt inducta.

*Nota q natu- raliter et mathemati- ce dicitur mo- tus spere esse circa centrum.*

Cap. 5ᵐ. De probatione per motum circularem q celum est corpus prius q corpus qd est elementum.

*Tex. cõ. 11.*

Hoc autem qd diximus per motum circularem probari corpus celeste esse distinctũ a quatuor elementis: et esse prius eis sm naturam adhuc etiam aliter probatur. Dico enim ex his que a nobis probata sunt in octauo physicorum: q motus circularis primus est omnium motuum necessario: et huius ratio est quia completum et perfectum est ante diminutum: et est prius eo prioritate naturali et substantia et tempore. Et nos ostendimus q circularis mot⁹ est cõpletior et perfectior omnibus motibus: ergo debetur corpori qd est figure completioris et prioris per naturam: et hoc est id quod est circulare per naturam: quoniam de lineis equalibus et rectis nulla completa est siue sit infinita: siue finita. Si enim infinita tunc nullomodo potest esse completa: cum omne complementum sit a fine: et infinita dicatur a priuatione finis. Si autem est finita: tunc erit corporis finiti. Rectũ autem finitum necessario est contentum ab aliquo corpore: quia non potest imaginari q sit rectum continens: eo q nõ sm equalem distantiam referri potest ad contenta: nec est ambiens vt circulare qd equaliter distans ambit ea que sunt in ipso. Omne autem contentum habet aliquid extra se terminans ipsum et conseruans continendo. Si ergo hoc accipiatur vt corpus tũ: tunc potentia suscipit additionem: quia potest intelligi crescere in continens: et dico q si accipiat vt corpus: quia forte si accipiatur vt hoc corpus nõ potest crescere: quia materia elementorum non est possibilis ad maiorem extensionem quã habet sub forma ignis. Sed nos non loquimur hic nisi de corpore prout consideratur in solis dimẽsionibus sue quãtitatis sicut diximus in prohemijs huius libri. Talis autem additio non est possibilis in corpore rotũdo: quia corpus rotundum si habet rationem spere: oportet ad minus esse finitum et terminatum in suo concauo: et ratione concaui est continens et non contentum. Lz autem quidam dixerunt ipsum infinitum in superficie conuexa: eo q dixerunt infinitam esse spissitudinem inter superficiem interiorem concauam et exteriorem conuexam: tamen hoc infra reprobabimus: sed qd nobis hic sufficit est q rotundum de sua ratione est finitum in concauo et continens non contentum: ergo est completum et non contentum extra ab alio corpore: et sic completum in se et impossibile ad incrementum additionis: et ideo omnia que conueniunt recto negatur de rotundo: et ideo oportet q rotundum corpus prius sit recto. Redeamus igitur ad principium istius disputationis: et dicamus q motus primus absq dubio naturalis est corpori primo: et q motus circularis prior est motu equali recto: ergo motus circularis simplex et primus conuenit alicui corpori simplici et primo: et hoc est celum: ergo celum est prius elementis et simplicius eis. Motus enim equalis conuenit corporibus simplicibus equalibus. sicut igni qui mouetur sursum motu equali: et huius simile est in terra que est corpus simplex et mouetur deorsum motu equali simplici. Deorsum autem voco motum ad medium. Si ergo ita se habent: tunc proculdubio est dignius q ille qui est simplicior et prior motus hic sit etiam motus conueniens corpori simpliciori et priori q̃ illa corpora sint: ergo corpus quintum cuius per naturam est motus circularis non est aliquod ex elementis sed prius eis. Nos enim iam diximus q illi motus simplices cõueniunt corporibus simplicibus: et si inueniretur mot⁹ simplex in composito corpore: hoc contingit ratiõe simplicis corporis qd dominatur in illo composito. Iam igitur per omnia supradicta et per rationes inductas ostensum est q est aliquod corpus simplex aliud in substantia materie et forme a corporibus que sunt quatuor elementa que sunt apud nos. et illud est substantia nobilis et sublime in natura: propter hoc q non generatur neq corrumpitur: et est altissime dignitatis in perpetuitate: et est primorum et principium istorum corporum inferiorum omnium.

*Tex. cõ. 13.*

*Tex. cõ. 14.*

Si autem dixerit aduersarius q omnis motus corporis simplicis: aut est naturalis: aut accidentalis: et ponat cum hoc q motus ille qui est quibusdam corporibus naturalibus simplicibus naturalis: alijs corporibus simplicibus est accidentalis: sicut motus ascensionis et descensionis: ascendere enim naturale est quibusdam corporibus et accidentale quibusdam: et descendere similiter: quia naturale est igni ascendere et terre accidentale. Et dicat cum hoc aduersarius quia etiam sic est de motu circulari: videlicet q est istis que sunt vocata elementa accidentalis: tunc proculdubio oportet necessario eum concedere q idem motus circularis sit naturalis alicui corpori q est aliquid aliud ab elementis: quia cum concedit istam propositionem q motus naturalis vni: alteri est accidentalis tunc per locum a minori oportet eum concedere q ille qui est accidentalis vni corpori erit naturalis alij: eo q minus videtur q hec sit vera q naturalis vni sit accidentalis alij: tum ad naturale non necessario sequitur accidentale. Cum ergo illa conceditur ab aduersario: dignius est vt concedat suam conuersam: quia videlicet accidentalis vni erit alij naturalis: quia accidentale necessario presupponit sibi naturale: quia si non sit naturalis aliquis: tũc nõ erit accidentalis aliquis sed non conuertitur: sicut si non sit substantia non erit accidens et non conuertitur. Est tamen sicut in prioribus diximus hoc falsum: q naturalis vni et simplex alij sit accidentalis: sed gratia disputationis hic sumimus eam ab aduersario qui dixit celum esse ignem: et fuit communis opinio antiquorum omnium philosophorum: et q circularis motus non esset alicui naturalis.

*Tex. cõ. 15.*

Amplius autem si est motus circularis naturalis sicut iam probatum est: tunc manifestum est et clarum q oportet esse aliquod simplex primum de numero corporum simplicium cui naturaliter propter suam figuram attribuatur motus ille: sicut corpori rectarum dimensionum qui est ignis naturaliter attribuitur motus sursum et corpori recto qd est terra attribuitur motus deorsum. Si autem adhuc afferat aduersarius q motus circularis non est nisi accidentalis: et nolit credere per rationes inductas: tunc inducemus contra eũ testimonium sensus. Mirum enim videbitur omnibus et extra rationem omnino: q motus accidentalis sit continuus

⁊ perpetuus qui non habet finem in tempore ⁊ ultimum eſt uiſus nobis teſtificatur contrarium eius: quia in omnibus uidemus ꝙ res accidentaliter ⁊ uiolenter exiſtentes conſumuntur velociter ⁊ finiuntur tempore breui. probauimus etiam in octauo phyſicorum circularem ſolum eſſe perpetuum ⁊ infinitum motum. ¶ Amplius ſi celum qd mouetur motu circulari eſſet ignis ſicut dixerunt antiqui philoſophi: ſic oporteret dicere ꝙ motus circularis accideret celo quia nos nõ videmus unquam motum naturalem in igne niſi illum qui eſt a medio ſurſum ſm motum rectum in linea equali ⁊ recta: ⁊ tunc ſequuntur omnia ſuperius habita incõuenientia.

Tex. cõ. 16.

Ex omnibus autem dictis facile eſt colligere rationem unam vel plures ab eo qui eſt peritus in arte ſyllogizandi. Ex qua neceſſario ſequitur: ꝙ corpus motum habens circularẽ ſimplicem eſt ſeparatum a propinquioribus corporum que vocantur elementa vicina nobis ⁊ continentia nos: ⁊ eius natura tanto nobilior eſt naturis elementorum quanto ſm diſtantiam longitudinis ⁊ eleuationis diſtat ab eis. Eſt enim terra quaſi fex in corporibus ſimplicibus ⁊ ignis nobilior ⁊ formalior in elementis. Qd autem eleuatum eſt ſuper ignẽ: nobilius ⁊ formalius eſt igne ⁊ hec comparatio eſt in corporibus celeſtibus: quia inferior orbis ignobilior eſt ꝙ ſuperiores ⁊ ſuperiores quantum ſunt eleuatiores tãto ſunt nobiliores. Propter qd egregie dicit Ariſto. in lib. de animalibus ꝙ luna in celeſtibus eſt de natura terre in elementis.

Idẽ Auro in dic. 1. c. 15.

Ex his autem ulterius relinquitur per rationes inductas de motibus ſimplicibus: ꝙ corpus primum mobile quod naturaliter mouetur motu circulari: non habet grauitatem neqꝫ leuitatem.

¶ Cap. 6m. Qꝫ corpus celeſte nullam habet grauitatem aut leuitatem

Tex. cõ. 17.

Conueniens autem eſt hic propter doctrine bonitatem per diffinitionem declarare quid eſt leue ⁊ graue. vt facilius ſciatur corpꝰ celeſte neqꝫ leue eſſe neqꝫ graue. Dico igitur de diffinitione vtriuſqꝫ in tantum quantum indigemus hic: quia ſubtiles eorum differentias ⁊ paſſiones inueſtigabimus in ſequentibus libris huiꝰ ſcientie: vbi perſcrutationem ponemus ad ſciendum ſubſtantiam eorum ⁊ accidentia perfecte. Dicamus igitur nunc ſupponẽtes ꝙ graue eſt deſcendens ad medium: ⁊ leue aſcendens a medio ſurſum: ⁊ cum graue ſit corpus ſimplex duobus modis: hoc eſt ſimpliciter ⁊ vbiqꝫ graue: ⁊ in aliquo loco graue: ⁊ leue in aliquo loco. Tunc dicamus ꝙ graue ſimpliciter eſt qd ultimam grauitatem habet id quod ſubſiſtendo quieſcit ſub omnibus corporibus ſimplicibus deſcendentibus deorſum: ⁊ per contrarium leue etiam dicitur duobus modis ultimum: videlicet in leuitate qd quieſcit ſuper omnia corpora aſcendentia ſurſum. Quedam enim ſunt leuia vbiqꝫ: ⁊ illa ſunt ultima in leuitate: ⁊ quedam ſunt leuia in aliquo loco. que aſcẽdunt ab aliquo loco: ⁊ deſcendunt ab aliquo loco: ſicut aer ⁊ aqua ſed aqua eſt plus grauis quia deſcendit a loco ignis ⁊ a loco aeris ⁊ aer eſt plus leuis: quia aſcendit a loco terre ⁊ a loco aque. Aqua autem aſcendit a loco terre: ⁊ ſic eſt leuis ⁊ aer deſcendit a loco ignis: ⁊ ſic eſt grauis. Si ergo hec ita ſe habent: tunc omne corpus ſimplex qd mouetur ſurſum aut deorſum procul dubio habet grauitatem aut leuitatem ſm ultimam grauitatis aut leuitatis: aut ſimul habet iſta duo non ſicut compoſitum ex diuerſis naturis: ſed per comparationes diuerſas ad diuerſa loca elementorum: ſicut leuis eſt comparatus ad aquam: ⁊ aqua leuis comparata ad terram. Cum enim nos diffinierimus leuitatem ⁊ grauitatem tam per motum ꝙ per quietem erit id leue qd habet habitum ⁊ naturam leuitatis inclinantem ad motum leuis et quietem ⁊ illud erit graue qd habet habitum ⁊ naturã grauitatis inclinantem in motum ⁊ quietem grauis.

Tex. cõ. 18.

Et ex his facile manifeſtum eſt: ꝙ non eſt poſſibile vt corpus rotundum habeat naturam grauitatis ⁊ leuitatis cum non habeat inclinationem in motum vel quietẽ leuis vel grauis: ſed potius ad motum circularem. Non enim eſt poſſibile: vt ipſum ex inclinatione propria ⁊ naturali moueatur ad motum vel ad quietem in medio: aut etiam moueatur ex medio ſurſum vel ad quietem ſurſum naturaliter vel accidentaliter. Et huius probatio eſt ꝙ motus equalis qui eſt rectus: non conuenit corpori ſperico per naturam: eo ꝙ iſte motus non eſt niſi corporum ſimplicium ⁊ certarum ſuperficierum ſicut patet ei qui intellexerit. Motus enim qui eſt ſm inclinationem nature indicat naturã corporis ſimplicis ⁊ ſic ſunt idẽ: quia referuntur ad idem: quia qd eſt forma corporis hoc eſt cauſa motus. Et ideo ſi rotundum haberet rectum motum oporteret ꝙ corpus rotundum eſſet idem in ſpecie cum illo corpore cuius ille motus eſt rectus qd eſt impoſſibile: cum rotundum ⁊ rectum ſint differentes figure: ⁊ cum figura ſit conſequens ſpeciem ⁊ naturam: oportet ꝙ figurata ſint differentia ſm naturam differentium autem in natura differentes ſunt motus ſm naturam. Si autẽ propter hoc dicatur ꝙ motꝰ rectus eſt corpori rotundo accidentalis. hoc erit ſicut ſi dicamus ꝙ mouetur quidem corpus celeſte naturaliter per circulum. ſed accidentaliter mouetur aliquando ſurſum vel aliquando deorſum vel altero illorum modorum tantum ſequitur neceſſario ſi alter eſt ſibi accidẽtalis tantum: ꝙ reliquus ſit naturalis: ⁊ ideo ſi mouetur ſurſum accidentaliter. tunc mouebitur deorſum naturaliter. Et ſi mouetur deorſum accidentaliter tunc mouebitur ſurſum naturaliter: quia alterum non eſt violentum niſi ideo quia oppoſitum ineſt ei per naturã. Jam enim preoſtendimus hic ꝙ duorum motuũ contrariorum quando vnus motus eſt corpori ſimplici naturalis: reliquus eſt accidentalis procul dubio ⁊ econuerſo. ſi autẽ dicatur ꝙ vterqꝫ eſt accidẽtalis cum nõ ſit accidentalis: niſi contrarius naturali. oportet ꝙ illud corpus habeat aliqd contrariũ corpus in numero corporum ſimpliciũ. Nos enim infra oſtẽdemus ꝙ corpus rotundum per naturam nihil habet contrarium omnino. ergo nõ habet motum accidẽtalẽ rectum aliquem.

Tex. cõ. 19.

¶ Amplius apparet idem ex hoc: quia ad ſenſum videtur ꝙ nos videmus ꝙ in corpore omni ſimplici idẽ locus eſt ad quem mouetur pars ⁊ ad quem mouetur totum ⁊ huius cauſa eſt: quia totum ⁊ pars in ſimplicibus eſt eiuſdem rationis: ſicut idem eſt locus ad quẽ mouetur tota terra ⁊ ad quem mouetur gleba: vtraqꝫ enim iſtorum mouetur ad locum vnum. ⁊ ille eſt medium mundi. Si autem hoc eſt ſicut diximus: tunc nullum eſt dubium ꝙ corpori qd per naturam eſt rotundum: nulla eſt grauitas: neqꝫ leuitas omnino: quia ſi eſſet graue. tunc poſſibile eſſet ꝙ ipſum aut in toto aut in parte moueretur ad mediũ ⁊ ſi eſſet leue: tunc moueretur a medio ſm totum aut ſm partem. Videmus autẽ hoc nunqꝫ accidiſſe ſm totum tempus preteritum: quia ſtelle in numero ſuo eſſent diminute. ſiue mote fuiſſent ad medium ſiue longius receſſiſſent a medio. ergo non habet motum grauis: neqꝫ leuis: ideo neqꝫ grauitatem: neqꝫ leuitatem: ⁊ cum non habent contrarium eo ꝙ neqꝫ leue eſt neqꝫ graue. Manifeſtum eſt ꝙ non eſt poſſibile vt accidentali motu moueatur ſurſum vel deorſum: ⁊ ulterius manifeſtum eſt ꝙ etiam aliquo motu mouetur: ⁊ non ſicut motu compoſiti ex elementis ita ꝙ moueatur accidentaliter ſm totum: aut ſm partem ſicut diximus.

¶ Cap. 7m. Digreſſio in qua eſt abbreuiatio dictorum: vt de hoc ꝙ motus circularis naturalis eſt corpori celeſti.

Omnium horum que dicta ſunt a prohemio vſqꝫ ad hunc locum abbreuiatio facta eſt per hunc modum: quia totum fundatũ eſt ſuper hoc ꝙ non eſt poſſibile vt aliquid moueatur ſm naturam: niſi corpus. ⁊ ratio huius: quia omne qd mouetur neceſſario eſt in loco. Motus enim de quo hic loquimur non eſt niſi mutatio ſiue locatio de loco ad locum nihil autem occupat locum circũſcriptum niſi corpus ergo non mouetur de loco ad locum niſi corpus. Ulterius autem oportet ꝙ omne corpus habeat motũ naturalem proprium. Si enim due fuerint res vel plures ſimplices ⁊ conueniant in natura ſm aliquid: ⁊ differant in natura ſm aliquid: ⁊ conueniant in actione ſm aliquid: ⁊ differant in operatione ſm aliquid ⁊ accipiantur actiones eſſentiales ipſarum tunc oportet id quod in eis eſt cauſa cõuenientie in actione: ſit cauſa ꝯuenientie in natura: ⁊ id qd eſt cauſa differentie in actione ſit cauſa differentie in natura. Si autem ſint actiones non eſſentiales: vel que vni eſt eſſentialis alteri accidentalis: tunc non oportet ꝙ calor aliquando ſit cauſa maioris cõgelationis: cuius cauſa eſt maioris frigiditatis intentio: ⁊ tamen in eam non conueniunt

calor

calor ⁊ frigus. Item si sint res predicto modo conuenientes: ⁊ predicto modo differentes composite tunc iterum nõ oporteret. sed nos hic loquimur de simplicibus ⁊ essentialibus conuenientibus ⁊ differentibus que cum ita sint tunc diximus ex superius habitis ꝙ omne corpus cum omni corpore conuenit in corporeitate: sed differt vnum simplex ab alio in proprietatibus additis corporeitati: que prime sunt figure rectum ⁊ rotundum: ⁊ sm calidum ⁊ frigidum humidũ ⁊ siccum: graue ⁊ leue ⁊ huiusmodi. Conuenit igitur omne corpus cum omni corpore in hoc qđ causat corporeitas. ⁊ hoc est aptitudo ad motũ: ⁊ motus ex parte eius qđ mouetur: ⁊ differt vnũ ab alio in speciebus motus qui causatur a dispositionibus additis corporeitati. Ex quo necessario sequitur ꝙ omne corpus habet motũ nãlẽ a dispositionibus nãlibus que sunt in ipso causatum. Motuũ aũt quidam sunt simplices ⁊ quidã cõpositi: simplices aũt in genere nõ sũt nisi duo circularis videlz ⁊ rectus: ꝙ ideo est necessariũ: qꝛ prima simplicia sunt linee mensurantes ⁊ id qđ mouetur ⁊ spatium sup qđ est motus: linee aũt de se simplices nõ sunt nisi due circularis ⁊ recta ergo motus simplices nõ sunt nisi duo: sed rectorum alius est ad mediũ hoc est deorsum: alius est a medio sursum: ⁊ hoc quidẽ visus attestatur: qꝛ videmus omne corpus simplex moueri. vel ad mediũ: vel a medio: vel circa mediũ. Cõpositorum aũt corporum motus est sm naturaz simplicis in eo dominãtis: sicut diximus superius de stipite accenso: ⁊ turbine descendente vel ascẽdente: sed de talibus nõ curamus modo. Dico igitur ꝙ cũ differẽtia motus in specie sit ab aliqua natura qua differunt corpora inter se: erit motus circularis simplex causatus ab aliqua natura que differt ab oĩbus corporibus habẽtibus motũ rectũ: ergo corpus rotundum cuius est naturalis circularis motus differt sm nãm a quatuor elemẽtis que habẽt motũ rectum: ⁊ sic erit essentia quinta: qꝛ nõ põt dici ꝙ circularis motus sit illius corporis accidẽtalis: qꝛ accidẽtale nõ est ante naturale: sed post ipm: ⁊ ideo nisi prius sit quis nãlis circularis: nunꝗ erit aliquis accidentalis circularis: ergo hoc mõ ꝓbatũ est sufficiẽter ꝙ corpus cuius nãlis est motus circularis: est differens ab elementis. Si aũt dicatur ꝙ celũ est vnũ de quatuor naturis que vocantur elementa: ⁊ illa mouentur circulariter: ⁊ hoc refellitur per hoc ꝙ corporis naturalis simplicis nõ põt esse nisi vnus motus simplex. Videmus aũt omnes quatuor naturas moueri naturaliter sm rectum: ergo nulla eorum mouetur circulariter: nisi per violentiam. Sed ostendimus ꝙ oportet ꝙ tuz circularis motus sit simplex: ꝙ sit alicuius simplicis per naturam: ⁊ sic redit idẽ prius: ꝙ videlicet oportet supponi corpus quintũ cui per naturã ꝯueniat motus circularis. Si aũt diceretur ꝙ corpus celi esset compositũ ex elementis: tũc absqz dubio haberet motũ cõpositi. Nos autẽ iam ostendimus ꝙ motus circularis est corporis omnino simplicis: ⁊ oportet ꝙ sit illi corpori naturalis: si enim diceretur ꝙ nõ esset ei naturalis: tunc oporteret necessario ꝙ haberet aliũ motũ naturalẽ quicũqz esset ille ⁊ illũ oporteret eẽ rectũ: cũ nõ sint nisi duo motus simplices in genere: ⁊ si iste esset sursum: tunc esset ignis vel aer: ⁊ si esset deorsum tunc terra esset vel aqua: ⁊ hoc extraneũ ⁊ mirabile esset ꝙ corporis celi naturalis esset motus: quo nunꝗ est motum nec mouebitur: ⁊ esset ei accidentalis motus ille quo nunꝗ potest carere. Ex his igitur oĩbus ꝯstat ꝙ mot⁹ circularis est naturalis alicui corpori simplici qđ est extra quatuor elementa nõ enim possumus dicere ꝙ motus ille sit alicuius elementorum: qꝛ si esset alicuius elementorum: tunc moueretur illo elementum illud aut naturaliter aut accidentaliter: ⁊ si moueretur naturaliter illo: tunc etiam moueretur motu recto nãliter sequeretur ꝙ idẽ corpus simplex habeat duos motus essentiales ⁊ nãles qđ est ĩpossibile. Si aũt dicatur ꝙ mouetur illo accidẽtaliter: tũc sine dubio mouetur circulariter circũductũ ab aliquo corpe qđ mouetur circulariter: ⁊ tunc dignius est ꝙ circularis motus sit illi⁹ corporis nãliter ꝗ̃ istius cui ꝯuenit accidentaliter: qꝛ si dicatur ꝙ etiam illi cõueniret accidentaliter: tunc iretur in infinitum: que oporteret ponere ꝙ aliqđ primũ naturaliter mouetur sm circulum: ⁊ hoc corpus tunc erit extra quatuor elementa. Et si nos hic posuerimus ꝙ hoc corpus est essentia quinta preter quatuor elementa: tunc cum hoc non possumus dicere ꝙ motus circularis sit ei non naturalis: quia si esset ei non naturalis: tunc oporteret ꝙ haberet alium motum naturalem: quo tamẽ nunꝗ videtur moueri: ⁊ oporteret ꝙ motu circulari moueretur ab aliquo corpore ante ipsum ⁊ tunc aut ipsius esset equalis aut nõ ⁊ si esset illius tunc melius esset ꝙ staretur in quinto ꝗ̃ in sexto qꝛ natura non abundat superfluis: si autẽ nec illius est naturalis tunc ibitur in infinitum hoc est incõueniens: qꝛ natura abhorret infinitum. Restat ergo vt motus circularis naturalis sit quinto corpori quod est preter omnia quatuor elementa. ¶ Hoc aũt sm dicta Ptolomei probatur ad visum: qꝛ vbicunqz nos fuerimus nos videmus stellas paulatim surgere ab oriente ⁊ exaltari paulatim ad punctum meridiei ⁊ inde iterum paulatim deprimi vsqz ad occasum: ⁊ non fieret nisi esset motus circularis ad minus in concauo. Constat igitur ex omnibus habitis ꝙ motus circularis est naturalis corpori celesti hoc enim (vt diximus) rotũdũ est per nãm: alia aũt sunt rotũda p accñs: ⁊ longa per essentiã: sicut superius est ꝓbatũ per dimẽsionem ⁊ dispositionem superficierum rotundi ⁊ longi corporis.

¶ Cap. 8m. De perfectione corporis celestis: ex hoc ꝙ ipsum est ingenerabile ⁊ incorruptibile.

Tex. c. 20.

Adhuc aũt oportet inuestigare vtrum hoc corpus mobile sublime qđ celum est sit generatũ ⁊ corruptum vel augmentabile: vel diminuibile: vel alterabile sicut dixerunt quidam antiquorum: tum enim ostendimus nos ꝙ ipsuz non habet aliquem motum naturalem vel accidentalem qui habet aliqđ ꝯtrarium. ⁊ ꝙ ipsum nec leuitatem habet nec grauitatem: sequitur ex istis duobus ꝙ ipsuz omnino nullũ ꝯtrarium habet. Ex hoc aũt ꝙ ipsum non habet ꝯtrariũ ꝓbabimus ipsum nõ esse generabile: neqz corruptibile: nec augmentabile: nec diminuibile: nec alterabile. ¶ Sed oportet prenotare ꝙ de celo tres fuerunt ⁊ sunt philosophorum opiniones. Una fuit Empedoclis ⁊ quorundam chaldeorum ꝙ orbis esset deus ⁊ causa prima: ⁊ illi dixerunt celum non esse generatum: sed generans vniuersa: sed nos de hac opinione erronea alibi loquemur: quoniaz impossibile est ꝙ causa prima sit corpus: qđ nos ostendemus cum subtilitate in philosophia prima. Alia aũt opinio fuit Platonis qui dicit celum per creationẽ ex nihilo a prima causa in esse deductũ: ⁊ hec opinio est trium legum: iudeorum. s. ⁊ christianorum ⁊ saracenorum: ⁊ ideo dicunt celum esse generatum: sed non ex aliquo: sed de hac opinione non pertinet ad nos pertractare hic: sed de tertia opinione queretur: que dicit celũ esse generatum ex aliquo preexistente: ⁊ corrumpi in aliqđ post ipsum manens: sicut generantur res naturales ⁊ corrũpuntur per accidentia qualitatum agentium ⁊ patientium adinuicem: ⁊ quia isti soli naturaliter ex principiis nature procedunt: ⁊ ideo hoc modo inquiremus vtrum sit celum generatum. Dicimus ergo in hoc tertio modo loquentes de generatione: ꝙ celum neqz factum est neqz generatum est de aliquo alio corpore: ⁊ non cadit sub corruptione: ita ꝙ corrumpatur in aliud corpus: neqz recipit augmentum: neqz diminutionem que sint proprie vocata augmentum ⁊ diminutio: neqz etiam recipit additionem a materia que fit sm augmentum improprie dictum: neqz recipit alterationem physice loquendo: neqz recipit a materia transmutationem substantie que sit finis alterationis physice. Qđ autem non generetur: neqz sit generabile: probatur ex hoc ꝙ omne qđ generatur physice loquendo non generatur nisi ex aliquo in esse existente ⁊ facto prius qđ habet contrarietatem ad ipsum: ⁊ similiter tum fit corruptio: illa quidem corruptio fit ex ente quod factum est per generationem quod est existens sub aliqua contrarietate ad illud in quod corrũpitur: ⁊ tum corruptio fuerit completa: tunc redit in illam contrarietatem. Hoc autem est videre tam in simplicibus ꝗ̃ in compositis que sunt generabilia ⁊ corruptibilia: simplicia enim que sunt elementa non generantur nisi ex habẽtibus vnam vel duas contrarietates cum ipsis sicut probabitur in secundo libro peri geneseos: ⁊ est in eis contrarietas: sicut maxime distantie que est extremorum contrarietas: eodem autem modo est de corruptione: cum in talibus simplicibus generatio vnius sit corruptio alterius: ⁊

De celo tres fuerunt phorum opiniones famose.

e conuerso: corruptio vnius sit generatio alterius. In cõpositis autem idem est: sed contrarietas eorum ex quibus generantur et eorum in que corrumpuntur: non est adeo manifesta quia talia habent contrarietatem: sicut media cõparata ad extrema sunt contraria medium enim habitualiter habet vtrumqȝ extremorum remissum quidem ab excellentia sue actionis vel passionis sed reductum per mixtionem in vnum actum mixti medij et ita sunt contraria in cõpositis materialibus. Sed quod sint contraria patet ex hoc quia nisi essent contraria ea ex quibus fit generatio: sicut chimi ex cibo et sanguis ex chimo: que omnia composita sunt: agens generans non ageret in ipsa: quia per actionem suam nõ intendit remouere nisi contrarium. Idem autem probatur de agente ad corruptionem. Clarum igitur est quod omne quod generatur ex contrario existente et supposito generatur: et quod corrumpitur in contrarium corrumpitur. Nos autem iam in physico tractatu habemus probatum quod omnium corporum contrariorum motus sunt contrarij secundum aliquid quia diximus ibi quod motuum contrariorum nulla causa est nisi nature contrarie inclinantes corpora simplicia vel cõposita ad contrarios motus. Si ergo hec ita se habent: tunc corpus celeste primum non habet contrarium omnino: quia motus eius circularis nullum habet contrarium: sicut nos hic inferius ostendemus. ergo nõ habet ex quo generetur: neqȝ in quod corrumpatur: ergo ingenerabile est et incorruptibile. Diximus etiam quod nos secundum hanc generationis rationem volumus hic loqui de generatione. Natura autem vniuersalis que omnia ordinat: sanctissimo consilio vsa fuit. quando hoc corpus nobile posuit ingenerabile et incorruptibile: et elongauit ipsum ab omni physica contrarietate cum enim oportuerit ipsam ponere aliquid generans quod sit vniuersale principium generationis in tota natura generabilium eo quod nihil seipsum generat tunc posuit corpus ingenerabile et incorruptibile: principium generationis et corruptionis per suum motum sicut ostendimus in 8° physicorum: et ostensuri sumus in fine secundi libri perigeneseos: quia si esset generabile: oporteret quod ab alio generaretur in aliquo primo ingenerabili oporteret stare aut procederet in infinitum: et si statur tunc primum erit ingenerabile et incorruptibile: et hoc est quod volumus probare. Si autem hoc vadit in infinitum hoc est absurdum in philosophia: quia non contingit infinita transire. Ex his patet quod omne generabile est corruptibile et corrumpetur tempore determinato. Ulterius autem elicitur hoc quod celum nõ est cõpositum ex materia proprie loquendo et forma: materia enim est proprie subiecta priuationi: que saluatur in altera parte contrarietatis: et materia illa est in potentia postquam separatur a forma sed materia celi nunquam hoc modo subijcitur priuationi: et nõ est in potentia sed in actu semper: ergo nõ est ex materia: quia si potentia ad aliam formam esset in materia pro certo aliquando exiret in actum: vel ipsa esset ociosa: quod est absurdum: cum ocio sum nihil sit in naturis et precipue in corpore celesti. Si tamen materia sumatur generaliter prout Arist. dicit quod materie vltima sunt dimensiones quantitatis: nihil prohibet hoc modo cõmuni celi et elementorum esse materiam vnam: quia omne corpus cõpositum hoc modo cõpositum est ex materia et forma. De his autem plura diximus in fine primi libri physicorum. Hoc autem capitulum abbreuiando dicit quod omne quod generatur: generatur ex duobus principijs: quorum vnum est materia alterum priuatio: et similiter hoc quod corrumpitur nõ corrumpitur nisi in suum contrarium: et omne quod generatur ex contrarijs sibi ipsum in que agit generans ipsum etiam corrumpitur eisdem contrarijs vincentibus ipsum: sed postquam habitum est quod celum est corpus quintum nullum habens omnino contrarium: tunc manifestum est quod nõ generatur: neqȝ corrumpitur: et ex quo nõ generatur neqȝ corrumpitur tunc manifestum est quod nihil est ex quo generetur: et nihil in quod corrumpitur: nec est mutabile ab vna dispositione in aliam: sed est perpetuum secundum suum esse et secundum suam substantiam.

Cap. 9m. Quod celum non augetur neqȝ diminuitur: nec vlla alteratur alteratione physica.

Similiter autem diximus celum nõ augmentabile: nõ diminuibile et nullam recipiens physicam alterationem quod sic probatur. Omnis enim res que generatur et augetur: augmentum fit ex his que facta sunt homogenea sibi ex dissimilibus quia augmentum fit per cibum: cibus autem primo est dissimilis postea similis: quando fuerit decoctus. viuens autem quando nõ potest accipere cibum tunc preparatur ad corruptionem: primo in parte per diminutionem: postea in toto per dissolutionem. Ex hoc quod non sumit cibum homogeneum substantie corporis sui: que aduenit ei secundum omnem dimensionem sui corporis quod augmentatur tam in longum quam in latitudinem et in profundum: quia autem preparatum est corruptioni per hoc quod talem cibum capere non potest: conuertitur primo particulariter in diminutionem: et postea generaliter ad corruptionem per hoc quod reuertitur in materiam de qua factum est. Corpus autem quod est inter corpora primum quod est nobile non est factum ex aliquo: sicut in precedenti capitulo est habitum ergo nõ potest augeri ab aliquo: nec aliquid potest addi nec aliquid potest diminui ab ipso quia cibus nõ adderetur sibi nisi secundum aliquid generatio fieret in ipso ad minus secundum generationem partium materialium nec ipsum posset diminui nisi partes secundum materiam effluerent de ipso. Si ergo nõ recipit augmentum per additionem neqȝ diminutionem per recessum nullum partium de ipso. tunc eadem de causa nõ recipit mutationem alterationis: neqȝ recessionem alicuius quod habet esse in ipso quia alteratio omnis que vere est alteratio facit aliquid recedere ab alterato et abijcit aliquid de materia alterata: et tunc cuius oportet fieri in ipso augmentum et additionem: et si nõ fieret ei restauratio: tunc destrueretur tandem omnino. mutatio enim que est formarum est motus in predicamento qualitatis. Et iam diximus in 7° physicorum. quod alteratio nõ est nisi in vna specie qualitatis que est passio: vel passibilis qualitas: est tamen quodammodo in omnibus speciebus qualitatis: secundum hoc quod illa generantia qualitates nõ sine alteratione inducuntur. Habet enim qualitas habitus et dispositiones naturales potentias et impotentias et formas: et circa aliquid constantes figuras que omnia effectus sunt quidam alterationis actiuarum qualitatum et passiuarum alterantium eaque recipiunt illas qualitates: et imprimentium eis qualitates predictas: sicut sanitas et egritudo que sunt habitus: tamen inducuntur per alterationem calidi et frigidi: et humidi et sicci: et est simile de alijs speciebus qualitatis in omni corpore quod recipit ipsas sed non est ita de figura et naturali potentia vbi herent sunt per naturam: corpus enim inalterabile necessario habet figuram et potentiam naturalem que consequitur suum esse: et tamen nõ recipit ista per alterationem: sed potius consequentia sunt suum esse. Uidemus ergo quod corpus quod est de numero corporum alteratorum alteratur alteratione tali que imprimit in ipsum aliquod esse per quod recipit additionem alicuius esse quod nihil habuit: et diminutionem alicuius esse quod habuit: et hoc clarum est tam in corporibus animalium et partium suarum quam in corporibus plantarum et partium suarum: et secundum eandem similitudinem alterantur etiam elementa abinuicem. In omnibus enim alteratis alterans imprimit in alteratum aliquod esse quod nõ habuit: et diminuit ab ipso aliquod esse quod habuit. Amplius sunt si corpus sphericum per naturam quod est celum non est possibile recipere a materia additionem neqȝ diminutionem quocunqȝ modo fiat: tunc necessario sequitur quod ipsum neqȝ in substantia transmutatur neqȝ alteratur. Omne enim augibile et diminuibile est etiam alterabile et transmutabile: et si augmentum et diminutio large sumantur: tunc etiam conuertitur quod omne alterabile et transmutabile est augmenti et diminutionis susceptibile: et omne alterabile transmutabile secundum substantiam et econuerso: et conuertuntur tria ista super se simul et singillatim duo quecunqȝ fuerint ex tribus adinuicem. scilicet transmutari secundum substantiam. et alterari et augeri et minui. Fit enim augmentum tribus modis quorum primus est modus verus qui est per cibum ad partes animati corporis: et hoc modo augmentantur animalia et plante. Fit etiam sine additione alicuius extrinseci per rarefactionem et inspissationem: et hoc modo precipue augentur et diminuuntur simplicia corpora: licet etiam quedam alia sic augentur et diminuuntur. Tertio autem modo fit per accumulationem quando vnum additur alteri: et continuatur cum illo: sicut dicimus quod ignis augetur per materiam combustibilem et oleum augetur: et hoc modo augentur metalla: quando vnum liquefactum funditur alij. Nulla enim harum augmentationum fit sine transmutatione substantie et alteratione: sicut cuilibet etiam per se est manifestum quia autem nos iam probauimus quod celum est corpus mobile semper firmum permanens in dispositione: et modo vno secundum suam quantitatem: oportet quod non recipiat aliam additionem neqȝ diminutionem secundum aliquam dictorum modorum: et quia non habet contrarium et materiam subiectam vel substratibilem priuationi ideo non potest fieri vetustum: neqȝ mutatur: neqȝ susceptibile priuationis fieri alicuius passionis: que impri-

Id' Auerro 1° 5' ph'. c. 6

Nõ quia probatur celum nõ habere materiam vide ex Comm. hic in cõmento 20

Tex. c. 21.

Tex. c. 20.

Augmentum tribus modis fit. vide Auerr. in cõ. 32. 4° physicorum

Tex. c. 39. ¶ Amplius aut sicut nulla quatitas potest esse infinita per id qd finitur. ita nec linea: habet enim aliquid vnde finit: et per id no pot esse infinita. Duo enim sunt extrema essentialia linee qn diffinitur. et dicit q linea est logitudo sine latitudine et dicit q vnu est sicut ma qd est logitudo et alter sicut forma specificas qd est esse sine latitudine. et hoc est finiens ipsum et ideo si quam habet infinitate linea hoc est per extremitatez essentiale sue que est malis hoc est per hoc q est logitudo. Logitudo eodem modo etia est de supficie cu enim diffinit q est latitudo sine pfunditate q formale est in superficie: qd est sine pfunditate et hoc est finiens superficie eo q omnis forma est finis: et si habet superficies aliqua infinitate hoc est per hoc q est latitudo qi hoc quasi male extremu in eius diffinitione. Extrema enim ex quibus fit species quelibet sunt potetia et actus et ex parte potetie quide est aliqua infinitas. sed finitas omnimoda ex parte actus. Similiter aut est de corpore inquatu enim ipsum est tres dimesiones infinitu quodammodo est sed inquatu ipsuz no est quantitate dimesionis receptibile finit et complet.

*[margin: Extrema ex quibus fit species sunt potentia et actus. vide 7. meta. t.c. 46.]*

¶ Cu aut superficies sit in diffone figure et corporis: constat q ipsa est ante figura et corpus. qr figura ois superficies est linea vel lineis terminata. Corpus enim figuratu terminatas habet supficies. Si ergo tunc accipiamus q figura addidit superficiei: illud aut qd addit formale est et finiens: no erit possibile q aliqua figura sit infinita. figura enim ois terminatio et finitio est quatitatis que est superficies: impossibile est ergo et contra rone figure exis q quadratu vel aliqua pars eius sit infinitu ipsum enim infinitu no est ppter figure ronem: pars aut eius infinita esse no pot qr cuius pars est infinita: ipsum opz magis esse quam infinitum est: eo q ois pars suo toto minor existit. Eade aut rone neqz rotundum orbis pot esse aliquid infinitu: qr simplicior in figure est quam quadratu: et hoc simile est in figura pedali illa eni esse no pot infinita: eo q in rone eius est q terminat et mensurat quatitate pedis: et similiter in rone orbis est q finit ad forma spere vel rotudi. Si aut hoc cocederet: q s. nullu corpus rotundu vel orbis est cui no sit finis in vltimis suis: tunc no pot dici q motus alicuius rotundi sit infinitus; qr qn mobile no est infinitu: tunc no pot motus esse infinitus: eo q quantitas motus essentialiter sequit quatitate eius qd mouet: sicut ostedimus in 6° physicor: igit manifestu est q si no est spericu corpus infinitu tunc no est motus circularis infinitus: sed iam habitu est q nullu est spericu infinitu: ergo nullus erit motus circularis infinitus.

Tex. c. 40. ¶ Amplius aute hoc vniuersaliter possumus pbare describedo lineas intelligibiles in concauo spere mote: per hunc enim moduz optime manifestabit nobis impossibile esse q sit aliqd corpus circulare motu in infinitu. describat enim circulus cuius cetru sit super punctu e. per qd cetru ducatur diametrum infinitu in vtraqz extremitate per totu concauu spere ptingete que sit linea a.b. Aduersarius enim dicit q concauu spere est infinitu: et si hoc est ifinitu tunc diameter eius est ex vtraqz parte infinita. Huic aut equalem lineam hoc est ex vtraqz parte infinita pducatur extra centru per totu spere concauum que perpendiculariter secet diametru pdictaz. et illa sit linea a.e. Iz enim pbatu sit in 3° geometrie q linear ptractar in circulo logissimo est que est per cetru pducta: et sic no possunt equales esse due linee: quar vna ducit per centru: et altera preter centru in circulo fm veritate: cu hoc fm hanc positione aduersarij est possibile: qr ipse ponit q concauum spere est infinitu: et ideo vtreqz linee erut infinite que pducunt de vna parte circuferentie ad aliam siue per centru ducatur et

dividant

diuidant circulum in duos semicirculos: siue preter centrū ducantur: ⁊ diuidant circulum in duas portiones quarum vna est semicirculo minor: ⁊ altera semicirculo maior: his autem productis ducam a centro .c. lineam c.d. que sit semidiameter circuli: ⁊ sit in altera parte infinita hoc est ex parte .d. vbi protrahitur ad concauum spere: ⁊ volo ꝙ secet lineam .e. in duabus extremitatibus infinitam in puncto .d. tali enim positione facta: dico ꝙ moueatur in semidiametrum spere que est .c.d. ⁊ alie due linee maneant quiescentes in corpore infinito qd ponitur esse in concauo spere. ¶ Cum igitur linea .e. tota sit infinita: erit ⁊ pars eius que sequitur litteram .d. infinita: ⁊ linea .c.d. ex parte .d. esset infinita: cum autem infinitum transit per infinitum non separatur ab ipso tempore infinito: quia non potest separari ab ipso in se in extremo suo: ⁊ positum est non habere extremum per hoc qd ponitur esse infinitum: ergo cum mouetur linea .c.d. nunꝙ omnino separabitur a linea .e. per quā transit abscidendo ipsam: posito autem ꝙ producatur ⁊ iterum linea .c.e. a centro spere: tunc enim constat ꝙ linea .c.d. ⁊ linea .c.e. sunt equales ⁊ similes in hoc ꝙ in altero extremorum sint finite: ⁊ cōstat ꝙ linea .c.d. abscindit lineam .e. in puncto .d. ⁊ nunꝙ transibit per ipsam ita ꝙ sit separata ab ipsa ergo minus transibit linea .c.e. lineam .e. totam: quia totum est maius sua parte: ⁊ si hoc est ꝙ non transibit semidiametrum partem linee infinite: neꝙ transibit totum infinitum: ergo multo minus trāsibit duas infinitas que sunt .a.b. ⁊ .e. ergo adhoc incomparabiliter minus transibit plurimas infinitas que describi possunt in spere concesso. ¶ Hec autem omnia falsa sunt: quia supposito eo qd probatum est in octauo physicorum: ꝙ motus celi perfectior ⁊ simplicior ⁊ finitior omni motu oportet ꝙ celum tempore finito perficiat vnam reuolutionem circuli. perfecta autem vna reuolutione circuli trāsiuit semidiameter per oēs lineas quiescentes depictas in concauo circuli: ergo impossibile est ꝙ celum moueatur motu infinito: ⁊ tunc vlterius impossibile est ꝙ celum sit corpus infinitum: ⁊ huius quidē demonstrationis figura est quā vides. ¶ Amplius si celum dicatur esse finitum tunc procul dubio sequetur ꝙ abscindit corpus in tempore finito in infinitum si ponatur moueri circulariter. Ponamus enim primum celum esse stans ⁊ firmū situm: ⁊ dicamus ꝙ inter ipsum est corpus vel spatiū vacuū sm eos qui ponunt inane: cuius conuexum sit equale concauo celi. sicut locus omnis locato suo est equalis: ⁊ ecōuerso cum sic positū est ꝙ dicamus celum moueri circulariter circa id qd in aliquo nunc incipiat moueri circa ipsum: tali enī positione facta dico ꝙ si corpus vel inane qd est inter celum est infinitum in magnitudine ⁊ motus celi est motus circularis diurnus: ergo ipsum celum in die vno incipiens a determinato nunc temporis perambulat spatium infinitū cuius conuexum est simile in quantitate contrario celi. hoc autem est vnum impossibilium que sepius improbata sunt in sexto physicorum. ¶ Possumus autem hunc vltimum sermonem conuertere: quo ad hoc ꝙ sicut ad demonstrationem proposuit per recessum a suspitione motus finiti per spatium infinitum: ita nunc incipiamus a tempore finito ⁊ per id ostendemus magnitudinem circularis corporis esse finitam. dicamus igitur ꝙ si tempore quo mouetur celum contra cōuexum corporis qd continetur in ipso est finitum: tunc procul dubio sequitur etiam magnitudinem pertransitam esse finitam: quia in vltimo instanti tēporis iam pertransiuit corpus sibi simile in magnitudine: aut non pertransisset nisi vltima eorum essent separata: ergo hēt vltima ⁊ sic sunt finita. ¶ Certū igitur nunc est ex oibus antedictis celum esse finitū ⁊ cū illo verificatum est ꝙ etiam corpus rotūdum intra celū existens hz finem necessario per hoc qd habet vltimum.

Tex. co. 41.

Tex. co. 42.

Tex. co. 43.

¶ Cap. 3m. Qꝫ corpora habentia motum rectum sunt finita ⁊ determinata: siue sint extrema siue sint media.

Tex. co. 44.

Deinceps igitur probetur corpora recta esse finita: impossibile est enim vt corpora recti motus existentia sint infinita sm vltima: siue moueātur ad medium deorsum siue ad medium sursum: est enim motus sursum diuersus a motu deorsum ⁊ contrarius eidem. Motus autē diuersi contrarij inter se sunt diuersa ad loca ꝯtraria ⁊ diuersa inter se ⁊ inter se contraria. In contrarijs autem sic est ꝙ quando sunt extrema contraria: si vnum est determinatum oportet ꝙ aliud sit determinatum ⁊ finitum. Si enim daretur ꝙ alterum non esset determinatū: tunc non esset extremum: ⁊ sic esset ei aliquid addibile per qd fieret extremum: ergo possibile esset ꝙ vnum contrarietur duobus vel pluribus: quia ꝯtrarietur determinato ⁊ indeterminato sm vnum modum ⁊ sm vnam formam contrarietatis qd est impossibile ergo vno istorum existente determinato scdm oportet esse determinatum. medium autem spere determinatum est: et ergo ⁊ superius determinatum est. Qꝫ autem medium spere determinatum sit probatur per motum omnium grauium descendentium deorsum a quocunꝙ loco concaui spere descendant. omnia enim perpendiculariter descendūt ad medium: ac si omnia contēdant pertingere punctū qd est centrum: ⁊ nullum eorum super parallelum iuxta medium: vel sm ꝙ elongantur a medio qd non facerent si medium ad quod est motus eorum que simpliciter sunt grauia non esset determinatum ⁊ finitum. Si autem aliquis dicat ꝙ ista probatio non procedit nisi nos dicamus celum esse spericū: quia tunc equaliter a centro distabit dicemus celum esse sphericum: probat sensus ⁊ probauit ratio in octauo physicorum. vbi probatum est ꝙ motus huius corporis primi est circularis: quem motum habere non posset nisi esset spera integra vel dimidia ad minus. Non autem potest esse spere medietas per ea que diximus in prima parte istius libri: quia si esset medietas non esset perfectum maxima ⁊ vltima perfectione: est autem perfectum maxima ⁊ vltima perfectiōe: ergo ipsum est finite spere integre. Habito ergo sic ꝙ locus grauium est finitus ⁊ determinatus necessario sequitur per rationem contrarietatis ꝙ locus leuium est determinatus ⁊ finitus: sz determinatio non sit omnino vno modo. Medium enim spere centrum est ad id quod contendunt grauia: locus autem extremus est iuxta concauū orbis lune ad quod contendunt ea que sunt simpliciter leuia: ⁊ centrum quidem est indiuisibile: sed concauum lune non est indiuisibile: ⁊ hoc contingit propter diuersitatem spere in centro ⁊ circūferentia: ⁊ ideo hec duo ꝯtraria sz sm quantitatem non sint equalia tamen formas habent que sunt sursum ⁊ deorsum per quas contrariantur. Sursum enim est vbiꝙ iuxta circūferentiam: ⁊ deorsum est vbiꝙ in ꝯcauo corporis aque versus centrum spere. Si autem loca sic sm formas sint finita: oportet ꝙ corpora simplicia que sunt ignis ⁊ terra: quorum vnum est simpliciter leue: ⁊ alterum simpliciter graue sint finita necessario: quia si non starent in propria loca tunc procederent loca eorum in infinitum. ⁊ hoc est improbatum per hoc ꝙ loca sunt determinata habito autem ꝙ loca extrema cum suis locatis sint finita: probauimus eodem modo ꝙ loca mediorum hoc est aeris ⁊ aque cum suis contentis sint finita: quandoꝙ enim extrema que superius ⁊ inferius sunt finita: ⁊ determinata oportet ꝙ media distātia inter extrema illa sunt finita ⁊ determinata. Dicitur enim medium in spatijs dupliciter: est enim medium qd per equalem distantiam est medium. qd etiam vere est medium ⁊ hoc medium est centrum spere. Etiam est medium qd habet rationē medij per hoc ꝙ est inter extrema: ⁊ sic centrum non est medium sm extremum in loco nec concauum lune: sed ꝙ est inter extrema: ⁊ sic centrum non est medium: sed extremum in loco: neꝙ cōcauum lune: sed qd est inter hec extrema hoc est inter locum ignis ⁊ terre dicitur media regio: ⁊ hoc est ad quam diuersimode mouetur aqua ⁊ aer. Extremum ergo in spatijs determinatis oportet mediam regionem esse determinatam ⁊ finitam. Si enim poneretur hanc esse infinitam: oporteret ꝙ ignis ascendens per eam ⁊ terra descēdens per eandem mouerentur in infinitum anteꝙ transirent eā: ⁊ sic nunꝙ contingeret ignem ⁊ terram deuenire in locū suum: ⁊ hoc est impossibile quod iam nos ostendimus in physicis ⁊ exposuimus per exempla multa ꝙ non potest esse motus infinitus: ⁊ hoc probatum fuit in fine .6. physicorum. Si ergo hec ita se habent oportet mediam regionem esse finitam ⁊ determinatam: quia in loco finito oportet locatum esse finitum: tunc sequitur necessario ꝙ corpora que sunt in hac media regione actu vel que possunt esse in ea potentia: etiā si actu sint extra ipsam sint finita: sed non est possibile ꝙ in hac media regione sit corpus qd simpliciter moueatur sur-

Tex. co. 45.

Medium in spatio dupliciter sumi pot.

sum: vel corpus qd simpliciter mouetur deorsum. cum vnu illorum moueatur a medio sursum super omnia corpora recti motus & alterum descendit deorsum sub corpore recti motus que sunt ignis & terra: ergo reliqua duo que sunt aer et aqua sunt in ista media regione & sunt finita. Et hoc autem

[Tex.c. 46.]

iam verificatum est q non est possibile q grauitas alicuius corporis sit infinita quia cum grauitas & leuitas sint forme crescentes & decrescentes secundum quantitatem corporum in quibus sunt non potest esse grauitas infinita nisi sit corpus magnitudinis infinite absque dubio autem inconueniens est q aliquid de numero corporum habeat grauitatem infinitam: & huius causa est quia grauitas infinita non attribuitur nisi corpori infinite magnitudinis: & idem omnino iudicium est de leuitate & grauitate quia cum grauitas & leuitas sint contraria si vnum eorum est infinitum & reliquum necessario sit infinitum per rationem quam supra assignauimus de contrarietate. Aliter enim accideret vnum pluribus contrariari: & contrariorum virtutes non esse equales contingeret: ita q alterum destrueret reliquum que sunt omnia inconuenientia. Leuitas enim infinita esset que faceret leuia corpora ascendere in infinitum ergo in mundo non inuenietur leuitas infinita nisi inueniatur q aliquod est corpus stans sursum motum ad sublimitatem que infinite distat a centro: & tale non est nec potest esse aliquod corpus leue. ¶ Et

[Tex.c. 47.]

verificatio illius est per demonstrationem quam hic inducemus. Si enim est corpus infinitum: aut habebit tunc grauitatem finitam aut infinitam: & ostendemus primo q non potest habere grauitatem finitam: & postea q non potest habere grauitatem infinitam. Demonstratio autem ad hoc q non potest habere grauitatem finitam est ista: detur enim corpus infinitum habere grauitatem finitam & queramus vtrum sit hoc possibile: si enim sit falsum & non possibile: tunc qd accidit ex ista positione est falsum & non possibile. ¶ Ponamus igitur corpus infinitum significari per lineam. a. b. & non faciamus differentiam: vtrum sit infinitum in vna extremitate: vel in vtraque & ponamus grauitatem illius corporis infiniti esse finitam: & significari per finitam lineam. c. Resecemus que significet partem infiniti corporis finitam que significetur per lineam. a b. cuius grauitas: que pars est grauitatis totius significetur per lineam. e. Nos enim possumus resecare a corpore infinito partem finitam: siue sit infinitum in vtraque extremitate siue in altera dummodo illa pars non sit aliquota in toto. Cum igitur secundum istam hypothesim pars minoris sit grauitatis quam totum erit. e. minor grauitas quam sit. c. grauitas enim minoris corporis minor est quam sit grauitas maioris pars autem minor est quam totum. Sed cum omne totum finitum numerabile sit a sua parte finita inueniemus grauitatem totam maioris corporis per partem grauitatis minoris corporis: ergo grauitatem a b. infiniti inueniemus per grauitatem. d. b. finiti quia addemus grauitati minori tot partes grauitatis maioris donec efficiatur ei similis. Sed sicut se habet pars grauitatis ad totam grauitatem: ita se habet pars quantitatis corporis ad totum corpus: ergo etiam tota quantitas erit numerabilis & mensurabilis per minorem. Non enim tota grauitas est nisi in toto infinito sicut nec pars est nisi in parte sibi proportionali. Huius autem exemplum est sicut si dicatur q pars minor corporis infiniti est pars que est. b. d. & pars maior que est. b. e. Ex corpore enim infinito possumus resecare maius & minus secundum q volumus: & dicamus q grauitas. e. est. b. d. cui cum additum fuerit in grauitate duplum vel triplum. vel in alia proportione quam voluerimus: tunc crescit ad hoc q efficiatur grauitas figurata per lineam. e. & dicamus q tot incrementis crescit b. d. ita q efficiatur. b. & q tot incrementis crescit. e. q efficiatur. b. & q tot incrementis crescit. e. q efficitur. e. tunc enim qualis proportio est. e. ad. e. talis est proportio. b. d. ad. b. figura autem huius descriptionis est vt vides hic. Redeamus igitur nunc ad corpora simplicia & dicamus si magnitudo corporum secundum proportionem ad partes suas est secundum proportionem grauitatis eorum: sicut necessarium est in omni forma que est corporis virtus in corpore: vt diximus in octauo physicorum et est grauitas minor in minori subiecto & grauitas maior in maiori. tunc sequitur ex ista demonstratione q grauitas corporis infiniti & grauitas corporis finiti sunt equales: hoc est de numero impossibilium ergo illud ex quo sequitur hoc impossibile erit. sequitur autem illud qd diximus per hunc modum quia grauitas e. est partis corporis que est. b d. duplicata igitur grauitate & sit illa grauitas. e. duplicata erit quantitas & tunc erit quantitas. b. e & si duplicatio non reddit totam quantitatem. c. iterum & iterum duplicabo donec perueniam ad grauitatem. c. qd autem duplicatur ex finitis finitum est: ergo corpus eius cuius grauitas est. c. est finitum: ergo. c. est grauitas alicuius finiti corporis qd posuimus est. b. & prius q etiam posueramus q. c. est grauitas corporis infiniti ergo grauitas finita & grauitas infinita sunt equales. Sequuntur autem ex hoc plurima impossibilia: si enim grauitas maioris maior est grauitate minoris secundum veritatem debet esse maior grauitas corporis infiniti grauitate corporis finiti: tunc enim sequitur q iste grauitates sint equales vt iam patuit: & hoc est vnum impossibile. Et iterum quamuis corporis maioris sit grauitas maior: & minoris minor: sequitur tamen ex isto corpore q grauitas minoris est maior grauitate maioris: quoniam cum. b. d. sit pars finita corporis infiniti & b. c. sit pars infinita in altera extremitate et nos diximus q est duplicata. e. sicut. c. si bis decupletur erit in dupla maior quam sit. c. cum autem bis fuerit decuplata adhuc est finita: eo q componitur ex finitis ergo tunc erit alicuius partis finite corporis infiniti: pars autem ista minor est toto infinito ergo grauitas minoris est in duplo maior grauitate maioris qd est impossibile alterum: & grauitas corporis infiniti est duplo vel triplo vel quanto voluerimus maior grauitate corporis infiniti: & per eandem rationem sit equalis grauitas corporum omnium inequalium in quantitate: & hec omnia sunt impossibilia & absurda. Si quis autem

[Tex.c. 48.]

fortasse vellet dicere q corpus infinitum non sit similium partium sicut si diceremus ipsum componi ex plumbo & ere & ligno: & ideo non sequitur q partis minoris sit grauitas maior: & maioris minor quia pars plumbi grauior est maiori parte ligni dicamus q istud quo ad demonstrationem inductam nullam omnino generat diuersitatem: omnino enim

[Tex.c. 49.]

simile sequitur inconueniens qd prius. Nos enim possumus accipere partem proportionalem in grauitate licet non sit eiusdem quantitatis: sicut si diceremus q decem libre ligni non sunt leuiores decem libris plumbi: licet maioris sint quantitatis: sicut ergo in linea infinita accipimus partem finitam que fuit. b. d. ita accipiamus partes equalium ponderum finitas & equales in quantitate. possumus enim resecando addere quantitati & diminuere sicut patuit in superius inducta figura: & semper eadem sequuntur inconuenientia.

[Tex.c. 50.]

¶ Manifestum igitur ex dictis q non est possibile q in corpore infinito sit grauitas finita: fuit autem concessa esse finita vel infinita ergo erit infinita grauitas in corpore infinito si ipsum possibile est esse. Si igitur probatum fuit impossibile in corpore finito esse grauitatem infinitam: tunc non erit possibile corpus aliquod esse infinitum. Ad modum autem sermonis per quem probauimus q in corpore infinito non est grauitas finita: probabimus etiam q non est in ipso leuitas finita. ¶ Amplius autem dicimus impossibile

[Tex.c. 51.]

esse q sit altera pars distinctiue superius posite vera scilicet q corporis infiniti sit grauitas infinita: huius autem verificatio & demonstratio est per illud quod hic inducimus: dicimus autem ex his que ante finem. 8 physicorum diximus: q si aliqua magnitudo note quantitatis & note grauitatis mouetur in aliquo tempore note quantitatis tunc maior illa quantitas que est maioris grauitatis mouetur per idem spatium in minori tempore & maxima quantitas maxime grauitatis mouebitur in vno minimo temporis: ita q comparatio temporum adinuicem est secundum comparationem grauitatum adinuicem sed in hoc differunt comparatio temporum & grauitatum quia crescente grauitate respectu motus per idem spatium decrescit tempus motus. ita scilicet q si grauitas media mouet per aliquod spatium in aliquo tempore duplum grauitatis eiusdem mouebitur idem motus per idem spatium in dimidio eiusdem temporis dummodo figura sit eadem: & spissitudo medii per quod est motus: & sint in omnibus aliis paria & equalia nisi in sola grauitate. ¶ Adhuc autem notum esse per se dicimus: q cum

[Tex.c. 52.]

omne

omne finitum ad omne finitum aliquam habeat proportionem: ⁊ omnis grauitas finita comparata ad omnem grauitatem finitam mouetur per spatium finitum in tempore finito. si autem hec subiecta esse ponatur: tunc dicamus impossibile esse ꝙ sit aliqua infinita grauitas: quia sequeretur ꝙ ipsa moueretur ⁊ ipsa non moueretur: ⁊ sic contradictoria simul verificantur de eodem. Si autem moueri datur cum omne id quod mouetur mouetur in tempore: sicut ostensum est in sexto physicorum. ⁊ nihil omnino moueatur in nunc temporis: tunc oporteret ꝙ ipsa moueretur in tempore sicut ⁊ grauitas finita mouetur in tẽpore. sed per idem spatium moueretur in tempore minori q̃ aliqua grauitas finita: quia sicut diximus velocitas motus per spatiũ est sm modum quantitatis magnitudinis ⁊ grauitatis corporis qđ mouetur: quia quando est corpus magnum ⁊ magne grauitatis illud transit velocius ⁊ in minori tempore q̃ corpus paruum qđ est parue grauitatis: tempus enim minus comparatur ⁊ proportionatur ad grauitatem maiorem ⁊ tempus maius proportionatur ad grauitatem minorem: sic ergo sequitur ꝙ infinita grauitas mouetur in tempore infinito qđ minus est omni tempore per naturam mot⁹ qui non potest esse nisi in tempore: sicut diximus in sexto physicorum. diximus autem supra ꝙ etiam sequitur grauitatem infinitam non moueri omnino: ⁊ hoc est ideo: quia inter grauitatem finitam ⁊ grauitatem infinitam non est proportio aliqua: grauitas enim omnis que finita est pertrãsit spatiũ in tempore finito: igitur grauitas infinita pertransit idẽ spatium in eo qđ non proportionatur alicui tempori: igitur si pertransit spatium tunc pertransibit ipsum in nunc temporis: ⁊ hoc est impossibile: ergo grauitas infinita non potest pertransire spatium in aliquo minimo qđ sit corporis: ergo non mouetur omnino. aduersarius ꝙ grauitas ĩfinita pertransit in minimo temporis spatium dicens esse aliqđ minimum tempus: qđ non est proportionale alijs temporibus: sicut ⁊ grauitas infinita non est proportionabilis alijs grauitatibus finitis: hoc nõ potest sibi valere ad hoc ꝙ sit aliqua grauitas infinita: quia aliter probabimus ex his que dantur ex ipso non esse grauitatem infinitam. Si enim grauitas infinita mouetur in tẽpore aliquo: tunc grauitas alia finita moueretur in tẽpore qđ est maius illo tẽpore. Omne autem maius aliquo aliquot partibus maius est illo vel aliquot partium partibus: ergo tempus quo mouetur grauitas infinita est pars aliquota vel partis pars temporis quo mouetur grauitas finita: sed si acceperimus duplum illius grauitatis finite: tũc pertransit illud spatium in dimidio tẽporis illius: ⁊ sic augebimus grauitatem finitam per finitã additam: donec pertrãsit illud spatium in eodem tempore in quo pertrãsit ipsum grauitas infinita: tunc igitur grauitas finita ⁊ grauitas infinita pertrãsenint idem spatium in eodem tempore: ⁊ hoc est impossibile: quia tũc grauitas infinita que in infinitum maior est perambularet spatium aliquod per aliquam horam diuisibilis temporis: ⁊ grauitas alia finita que in infinitum minor est pertrãsit idem spatium in eadem hora qđ impossibile est sm principia que per se nota esse supposuimus. ¶ Manifestum igitur est per ea que supra diximus ꝙ impossibile est esse aliquam grauitatem infinitam: per easdem autem ratiões manifestum est ꝙ impossibile est aliquam leuitatem esse infinitam: si autem hoc sm ea que diximus impossibile tũc est vt alia corpora leuia vel grauia sint infinita quia cum leuitas ⁊ grauitas sint virtutes que sunt materiales in corpore non possunt esse infinite nisi in infinitis magnitudinibus ⁊ quando sunt finita: tunc sunt in magnitudinibus finitis. Sciendum autem ꝙ ea que hic diximus de infinito differsit ab his que diximus in tertio physicorum in hoc ꝙ hec dicta sunt particulariter cõtra id quod dictum est mobile sm locum. in physica autem dicta sunt vniuersalia: eo ꝙ est corpus physicum in eo qđ huiusmodi: quia ibi locuti sumus de pricipijs in cõmuni. hic autem non loquimur nisi de mobili sm locũ: in physicis enĩ diximus qualiter est corpus infinitum in potentia ⁊ qualiter non est infinitum actu in genere: hic vero diximus idẽ sm modum alium sicut prediximus. ¶ Particularius enim corpus mobile sm locum q̃ corpus physicum inquantum physicum: ⁊ ideo per hec dicta non ostendimus nisi ꝙ corpus simplex mobile sm locum non est infinitum actu. ⁊ quia mundus componitur ex talibus simplicibus corporibus sequitur cõsequenter ꝙ etiam mundus non est sm actum infinit⁹ cum id quod componitur ex finitis numero ⁊ sm vltima sit finitum: sicut sepius in antehabitis est probatum.

¶ Cap. 4m. Quod corpora componentia mundum non sunt infinitarum formarum. neque infinitorum vltimorum. neque vtroque modo sunt infinita.

Oportet autem de predictis alio modo inquirere: licet enim in physicis ostensum est ꝙ partes huius mundi sint finite numero ⁊ quantitate: ⁊ per consequens mundus iste sit finitus tot⁹: tamen posset aliquis dicere ꝙ mundus iste est compositarum partium ⁊ non simplicium: ⁊ diceret forte ꝙ est compositus ex partibus ĩfinitis sine forma ⁊ sine magnitudine ⁊ ideo oportet nos inquirere de isto: et forte aliquis posset dicere ꝙ multi sunt mũdi: ⁊ omnes habent partes simul infinitas sm speciem vel magnitudinem vel altero modo: sicut dixit Anaxa. ꝙ mundus componitur ex infinitis similibus partibus: ⁊ tunc non valent prius inducte rationes: oportet ergo nos iterum redire ad questionem prius inductam: ⁊ inquirere an mũdus sit vnus an plures: ⁊ per illum modum quo aliquis diceret ꝙ componitur ex his que quidem infinita sunt specie finita autem sm vltima est infinitum. dico autem primum de hoc ꝙ si non probauerimus ꝙ corpus vniuersi mundi est finitum: ⁊ ꝙ impossibile est vt sit infinitum: tunc sequeretur ex illo ꝙ impossibile est vt sint multi celi: quoniam si multi essent celi cum non esset ratio finitatis numeri eorum: impossibile esset ꝙ mundi corpus esset finitum: ⁊ sic ista questio de finitate mũdi multum proficit ad questionem de vnitate mundi ⁊ multitudine. Questio enim de vnitate mundi ⁊ multitudine est questio que desideratur sciri per se: ⁊ ideo a quibusdam inuestigatione vltima inuestigatur. Et dicunt multi vulgariter loquentes ꝙ licet iste mundus qui nos continet sit firmus ⁊ permanens ⁊ finitus: tamen non est inconueniẽs propter hoc ꝙ sint mundi plures isto etiam permanentes sicut iste: ⁊ si non sunt infiniti sm magnitudinem: ⁊ hi mundi poterunt esse infiniti sm cõponentia que sunt infinita in specie: huius autem inquisitio licet sit quantum ad extrinsecus sm rationem ⁊ non veritatem: tamen forte posset mouere aliquos: quia sicut nos videmus ꝙ homo vnus est in specie: tamen habet multa indiuidua: ita forte videtur alicui ꝙ mundus est vnus: ⁊ habet multa indiuidua sicut nos inducemus in sequentibus: oportet inquirere de vnitate mundi ⁊ multitudine. Sed quia dependet hec questio a questione de finitate mundi ⁊ infinitate: ideo prius queremus an mundus finitus sit an infinitus. Incipiam ergo ab his que sunt premittenda in questione ista: ⁊ dicam ꝙ omne corpus aut est finitum sm actum: aut infinitum: si autem est infinitum: aut est finitum: aut est similium partium per totum in forma ⁊ figura ⁊ specie. aut dissimilium partium per totum. Si autẽ est dissimilium partium: aut finitarum dissimilium: aut infinitarum dissimilium: ⁊ non oportet nos disputare ad hoc vtrum sit ex partibus finitis: aut ex partibus infinitis. quoniam sufficienter habitum est in physicis ꝙ mundus constat ex omnibus partibus finitis sm vltima. Eadem autem ratione constat ꝙ non oportet nos disputare vtrum sit similium partium totum: quia nos iam supra ostẽdimus ꝙ non est vnus motus omnium partium mundi: ⁊ per hoc cõstat ꝙ non componitur ex partibus similibus per totum: de hoc igitur solo inquiremus hic inuestigando vtrum mundus sit infinitus hoc modo quo infinitum est compositum ex infinitis sm vltima que sunt finita sm speciem ⁊ figurã: vel infinitus sit eo ꝙ compositus sit ex infinitis sm speciem ⁊ figuram: finitis autem sm vltima: aut vtroque sit infinit⁹: licet cõpositus ex his que vtroque modorum sunt infinita. ¶ Dico igitur ꝙ est impossibile vt sit compositus ex his que sunt infinita sm formas siue sint sm vltima infinita siue finita: ⁊ hoc quidem iam notum est ei qui recipit ⁊ cõfitetur ea que in antepre habitis exposita sunt sm principia motus localis inducta sm demonstrationes que cõueniunt principijs il-

Tex.cō.53.

Tex.cō.54.

Tex.cō.55.

Tex.cō.56.

Tex.cō.57.

hec Nos enim diximus in prehabitis ꝙ motus corporum sunt secundum formam eorum inclinantes ad motum: ⁊ hoc precipue verum in simplicibus corporibus componentibus mundum: motus enim corporum simplicium sunt simplices secundum simplicitatem formarum ipsorum motus autem simplicium sunt infiniti: ideo habitum est ꝙ in genere non sunt nisi tres hoc est circularis: ⁊ leuis ⁊ grauis. Cum ergo omni corpori naturali sit motus secundum modum forme sue oportet ꝙ forme in genere non sint nisi tres hoc est circularis ⁊ leuis ⁊ grauis: secundum tria in genere motus qui sunt circa medium a medio ⁊ ad medium ergo non ex formis infinitis. Si autem propter hoc dicatur ꝙ forme quidem sunt finite secundum partes componentes que subsistunt illis formis infinite secundum vltima: tunc oportet ꝙ sub forma aque sit aqua infinita: ⁊ sub forma ignis sit ignis infinitus: ⁊ sic de alijs elementis componentibus mundum: sed si hoc est verum sub forma terre tunc infinitum erit grauitatis infinite: ⁊ infinitum sub forma ignis erit leuitatis infinite: ⁊ vtrumque istorum mouebitur secundum distantiam infinitam: ⁊ hoc constat esse impossibile in prehabitis: vbi

Tex. c. 58.

ostensum est ꝙ nulla grauitas vel leuitas est infinita. ¶ Amplius autem si dicerentur forme esse infinite elementorum componentium mundum: ⁊ dicatur ꝙ forme sunt infinite: ⁊ ꝙ subiecta earum sunt infinita secundum vltima: sicut dicit Anaxa. ꝙ sunt infinita elementa secundum numerum ⁊ vltima: tunc absque dubio sequentur duo impossibilia simul. s. ꝙ loca ad que est motus sunt infinita formaliter differentia ad inuicem sicut differunt forme mouentes: ⁊ ꝙ in infinitum distant vt ad ipsa in infinito tempore moueantur elementa: ita ꝙ graue in infinitum moueatur inferius ⁊ leue in infinitum moueatur superius: ⁊ sic de alijs: hoc autem impossibile est omni ei qui iam imbutus est his veritatibus quas in physicis determinauimus quia sicut diximus in fine. 6. physicorum: impossibile est incipere ꝙ impossibile est finiri: ⁊ per hoc probauimus motum localem non esse infinitum sed distantiam per quam transit id quod mouetur: ⁊ hoc quidem inductum est sine instantia: ⁊ recipitur equaliter in motu qui est in qualitate ⁊ quantitate sicut in motu locali: quia si ponamus impossibile esse ꝙ corpus sit album vel cubitale secundum mensuram: tunc neque in Egypto: neque in aliquo quouis loco nunquam conuertitur ad aliquod eorum que diximus impossibilia sibi inesse ergo a simili impossibile est vt eat ad locum quem impossibile est ipsum consequi: ⁊ ad terminum quem impossibile est ipsum peruenire: ⁊ talis est locus qui distat in infini-

Tex. c. 59.

tum. ¶ Si autem aliquis propter omnia prehabita dicat ꝙ impossibile est corpus simplex continuum esse infinitum: ex ꝙ impossibile est ꝙ mundus constet ex formis infinitis que componant corpus vnum vel mundum: tamen est possibile ꝙ corpus vnius forme sicut ignis sit diuisum in infinitas partes sicut dixerunt Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ sic erit mundus infinitus: tunc dicimus contra hoc ꝙ infinite partes ignis mouentur ad locum vnum ⁊ sic continuantur in loco illo. Continuum autem compositum ex infinitis est infinitum ergo ignis est infinitus: ⁊ sic omnia inconuenientia que dicta sunt de corpore infinito secundum vltima sequentur ad positionem istam: ergo ipsa stare non potest: sicut nec alie que

Tex. c. 60.

inducte sunt. ¶ Iam ante diximus in eis que dicta sunt ꝙ corpus habet tres dimensiones tantum: ⁊ secundum tres dimensiones habet tres motus ⁊ secundum tres motus sunt corpora trium formarum disponentium ad motum ⁊ non plurium in genere: ⁊ ꝙ nullus istorum motuum est infinitus sed determinatus: quomodo ergo potest aliquis dicere ꝙ corpora huius mundi sunt multa ⁊ dissimilia in formis: ⁊ quodlibet ipsorum est infinitum sic ergo non potest corpus esse finitarum substantiarum formarum ⁊ infinitorum vltimorum. ¶ Amplius non

Tex. c. 61.

potest esse ꝙ corpus infinitum sit per totum forme similis que forma sit elementi alicuius: siue corporis sperici infiniti: ⁊ primum quidem per quod hoc ostenditur impossibile esse: est ꝙ sicut superius determinatum est non est possibile: vt sit aliquis motus alius a tribus motibus superius determinatis: oportet ꝙ aliquis illorum trium motuum conueniat corpori infinito quod similis forme esse dicitur si ergo dicatur esse rectum corpus illud tunc oporteret ꝙ aut esset grauitatis infinite: aut leuitatis infinite: ⁊ vtrumque istorum iam superius improbatum est. Si autem diceretur ꝙ est corpus circulare vel simile sperico corpori quod mouetur circulariter: ⁊ quod infinitum est hoc iterum stare non potest quia demonstratum est ꝙ impossibile est vt corpus infinitum moueatur circulariter. Qui ergo dicit motum circularem esse sic sempiternum ꝙ nunquam moueatur ab eodem in idem propter infinitatem aliquid simile dicit ei qui dicit celum esse infinitum. Est autem in physicis ostensum ⁊ sufficienter explanatum ꝙ hoc est omnino impossibile insuper ostensum est superius in hoc libro: ⁊ in physicis ꝙ infinitum corpus non potest omnino moueri. ¶ Amplius si dicatur moueri corpus infi-

Tex. c. 62.

nitum: aut mouebitur naturaliter aut violenter ⁊ siquidem detur moueri violenter cum violentia non sit nisi per comparationem nature dicta oportebit ꝙ habeat aliam motum naturalem qui violento opponitur omne autem quod mouetur naturaliter secundum locum habet locum naturalem ad quem mouetur ⁊ motum innaturalem a quo recedit ⁊ locum per quem transit ⁊ similiter est de eo quod mouetur violenter hoc autem fingere volentibus impossibile est assignare contra motum corporis infiniti cum ipsum omnem locum excedat: si est infinitum secundum vltima.

¶ Cap. 5m. In quo ostenditur corpus non esse infinitum: et ꝙ non est proportio actionis vel passionis corporis finiti ad corpus infinitum.

Possumus autem vniuersales inducere demonstrationes ex quibus probabimus nullum corpus esse infinitum siue sit rectum: siue sit rotundum. Sumemus ad id demonstrandum ea que conueniunt corpori tam recto quam rotundo: sicut ꝙ omne corpus est actiuum vel passiuum vel vtroque modo se habeat ad illa ꝙ est tam actiuum quam passiuum: sicut corpus celi actiuum est tantum passiua autem ⁊ actiua simul sunt corpora inferiora. Si ergo corpus aliquod est infinitum: tunc oportet ꝙ sit actiuum vel passiuum vel vtrumque horum habet simul. Si autem dicatur esse actiuum vel passiuum: aut est actiuum vel passiuum in corpus finitum: aut in corpus infinitum: ⁊ accipiamus primo ꝙ patitur ab eo quod est finitum: ostendemus vna ⁊ eadem demonstratione: ꝙ nec agit in infinitum: nec patitur ab ipso nec econuerso. ⁊ illius quidem demonstratio verificans erit hoc quod diximus per hoc quod dicturi sumus: si enim possibile dicat esse aduersarius infinitum pati a finito ponamus lineam. a. esse notam corporis infiniti: sit autem aliud ab ipso finitum corpus quod significetur per lineam. b. si agat. b. in totum. a. in tempore quod est significatum per litteram. c. impellatur autem in infinitum. a. vt recipiat aliquam impressionem vel formam transeuntem ab agente finito quod est. b. in tempore finito quod significatur per litteram c. Ponamus iterum ꝙ. d. significat agens finitum quod est minus quam. b. ⁊ est aliquota et pars eius. ⁊ agat in patiens finitum quod est. e. in eodem tempore quod est. c. hoc est possibile: ⁊ idem ex ista positione nihil debet sequi impossibile. Dicamus igitur ꝙ pars illius patientis finiti sit littera. z. ⁊ sit tota pars patientis quota est pars d. ipsius agentis primi quod est. b. hac enim proportione facta dico ꝙ qualis est proportio agentis minoris ad agens maius quod est. d ad. b. talis est proportio patientis ad patiens: hoc est. e. ad. z. si enim non sit equalis proportio patientium adinuicem que est ipsorum agentium tunc oportet ꝙ sit maior: vel minor siquidem est maior resecetur ad equalitatem ipsius: tunc enim sicut se habet. d. ad. b ita se habet. e. ad partem. z. ergo permutatim sicut se habet. d. ad. e. ita se habebit. b. ad partem. z sed d. mouet. e. in tempore. c. scilicet sicut dixit hypothesis ergo in eodem tempore mouebit. b. partem ipsius. z. quod est impossibile cum enim in illo tempore moueat totum in minori tempore mouebit partem: ergo proportio patientium non fuit in equali proportione agentium. ¶ Amplius autem dico ꝙ ad complendam demonstrationem oportet accipere propositiones per se manifestas: quarum vna est ꝙ quecunque corpora sint equalia in magnitudine mouentur motu equali in tempore vno: quia equalem magnitudinem sequitur equalis virtus mouens: sicut grauitas vel leuitas: ⁊ ex ista propositione sequitur alia ꝙ corpus minoris magnitudinis mouetur in eodem tempore minus

Tex. c. 63.

quam corpus

ꝙ corpus maioris magnitudinis propter eandem causam: quia scilicet est minor virtus in eo mouens. Omne enim corpus qđ mouetur virtute que est in corpore velocius ⁊ tardius mouetur ſm modum sue maioritatis ⁊ minoritatis: ⁊ his suppositis dicimus simile esse in proportione agentium ⁊ patientium adinuicem: quia plus agit ⁊ maius est ſm modum sue maioritatis hoc est ꝙ quanto maius est tanto velocius agit dūmodo patientia sint equalia dicimus igitur ꝙ si talis est proportio d. ad.b.que est.e. ad.z. ⁊ econuerso: tunc permutatim ſm proportionem qua.d.agit in.z.ſm eandem.b.aget in.e.dicamus igitur.e.⁊.z.partem esse infiniti patientis qđ est.a.⁊ minorem hac parte.e.esse pars que est.z.tunc enim b.aget in.e.in aliqua parte temporis.c. in dupla ergo parte illius temporis aget duplum eius qđ est c. ⁊ sic duplicabimus donec veniamus ad totum tempus.c.tunc enim aget in aliquot finitas partes eius patientis qđ est infinitum: ergo in eodem tempore idem agens finitum aget in totum infinitum: ⁊ in partem eius finitam aliquam: hoc autem est impossibile: quia finiti patientis non est proportio ad infinitum patiens: ergo agentis in patiens finitum non est proportio ad agens in patiens infinitum cum sup habitum est ꝙ que est proportio patientis ad patiens eadem est proportio agentis ad agens: ergo corpus infinitum non patitur a corpore finito in aliquo finito tempore propter eandem causam: ⁊ etiam econuerso corpus infinitum non potest mouere corpus finitum in aliquo tempore: sed si moueret ipsum moueret in nunc temporis cum non sit proportio. Si enim detur ꝙ mouet ipsum in tempore tunc inuenietur aliud corpus finitum qđ mouebit aliquod minus se in eodem tempore: quia quācunqꝫ eius partem parti am mouat. tunc totiens reduplicabimus eam: ⁊ augebimus tam mouens finitum ꝙ̃ patiens donec finitum moueat finitum qđ est pars infiniti: vel donec pars infiniti mouentis moueat finitum corpus equale ei qđ mouetur ab infinito: ⁊ tamen sequitur ꝙ in eodem tempore finitum ⁊ infinitum mouent finitum qđ est impossibile: cum inter motum infinitum ⁊ motum finitum sit proportio. Inter mouens autem finitum ⁊ mouens infinitum nulla sit proportio omnino neqꝫ propinquitas. neqꝫ comparatio aliqua. Sunt autem linee illius demonstrationis sic ordinande ꝙ vna sola linea infinita protrahatur que sit.a.⁊ sub illa finita sit alia que sit.b. que partialis est ad ipsam: ⁊ minor illa sub ea que sit.d.⁊ super lineam.a.in parte aliqua significentur due partes: vna maior altera minor que sunt.e.⁊.z.sicut hic vides. In proportione autem ignotis ꝙ quare est passio infinita ꝙ quare et proportiones que supponuntur: vt note que sunt agentis finiti ad agens finitum: ⁊ patientis finiti ad patiens finitum: ⁊ ideo primum in proportione est b.secūdum est.d. tertium est.e.⁊ quartum.z.⁊ ideo cum permutatur proportio: tunc comparabitur primum ad tertium hoc est.b.ad.c. ⁊ aget in ipsum in parte temporis.c.eo ꝙ in totum infinitum aget in toto tempore: ⁊ secundum comparabitur ad quartum hoc est.d.ad z.⁊ agit in ipsum.z.in parte temporis.c.cū positum sit ꝙ in totum.e.cuius z.pars agit in toto tempore.c.⁊ sequitur ꝙ vlterius inducitur: ⁊ tunc.b.agit in duplum vel in triplum eius qđ est.e.in toto tempore c.⁊ tunc idem in eodem tempore aget in patiens infinitum ſm eandē actionem. Si autem iste littere forte in libro Aristo. quem nos promisimus sequi non sic ordinantur non est curandum: quia propter breuitatem Aristo. multa subticet: sed sic ordinande sunt. sicut hic est dictum: sicut omni homini patet qui bene considerat in natura proportionum traditarum ab Euclide in.5.geometrie. Eodem autem modo probatur hoc qđ diximus superius: ꝙ scilicet finitum corpus non patitur ab agente infinito ⁊ quia in hoc demonstratio Aristo. obscura valde est.⁊ in diuersis libris diuersimode posita inuenitur: ideo ponimus primo ꝓportiones deinde redibimus ⁊ explanabimus verba eius diuersa: ⁊ dicemus que littera sit verior: dicimus ergo ꝙ illud qđ per proportiones intendimus inuenire est potentia passiua finiti patientis ab infinito agente: hec igitur est vt ignota: ⁊ quia nos ignotum in proportione inuenire non possumus: nisi per proportiones notas plures vna: ⁊ ideo ponemus notas proportiōes agentium ⁊ patientium. ¶ Dicamus igitur ſm principia superius posita ꝙ scilicet maius agens agit velocius ꝙ̃ minus in idem vel simile patiens ſm vnum ⁊ idem genus actionis ꝙ ergo linea a.sit nota agentis infiniti linea b.z.sit nota patientis finiti: ⁊.c.sit nota temporis in quo infinitū aget in totum finitum. Dicamus igitur ꝙ littera que est.d. sit agens finitum: quia qđ minus est ꝙ̃ infinitum agit in patiens qđ minus est ꝙ̃ totum b.z. ⁊ in tempore eodem sit ergo ꝙ agat in vnam partem quam voluerimus eius quod est b.z.⁊ dicamus ꝙ agat in.z.que est altera pars eius. Resecemus autem ab infinito agente partem duplo tantum quantum est agens.d.⁊ illa sit.a.b. quia ergo.a.b. duplum est ꝙ̃ d.tunc.a.b.aget in.b.z.in toto tempore qđ est.c. Dicatur igitur ꝙ in proportione primum sit.d. secundum.a.b. tertium z.⁊ quartum.b.z.sicut enim se habet.d.ad.a.b. ita se habet z.ad.b.z.ergo permutatim se habet sicut primum ad.z.⁊ hoc est.d.ad.z.ita se habet secundum ad quartum hoc est.a.b. ad.b.z.sed.d.mouet.z.in toto tempore.c sicut dicit hypothesis ergo.a b.mouebit totum.b.z.in toto tempore.c.sed prius erat positum ꝙ totum.a.infinitum mouet.b.z.in tempore.c. ergo infinitum totum ⁊ pars eius finita mouent idem ſm eandem actionem in eodem tempore qđ est inconueniens: ergo inconueniens fuit ponere infinitum agere in corpus finitum. Qđ ergo dicit Aristo ꝙ.a.sit corpus infinitum qđ habet potentiam infinitam: ideo est quia non potest habere potentiam infinitam nisi habeat infinitam magnitudinem sicut sepius superius: ⁊ in octauo physicorum est dictum: ⁊ postea adiungo ꝙ.b.z.sit patiens infinitum: ⁊ ꝙ.c. sit tempus motus eius. Qđ autem dicit ꝙ littera.d.mouetur minus in eodem tempore ꝙ̃ sit.b c. intelligitur sic ꝙ hoc quod dicit littera.d.sit ablatiui casus ita ꝙ aliqd littera.d.minus moueatur in.c.tempore ꝙ̃ sit.b,z.⁊ sit illud minus dimidium qđ est.z. Qđ autem subiungit postea ꝙ non erit proportio talis que est super.b,z.totum ⁊ partem eius que est.z.que est proportio dupli sicut est proportio motus que est littere.d.agentis ad.a.b.agentis tunc enim oportet ꝙ inter.d.⁊.a.b. etiam sit proportio dupli: ⁊ tunc planum est qđ sequitur hoc qđ diximus virtute proportionis littera tamen quam exponit Cōmentator non habet nisi ꝙ erit proportio totius.b.z. sicut proportio motus.d.ad.a.b.que est altera pars patiētis: ⁊ ista littera sit planior: tamen prima cōmunior est verior: figura autem est ꝙ ducatur linea infinita que sit.a. qua signatur pars abscisa per punctum.b.sub qua producatur linea.b.z.habens notas diuisiōis in medio.⁊ postea linea.d. ſm dimidietatem partis.a.b. Cum igitur sequitur ex istis propositionibus idem ab infinito ⁊ finito moueri in eodem tempore: illud est incōueniens per antedicta principia que ostendimus superius ꝙ corpus maius mouet rem patientem ab ipso in tempore minori ꝙ̃ sit tempus quo mouetur a minore hoc enim generale est in omni tempore in quo ponitur expleri actio corporis infiniti in corpus finitum: quia eadem efficiet corpus finitum in eodem vel in equali tempore. ¶ Scias autem ꝙ contra hoc quod hic demonstratur non est qđ diximus in octauo physicorum: ꝙ primus motor mouet motum infinitum ſm naturam quia primus motor non habet quantitatem: ⁊ mouet in motum per se ⁊ per accidens: que autem hic demonstrantur sunt intellecta de mouētibus habentibus quantitatem finitis vel infinitis: in quibus possunt partes accipi: sicut factum est in demonstrationibus ante inductis: nec est possibile ꝙ aliquid de numero mobilium moueatur tempore infinito: quia tempus infinitum vltimum non habet: sed omnis motus vnus habet vltimum in quo stat. Si enim motus ponatur esse infinitus: tunc motus esset endelechia: sine actus non recipiens formam vel vbi impressum qđ est actus simpliciter ⁊ finitus: ⁊ motus circularis: aut motus celi qui infinitus est ſm naturam non sic infinitus est eo ꝙ ambiens circunferentie sit infinitus: sed ideo quia est ab eodem in idem completus: pars ⁊ finis eius non est aliqua forma singularis: vel non determinata sed potius priuatas esse ⁊ ideo oportet ipsum semper esse: hec autem in sequentibus demonstrabuntur. ¶ Quia autem nos declarauimus infinitum nō moueri a finito: ⁊ iterum infinitum mouere finitum vel age-

Tex.cō.65.

Documentū

T.cō.66.

re in ipsum: restat igitur nobis ostendere q infinitum non agit in infinitum in tempore finito. Si autem aduersarius dicat q possibile est vt corpus infinitum agat in corpus infinitum tempore finito. Ponamus infinitum esse agens lineam.a. infinitum patiens lineam.b. et sit tempus in quo cõpletur actio agentis in totum patiens linea c.d. que duas partes habet. quarum vna sit.c. et altera.d. extrahā et separabo ex paciente infinito qd est.b. partem vnam finitā que finiatur ad punctum e. ita q pars eius finita sit linea.b.e. et ponam q etiam in illam partem sui seorsum agat agens infinitum qd est.a. ita q habeat duo patientia ab ipso vnū infinitum qd est.b. totum: alterum autem finitū quod est pars eius qd est.b.e. verūtamen cum agit in duo patientia non agit in ipsa in tempore vno: q in maiori tempore agit in maius in minori vo agit in minus sm superius habita: ergo in infinitum agit incomparabiliter in maiori tempore: q in partem eius finitam. Constat igitur q agens infinitum mouet.b. hoc est primam partem.b. non in toto eciā tempore quo mouet totum infinitum: sed in parte temporis illius que sit.d. tunc ergo inueniemus proportionem: quoniam nos primum proportionem ponemus sm partē temporis que est c. et secūdum in proportione ponemus sm partem temporis que est.d. et iterum tertium in proportione ponemus partem patientis vnam quam agens infinitū mouebat in temporis parte qd est finitum. illa autem pars est.e. quia positum fuit q in.d. mouebat agens infinitum partem finitam patientis. quantum autem in proportione ponemus partem infiniti patientis remanentem super partem que separata est ab ipso: et hec necessario est infinita: quia aliter patiens totum non esset infinitum. ¶ Et arguemus sic. Sicut se habet.c. ad.d. hoc est pars vna temporis ad aliam partem temporis: ita se habet.e. que est pars patientis ad residuam partem patientis: sed pars temporis ita se habet ad aliam partem temporis qd est finite alicuius proportionis: ergo etiam finite proportionis erit.e. ad residuum.b. ergo totum patiens compositū ex infinitis erit finitum et datum erat q esset infinitum: et ideo ex proportione sequitur q residua pars totius.b sit finita. Qd autē sit similis proportio inter partes temporis et partes patientis patet ex hoc q agens.a. agit tam in maius patiens q in minus in temporibus diuersis sm magis et minus: ergo in eqlibus agit in equalia. Cum ergo totum.c.d. tempus diuisum sit in duo equalia: et datum sit q in vna parte.a. agit in b.e. et sequitur necessario q in reliqua parte agit in residuū b. patientis: ergo residuum equale erit parti que est.b.e. et sic totum.b est finitum qd est contra hypothesim: dispositio autem linearum huius demonstrationis est hec quam vides. ¶ Manifestum igitur est ex dictis q impossibile est q corpus infinitum moueat agendo corpus aliquod patiens infinitum in tempore finito. Et si forte diceret aliqs q corpus infinitum mouet corpus aliud infinitum in tempore finito: dicemus contra hoc q tempus infinitum sm vltima est quod non habet vltimum: et qd mouetur in ipso nō peruenit ad vltimum sui motus: quia vltimum temporis adiacet vltimo motus: sicut tempus motui. Qd ergo generatur in ipso semper generatur: et nunq peruenit ad complementum: et similiter est de augmento et alteratione et loci mutatione. Omne autem corpus qd mouetur peruenit ad finem motus necessario. sicut ostendimus in fine.6. physicorum. Similiter autem corpus omne quod mouetur est finitum et ideo passio eius finita: et motus eius: cum enī passio infinita esse nō possit nisi in subiecto infinito: si passio esset infinita: esset et subiectum infinitum et ideo qui dicit corpus infinitum: et passionem infinitam petit pncipiū. ¶ Adhuc autem dico q omni corpori sensibili est virtus agēs tm̄ sicut celo: aut virtus patiens tm̄: sicut corpori qd est materia: aut vtrūq scilicet agens et patiens est sicut se habent elementa: hec autem omnia voco sensibilia sensu tactus quia antiqui dixerunt celum esse igneum: et ꝓpter stellas et ideo lz ipsum sm veritatem non sit sensibile: tamen ab his qui esse asserunt infinitum ponitur sensibile. Arguo igitur ex p̄dictis et ex his que nunc dicta sunt: q cum omni corpori sensibili sit potentia actiua: aut passiua: aut vtraq: infinito vo corpori: nec sit potentia actiua nec passiua: nec vtraq sicut habitum est ex predictis demonstrationibus manifestū est q infinitum corpus non est corpus sensibile vt dicunt antiqui: ergo nullum omnino corpus est infinitum. ¶ Si autem aliquis fortasse dicat q finitas non accidit corporibus sensibilibus nisi eis que sunt intra celum. extra celum autē sunt corpora tenuia spiritualia non sensibilia que sunt infinita. Inducemus contra hoc qd quidem ad sensū manifestū est q omne corpus sensibile est in loco aliquo qui quidem est pncipium sue generationis sensibile enim vocatur quia est distinctum pmis sensibilibus que sunt opposita tactus: et dicuntur qualitates prime: et tunc sumemus conuersam istius propositionis: scilicet omne qd est in loco est sensibile. Diximus enim in physicis q locus non proprie cõuenit sperico corpori: eo q illud non est sensibile et per consequēs non generabile: et arguemus tunc sic. Omne qd est in loco est sensibile: extra celum autem non est locus: ergo extra celum non est corpus sensibile. ergo nec infinitum corpus sensibile. nec infinitum est extra celū: et hec conclusio sequitur quo ad antiquos sufficienter. quia ipsi dixerunt omne corpus sensibile: et lz qūo ad veritatem non sit verum eo q spericum non est sensibile. tamen ostendemus iam inferius q nec spericum corpus potest esse extra celū. Ostensū est igitur ex predictis q extra celum non est aliquod corpus aliud ab ipsis corporib᷒ que sunt sensibilia apud nos: et si aliquis dicat q possibile est q extra celum sit corpus spirituale tenue: tunc necessarium est ipsum confiteri q illud corpus qd est illic sit in loco: quia extra et intra sm q de corporibus cõtentis: et suis continentibus dicuntur dicunt locum: lz nō necessario dicant locum quando dicuntur de his que nō sunt corpora: sicut quando dicuntur de animabus et intelligētijs substantijs: et de suis continentibus sicut quando anima dicitur in corpore esse vel extra corpus: et intelligentia dicitur esse in orbe: vel extra orbem: in talibus enim substantijs incorporeis illud quod dicitur esse intra cõtinet: et illud in quo esse dicitur continetur cū econuerso sit in corpore et loco intra quem dicitur esse corpus. tunc ergo intra et extra dicant locum: et prius habitum est q illud quod est in loco sit corpus sensibile: sequitur necessario q corpus spirituale qd est extra mundum sm aduersarium sit sensibile: et vlterius sic sequitur q est actiuū vel passiuum: et ita non potest eē infinitum cū infinitū nec possibile sit esse actiuum vel passiuū.

¶ Cap. 6m. In quo probatur per rationes logicas: q nullum corpus est infinitum sm actum.

Adhuc autem ad predicta abundabimus: aliter etiam adducentes ad hec syllogismos dialecticos adhuc ex propositionibus communibus et veris lz non sint sumpte ex proprijs et cõuenientibus causis conclusionis. Si enim aliquod corpus est infinitum: aut mouetur circulariter: aut recte. Et si dicatur moueri circulariter: dicemus q omne quod mouetur circulariter reuoluitur contra medium qd est centrum finitum et determinatum: qd autē mouetur contra medium finitum et determinatum est finitum: ergo infinitum est finitum qd est impossibile: ergo infinitum non habet medium supra qd reuoluitur: ergo nō mouetur circulariter. Si vo dicatur moueri motu recto: tunc oportet q locus ad quē mouetur: et in quo mouetur sit maior ipso: quia aliter non moueretur in ipso: ergo infinitum vnum maius erit q aliud locus enim in quo mouetur per hoc q non habet vltimum est infinitus: per hoc q maior est infinito: est ergo fine fine maior. Adhuc dicunt hoc ipsū infinitum tribus indiget locis infinitis: indiget enim vno ad quem moueatur naturaliter: et indiget alio ad quem moueatur accidentaliter siue violenter: hec enim duo loca differunt sm oppositionem in forma: et indiget tertio loco per quem moueatur tam naturaliter q violenter: et necesse est q omnia hec loca sint infinita. Idem eniz locus est per quē mouetur aliquid taz naturaliter q violenter. sed maior est ipsum motum sed duo loca alia tanta sunt quantum ipsum qd mouetur ifinitū et necessario est q hec loca infinita sunt: et vnus locus maior sit alijs duobus: et q in infinitū distēt: que omnia sunt absurda quantūcunq sunt duo suis formis distincta.

Marginal notes:
T.c. 67.
Tex. cõ. 68.
Tex. cõ. 69.
T. cõ. 70.
Que sint rõnes dialectice

distincta ⁊ terminata: ⁊ diffinita: ⁊ hec necessario sunt finita. Et similiter est de eo qđ est vnum: quia hoc est in se indiuisum ⁊ nihil sui habet extra eum de infinito continue sit aliquid extra accipere sicut probamus in tertio physicorum nostrorum. ¶ Amplius si dicatur corpus infinitum esse ex equalibus superficiebus ⁊ dimensionibus ⁊ esse motus recti. tunc oportet ꝙ habent virtutem infinitam mouentem: siue motus eius sit naturalis siue accidentalis quoniam virtus infinita est corporis infiniti: ⁊ econuerso corpus infinitum virtutis infinite sicut sepius in premissis habitum est a nobis. ¶ Similiter autem cum in physicis nostris de motibus localibus ⁊ mouentibus in octauo libro ageretur: nos ostendimus ꝙ corporis infiniti non potest esse virtus finita. Si ergo hec ita se habent tum dicatur corpus infinitum habere duplicem motum scilicet naturalem ⁊ accidentalem oportet ꝙ ipsum infinitum componatur ex oppositis virtutibus mobilibus. quoniam sicut opponitur motus naturalis ⁊ accidentalis ita necesse est opponi virtutes mouentes. virtutes autem iste non sunt nisi oppositarum formarum substantialium. ergo infinitum corpus habet in se formas substantiales oppositas: sicut igneitatem ⁊ terrestreitatem. formas autem diuersas substantiales sequuntur diuerse qualitates ⁊ quantitates: ⁊ ꝙ vnum sit alterius quantitatis ⁊ figure ꝙ aliud causa est forma substantialis. ergo infiniti vna pars est maior ꝙ alia: que omnia sunt absurda ⁊ inconuenientia: ⁊ ideo non est ponere esse aliquid actu infinituꝫ: ⁊ si esset tunc esset vnius forme ⁊ vnius virtutis: ⁊ vnius motus: ⁊ non posset moueri motu aliquo: nec a se: nec ab alio corpore. ¶ Amplius cum nos in octauo physicorum nostrorum probauerimus ꝙ omnis motus localis causatur: vel ab anima: vel ab eo qđ dat formam: dummodo sit naturalis istud infinitum qđ dicitur moueri: aut est animatuꝫ qđ habet spiritum: aut inanimatum non habens spiritualem substantiam. Si autem est animatum qđ habet spiritum: tunc erit animal infinitum: ⁊ qualiter est hoc possibile vt sit animal infinitum. istud enim animal indiget cibo infinito: ⁊ eius organa erunt infinita: ⁊ cum eius organa sint partes eius: ⁊ infinitum vnum est tantum quantuꝫ aliud: sequitur ꝙ pars ipsius animalis tanta sit quantum totum animal: ⁊ cum infinitum replicat infinitum locum: sequitur ꝙ est in loco partis illius animalis. sicut totū animal ⁊ ꝙ vna pars eius sit vbi alia pars eius est: ⁊ multa alia absurda ⁊ incōuenientia. Si autem sit non animatum ⁊ non habens spiritualem substantiam: tunc sicut in octauo physicoruꝫ nostrorum probauimus: necesse est ꝙ moueatur ab alio moto corpore: ⁊ necesse est etiam ꝙ hoc sit infinitum: ⁊ sic erunt duo infinita: vnum mouens ⁊ alterum motū: ⁊ necesse est ꝙ hec differant in forma substantiali per mouentem potentiam ⁊ potentiam eius qđ mouetur. quia aliter vnū non esset agēs ⁊ reliquum patiens: ⁊ si duo dicantur in forma diuersa infinita: iam ostendimus ꝙ ad hoc plurima sequantur incōuenientia ⁊ absurda. omnino ergo impossibile est ponere aliquid esse infinitum sm actum.

¶ Cap. 7m. In quo habetur de probatione ꝙ corpus non est infinitum: sꝫ Democritus ⁊ Leucippus dicebant componi corpus ex athomis infinitis.

Quoniam autem iam in antehabitis probauimus corpus infinitum non esse simplex nec cōpositum. quoniam si esset compositum infinitū oportet ꝙ simplicia componentia essent infinita: aut specie: aut sm vltima: aut vtroq; modo ⁊ nos ostendimus ꝙ nihil horuꝫ potest dici: tamen quia Democritus ⁊ Leucippus dicebant fieri cōpositionem ex his que finita sunt sm vltima: ⁊ sm speciem: sed sunt infinita in numero indiuiduorum solummodo: et ideo compositum ex his est infinitum: ⁊ ideo oportet nos inquirere de compositione ista ⁊ tunc complebimus tractatū de infinito. Dicamus igitur ꝙ si corpus elementale totius vniuersi non fuerit continuum sed fuerit discretum ⁊ partium separatarum infinitarum sm numerum: vt Democritus ⁊ Leucippus dicebant: tunc necessario sm opinionē eorum sequitur ꝙ omnium partiū vniuersi motus sit vnus consimilis: dicebant enim predicti philosophi vnam esse naturam omnium athomorum: sꝫ sm figuras ⁊ ordinem differentiam inter se haberent: ⁊ huius simile dabant in auro cōminuto in partes plurimas cuius oēs partes sunt auri: sꝫ figuras habeant diuersas: ⁊ diuersimode ordinatas in cōpositione. Tria enim dicebant scilicet ꝙ essent vnius nature ⁊ ideo elementales ⁊ ꝙ essent athomi. ⁊ ideo prima: ⁊ ꝙ sint infinita sm numerum ⁊ ideo nihil esse extra ipsas. Si ergo hoc est verum qđ ipsi dicunt ꝙ scilicet natura omniuꝫ partium est vna ⁊ eadem tunc sequitur necessario ꝙ motus omnium est vnus ⁊ ideꝫ: quia sicut diximus in physicis nostris quo motu mouetur vna gleba mouetur tota terra: ⁊ quo motu mouetur scintilla. mouetur ⁊ totus ignis ⁊ sunt in vno loco ambo per naturam. Declaratum est ergo nunc sm positiones istorum philosophorū ꝙ si ista corpora athomalia sunt omnia grauia ꝙ tūc nihil erit in eis qđ sit leue: ⁊ si sint omnia leuia tunc nihil omnino erit in eis qđ sit graue qđ est contra sensuꝫ: ⁊ hoc quidem sequitur ad oppositū istorum inquantū dicunt ista corpora esse infinita extra que nihil est accipere quia cum tūc ponantur omnia esse vnius ⁊ eiusdem nature non erit inuenire in eis: nec extra ipsa aliquid ꝙ non habeat naturam illam. ⁊ sic in omnibus rebus mundi non inuenietur nisi vnus motus qđ est contra sensum. ¶ Amplius si dicant corpus compositum ex his esse infinitum quocunq; modo hoc fiat adhuc oportet eos concedere ꝙ hoc sit graue vel leue: ⁊ tūc si leue mouetur a medio ⁊ si graue mouetur ad medium ⁊ tunc vtrunq; istorum impossibile est conuenire corpori infinito: corpus eniꝫ ponitur esse infinitum: infinitum autem non habet mediuꝫ mediū enim est contentum corpore qđ est circa medium: contentuꝫ autem alio corpore circundante non est infinitum: ⁊ ita nō potest in ipso esse infinitum sicut in loco. Similiter autē qđ est infinitum non est in orizonte: quia orizontem non potest habere infinitum corpus. Cum enim vt tradidit Ptolomeus in libro introductionum suarum orizon sit duplex artificialis: ⁊ rationalis: siue naturalis artificialis est dimidium spere comprehensum per visum. rationalis autēꝫ dimidium spere totius que intelligitur diuidi superficie secante centrum terre: ⁊ extensa per quatuor puncta aquilonis ⁊ meridiei orientis. ⁊ occidentis: talis autēꝫ orizon habet extra se corpus continens qđ est spericum: habens autēꝫ extra se corpus continens ipsum impossibile est esse infinitum: ergo nec motus ad orizontem: ⁊ contentum in orizonte est infinitum: nec potest dici ꝙ quoddam ens mouetur inferius et quoddam superius: quia superius ⁊ inferius non habet vt iam probatum est. ¶ Si ergo hoc est sicut nos diximus istud non mouetur ad aliquem locum omnino: quia si non est ei conueniens aliquis locus. tunc non erit ei conueniens aliquis motus omnino. Corpora autem omnia mouentur: aut motu naturali: aut motu accidentali: aut motu necessario: sicut ostensum est in octauo physicorum vbi probatuꝫ est: ꝙ nihil omnino est immobile nisi motor spere: ⁊ corpora que mouentur naturaliter terminata ⁊ finita sunt sine locis suis naturalibus. eo ꝙ quantitas eorum finitur ad locum: et que mouentur violenter sunt finita etiam in his que non sunt per naturam in loca sua propter eandem causam ergo nullum corpus infinitum est in aliquo loco motum vel non motum. ¶ Amplius si dicat aduersarius ꝙ loca superius ⁊ inferius sunt eorum que mouentur naturaliter: ⁊ non eorum que mouentur violenter: ⁊ ideo diceret forte probationem inductam non valere. quia potest dici ꝙ athomi infiniti mouentur ad vnum locum per naturam tm̄: ⁊ ad alterum per violentiam tunc dico contra hoc ꝙ quodcūq; horum diuersorum corporum dicatur firum hoc est quiescēs: aut motum ad locum aliquem per accidens: oportet ꝙ idē locus sit alij corpori naturalis: quia per accidens ⁊ violenter non sunt nisi in comparatione ad naturam: ⁊ verificatio illius est: quia in omnibus rectum motum habentibus necessario consequitur istud sicut in physicis dictum est: quia scilicet qđ vni est naturale ⁊ alteri accidentale: in motibus ⁊ locis ecōuerso: qđ vni est accidentale ⁊ alteri naturale. Si ergo eadem loca sunt naturalia ⁊ violenta: ⁊ sic non fiat dictum aduersarij. Ex his ergo dicemus ꝙ non omnibus oportet ꝙ omnia corpora huius mūdi sint leuia tm̄ aut grauia tm̄. Sed quedam eorum sint grauia quedam leuia: et finita formis ⁊ quātitatibus ⁊ locis: ⁊ ideo mundus ex his

Tex. cō. 71.

Tex. cō. 72.

Tex. cō. 73.

Tex. cō. 74.

Orizon duplex.

Tex. cō. 75.

compositus necessario est finitus: sic ergo ostensum sit et verificatum ex antecedentibus rationibus: et philosophie principiis q corpus totius vniuersi est finitum secundum actum: et q ipsum esse infinitum est impossibile.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans septem vias ex quibus posteriores Peripathetici probare nituntur non esse corpus infinitum.

Dicet autem melior modus quo probatur celum et cetera corpora simplicia non esse infinita sit sumptus ex spatio in quo est motus. sicut nos induximus supra: tamen video tam in celo q in elementis. sicut colligitur ex verbis quorundam physicorum Peripatheticorum septem sunt ex quibus probatur corpus non esse posse infinitum secundum actum. Et est vnus modus quia per omne terminatum tres dimensionibus est secundum omnem modum finitum. Corpus autem vndique terminatur tribus dimensionibus: ergo corpus omne per omnem modum est finitum. Non enim potest intelligi corpus cuius vltimum non sit superficies sicut nec intelligitur superficies: cuius vltimum non sit linea neque intelligitur linea cuius vltimum non sit punctus: et hec ratio est generalis omni corpori tam simplici q composito. Tres enim dimensiones sunt vltima materie corporalis: et ideo omne corpus est finitum istis. ¶ Amplius non solum non esse sed etiam non potest intelligi corpus sine longitudine: et latitudine: et profunditate. Iste igitur dimensiones tres sunt mensurantes omne corpus: omne autem quod his mensuratur totum mensuratur. et in se: et in partibus suis. quia partes corporis sunt corpora. Si detur ergo infinitum corpus esse corpus. oportet etiam q totum: et in se. et in suis partibus his tribus dimensionibus mensuretur: q his autem mensuratur totum in his continetur totum: et q in his continetur totum est finitum: ergo infinitum est finitum: quod est contra hypothesim. Si autem dicatis q aliquid infiniti his mensuratur: et aliquid est extra ista: tunc illud quod illis mensuratur et continetur est corpus: et illi aliquid extra additur quod non est corpus: sed omne enim cui additur aliquid extra est finitum: ergo corpus illud est finitum cuicunque additur aliquid post finem suum additur. illud autem quod additur: aut mensuratur etiam tribus dimensionibus tunc corpus finitum erit sicut et istud si autem non. sed est extra ipsum: tunc non potest esse corpus. et tamen circundat corpus et hoc non est intelligibile. Si forte diceretur q ipsum quidem in concauo est finitum corpus: sed in conuexo extra extenditur infinitum et non terminatur superficie aliqua: et linee sue non terminantur punctis aliquibus hoc non potest esse. quia reuoluta superficie concaua: necesse est q sit reuoluta tota pars conuexa. sed concaua superficies cum ponatur esse finita reuoluitur in tempore finito. Si ponatur moueri ergo in tempore finito reuoluta erit pars conuexa: sed infinitum non reuoluitur in tempore finito: ergo conuexum eius non poterit esse infinitum positio autem qua nos ponimus ipsum moueri non est impossibilis. cum omne corpus aut moueatur necessario: aut possibile sit moueri: sicut ostensum est in octauo physicorum. Cum igitur sequatur impossibile non sequitur ex positione: sed potius ex hoc q conuexum spere mundi ponitur esse infinitum. ¶ Amplius loquentes de infinito dicunt infinitum esse quod est infinitum secundum vltima: q si etiam dicunt aliquando infinitum secundum potentiam: tamen sicut iusta ostendimus infinitum secundum potentiam ponit infinitum secundum vltima: tale autem infinitum non potest cogitari esse vel intelligi. quicquid enim esse cogitatur secundum totum cogitatur habere esse: sed nihil habet esse nisi quod completum est in esse: infinitum autem nunquam est. vel fuit: vel erit completum in esse: vt probatum est in tertio physicorum: ergo infinitum esse non potest cogitari: et si quidem fuisset in preterito: tunc esset finitum: quia preteritum est terminatum ad presens: et si dicatur esse in presenti adhuc esset terminatum quia esset inter preteritum et futurum. Similiter si diceretur esse in futuro aliquando efficeretur preteritum: et iterum esset terminatum: et si tu dicis q nihil ad propositum est hoc quod dicitur de tempore: cum nos loquimur de infinito secundum quantitatem. dico q per temporis finitatem probatur esse finita quantitas: quia eius quantitatem accipienti aliquid excedit de tempore in quo non inuenit quantitatem aliquam accipiendam illud est finitum in quantitate sic etiam si aliquid excedit de loco in quo non est accipere aliquid de quanto aliquo quocunque signato sequitur q illud quantum non excedit omnem locum: et sic patet q in loco nullo: et in nullo tempore nunquam fuit vel esse vel fore poterit possibile cogitari infinitum esse. Et hec via est tertia: qua probant non esse infinitum. ¶ Via quarta est: quia sicut in numeris nullus numerus est qui non possit duplicari: et ideo nullus numerus acceptus potest esse infinitus eo q infinitum duplicari non potest: ita etiam in continuo non est accipere aliquam quantitatem que duplicari non possit secundum intellectum sed omne quod duplicari potest secundum intellectum est finitum: ergo nulla quantitas que accipitur secundum intellectum potest esse infinita: et sic iterum infinitum cogitari esse non potest: per hoc quod cogitatur esse cogitatur esse finitum. ¶ Via autem quinta est specialis de celo et corpore sperico: si enim hoc infinitum esset: tunc motus circularis esset infinitus: et quia hanc rationem satis in physicis explanauimus: ideo breuiter hic tangenda transimus. ¶ Via sexta est quia si motus circularis ponatur esse infinitus propter circularem infinitum ambitum sui circuli: tunc motus circularis non erit motus: quia nunquam erit ab eodem puncto in idem punctum: aliter enim oporteret q motus peruenieus ad idem punctum vnde fuit a principio precederet spatium in quo est motus: et hoc nequit intelligi: ergo non potest dici q corpus circulare sit infinitum: cum ipsum necessario sit motum: sicut ostensum est in octauo physicorum. ¶ Septima via et vltima generalis est de omni corpore: quia omne corpus: aut est in omnibus suis partibus continuum: aut est partium separatarum continuitatem in se non habentium: licet sint congregate sicut aceruus lapidis quemadmodum dixerunt Democritus et Leucippus: q si ipsum dicatur esse continuum oportebit sibi esse omnes partes copulatas a prima vsque ad vltimam: quod autem copulatur a primo vsque ad vltimum necessario est finitum et in vltimo: ergo omne corpus continuum est finitum: quod si etiam dicatur q aliquid remanet extra vltimam ad quam facta est copulatio continui: istud esset addibile ad istam per copulationem: omne autem cui aliquid est addibile est finitum: sicut superius diximus in istis eiusdem capituli physicis: ergo copulatum finitum: non ergo intelligi potest aliquid esse continuum per infinitum. Si autem dicatur seiunctarum partium: tunc ille partes: aut erunt omnes finite: aut omnes infinite: aut quedam finite: aut quedam non finite. Si autem dicantur omnes finite: aut omnes erunt finite et quantitate et numero: aut omnes erunt quantitate quidem finite. infinite quidem secundum numerum: sicut asserebant Democritus et Leucippus: et si quidem omnes sunt finite tam quantitate q numero: tunc ex his non potest intelligi componi infinitum: si autem finite quidem sunt quantitate: sed infinite quidem numero: tunc oportet dici q totum congregantium diuidatur in partes: sic quantitate finitas et numero infinitas: aut ergo diuiditur in eas corpus diuisione completa: aut incompleta: et dico diuisionem completam que stat in eo q non inuenit vltra in quo diuidat. si ergo diuideretur in eadem diuisione completa partes necessario erunt finite secundum numerum: quia diuisio non complebitur nisi in vltima vnitate que addita fuit numero postquam non erit aliam inuenire: si autem diuiditur in tales diuisione incompleta: tunc constat q alique sunt per diuisionem accepte: et alique adhuc per diuisionem accipiende: sed accepte semper sunt finite: et accipiende sunt in potentia et non in actu: ergo ex hoc non sequitur: nisi q infinitum sit potentia et non in actu: et hoc non negauimus: sicut patuit in tertio physicorum. Si autem tu dicas q omnes partes sunt infinite secundum vltima: hoc esse non potest: quia etiam multa infinita componentia vnum infinitum: et sic sequitur multa inconuenientia. scilicet q pars sit equalis toti: et q vnum infinitum sit extra aliud infinitum: et plura que superius posita contra similem opinionem. Si autem alique finite sunt. et alique infinite: tunc sequitur eadem inconuenientia: et plura alia: que etiam superius contra similem positionem sunt inducta: hec igitur sufficiant ad presens ostendendum. q non est aliquod corpus actu infinitum.

¶ Incipit

¶ Incipit tractatus tertius primi libri. In quo subtilissime habetur vtrum mundus sit vnus vel plures.

¶ Cap. pᵐ. Eiusdem tertij tractatus in quo artificiosissime ostenditur ꝙ mundus sit vnus ⁊ ipsa natura ⁊ motus partium eius simplicium que habent motum rectum.

Tex. c. 76.

Cum autem sit vnus de mirabilibus ⁊ nobilioribus quesitis in natura vtrum mundus sit vnus: vel sint mundi plures: ꝙ etiam anima humana per se desiderat scire: videtur nobis conueniens vt inquiramus de illo. promisimus enim in physicis nos de hoc sermonem ⁊ tractatum facturos. Sed oportuit vt ante ostenderemos esse mundum finitum: si enim mundus esset infinitus non esset inquirendum de eo: vtrum esset vnus vel plures: quia constaret tunc ꝙ nō esset nisi vnus: quia multi infiniti esse non possunt intelligi: sed cum iam determinatum est ꝙ mundus est finitus statim desiderium est ad sciendum vtrum sit mundus vnus vel plures: ad hoc igitur inquirendum premittamus ea que necessario sunt tanquam principium: vt ex ipsis procedamus. Dico ergo diuidendo: ꝙ omnia corpora siue sint vnius mundi siue plurium mundorum aut mouentur: aut stant siue quiescunt. Si quidem mouentur: tunc aut mouentur naturaliter: aut mouentur violenter. Similiter autem si stant aut quiescant: quies eorum aut erit violenta: aut naturalis hoc autem habito dico vlterius ꝙ ad quemcunque locum moueatur corpus aliquod: ⁊ sine violentia in eodem quiescunt naturaliter: ⁊ sine violentia ⁊ econuerso. In quocunque loco stant: siue quiescunt sine violentia: ⁊ ad eundem mouetur naturaliter: ⁊ sine violentia. ¶ Amplius autem suppono tertio loco ex antehabitis: ꝙ quicunque motus est motus violentus vi oportet ꝙ contrarius motus eiusdem eidem corpori sit naturalis: ⁊ quicunque econuerso est vni corpori naturalis: contrarius eiusdē eidē corpori erit motus violentus: ⁊ hec omnia apparent ex antehabitis rationibus: vnde constat tres esse motus simplicium in genere: ⁊ tria esse genera simplicia: scilicet circulare ⁊ rectum graue: ⁊ rectum ⁊ leue siue sint in hoc mundo siue in mundo alio: ⁊ ideo constat etiam esse tria loca secundum speciē: scilicet circa medium ⁊ mediū ⁊ orizonta.

Tex. c. 77.

His ergo ita suppositis dico ꝙ si motus terre que est extra hunc mundū vadit ad medium istius mūdi motu violento: tunc motus eius ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est naturalis: ⁊ econuerso: si motus est ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est motus: tunc motus eius ex medio illius mundi ad medium istius mundi est naturalis: ⁊ tunc sequitur necessario ꝙ motus vniuscuiusque horum simplicium sit mixtus ex naturali ⁊ violento: quia inquantum motus terre est ex medio huius mundi est violentus: inquantum autem est ad medium alterius mundi est motus naturalis: ⁊ sic de alijs motibus omnium simplicium corporum habentium motum rectum: hoc autem impossibile est: ergo

Tex. c. 78.

impossibile est ve sint multi mundi. ¶ Amplius si ponantur celi ⁊ mundi esse multi: tunc oportet ꝙ dicantur esse ex partibus: hoc est ex elementis similibus in natura: ⁊ diffinitione necessario ita ꝙ ignis vnius mundi sit eiusdem nature cum igne omnium mundorum in natura ⁊ virtute: ⁊ terra vnius mundi sit similis terre omnium mundorum in natura: ⁊ similiter de reliquis elementis: hoc enim solum est quod probatur ꝙ non potest dici: si enim diceretur ꝙ elemēta mūdorum plurium non essent similia in natura ⁊ virtute: tunc non conuenirent mundi nisi in nomine: ⁊ non in natura rerum: ⁊ ex talium pluralitate non sequitur plures esse mundos: sicut nec canes propter hoc sunt plures: quia canis significat latrabile: celeste sidus ⁊ marinum: quia si partes mundi non conuenirent nisi in nomine: tunc etiam totum nō conueniret nisi in nomine: ⁊ non in diffinitione ⁊ natura: ⁊ tunc vt diximus non sequeretur ꝙ essent plures mundi: ⁊ contra talem positionem hic non disputamus. ¶ Fuerunt quidam qui dixerunt plures esse mundos: vnum quidem corporum: quem hic habitamus: alium autem sphericum qui habet suum celum: ⁊ suam terram: ⁊ suum ignem: ⁊ suum aerem: ⁊ suam aquam: que in nullo conueniunt nisi in nomine cum terra: ⁊ igne: ⁊ aqua que sunt apud nos: ⁊ quia dictum illorum nulli innititur rationi physice: ideo eadem facilitate contemnetur qua dicitur. ⁊ ideo dicimus ꝙ si mūdi sunt multi: tunc conueniunt omnes in natura ⁊ virtute cum isto mundo: tam in toto ꝙ̄ in partibus: ⁊ tunc manifestum est ⁊ patens ꝙ sicut in hoc mundo quedam simplicia mouentur ad medium: ⁊ quedam a medio. ita in omnibus mundis. Causam autem huius ꝙ quedam ad medium ⁊ quedam a medio mouētur iam ostendimus ⁊ exposuimus vbi narrauimus quot sunt primi motus corporum locales: ⁊ ibi induximus rationes necessarias: ⁊ ostendimus in tractatu immediate ante istum ꝙ omnis motus est finitus: ⁊ ꝙ vnumquodque elementorum naturaliter diffinitur ad aliquem motuum rectorum. Redeamus igitur ex illo quod superius determinauimus ad istud quod intendimus hic. ⁊ dicamus ꝙ si motus corporum omnium mundorum sunt vnici secundum rationem. tunc elementa omnium mundorum sunt vnica secundum diffinitionem: ita ꝙ terra omnium mundorum est vna secundum diffinitionem: ⁊ ignis omnium vnus: ⁊ sic de alijs.

Tex. c. 79.

Si autem hoc est secundum ꝙ diximus: tunc necessario terra que est in mundo alio: vadit ad medium istius mundi: ⁊ ignis illius mundi vadit ad superius istius mundi: ⁊ hoc est impossibile propter causam quam superius diximus: quoniam si motus ignis ⁊ terre alterius mundi est sicut diximus: tunc sequitur ꝙ terra ascendit sursum: cum enim locus suus sit hic desiderabit esse hic: ⁊ non potest esse hic: nisi vadat ad superius alterius mundi: ⁊ eodem modo sequitur ꝙ ignis vadat inferius: quoniam nō potest venire ad superius istius mundi. nisi vadat a superiori alterius mundi: ⁊ ire a superiori est ire versus medium: ⁊ eadem ratio est de terra huius mundi: que necessario mouetur ex medio istius mundi ad medium alterius. Eadem ratio est de igne mundi huius: ⁊ hoc sequitur ex hoc ꝙ media omnium mundorum extrema sunt vnius rationis: sicut iam in premissis habitum est.

Tex. c. 80.

Si autem non fuerit talis motus corporum simplicium: tunc diximus: quoniam nature mundorum: nec in toto nec in partibus erit vna: ⁊ hoc non est tantum contra rationem: sed etiam contra positionem omnium physicorum: qui physice posuerunt celos ⁊ mundos. Dicunt enim omnes illi ꝙ medium omnium mundorum ⁊ orizonta eorum sunt vna in ratione diffinita. Si ergo est sicut dicunt: tunc secundum rationem prius inductā est impossibile ve sint multi mundi plures vno.

¶ Cap. 2ᵐ. De contradictione eorum qui dicunt elementa diuersorum mundorum moueri ad eundem mundum.

Tex. c. 81.

Si autem aliquis alius sit qui dicat ꝙ nature corporum simplicium existentium in mundis diuersis diuersificatur propter dispositionem elongationis eorum a locis suis proprijs minus vel magis: ita scilicet ꝙ terra alterius mūdi extra hunc mundum elōgatur a medio istius mundi: ⁊ appropinquat medio illius mundi: ⁊ ideo contrahit naturam illius medij ⁊ non istius: ⁊ ideo mouetur ad illud medium ⁊ non ad istud: sicut nos videmus in magnete ꝙ attrahit ferrum sibi propinquum: eo ꝙ acquirit aliquam proprietatem lapidis attrahentis: ⁊ non attrahit ferrum remotum: quia ad illud non peruenit virtus lapidis attrahentis. Dicemus ꝙ sermo ille est extra normam rationis: ⁊ ideo est erroneus: simplicia enim non mouentur motu attractionis: si enim sic mouerentur: tunc attraherentur a sibi similibus: si ergo terra maior suspenderetur super terram minorem: oporteret ꝙ terra minor ascenderet ad superiorem: motus ergo in quo operatur propinquitas ⁊ remotio spatij: ⁊ motus qui est a motore extrinseco. sed motus elementorum simplicium est a motore intrinseco. Quoniam sicut in octauo physicorum diximus: quādo generans dat ei formam: dat ei tunc consequentia formam: que sunt motus ⁊ locus: que formam intrinsecam sequuntur: ⁊ ideo si simplicia per elongationem vel propinquitatem consequerentur aliquid forme oporteret ꝙ essent composita ex oppositis formis: quarum vna traheret ad propinquum: ⁊ esset illa forma attrahentis: sicut in ferro est forma magnetis: ⁊ alia esset naturalis data a generante per quam mouetur ad locū sine attractione: que esset sicut pōderosita-

tia forma in ferro: et sic simplicia essent composita: et quilibet motus eorum esset compositus ex oppositis motibus. sicut motus terre a medio et ad medium sicut diximus in precedenti capitulo: que cum impossibilia sint: oportet dicere quod cum corpora elongantur a locis suis parum aut multum: nisi ex hoc contrahunt diversitatis in formis suis naturalibus: sed diversitas eorum que est in quantitate elongationis tantum que est diversitas comparationis: et nos forme naturalis in formis suis non diversificantur: sive approximent locis suis. sive removeantur ab eis: sive enim propinqua sint locis suis: sive elongata constat quod moventur ad loca sua motu simplici quod manifestum est ad sensum: ita quod non indigemus ad hoc disputare. motus autem simplex est elementi simplicis et sic non haber a materia aliquam formam ex elongatione et propinquitate.

Tex.c.82. Ut autem hoc certius fiat. volo inquirere verum ita sit sicut quibusdam videtur. scilicet quod motus omnium corporum sint violenti an sint naturales. et an motus illi qui videntur naturales esse in corporibus sint etiam violenti per hoc quod dicuntur esse a motore exteriore tantum attrahente: ita quod nihil conferat ad motum forma eius quod movetur. Ostenditur autem quod sunt motus naturales simplices tantum ab inclinatione forme ipsius mobilis quia quod impossibile est omnino moveri naturaliter. impossibile omnino est moveri violenter: cum violentia non sit nisi in oppositione ad naturam: sed est motus violentus corporum diversorum mundorum ut dicit: ergo ante hunc violenter est aliquis eorum motus naturalis. Si autem corpora diversorum mundorum sint eiusdem rationis secundum formam naturalem: sicut prius determinavimus tunc oportet necessario quod motus eorum sint ad locum unum numero: sicut diximus. sicut ad medium unum de numero mediorum diversorum mundorum: aut ad ultimam orizontis ex omnibus orizontibus diversorum mundorum: et non potest violentia actionis impedire hec quoniam talis non est motus elementorum in diversis mundis: ut diximus. Si enim esset impeditum quod non moveretur ad istum mundum hoc esset sive ex movente: aut ex mobili aut ex spatio per quod oportet esse motum. et si quidem est ex movente: tunc aut esset re forma moventis aut ex quantitate eiusdem et si quidem re forma moventis esset. tunc ille motor aut esset extrinsecus: aut intrinsecus. Ex forma autem intrinseci moventis est quod corpora omnium mundorum sunt unius rationis in forma quam consequitur motus naturalis que data est ex generante: sicut diximus similium autem in forma est moveri se ad invicem.

Tex.c.83. Si autem esset ex motibus extrinsecis: tunc esset motus eorum per actionem et non per naturam simplicem: et hoc iam ante improbatum est. Si autem esset ex quantitate moventium. vel etiam eorum que moventur. tunc aut impediret maior quantitas aut minor quo minus moverentur ad locum unius mundi: et quodcumque horum dicatur tunc si fiat resecatio vel additio quantitatis: tunc movebuntur ad invicem elementa ad loca eiusdem mundi: et sit idem motus partis et totius et econverso: cum totalitas elementorum moveretur ad loca mundi eiusdem. Si autem diceretur esse ex formis ipsorum mobilium et non ex quantitate: tunc equivoce essent elementa diversorum mundorum: et non convenirent nisi in nomine: et hoc iam a me improbatum est. Si autem esset ex spatio per quod est motus: non potest hoc esse nisi propter alteram duarum causarum scilicet propter elongationem et propinquitatem spatii solam: aut propter naturam corporis per quod debet esse transitus eius quod movetur: quod non sit propter solam elongationem aut propinquitatem iam probatum est: quod etiam non sit propter corpus per quod oportet esse transitus sic probatur. Si enim impedit corpus transitum. hoc est quia in ipso non potest esse motus naturalis nec violentus. eo quod nec est leve: neque grave: aut quia in contrarium movetur ei quod movetur per ipsum: et quod non impediat eo quod in contrarium movetur: patet ex hoc quod terra descendit per ignem cum tamen ignis in contrarium terre moveatur: licet ergo terra forte retardetur: tamen ex toto non impeditur motus terre per ipsum: et per hoc probatur per locum a maiori quod nec illud impedit quod neque est grave neque leve sicut celum. quia magis deberet impedire quod in contrarium movetur quam id quod non in contrarium movetur. et tunc non impedit illud quod in contrarium movetur: ergo nec id quod non in contrarium movetur: et ista sunt deductiones divisionum Avicenne et ideo inquirit si dicat aliquis quod ideo non movetur terra alterius mundi ad istum mundum. quia usque ad celum elevari non potest. tamen si esset in celo transiret per ipsum. hoc nihil omnino est quia impossibile est hoc pluribus modis. Sed tamen sufficiunt nobis duo quorum unus est quod est impossibile per se sicut eundem simul et semel sedere et non sedere vel generaliter contradictoria esse vera: et hoc posito sequitur inconveniens aliud ad impossibile. quod est in se possibile: sed tamen ex alia causa est impossibile: et ad illud nullum sequitur inconveniens si in esse ponatur: sicut impossibile est me portare centum milia talentorum auri. Centum milia enim talenta in se habilia et apta sunt portari sed quod non portantur hoc ex defectu virium hominis. Dicamus igitur quod si terra alterius mundi non movetur ad terram huius mundi: propter impedimentum transitus per celum: tunc hoc est impossibile per se: sed ex alia causa: et sic terra impeditur per accidens et violenter. ergo motus eius naturalis est ad istum mundum: quicquid autem est aptum fieri et conveniens fieri hoc perficit natura: ergo natura perficit motum terre alterius mundi ad medium huius mundi: et sic habetur propositum.

Tex.c.84. Si autem aliquis dicat quod in natura terre non est nisi quies et non motus: et ideo terra alterius mundi quiescit in centro alterius mundi et non movetur ad medium istius mundi: contra hoc non supra induximus rationes: ostendimus enim quod omne corpus habens motum violentum habet motum naturalem qui est ante illum nullus autem dubitat quin terra habet motum violentum sursum. ergo necessario habet motum naturalem deorsum: nec potest dici quod uterque motus terre violenter sit. quia iam supra ostendimus quod si nullus sit terre motus naturalis: nullus erit eius motus violentus. Si autem aliquis dicat quod corpora simplicia que sunt in mundis diversis sint convenientia in nomine et forma et diffinitione sicut terre multorum mundorum et reliqua elementa: sed differunt in numero. et hoc est dicere quod quedam similantur quibusdam: sed non omnia omnibus similentur partes enim terre istius mundi similantur partibus terre alterius mundi: et sic unumquodque elementorum huius mundi similatur sua relatio alterius mundi ad quod refertur per convenientiam nominis et relationis: et ideo non diversificantur in forma et ratione: sed in numero tantum: et quia diversificantur in numero elementa que sunt partes mundorum ideo loca partium mundorum erunt non diversificantur nisi in numero: ita quod medium unius mundi idem est in forma et ratione cum medio alterius. et mundi orizon idem in ratione cum orizontibus omnium mundorum: cum enim locata mundorum que sunt partes simplices ipsorum conveniunt in forma et ratione: tunc necesse est etiam convenire loca mundorum omnium in forma et ratione. Si ergo sic dicatur quod diversitas partium mundorum in numero exigit diversitatem locorum: tunc omnes partes terre per numerum diversitatem tales exigunt locorum ad quam moveantur diversitatem. Si ergo ab ista terra que est hic separentur due partes vel tres diverse in numero. ille non movebuntur ad locum unum in numero: et non descendant locum unum et eundem in numero quod est omnino impossibile quia si hoc esset non esset terra rotunda: sicut in 2° libro istius scientie posterius ostendemus: ergo nec diversitas que est penes numerum solum facit loca diversorum mundorum esse diversa in solo numero ad quem moveantur corpora simplicia. Licet autem nos induxerimus multas rationes ad probandum quod non possunt esse mundi plures quam unus: tamen hoc sufficit ad probabiliter ostendendum mundum

Tex.c.85. esse tantum unum: quia adversarius non potest probabiliter contradicere sermonibus inductis: et ideo concedendum est quod medium est unum tantum et orizon unus ad medium autem esse unum et orizontem esse unum: sequitur necessario esse unum relique et mundum esse unum hoc enim sequitur ex sermonibus et necessitatibus conclusionum que sunt inducte.

Cap. 3m. Illorum qui dicunt elementa mundorum non moveri ad invicem eo quod distent in infinitum.

Tex.c.86. Sed quia aliquis dicere posset quod propositiones demonstrationum inductarum omnes fundantur super hoc quod motus corporum simplicium sunt finiti: et hoc aliquis posset negare: videtur nobis quod hic inducamus aliquas probationes: licet etiam in pluribus aliis locis hoc probaverimus: dico igitur quod terra necessario movetur ad aliquem locum determinatum: et ignis similiter

monetur ad aliquem locū determinatū: ⁊ hoc quidē similiter manifestū est ex syllogismo ⁊ patens ad sensum ex inductione in oībus motibus. Omne enim qđ mouet alteritate quadā renouationis situs vel forme transfertur de aliquo ꝯtrario in aliqđ ꝯtrarium: omne enim qđ transfert de ꝯtrario in ꝯtrariū mouet finite a quodā in quodā ergo nullus motus est infinitus. alterationes aūt que sunt motus in qualitate diuersificant̄ sm̄ formas ꝯtrarias vel media que cōparata extremis sunt vt ꝯtraria. Forme enim qualitatum ex quibus corpora mouent̄ ad formas alias diuerse sunt ab inuicē diuersitate ꝯtrarietatis: oīs ergo alteratio est in eo qđ est finitū: sicut sanatio que est motus de infirmitate in sanitatē que determinata est ⁊ finita oppositio. ¶ Similiter aūt mouet̄ augmentū de quātitate imperfecta ad quātitatē pfectā: ⁊ similiter est de motu locali qđ enim mouet̄ localiter mouet̄ de ꝯtrario loco ad ꝯtrariū: ⁊ non mouet̄ nisi ad locū qui extremus est cōparatione sui motus ⁊ nō ad aliū: ⁊ ideo motus finitus ⁊ determinatus est: sicut ⁊ sanatio est motus finitus: sic enim sanatio non est motus terminatus ad quācunqȝ voluerit formam ille qui sanat̄ sed tm̄ ad sanitatem non ad aliā: ita est de motu terre ⁊ ignis ⁊ aeris ⁊ aque que nō mouent̄ nisi ex ꝯtrario loco determinato ad ꝯtrarium ⁊ nō ad alium neqȝ ad infinitum mouent̄: si ergo est hoc sm̄ ꝙ dicimus tunc motus ignis ⁊ motus terre non sunt ad finitū sed ad aliam distantiam que habet vltimuȝ siue extremuȝ sm̄ oppositionem situs siue loci: ⁊ hoc est qđ mouet̄ ad locum oppositum illi loco ex quo est motus eoꝝ: sicut locus superior opponit̄ inferiori: ⁊ ista duo loca sunt extrema ⁊ opposita incessus ⁊ motuum eoꝝ que sunt leuia ⁊ grauia: ⁊ hoc etiam ꝓbauimus in fine sexti physicoꝝ. Sed h̄ fecimus rememorationē de ipso quātum sufficit ad presens. Cū igitur nullū elementoꝝ diuersoꝝ mundoꝝ ab hoc nostro mundo distet in infinitum tūc oportet ꝓpter prius inductas rōnes ꝙ moueant̄ oīa elementa mundoꝝ ad loca elementoꝝ istius nostri mundi. Et si forte aliquis dicat ꝙ ea que habent motum rectum sunt finite distantie sm̄ locum ꝓpter contrarietatē loci in quo est motus rectus: sed non est ita de circulo: ⁊ ideo circuli ambitus infinitus impedit ꝙ non possunt peruenire elementa ad hunc nostrū mūdum. Obijciemus ꝯtra illud dicendo ꝙ etiam in circulo est motus quidam finitus per ꝯtrarietatem. Nos enim circuli motuȝ dupliciter accipimus. s. prout diameter circuli est duplex ⁊ prout est circulatio periferie totius indiuise: ⁊ primo quidē modo dicimus oriri aliqđ ⁊ accidere: ⁊ ascēdere aliquid ⁊ descēdere in circulo: ⁊ ortus ⁊ occasus: ⁊ ascensus ⁊ descensus in circulo sunt quodāmodo contraria finientia motuȝ circuli: ⁊ per hoc ꝯstat ꝙ cū motus circuli distinguat̄ ⁊ finiatur ꝙ ambitus circuli non est infinitus: sm̄ aūt ꝙ motus est circulatio totius indistincte periferie ab eodem in idem: est quidem ad huc nō infinitus. sed tamen non habet ꝯtrarium distinguens ipsum. sic igitur sm̄ aliquem modū in motu circulari est ꝯtrarietas propter diuersitatē punctoꝝ diametri facti in circulo. motui aūt circuli totius nō est ꝯtrarium omnino: ⁊ sic iam manifestū est ꝙ motus partiū reuolutionis sunt ad loca diuersa finita sicut ⁊ motus rectus: ⁊ sic verificatum est per rōnes necessarias ꝙ omnibus motibus corpoꝝ finis est ⁊ ꝙ nullū corpoꝝ mouetur motu recto infinito: ergo aliquādo conuenient elementa ad hūc mūdum nostrū: sicut dicimus: ⁊ nō impeditur per infinitatem distantie que sit inter vnū ⁊ aliū. Signū aūt huius ꝙ motus nō est ad infinitū terra est ⁊ ignis ⁊ vniuersaliter quodlibet graue ⁊ leue: omniū enim hoꝝ velocior est motus in fine: ⁊ intēdit̄ velocitas eorū tanto plus quāto plus recedunt a principio. vnde motus est: ⁊ huius causaȝ dicimus in physicis. Si ergo motus illorū esset ad infinituȝ oporteret ꝙ incessio velocitatis esset in infinitū: ⁊ cū incessio velocitatis non sit nisi a grauitate ⁊ leuitate: oporteret ꝙ esset grauitas ⁊ leuitas infinita qđ supra ostendimus esse impossibile. Si eni additio grauitatis esset in infinitū: tūc oporteret ꝙ etiā additio leuitatis esset in infinitū: q: vnde moueretur graue naturaliter illuc mouet̄ leue: sicut sepius iam probatū est. Nec est conueniens solutio eoꝝ qui dicunt ꝙ leuia ⁊ grauia mouent̄ sursum ⁊ deorsum nō per se sed ex alio mouente q̄si expellente ea. ⁊ ꝙ ideo non intenditur velocitas ⁊ grauitas ⁊ leuitas eoꝝ. Dicūt enim illi ꝙ coartatio reliquoꝝ expellit quodcunqȝ elementum a loco suo quia scilicet cum alio in eodem loco esse non potest quietum: ⁊ ideo expellitur ab ipso quia si non expelleretur omnis locus esset et aptus ad manendum. sermo enī talium inconueniens est: si enim sic esset vt dictū est de terra magna ⁊ ignis magnus tardius moueretur q̄ terra parua ⁊ ignis paruus: magnū eniȝ difficulter penetrat expellentis ⁊ paruum faciliter. Nos autem videmus totum ꝯtrarium huius: quia terra magna ⁊ ignis magnus velocius mouentur q̄ terra parua ⁊ ignis paruus. ¶ Amplius si esset per coartationem ceteroꝝ elementoꝝ motus terre ⁊ ignis: tūc nō debet intendi motus versus finem: sed potius remitti. Videmus enim ꝙ quanto aliquid plus elongatur ab expellente ⁊ coartante: tunc plus remittitur motus eius. ¶ Amplius nos videmus ꝙ elementa ista mouentur ad loca illa naturaliter a quibus recedunt violenter: sicut superius est ꝓbatum: sed si mouerēt̄ per coartationem tunc ad omnem locum equaliter expellerentur ad quem facilius possent penetrare: siue esset sursum siue deorsum. Sic ergo pȝ ꝙ nō est conueniens qđ dicere possunt illi qui dicunt elementa diuersoꝝ mundoꝝ non posse moueri adinuicem.

Tex.c.87.

Tex.c.88.

Tex.c.89.

¶ Cap. 4m. De probatione metaphysica que est per primuȝ motorem ꝙ celum est vnum: ⁊ est in eo digressio colligens probationem illam.

Tex.c.90.

Expedit autem omni studio ponenti considerationem in rebus istis vt confiteatur vera esse principia que inducta sunt: ⁊ non dubitet de eis ꝓpter aliqua contraria his principijs. que quidē aliqui inducunt multi enim ista ꝯcedere nō possent ꝓpterea ꝙ imbuti sunt falsis opinionibus inaniter loquētiū: q: non inducimus tam geometricas rōnes de finitate ⁊ vnitate mundi q̄ etiā naturales: ⁊ vt sit certius qđ dictū est reuocet̄ ad memoriā hoc qđ probatum est in 8° physicoꝝ: ⁊ sumptuȝ in. 11° prime phie. Illa enim ratio oībus melior est ⁊ fortior ⁊ sola sufficiens ad hoc ꝙ probetur esse mundus vnus ⁊ nos enim illic scripsimus vel ꝓbauimus ꝙ motus circularis solus vere est vn⁹ ⁊ vniformis nō habens intra se principiū ⁊ finem siue sint in hoc nostro mundo siue in alio quocūqȝ mundo. Deinde extraximus ex vnitate motus vnitatē motoris: q: ab vno nō est nisi vnū: ⁊ ꝙ celū primū non est nisi vnuȝ sub quo sunt omnes alij celi inferiores: celo autē primo vnico existente ⁊ primo motore existente vnico: non potest esse mundus nisi vnicus ⁊ non multi: sicut quidam homines dixerunt: sed quia forte difficile hoc esset ⁊ tediosum alicui querere in physicis ⁊ in multis locis philosophie prime idē eū huius ꝓbationem hic summatim perstringimus ea que ꝓbata sunt nō hic probantes: sed ostendentes quibus locis sunt ꝓbata. Dicimus igitur notum esse ex his que sunt habita in primo libro physicoꝝ materiam primā esse substantiā in potentia existentē ⁊ nullā oīno formam habentem in actu: sed est simplex in potentia existens: q: si esset simplex substantia in actu existens esset ipsa forma: ⁊ cum forma non sit receptibilis forme: nō posset materia prima recipere formam aliquam per priuationē aūt que est in ipsa subijcitur mutationi que est via ad formā ⁊ efficitur potentia recipiens formā: ⁊ ideo est potentia quasi differentia substātialis in ipsa que distinguit ipsā ⁊ a forma ⁊ a cōposito: q: si haberet formam quādam: tunc absqȝ dubio nō esset receptibilis forme alicuius q̄diu haberet illam eo ꝙ sm̄ intellectum verum non sit possibile ꝙ vnum subiectum possit duas habere formas substantiales simul ⁊ ideo in physicis dictum est ꝙ non est intelligibilis materia nisi per analogiam ad formam ⁊ non per formam aliquam quā habeat. Cuȝ autem habeat ipsam formam recipere. ⁊ duplex sit forma: accidentalis scilicet ⁊ substantialis: tunc absqȝ dubio prima materia sm̄ naturam receptibilis est tam forme substātialis q̄ accidentalis qm̄ accidētalis non est actu nisi substātia actu existēte: ⁊ ideo in 5° physicoꝝ dicimus ꝙ non mouet̄ sm̄ accidentalem formam nisi ꝙ actu est ⁊ non potentia: ⁊ hoc perfecte probatur. Est autē duplex forma substantialis: quarum vna est diuisibilis ⁊ quasi dimensa ⁊ finita diuisione ⁊ dimensione ⁊ finitione materie: ⁊ illa procuidubio est actus ⁊ perfectio corporis habens virtutem in corpore: sicut diximus in octauo phy-

Vide Cōmentatorē hic.

Nota quō intelligit̄ ꝙ potentia est dr̄ia subalis materie. vide Cōmēta. in ꝓmo cap. de substātia orbis.

Forma substātialis duplex.

sicorum. Altera autem nec diuisibilis est nec diuisa nec finita per materiam ⁊ hec nõ est actus alicuius corporis nec perfectio eius: sicut est forma que dicitur intelligentia siue intellectus. Forma autem illa que est actus corporis cognoscitur per hoc ꝙ eius operatio expletur per corpus ⁊ finita est operatio eius quia sicut diximus in octauo physicorum: operatio infinita ⁊ virtus infinita que est virtus in corpore: non potest esse nisi infiniti subiecti sm dimensiones. In isto autem libro sufficit ostendere ꝙ nullum est corpus infinitum sm dimensiones: ⁊ ex his duobus relinquitur ꝙ nulla sit virtus corporee forme infinita. Cum autem materia non diuidatur ita ꝙ subijciatur per partes diuersis formis nisi per quantitatem: eo ꝙ sm se indiuisibilis est: sicut ostendimus etiam in primo physicorum: oportet ꝙ materia que suscipit formas que sunt actus ⁊ perfectiones corporis sit primo susceptibilis trium dimensionum: non tamen terminatarum ad certas dimensiones: quia si certe dimensiones essent materie contingeret ꝙ continue corrumperent in omni generatione ⁊ corruptione: ⁊ hoc non esse verum ostendimus in primo physicorum: propter quod primo suscipit formam que est corporeitas indeterminatarum dimensionum: qua mediante diuisibilis efficitur ⁊ diuersis formis substantialibus per partes subijcibilis: ⁊ hec corporeitas est cõmunis omnibus formis quas suscipit: quia sicut ostendi habet in scdo perigeneseos forma cõmunis in materia omnibus ⁊ pluribus substantijs non mutatur quando mutatur forma substantialis: sicut patet quando mutatur ignis in aerem: remanet caliditas ⁊ diaphaneitas eadem in essentia: sz autẽ habeãt diuersum esse in igne ⁊ aere: ⁊ ita corporeitas materie que est sicut forma prima respectu omnium formarum que sunt perfectiones corporee remanet in ipsa: ⁊ nunꝙ denudantur ab ipsa in aliqua transmutatione quorumcunqz corporum: ⁊ si denudaretur contingeret ꝙ corpus esset ex omnino non corpore: ⁊ ꝙ fieret ex nihilo omnino: ⁊ hoc ostendimus impossibile esse sm naturam in primo physicorum: quia igitur hec corporeitas prima forma est per quam suscipit omnem formam substantialem corporis sequitur necessario ꝙ omnis forma substantialis corporis diuisibilis sit ⁊ virtus eius limitata sit ad corporis dimensiones: ⁊ quia diuisibilis est oportet necessario esse generabilem ⁊ corruptibilem: eo ꝙ per motum diuiditur ⁊ quia vna potentia est multiplicabilis ⁊ per multitudinem multiplicatur sm actum: ⁊ quia corporeitas non est actiua neqz passiua: nec etiam forma substãtialis que est actus corporis ideo indiget qualitatibus actiuis ⁊ passiuis per quas huiusmodi perficiatur transmutatio: ⁊ ideo post primam formam substantialem que consequitur corporeitatẽ a substantia ipsa causantur qualitates prime que sunt proprie qualitates primarum substantiarum simplicium generabilium ⁊ corruptibilium que dicuntur elementa. Neqz fit vt substantialis forma corporis sm ordinem nature consequens sit corporeitatem indeterminatarum dimensionum: ⁊ tum corporeitas propria que est dimensionum determinatarum fit post formam substantialem: ⁊ ideo quia sz corpus physicum est proprie quantitatis ⁊ proprie figure. hec autem sz probata sint a nobis in locis diuersis tamen ad sensum patent in primis formis. Nos enim videmus quia crescente dimensione in materia aeris tãtũ extẽdi potest ꝙ non amplius sub forma aeris erit: sed efficitur sub forma ignis: ⁊ similiter est in decremento dimensionum per condensationem mutatur ignis in aerem: ⁊ aer in aquam: ⁊ aqua in terram: vnde patet primarum substantiarum formas substantiales consequi corporeitatem indeterminatarum dimensionum: sz determinate dimensiones consequantur ipsam substantialem formam ⁊ ꝙ est in primis corporibus physicis: necesse est in omnibus posterioribus esse que constituuntur ex communione. Sic ergo se habet forma generabilium ⁊ corruptibilium. ¶ Forma autem que est intellectus sicut per se apparet ⁊ in prima philosophia probatur ⁊ in libro de anima: est vniuersaliter agens ⁊ vniuersaliter quodammodo patiens: agit enim vniuersaliter omnes formas ⁊ est quodammodo omnino passibilis intellectus: ⁊ quia sic non est limitate operationis: impossibile est ꝙ ipsa sit forma corporis recepta mediante corporeitate: quia sicut ostendimus omnes actus corporis limitatas habẽt operationes. ¶ Est

Nota de symbolicis qualitatibus. vide Commẽta. primo capitulo de substãtia orbis.

Nota ex intẽtione Alberti formã substãlẽ corporis nã sub seq ad trinas dimẽsionẽ in prima mã.

Vide. 3 de aĩa comẽto. 28.

igitur materia sm se sm ꝙ ipsa est in potentia omnia ante omnem corporeitatem receptibilis huius ⁊ ideo remanet etiam indiuisibilia cum omnis forma que post corporeitatem in materia necessario recipitur per accidens diuisibilis sit: materia autem ante omnem corporeitatem indiuisibilis est omnino sicut ostendimus sepius. ¶ Sed tamẽ in hac materia intellectus sunt diuerse sententie peripatheticorum ⁊ diuiduntur in quatuor opiniones diuersas. Est illa quidem que Aristo. sicut incipit ex verbis suis: sz in nullo loco expresse dicat in libris: quorum notitia ad nos peruenit. est ꝙ intelligentia sit forma celi ⁊ ꝙ celi materia sit susceptibilis huius forme ante corporeitatem propter quod Aristo. frequenter dicit ꝙ non est vna materia celi ⁊ corporum generabilium ⁊ corruptibilium: ⁊ ꝙ celum habeat corporeitatem determinatarum dimensionum ⁊ rotundarum superficierum. hoc non est ideo ꝙ iste dimensiones educte sunt de potentia materie que potentia est dimensionis indeterminate que recipit formas corporis: sed potius quia motus celi non est nisi corporis: ⁊ quia intelligentie sunt mouentes oportuit celum habere determinatas dimensiones: cum tamen substantiales formas suas primas mediante corporeitate non recipiant. ⁊ est causa quia substantie intellectuales sunt omnino impartibiles ⁊ immobiles per se: quia non mouetur nisi corpus ⁊ non diuiditur nisi quantum vel quod est in quanto sicut in subiecto: ⁊ quia sunt indiuisibiles diuisione subiecti: ideo determinat Aristo. ꝙ tales forme non sunt constitute per subiectum siue per materiam quemadmodum corporum forme omnes per materiam constituũtur: quo ad hoc ꝙ educuntur de materia sicut actus de potentia sed potius iste omnes sunt cõstitute a causa prima sm omnes ordines celorum ⁊ celestium corporum. Et ideo dicit Aristo. eas esse substantias separatas. ⁊ hac eadem de causa dixit intellectum hominis ingredi ab extrinseco: quia omnis forma educta de potentia ad actum sm potestatem materie educitur: ⁊ non potest esse nisi limitate operationis. quia tum materia efficitur actu: tunc diuiditur ⁊ non diuiditur nisi per corporeitatem vt diximus: ⁊ ideo omnis forma educta de materia sicut de potentia est consequens corporeitatem. Dico autem consequens natura ⁊ non tempore. Et hec est causa quare Aristo. laudat Anaxa. de eo ꝙ posuit intellectum esse non mixtum: ⁊ ideo vniuersale in agendo ⁊ non limitatum in opere. Vlterius autem quando inuenit Aristo. intellectum sic esse formam non mixtam nec impeditam dixit ꝙ intellectus idem est mouens ⁊ ad quem est motus. Mouens quidem sm ꝙ ipse est actus talis qualis determinatus est. ad quem autem est motus sm ꝙ ipse est separatus ⁊ vniuersalis in ratione mouente: ⁊ huius posuit exemplum. sicut vnus intellectus cibi: quia scilicet cibus est conueniens mouet omne quod cibum desiderat: ⁊ ad ipsum mouetur vnũquodqz accipiens cibum sm proportionem sibi conuenientem. Et dixit etiam multo magis in superioribus esse vnum intellectum primum qui mouet omnia sicut motor cõmunis: ⁊ non mouet nisi ad seipsum sm ꝙ in ipso est intellectus cause prime: vt scilicet producat ⁊ sit principium naturalium sm motum sibi influxum a causa prima: ⁊ ideo in talibus dicit vnum ⁊ idem intelligens ⁊ intellectum: sicut nos diximus de intellectu actiuo ⁊ practico ꝙ iste actiuus est per formam scientie practice: ⁊ hoc est intellectum suum ad quod dirigit opus: ⁊ ideo idem est sibi intellectus mouens ⁊ intellectum in opere constituto per intellectum: ⁊ hoc est multo plus in intellectu primo qui per seipsum forma est eorum que constituuntur ab ipso: ⁊ hec est causa ꝙ Aristo. frequenter dicit in prima philosophia ꝙ opus motoris est sicut opus artificis: ⁊ est sicut esset domus ex domo: ⁊ sanitas ex sanitate: domus enim in lignis ⁊ lapidibus est ex idea domus in anima artificis: ⁊ sanitas que est in calidis ⁊ humidis ⁊ siccis cõplexionibus est ex sanitate que est in anima medici: ⁊ hoc multo magis esset verum si anima artificis non per accidens: sz per se esset forma eorum que facit quemadmodum forma est suorum operum motor primus: quia generaliter tales forme non constituuntur per materiam: ⁊ sunt separate sz splendores earum sint in materia: ideo dixit Aristo. ꝙ tales substantie separate non mouentur etiam per accidens motu corporum que mouent: sicut ostensum est sufficienter in

Prima opinio ẽ Aris. de intelligẽtia ꝙ sit celi forma.

1° de gñe. animal. cap. 3.

3° de aĩa tx. 4.

octauo physicorum: et si mouerentur per accidens essent fatigabiles et corruptibiles: quoniam tunc essent immixte corporibus et limitate dimensionibus corpor. Dixit etiā Aristo. ꝙ non est alia anima corporum celestium nisi talis substantia: quia appetitus qui est in celestibus vt expleant per motus huius formas intellectum: eo ꝙ sunt sicut instrumenta intelligentiarum corpora celestia: sicut determinatum est in octauo physicorū: est appetitus eius qđ recipit actum vite intellectualis per lucem intelligentie coruscantis super ipsum: et talis lux indiuiduata per ipsum est sibi causa appetitus et motus: quēadmodū in nobis est actus anime mouētis. Ex his aūt facile colligit ꝙ primus motor qui est vniuersaliter omnia mouēs necessario est vnus et qđ est imaterialis nō est multiplicabilis per materiā. Cū igitur ab vno motore nō est nisi motus vnus: vnus erit primus motus: motus aūt vnus non est in multis mobilibus sed in vno: ergo vnū mobile est primū. vnico aūt mobili primo existēte et motore primo et motu primo necesse est ꝙ oia alia mobilia et motus et motores referant ad illud: talis aūt ordo vnios pficit vniuersum mūdū. Unde ergo vnicus est mūdus et non possunt esse mūdi plures: et hec est pbatio subtilissima quā attēdit Arist. in primo celi et mūdi: et in hanc sniam omnino ꝯuenit Auerrois sicut pꝫ primū librū legenti eius quē de substātia orbis intitulat. Auicēna aūt et Theodorus pax declināt ab ista opinione: dicunt enim celū recipere formas substantiales post corporeitatē: et ideo hoc est: qꝛ dicunt celi esse duplicē motorem: animam. s. et intelligētiā: et intelligentiaꝫ esse extra et aiam intra: et fuit causa dicti eoꝝ ꝙ intelligentia est vniuersalis: vniuersale aūt vt vniuersale non est sufficiens causa motus particularis motus aūt talis particularis est et pprius: et ideo opꝫ eum habere motorē particularem et ppriū. ¶ Hec aūt sentētia nō videt ꝯueniens: qꝛ absqꝫ dubio ois forma que datur mediāte corporeitate educitur de potētia ad actū: sicut et ipsa corporeitas determinata educit de corporeitate indeterminata et est generabilis et corruptibilis. Erit aūt alius locus de his latius tractādi. ¶ Est autē tertia opio eiusdē manicheoꝝ phi cuius nomen est Abonicees: qui dixit omnes intellectus esse vnū: sed indiuiduationē eoꝝ esse diuersam et est indiuiduatio eius per irradiationē: et ideo dixit ille motorē primū esse vnū in substantia: sed sm esse differt in intelligentijs et mouentibus in tm ꝙ etiam dixit intellectū humanū esse talē: et cessante indiuiduatione que est per irradiationē corporis tm remanere lucem primi motoris. Hec aūt opinio mala est et ꝯtraria fidei catholice: qꝛ sequitur ex ea nō remanere animas post mortē in ratione animaꝝ: sed remanere ex oibus animabus vnaꝫ et idem qđ est lux primi motoris. Et est eius improbatio ꝙ impossibile est idem et vnū indiuiduari ad plurima subiecta: qꝛ ꝯtingeret vnam numero formā esse in pluribus subiectis: et hoc est impossibile cū forma nō numeret nisi per subiectū. Conueniunt tamē cū Auicenna: qm Abonicees in hoc ꝙ primus motor est vnus: et ppter sui vnitatem pbatur mundos esse vnum mō quo prediximus. ¶ Diuersam aūt fere ab oibus peripateticis alijs pfert in mediū Auicebron in libro fontis vite: qui alio noie de forma et mā intitulatur sentētiam: hec enim dicit mām esse spiritualeꝫ: cuius primus actus est intelligentia et scda determinatione determinatur per dimēsiones corporis. et tertia per ꝯtrarietatē: et ideo ponit intelligentias esse particulares substātias cōpositas ex mā et forma et esse subtilissimas et subtiliores et subtiles sm diuersitatē sue essentie: et esse motores speraꝝ per imperiū et non per naturam: sed ꝯuenit in hoc ꝙ necesse est primū motoreꝫ esse vnum: et inde vlterius ꝯcludit mūdus esse vnus per modū quē diximus: hec ergo sufficiant ad pńs de illa pbatione prime phie qua pbatur mundus esse vnus.

*Scda opinio Auic. et Theodori quā recitas in 9° metha. cap. 4.*

*Impugnatio*

*Tertia opio abonices phi ex secta manicheoꝝ.*

*Impugnatio*

*Quarta opinio auicebrō.*

¶ Cap. 5m. Et est digressio ad pbādū ꝙ mūdus est vnus ex pbationē ex physicis mathematicis et astronomicis.

ESe autem adhuc aliqua pbatio subtilis que est mixta ex physicis mathematicis et astronomicis ppositionibus que est ista ꝙ spere celoꝝ siue sint in mundo isto siue in alio plures sunt numero que infra queremus rōnem et causam sm ꝙ hoc oportet nos scire et supponere ex propria astronomorum doctrina est ꝙ omnes spere inferiores motum habent spere superioris. Cum autem in inferioribus duplicem necessario inueniamus motū sicut dicit Aristo. in libro 11° prime philosophie: scilicet motum planetarum qui est ab occidente in orientem et motum diurnuꝫ qui est ab oriente in occidentem: necesse est ꝙ alter istorum motuum inferioribus speris sit naturalis: et alter ab alio motore superiori. Cum autem in motu diurno equaliter moueantur inferior et superior et constat ꝙ nulla corpora inequalia in quātitate que sunt vnius nature in genere sunt equalis motus sm naturam: oportet necessario ꝙ motus diurnus non sit eis naturalis: sed potius planetarum qui est ab occidente in orientem in quo etiam sunt equales: ergo motus diurnus ex quo est ab alio motore non potest esse nisi alicuius superioris: relinquitur tandem ꝙ ipse est motus primi mobilis et primi motoris. Qđ autem inferiora moueantur eodem motu non potest etiaꝫ fingi ꝙ sit ex aliqua causa nisi ex vna: impossibile enim est vt dicatur ꝙ idem duob⁹ motibus cōtrario sibi venientibus continue moueatur siue ab vno motore siue a duobus. Si enim essent equaliter fortes ambo starent: et si esset vnus fortior reliquo: iste remaneret et alter cessaret: sicut diximus in octauo physicoruꝫ. Eadem de causa dici non potest ꝙ inferius celum moueatur motu vno et superius celum tactu suo moueat illud in oppositum: quia tertium vnus motus sisteret aliuꝫ: et etiam ideo quia videmus ꝙ frequenter duo celi immediate tangentes se mouentur ad partem vnam sicut compertum est per demonstrationes instrumentorum omnes celos planetarum moueri ab occidēte in orientē. Nec iterum dici potest ꝙ duo motores hoc faciunt in vno mobili existentes: quia duo motores in nulla natura determinantur ad vnum mobile: ita ꝙ vterqꝫ sit intellectus: sed si duo sunt vnus erit sicut intellectus et alter sicut phantasia mouens nec iterum etiam si essent duo motores fieri posset motus continuus in vno mobili ad duas partes oppositas: qꝛ in puncto reflexionis necesse esset quietem intercidere sicut probatuꝫ est sufficienter in octauo physicorum. ¶ Si autem aliquis dicat ꝙ hoc est ideo quia totus orbis est continuus et vnius nature: et non est per orbes distinctus: et mouetur a motore vno: et vno motu qui est ab oriente in occidentem: et est error visus ꝙ planete videntur moueri ab occidente in orientem: tum sm dicant ꝙ ab oriente in occidentem moueantur: illum reputamus insani esse capitis cum nos videamus lunam plus et plus accēdi sm ꝙ mouetur recedens a sole ab occidente in orientem donec a sole distans oritur in oriente quando sol occidit in occidente: et tunc deficiens a lumine per oppositum reuertitur semicirculum: et cum hoc dictum veritati et omnibus physicis sit contrarium: ita ꝙ etiam Aristo. tam in celo et in mundo ꝗ̄ etiam. 11° prime philosophie hoc negat: et in libro de causis proprietatum elementorum et planetarum: miror ꝙ aliquos inuenit assertores. et in veritate assertores dicti illius nihil omnino sciunt de natura et motu celi: sed verba que inuenerunt sequuntur non curantes de inconuenientibus que sequuntur ad dicta eorum. ¶ Si autem aliquis dicat sicut dicit Alpetragius ꝙ celi quideꝫ distincti sunt et omnes sunt concentrici cum terra et mouentur ab oriente in occidētem a motore primo: nec habent motorem alium: et cum a motore vno simplici sit vnus motus: oportet ꝙ omnes moueantur motu vno: sed motus ille fortior est in eo ꝙ immediate sibi coniungitur ꝗ̄ in eo qđ distat ab ipso: et ideo cum primum mobile motum a motore primo vsqꝫ ad lunaꝫ que notabiliter distat et perficit circulum ab eodē puncto in idē: sm mobile non adhuc perficit ipsum: sed distat a puncto a quo incepit motus et sic descendēdo per omnes speras semper est motus tardior in inferiori ꝗ̄ in superiori propter distantiam a motore primo vsqꝫ ad lunam que notabiliter distat: ita ꝙ perueniatur multotiens a motore diurno intātum ꝙ retardatio eius est per. 13. gradus et amplius aliquādo et iste retardationes faciunt videre ꝙ planete moueantur ab occidente in orientem cum hoc non causetur ex motu: sꝫ potius ex retardatione inferioris spere post superiorem. Si ergo vt diximus: ita aliquis dicere velit, non est contra nos quoad conclusionem quam hic intendimus: ꝙ videlꝫ mundus sit vnus: quia sm istum motor est omnino vnus et vniuersalis: et ex hoc demonstrabimus mundum esse vnum.

*Opio Alpetragij.*

Impugnatio

¶ Sed tamen eius dictum in se falsum est multis de causis quarum tres hic reputamus sufficere: quarum vna est: quod si retardatio talis sperarum inferiorum que mouentur super polos orbis signorum faceret retardationem que videtur ab occidente in orientem: tunc deberet proportionaliter descendendo fieri. Nos autem videmus quod non fit hoc quia saturnus perficit circulum retardationis ab occidente in orientem in triginta annis: et Juppiter in .12. que est proportio dupli sexquialtera. Et mars perficit circulum minus quam in duobus annis que est proportio ad Jouis motum plusquam sexcupli. Et iterum sol perficit circulum in vno anno que ad martem est proportio minus quam dupli siue subdupli: et sic descendendo non inuenitur proportio vna obseruata. ¶ Alia causa est quod secundum hoc minus inter omnes deberet retardare inter omnes circulos circulus signorum qui proximus est primo mobili cuius motum sequuntur stelle que sunt in firmamento quod est celum octauum: et deberet seruari proportio ad inferiores speras: et hoc non fit quia repedatio eius perficitur in .36. millibus annis: et hec non proportionatur motui planetarum secundum eandem speciem proportionis. ¶ Tertia ratio est quia si in omnes stelle in quocunque loco celi apparent eiusdem essent altitudinis a terra: et eiusdem quantitatis deberet apparere diameter ipsarum quod omnino est falsum: sicut ad visum probatur per instrumenta astronomica. Secundum hoc etiam nunquam deberet apparere retrograda stella aliqua tum hoc in Marte expressissime videatur falsum ad visum: quia frequenter ad magnum spatium a loco in quo mouetur redit versus occidentem: et hoc deprehenditur per stellas quibus videtur coniunctus in diuersis noctibus. Jnueniuntur autem stelle plures stantes in loco vno quam in alio: quod totum nunquam contingeret si reditus eorum ab occidente in orientem non esset nisi retardatio post motum eorum spere superioris.

Opinio Albumasaris ptolomei et Aristotelis.

¶ His igitur omnibus abiectis cum principe Albumasar et cum Ptolomeo quibus non contrariatur Aristo. Dicimus quod nullum corpus mouetur ab alio corpore: si non est tangens ipsum vel infixum ei vel infusum aliter. Cum ergo omnes orbes planetarum sint centrum ipsum egredientes: oportet vt superius diximus aut aliquando intercidere vacuum inter ipsos orbes quod est impossibile: aut esse corpus inclusum inter orbes: dico ergo quod quilibet planetarum habet motum proprium motum autem superioris participat per corpus quod implet inter speras illas: oportet enim quod corpora que sunt vnius motus in genere primo sint vnius nature in genere: et ideo cum omnes he spere hoc est spera planetarum et spera stellarum fixarum moueantur super eosdem polos: et ab occidente in orientem continue qui est motus circuli signorum: oportet quod sint orbes illi de natura circuli signorum: et corpus quod implet inter speras illas est necessario de natura circuli signorum: et ideo cum planete mouentur de occidente in orientem mouentur motu corporis quod est inter orbes. quia est de natura circuli signorum quod circunducit speram cuiuslibet planetarum de occidente in orientem: sed motore proprio mouetur secundum tempus in quo perficit circulum: quia velocitas eius est secundum proportionem vigoris et motoris sui: sicut in pluribus locis dicit Aristo. et isti duo motus quia sunt idem in specie sunt planetis naturales. Motus autem primus velocissimus est qui est diurnus et ab oriente in occidentem. ¶ Nec potest esse eodem motore nec potest esse omnino naturalis corpori ipsi moto: nisi naturale dicatur a natura communi que est eius quod circulariter mouetur quocunque modo moueatur. Oportet ergo quod ille sit a motore primo et quod eius virtus sit diffusa per omnes celos et moueat illos absque eo quod excludat virtutes motorum inferiorum et de isto motore probauimus quod ipse est immaterialis omnino. Constat autem quod nihil multiplicatur secundum esse in natura nisi per materiam diuisibilem: sicut superius diximus: ergo talis motor cum sit immaterialis non potest esse nisi vnus. vno autem existente motore et motus erit vnus et mobile primum erit vnum: et per consequens omnia mota ab illo in ordine erunt vnum et sic mundus erit vnus et non possunt esse plures: et hoc est quod volumus inuestigare et hec probatio per sensum et non per verba scripta est ab Algazali: et Auic. in suo libro sufficientie celi et mundi. His igitur propter sequentia sic discussis ad propositum redeamus.

¶ Cap. 6m. De probatione quod mundus sit vnus per loca mobilium que mouentur in mundo.

Tex. c. 61.

Dicamus igitur nunc quod si nos numeremus simplicia corpora prima per diuersitatem sui motus quam habent secundum locum tunc ipsa sunt tria que dicuntur elementa corporea non quod omnia veniant in compositionem sequentium corporum: sed quod sint prima et simplicia. hec autem sunt graue in genere: et leue in genere et neutrum quod est corpus celeste. Et quantum ad eos qui dicunt mundos esse plures omnia hec erunt in loco quamuis nos diximus in 6° physicorum quod celum non est essentialiter in loco eo quod non habet circundans corpus: tamen quantum ad eos qui dicunt mundos plures esse extra ipsum: sequitur quod extra celum sit locus et sic quo ad eos celum est in loco essentialiter: oportet ergo eos concedere quod loca mobilium primorum sint tria secundum genus conuenientia sicut et ipsa mobilia. Horum autem locorum vnus est locus descendentia deorsum: et ille est locus corporis quod quiescit in medio et illud est corpus graue. Secundus autem est vltimus locus qui longissime distat ab ipso: et ille est locus eius quod mouetur circulariter ab ipso: et neque est graue: neque est leue sicut est celum. Et locus tertius est medius horum duorum locorum: et iste locus corporis quod est inter duo locatum et illud est leue quod necessario locatur inter circumferentiam et centrum. Si enim diceret aliquis quod leue non esset in loco illo: tunc oportet quod in alio esset loco naturaliter. et hoc iam ostendimus esse impossibile. Si enim ille locus medius inter centrum et circumferentiam esset leuia corporis accidentalis tunc oportet quod esset aliud corpus simplex cui esset naturalis: et nos ostendimus quod non est aliquod corpus quod sit preter naturam istorum trium corporum que diximus. Si ergo hoc est vt diximus tunc oportet necessario quod locus medius inter circumferentiam et centrum sit locus corporis leuis: sed tunc leue et graue diuersitates habent de quibus nos faciemus mentionem in futuro in sequentibus huius scientie libro 3° et in 4°. Sed quod ex dictis habetur hoc est quod sicut vnus locus est inferius ad quem mouentur omnia grauia in quocunque sint mundo et vnus est locus superior ad quem mouentur omnia leuia in quocunque mundo fuerint: sicut nos ostendimus in physicis: ita necesse est vnum in numero esse locum in quo mouetur celum omne in quocunque mundo fuerit: et si est vnus locus. vnus est mundus: ergo non possunt esse plures mundi. Et hoc etiam ostenditur per deductionem per impossibile. dentur enim plura esse media ad que est motus grauis in pluribus mundis et plures esse orizontes ad quos est motus leuis: et quod illa data loca diuersorum mundorum non differant specie sed numero solo: tunc medium a medio plus distat: quam medium ab orizonte: sed medium cum medio conuenit in specie et medium et orizon opponuntur contrarie: ergo plus distant in loco conuenientia in specie quam contraria in specie: et hoc est contra rationem contrariorum. Cum enim omnia contraria maxime a se distent prima distantia: et propter hoc est contrarijs in loco a quibus distantia transmittitur ad omnia alia contraria: ergo contraria in loco maxime debent distare: et sequitur contrarium a contrario non maxime distare ex hypothesi qua ponuntur plures esse mundi: ergo ista hypothesis non est tantum falsa: sed etiam impossibilis. ¶ Amplius si dicantur plures esse mundi et equales in quantitate tunc non plures contingere possunt istum nostrum mundum quam quatuor: et secundum hoc duodecim zontes in quatuor punctis: vbi exteriores mundi nostrum contingunt mundum vni soli medio nostrum circumponitur. Cum igitur contrariorum primorum virtus debeat esse equalis: sequitur necessario quod ex hoc generetur inequalitas: et erunt elementa superiora potentiora elemento inferiori: et sic vincent super ipsum et dissolueretur iste noster mundus. Adhuc autem cum circuli mundorum non se contingant nisi in puncto: oportet necessario remanere spatium inter conuexum circuli vnius spere et alterius: aut ergo aliquid est in vno spatio replens ipsum aut nihil. Si enim sit ibi aliquid replens illud non potest esse de natura alicuius elementi nec de natura celi: quia istorum motus: aut est a medio: aut ad medium: aut circa medium: et in isto spatio non est aliquod medium equaliter distans a conuexo circumferentiarum: quia longius distat in vna parte quam in alia: oportet ergo fingere noua elementa et nouum mundum que non sint de natura istius mundi que repleant illud spatium. Si autem nihil est in spatio isto: tunc remanet vacuum: et ostensum est in quarto physicorum: quod impossibile est aliquod

esse vacuum. Adhuc autem si plures sint mundi: aut sunt in-
finiti in pluralitate aut sunt finiti: si dicantur infiniti tunc in-
finitum erit aliquid actu existens: et hoc est improbatum. Si
autem finiti: tunc in aliquo numero erunt: et si queratur quis
est numerus iste: et que sit causa eius: et non erit assignare etiam si
fingere vellet aliquis. Adhuc autem cum videamus in omnibus naturam stare
in compendio cum natura omnia possit explere per ea que sunt in mundo
isto videbitur quod superflui sunt mundi alij omnino. Si autem forte aliquis
dicat quod possunt mundi esse plures sed non sunt: quia deus posset
fecisse plures mundos si voluisset facere: et adhuc posset face-
re si vellet contra hoc non disputo. Cum enim hic concluditur quod im-
possibile est mundos esse plures vel fieri plures: et quod necessa-
rium est unum esse solum: intelligitur de possibili et necessario quod est
ex parte mundi quantum ad partes et ad causas eius essentiales
et primas: et est magna differentia inter id quod deus potest face-
re de absoluta potentia sua: et inter id quod in natura potest fieri. Mul-
ta enim meo iudicio facere potest que tamen fieri non possunt. Non
enim omnis potentia activa convertitur in passivam sed solum illa que
patiens habet sibi proportionatum: ita quod potest recipere totum actum
agentis: et taliter non se habet potentia alicuius entis causati
ad causam primam: et ideo quantum est de natura mundi dico non pos-
se fieri mundos plures: licet deus hoc si vellet posset facere. Me-
thodiste et aliqui alij dixerunt tamen fecisse deum mundos plures et
infinitos: et hoc miserabile dictum fuit: quia secundum omnes bonum civile perfi-
citur commercione civium quod non fecerunt dij: quia quos illi diversos
creatores mundi commercionem inter cives diversorum mundorum:
bonum autem mundorum non est perfectum sine commercione civium. Adhuc
autem videtur quod operis sui per plures mundos sibi fecerunt maxi-
mum impedimentum quia cum plures spere mundorum se in puncto cum
cingant et non moveantur contra se: sed potius una tangit aliam vide-
tur quod una impedit aliam in motu suo: cum ut illi asserunt dij
motores sint sperarum: videtur quod sibi fecerunt impedimentum ma-
ximum per hoc quod una spera impedit aliam et impellit. Est autem
mirabile quod dij quos dicunt mundum gubernare motu et ratione
eiusdem nature habitatoribus diversa preparaverunt habitacu-
la. Falsum igitur est esse plures mundos. Iam ergo ostendimus
et clarificavimus qualitates elementorum corporeorum que ad mo-
tum disponunt locale que sunt rectitudo et circularitas et gra-
vitas et levitas. et ostendimus quantitatem ipsorum secundum ultima et se-
cundum esse finitam et ostendimus proprium locum cuiuslibet ipsorum: et
ostendimus iterum quantitatem locorum ipsorum esse finitam: et quis est
numerus ipsorum quantum sufficit ad presens.

¶ Cap. 7m. De obiectionibus sophisticis ex quibus probari videtur quod mundi sunt multi.

Tex. c. 82.

Cum autem in precedentibus multe adducte sunt demonstrationes et probationes ad ostendendum mundum esse unicum nulla earum fuit per causam dicentes propter quid mundus est unus. Sed omnes quidem fuerunt ducentes ad impossibile vel per causam non essentialem. et ille demonstrationes parum plus ha-
bent virtutis quam probationes dialectice que sunt per signa: non
abundant enim ab ipsis nisi quia sunt per signa profundata et ma-
gis propria. Volumus autem nunc per demonstrationem dicentem
propter quid determinare et ostendere quod mundus est unicus:
et quod non est possibile ut mundi sint plures: et ex eodem postea vo-
lumus ostendere quod secundum naturam suam est quoad hoc sempiter-
nus: quia non est factus ex re aliqua habente contrarium: et quod eadem
est causa quod non cadit sub corruptione. Sed ut nullum nobis
circa mundi doctrinam generetur impedimentum ex obiectis sophi-
starum: volumus antequam ostendamus propter quid mundus est
unicus inquisitionem et investigationem disputativam ex obiectis
aliquorum facere de unitate mundi. Potest enim aliquis queren-
do et disputando dicere quod non est possibile quod mundus sit uni-
cus: quia videmus in omni re que est per artem vel naturam quod inten-
tio sue forme est preter intentionem eiusdem forme cum materia
sua accepte: cum enim nihil sit sensatum et particulatum nisi per ma-
teriam: oportet necessario quod omne sensibile sit compositum ex materia et
forma. Si igitur nos formam eius per quam est intelligibile ab-
strahamus per intellectum ab ipso abstrahamus universa-
le a particulari: alia erit intentio sue forme universalis quam sit
eiusdem forme secundum esse quod habet in hac materia in qua et per quam
particulariter etiam sentitur: et huius exemplum est in orbe sive in
circulo. Forma enim orbis per se sumpta et abstracta est alia
quam sit quando est accepta secundum esse cum ere vel auro. Forma enim

rotunditatis in esse formali cum accepta est secundum rationem preter
rotundum ereum vel aureum aut ligneum. Nam quando
dicimus rotunditatem absolutam et diffinimus eam secundum aliud
nomen non recipitur in diffinitione illa aurum aut es aut li-
gnum. Si autem in rotunditate denominemus aliquam materiam
vel ligneam aggregamus tunc formam cum materia et conside-
ramus ipsam secundum esse particulare et sensibile quod habet in materia
et hoc non consideratur quando dicitur orbiculatio secundum se: quia ista potest
esse in materijs multis non equivoce quod non esset si aliqua ma-
teria accepta esset cum ipsa. Ex his omnibus constat quod orbiculatio et ro-
tunditas non significant nisi formam: sed rotundum denominati-
ve dictum significat formam in materia. Et tamen in his diversitas
est quantum ad mathematica et divina et naturalia sicut diximus in
2o physicorum: sed in omnibus est abstractio que est universalis
a particulari et tunc universale de particulari denominative
non predicatur hoc quod dicimus de formis abstractive et con-
cretive significatis propter similitudinem dictum est ut sciamus
qualiter res secundum formam solam et secundum esse quod habet in materia diversi-
mode consideratur. Nos enim loquimur hic de forma predica-
bili de suis inferioribus: hoc enim abstractum quod est forma etiam
non predicatur de suis inferioribus nisi inquantum est ali-
quo modo totum ad ipsa inferiora: et scimus quod forma que est
abstractive significatur licet sit forma: tamen non est totum et ideo non pre-
dicatur: quia non possem dicere quod albedo sit album: vel quod huma-
nitas sit homo. His igitur habitis in universali quod est forma
simplex secundum intellectum accepta per hoc quod est in multis et de
multis invenimus quod ipsa est apta dici de multis: ut in par-
tibus suis: et est ipsa principium communitatis multorum: parti-
culare autem per materiam est proprium et solum: et per multas similes
materias efficiuntur multa particularia supposita uni nature
communi: sic ergo videtur quod omne quod habet formam cum ma-
teria secundum rationem sue forme multis posse convenire et per
divisionem sue materie actu multiplicetur in plura individu-
a. Similiter igitur videtur quod sit de mundo quod ratione for-
me sit multiplicabilis et ratione materie sit pluraficatus: cum
constet mundum illum esse compositum ex materia et forma.
Si ergo illud est secundum hoc tunc celum videtur similiter sensi-
bile: et ideo compositum ex forma et materia: et sic videtur pars
una esse partium mundi composita. Omne enim sensibile
ut diximus proprium incommunicabile et sensibile est per ma-
teriam suam que est primum principium individuationis in
ipso. Si ergo hoc est secundum hoc tunc invenimus in toto celo et
principium communitatis et principium particularitatis: et quod
dicimus celum sermone absoluto et abstracto: signantes rem
prout abstrahimus ipsum ab hoc celo: intentio eius est alia
quam quando dicimus hoc celum particulatum: signantes
ipsum per materiam sensibilem. Celum ergo sermone abso-
luto et abstracto est forma sola universalis: sed per sermonem
nostrum cum dicimus hoc celum demonstrantes ipsum in
materia sensibili significamus formam cum materia parti-
culatam et acceptam secundum esse. Omne autem quod habet formam
communicabilem et figuram que terminatio est materie sensi-
bilis: aut est multa secundum actum: aut potest esse multa secundum po-
tentiam que procedet aliquando in actum per modum quem
diximus: ergo multi celi esse possunt et multi mundi. ¶ Et
ista deceptio sequitur necessario Platonem qui ponit exem-
plaria apud creatorem mundi ad que dixerit opus suum opi-
ficiculus exemplum composuit cum opere in condito mun-
do: dicunt enim quidam homines Platonis musam imitan-
tes quod exemplar perpetuum mundi est apud creatorem quod
vocat mundum archetypum: eo quod est huius mundi sensi-
bilis principalis typus: et quod est exemplar non recedens ab
ipso quod quidem Plato non dixit esse ideam in mente divi-
na conceptam: quoniam hoc etiam dicimus nos propter quod
dicimus domum ex domo et mundum a mundo: sed posuit
ipsum habere veram rationem rerum creatarum: et dixit
ipsum esse rerum formas separatas ad quas formantur ille
que produnt incorporalem materiam: propter quod nomina-
vit illa exemplaria formas: et illas que sunt in materia vo-
cavit imagines eo quod facte sunt ad imaginationem istarum
que manent extra materiam: ita quod dixit hominem esse se-
paratum et asinum separatum: et sic de alijs. Constat igi-
tur quod cum ad unum perpetuo manens apud opificem exem-
plare infinita formari possunt quod mundus aut est multus

Multa deus pot facere que tamen non possunt fieri.

Nota ex intentione doctoris quo plato posuit mundum archetypum.

aut potest esse multos. Si quis aūt nobis dixerit q̄ non pertinet ista obiectio ad nos: eo q̄ nos sumus defendētes opinionem de exemplaribus dico q̄ adhuc ex priori ratione videt̄ sequi q̄ possibile est mūdos esse multos. vel etiam sint multi eo q̄ in ppetuis: idest in actu q̄d potuit esse in potentia sicut diximus in 4° physicorū. Unde etiam si dicamus mundum non habere exemplaria: videtur recte sequi mundos esse multos. Uidemus enim q̄ omne cuius forma est in materia quod est hoc plurificabile: et sunt multe partes similes in materia et infinite per successionem. Ostensum est igitur nunc per istam rationem vt videtur: q̄ aut sunt celi aut mundi multi aut possibile est vt sint multi. Posset igitur aliquis deceptus ex his rationibus et antecedētibus dictis physicorum accipere opinionem q̄ mundi sunt multi vel q̄ possibile est vt sint multi.

Cap. 8m. De solone dubitationū dictarū cōtra hoc qd̄ dictū est mundū esse vnū: et de causa ꝓpter quaꝫ mūdus est vnus.

Tex.c.93.

Uoniam quidem igitur ad hanc intentionem vt sciamus an mūdus sic vnus posuimus studium nostrum: necesse est nobis indagare de sententijs istis donec perueniamus per limina veritatis ad hoc vt sciam⁹ que sit recta et que non sit recta. Soluentes igitur dicimus q̄ in obiectione prius inducta bene et vere dictum est q̄ res vna que cōposita est ex materia et forma alterius est rōnis quando forma diffinitur vt abstracta et forma tm̄ et alterius quādo concipit̄ et diffinit̄ sm̄ esse qd̄ habet in materia particulare ipsam formam: istud est rectum et nō est sermo aliquis contradicens illi. Et enim obiectio inducta super tres fundat̄ ꝓpositiones: quaꝝ vna est q̄ omne sensibile est compositum ex forma et materia: et altera q̄ omne cōpositū ex materia et forma est alterius rōnis in vniuersali forma: et alteri⁹ sm̄ esse cum materia ꝯceptum. Tertia q̄ omne tale est multa: vel pōt esse multa. Sunt enim due priores ꝓpositiones absq̄ omni ambiguitate: vere tertia aūt non semper est vera. sed aliquādo falsa: ꝓpter materie dispositionē. Lꝫ enim omnis forma cōmunicabilis sit: tū non cōmunicat̄ nisi materie que est extra ipsam actu. sed potētia est sub ipsa. Si ergo totā materiā aptā sibi contineat sub se: ita q̄ nullam habeat aptitudinē ad ipsam aliqua pars materie existētis extra ipsam: tunc nunq̄ possibile est ipsam cōmunicari actu pluribus: et ꝓpter hunc sermonem celoꝝ natura nō est multiplicabilis. nec etiā mundoꝝ natura. Celum enim et omne ingenerabile factum est ex tota sua hoc est cōuenienti sibi materia: et nihil est de ipsa extra ipsum: mundus aūt factus est ex materia simpliciter: et ideo non possunt fieri multi mūdi: et nos quidem de hoc afferemus exemplum gratia doctrine vt sit sermo noster facilior. Dico igit̄ q̄ si symmitas est curuitas nasi in carne: tunc symmitatis ꝓpriū subiectum et materia est caro nasi: si ergo ex omnibus carnibus que sunt vel esse possunt formet̄ vnus nasus: et in isto sit symmitas: tunc non erit nec poterit esse symmitas nisi vna: et nunq̄ inuenit̄ symmitas nisi in carne illius nasi tm̄: et tūc nō inuenit̄ in aliquo alio mēbro corporis: eo q̄ in rōne symmitatis cadit nasus: q2 symmitas est nasi curuitas. Similr̄ si dicat̄ esse materiam hominis caro et ossa et nerui et alia similia: tunc si ponamus vnum hominem ꝯstitui ex omnibus carnibus et ossibus que sunt vel esse possunt materia hominis: oportebit tunc q̄ sit vnus solus homo: et non alius omnino: q2 impossibile est vt diminuātur ab illo homine carnes et ossa per decisionem aliquam: et decidat̄ ab eo potentia mixto: q2 ex actu caro non fit generatio hominis: et ideo nisi possit resolui caro de potentia ad actum non generabitur iste alius homo: et iste etiam vnus homo nunq̄ diminuetur nec resoluetur per corruptionem: eo q̄ materia sua nec in toto nec in parte potest elabi extra formam que ꝯtinet eam. Similiter aūt est in omnibus alijs: q2 nunq̄ multiplicatur forma per generationem nisi hoc modo q̄ multiplicatur per diuisionē materie: que est sub forma potentia: lꝫ non sit sub ipsa sm̄ actū. Uniuersaliter enim verū est de omni substantia composita ex materia et forma: q̄ non est possibile vt aliam habeat similem in specie differentem tamen in numero solo: q̄ñ nulla est materia potentia similis ex qua cōponitur indiuiduū eiusdem speciei. Redeamus igitur ad ꝓpositum ad aptātes inducta exempla dicentes q̄ celum est vnū cōpositum ex ma et forma. Uocamus aūt hoc celum vel celi mam totā cuius est motus circularis vel etiam totum mundū qui vno modo dicitur celum: vt inferius ostendemus. Redeamus

Tex.c.9[illegible].

igitur nunc et iterū dicamus q̄ celum est compositum ex tota materia sibi ꝯueniente per potentiam exceptibilitatis talis forme: et tota materia sua est terminata actu per formā: et nō est possibilis ad formam aliam sicut etiā ostēdemus et partim superius tetigimus vbi diximus q̄ est in mā ante corporeitatem indeterminataꝝ dimēsionū. Si enim nō cōpositum est hoc celum ex medietate sue materie: sed ex tota materia: tunc vnū est: et non sunt celi multi. Dico aūt ex medietate materie: q2 si ponat̄ alius mūdus: sic opꝫ q̄ iste non sit nisi ex medietate sue materie quia equalium in quantitate eq̄lis est materia: sicut et duobus indiuiduis eiusdem speciei vna quantitas debetur materie in specie. Sicut enim ipsa indiuidua determinatas habent quantitates: ita etiaꝫ determinatas habent quantitates materie ipsoꝝ: ex hoc āt sequitur q̄ mundi sint infiniti et q̄ trāsmutent̄ adinuicē infiniti quidē: q2 in infinitū diuisibilis est materia per assumptam equale: quanta enim est mā patris ex qua fuit generatus: tantā proiecit in generatione filij que sumpta est ex superfluo cibi digesti: transmutant̄ aūt adinuicem: eo q̄ in simplicibus generatio vnius est corruptio alteri⁹ et ecōuerso: que oīa absurda sunt: ergo opꝫ q̄ nō ex medietate sue materie: sed ex toto sit compositus mūdus et similr̄ celū. Cōcedēdum est ergo q̄ q̄ñ celū vel mūdus noīant̄ noīe absoluto et abstrahēte ab hoc demōstratō: q̄ tūc dicit formā ipsius vniuersalis que de se predicabilis est de multis: q̄ñ aūt noīat̄ hoc celū demōstrata forma in mā et accidētibus et diuiduantibus: tunc dicit formam habentē esse in hac mā: nec tamen ꝓpter hoc possibile est vt sint celi multi et mundi propter hoc q̄ tota mā sub forma ꝯtinetur et de mā que est actu vt potest fieri ꝓpagatio in pluralitatem sicut diximus. Ex omnibus autē his que determinata sunt relinquitur q̄ oēs pluralitas indiuiduoꝝ eiusdem speciei est per diuisionē materie: et ideo cuius forma indiuisibilis est per materiā: illa nō agitur per pluralitatē. Est aūt intellectus siue intelligentia vt diximus in premissis forma indiuisibilis per materiaꝫ: et ideo nō agit in pluralitate et ꝓpter hoc ꝓbabilior sententia est de intelligentijs q̄ quelibet ab alia differt sm̄ spēm et non sm̄ numerū solū eadē aūt de causa et stelle differūt adinuicē specie sicut mihi videt̄: lꝫ ex diuersis causis specie differant intelligentie et stelle et orbes: q2 ex indiuisibilitate materie differūt intelligentie. Stelle aūt ex hoc q̄ cuiusq̄ earū mā tota est intra: et hoc est verū sine intelligētie sint cōposite ex hyle et forma: sicut dixit Auicebron: siue sint simplices sicut videt̄ velle Arist. et etiā si sint simplices bene saluat̄ in eis potētia actiua et passiua. sicut in libro de aīa: et in libro de intelligentijs domino concedente ostendemus. Cum enim oīs pluralitas reducatur ad vnitatē vt ad principiū sui: sic enim necesse est q̄ oīs multitudo indiuiduoꝝ reducatur ad vnitatē nature vnius in specie sub qua crescit illa pluralitas: nō āt pōt exire ab vno pluralitas indiuiduoꝝ nisi per actū: quo vna mā agit̄ in pluralitatē per decisionē et diuisionē materie: talis aūt actus nō est nisi generationis: et ita sit sm̄ Arist. et omnes peripatheticos q̄ non sit multitudo indiuiduoꝝ sub vna specie nisi p actuꝫ generationis: et hoc etiā Arist. innuit q̄ñ dixit q̄ illa que sūt vnius materie q̄ñ sunt diuersa trāsmutant̄ adinuicem: et q̄ multitudo indiuiduoꝝ causat̄ ex diuisione materie: cū constet multitudinē diuidentiū totam exire ab vnitate diuisi: hec ergo est vera sententia peripatheticoꝝ. Et si aliqs obijciat et dicat: q̄ sicut multitudo indiuiduoꝝ erit ab vnitate speciei: ita multitudo specieꝝ siue differentiaꝝ erit ab vnitate generis: et genus assimilat̄ materie. Cū igit̄ superiora et inferiora corpora et substātie spirituales cōmunicēt in vno genere generalissimo videbit̄ q̄ cōmunicēt in mā vna. sed ad hoc nos iam in precedētibus diximus: q2 non bene concedimus oium esse materiā vnam in genere: sed nō simplr̄ vnaꝫ sm̄ q̄ ponimus intellectū esse ens in genere sm̄ doctrinam Auicebron in libro de materia et forma: et sm̄ doctrinā Auicenne in libro de causis. Si aūt intellectum siue intelligētiaꝫ ponamus esse non in genere: tunc dicimus omnium corporalium esse materiam vnam in genere: sicut determinatum

est in

est in primo libro physicorum: et diximus esse vera que ibi inducuntur. ¶ Dicit tamen Auerrois q celum est forma tm et elementa quattuor inferiora sunt materia eius. et si queratur ab eo qualiter celum sit intellectum et sensatum si ipsum est forma simplex. Respondet q intelligitur ex analogia sicut prima materia sed illa intelligitur per analogiam ad formam suam. Celum autem intelligitur per analogiam ad materiam suam que sunt inferiora: sed nos absurdum reputamus hoc: cum sentiamus illud absolute et ideo dicimus q habet materiam significabilem per potentiam ad vbi: cum materia eorum que sunt generabilia determinetur per potentiam ad vbi: et ad motum et formam: et hec discussa sunt in ante habitis.

Opin. Commentatoris in co. 95.

¶ Cap. 9m. Q extra mundum nec locus neque tempus est.

Tex. co. 98.

Equitur autem adhuc vt ostendamus esse celum per modum quo celum vno modo compositum est ex omni corpore sensibili: verumtamen antequam fiat hoc oportet ingrere quid est qd significatur per nomen celi: et secundum quot modos dicatur nomen eius. vt et ex hoc fiat manifestius qd querimus si scire in qua sit significatione intendimus de ipso. Diximus autem q celum aut accipitur pro circumferentia spere: aut pro spere concauo vsque ad centrum circa qd voluitur: centrum enim sicut diximus in octauo physicorum aliquo modo est principium et finis spere. Si autem accipitur pro circumferentia: aut accipitur pro toto eo qd habet naturam circumferentie. secundum q dicatur celum id qd est supficierum circularium: et motus circularis: aut accipitur pro circumferentia suprema que est celum celorum claudens in se omnes celos. ¶ Dico enim q celum nominatur vno et primo principali modo corpus qd est vltimum quo ad nos motus totius vniuersi: hoc est corpus naturale qd est in vltimo motus vniuersi: et hoc est celum supremum: qd in se quidem est primum mobile quo ad nos autem est vltimum. Et hec confirmantur ex consuetudine que est in communi sermone: quia consueuimus nominare celum id qd est summus orizon mundi et eius superius: et cum illud sit altissimum et nobilissimum: dicimus illic habitare omnia spiritualia fixa et quieta: eo q omnes intelligentie que sunt motores orbium sunt imobiles et fixe per esse perpetuum: sicut sepius diximus in octauo physicorum. ¶ Et nominamus celum secundum modum alium corpus totum qd continuum est per modum quo contiguum continuum dicitur cum eo qd est supremus orizon mundi totius: et hoc corpus totum est qd dicimus quintam essentiam a conuexo ignis superius in quo infixa sunt sol et luna et cetere stelle: et hoc iterum confirmatur communi sermone quo dicere consueuimus solem et lunam et stellas esse in celo. ¶ Tertio autem modo iterum nominamus celum: totum id qd habet corpus contentum ab vltimo mobili: cuius est motus vniuersi totius hoc est a primo mobili vsque ad centrum: et hoc secundum consuetudinem sermonis quo a prediginiori nominamus totum: hoc enim modo nominamus q celum est id qd est completum et totum cui impossibile est fieri aliquam additionem omnino. Non enim hoc modo potest accipi celum nisi pro mundo toto: quia impossibile est aliquid addi mundo: cum sit ex materia tota: vt diximus. Manifestum est igitur q celum dicitur secundum tres modos dictos in his significationibus celum dictum tertio modo: q videlicet est totum qd continetur ab vltimo vniuersi motus qd est primum motum vsque ad centrum qd est compositum ex omni corpore naturali sensato necessario: siue sit motum necessario ad centrum: siue a centro: siue circa centrum: et extra hoc centrum: neque est corpus nec possibile est vt sit extra ipsum corpus omnino ¶ In hac igitur tertia significatione volumus inquirere verum hoc sit verum qd diximus: q s. extra celum non sit nec possit esse corpus aliquod. Dicamus q si detur extra celum esse corpus aliquod: aut hoc est ex corporibus simplicibus: aut ex corporibus compositis: et quocunque modo esse dicatur si est illic tunc aut erit illic sicut in loco naturali: aut sicut in loco violento et accidentali: q autem extra celum non sit aliquod corporum simplicium omnino sic probatur. Ostendimus enim superius q non est possibile vt corpus specierum permutet locum suum: quia non est in loco essentialiter: et sicut impossibilis est permutatio sui centri sic impossibilis est permutatio sui situs: eo q ipsum non potest mutari violenter: quia violentia non cadit in ipsum: et extra suum situm non posset esse nisi violenter. Similiter autem non est possibile

Tex. co. 97.

vt sit extra celum corpus simplex recti motus: siue sit leue qd ascendit: siue graue qd descendit ad medium. Si enim aliqd illorum corporum esset illic non posset ibi esse sicut in loco naturali quoniam probatum est supra q loca horum corporum simplicium sunt alia a locis que dicuntur esse extra mundum et sunt cognita ad sensum et manifesta per rationes superius inductas. Si autem dicerent q corpora simplicia essent illic sicut in locis accidentalibus tunc secundum supius inducta essent ibi corpora alia naturaliter. Multotiens enim iam diximus q omnis locus existens quibusdam corporibus simplicibus accidentalis aliis corporibus est naturalis necessario et econuerso: cum igitur per rationes probetur q non est aliquod corpus simplex preter ista corpora que sunt elementa huius mundi que quidem relata ad motum localem sunt tria que sunt corpus circulare et id qd mouetur ad medium et id qd mouetur a medio: impossibile est extra mundum corpus esse aliquod simplex. Si autem simplex impossibile est ibi esse: tunc impossibile etiam est q sit ibi corpus compositum: cum compositum non sit nisi ex simplicibus. et resoluatur in simplicia. Sic ergo probatum est q non est illic corpus aliquod. ¶ Amplius autem dicimus illic non posse esse corpus aliquod: et faciamus eandem diuisionem quam supra fecimus. Si enim esset possibile ibi esse: tunc possibile esset ibi esse: aut simplex: aut compositum: et siue sic: siue illo modo dicatur ibi esse corpus possibile: tunc aut possibile esset ibi esse naturaliter: aut accidentaliter: et quodcunque horum detur tunc ratio nostra erit ad probandum q non est ibi possibile esse corpus: sicut fuit nuper ad probandum q non sit ibi corpus aliquod. Ratio enim ab vtroque istorum est vna: q videlicet non sit ibi corpus: et q non sit possibile ibi esse corpus omnino: nec aliquam magnitudinem corporalem: et hoc precipue ex illa ratione manifestum est quam induximus: q videlicet mundus compositus est ex materia sua tota que apta est conueniens sibi. Nuper enim diximus q materia mundi est pars eius que sunt corpora sensibilia naturalia: et illa omnia sunt in mundo isto. sicut in locis naturalibus et non alibi. Si ergo hoc est sicut diximus: tunc iam manifestum factum est et planum q celi non sunt multi neque mundi: neque fuerunt in preterito multi neque erunt multi in futuro. Celum enim hoc modo dictum vnicum et perfectum et completum cui non est nec potest esse simile aliquod omnino. ¶ Amplius autem extra celum non potest esse locus neque plenus neque vacuus: neque tempus. Qd enim non possit ibi esse locus manifestum est quia locus si sit plenus tunc continet aliquod corpus: siue simplex: siue compositum. Nos autem ostendimus q extra celum nullum est corpus. Si autem dicatur esse locus vacuus: tunc secundum q dicunt esse vacuum vacuus est locus in quo possibile est esse corpus: et nos iam ostendimus q extra celum non potest esse corpus. Qd autem ibi non possit esse tempus: declaratur per hoc q tempus est numerus motus: et motus non est nisi corporis: ergo vbi non est corpus non est motus neque tempus: sed extra mundum non est corpus vt probatum est: ergo extra mundum non est motus neque tempus.

Tex. co. 98.

Tex. co. 99.

¶ Cap. 10m. De perpetuitate vite eorum que sunt in exteriori conuexo.

T. co. 100.

Um autem iam declarauerimus extra celum neque locum esse neque tempus: neque vacuum: necessario sequitur q id qd est in exteriori celi: hoc est in vltimo celo ex parte sui conuexi non sit in loco: quoniam nec hoc celum essentialiter est in loco: nisi essentialem motum habeat: qui est secundum locum motus: vt diximus in physicis q cum non sit in loco id qd est illic: tunc etiam non est in tempore: quia in tempore est qd a tempore continetur: et hoc est q tempus quadam parte mensuratur. Omne enim qd est in tempore excellitur a tempore secundum principium et finem: et esse in tempore nihil aliud sit nisi quadam parte temporis mensurari. Siue illud igitur sit causa prima: siue sit conuexum celi supremi tempus non potest facere ipsum vetus quia nihil est ibi qd est in exteriori vltimi motus vniuersi qd alteretur: neque mutetur per se vel per accidens omnino: sed est sicut secundum suum esse: et non mutatur omnino: eo q nullam recipit passionem que sibi valeat imprimi ab aliquo agente. Diximus autem in fine. 8. physicorum primum motorem esse in illo conuexo illius spere exterioris: et motum quem dat primo mobili esse quasi vitam omnibus existentibus secundum naturam: quod etiam dicit Aristo. peripatheticorum princeps: et secutores eius Auerrois: et rabbi Moyses: et multi alii pe

ripatheticorum: quod etiam spera illa viuit: et quod vita eius est actus intelligentie per ipsam speram: et quod vita illa tota est intellectualis: vita ergo huiusmodi istorum que est illic non temporaliter est ibi succedens sed potius simul fixa et stans: quemadmodum diximus de rebus que sunt eterne: ergo est sempiterna in secula seculorum. Sine enim seculum est duratio: sine esse cum toto tempore ita quod tempus non excellit ipsum licet excellat ipsum eternitas: et quia tempus causatur a motu eius: tunc seculum sui motus est totum tempus durans et sui commensuratum motus: quoniam cum tempus non excellit: et ideo non proprie motus ille dicitur in tempore esse: sicut causa temporis non est in tempore sed sub illo seculo sunt spatia eorum que sunt in tempore et illa spatia sunt secula rerum existentium in tempore: propter quod seculum primi mobilis est seculum secula continens et causa seculorum. Vita enim sua nec finitur nec deficit: nec perficit per momenta: sed stat simul: et quo ad hoc laudandus est Plato et ceteri primi philosophorum in diffinitione sempiterni quam dederunt. Dixerunt enim eandem sermonem et vniuersalem et sufficientem et conuertibilem cum ipso quando dixerunt quod sempiternitas est vltimum quo ad nos licet sit primum simpliciter et orizon continens tempus vniuscuiusque rei cum post quod et ante cuius posteriora non est tempus aliud naturale: et dixerunt quod ista sempiternitas est eternitas vel illius que est in exteriori celi et durabilitas eius. Cum enim dixerunt quod est vltimum et finis: voluerant intelligere durationem vltimi ad quod sicut ad finem esse omnium naturalium est relatum: per hoc autem quod dixerunt ipsum esse orizontem: et intellexerunt quod est supremum esse durans continens omne esse quod est sub ipso quia inferiorum tempus et duratio fluit ab ipso et excellitur ab ipso quod vocauerunt quando dixerunt quod post ipsum in futuro et ante eius posteriora in preterito quia preterita iam post nos sunt: eo quod nos ea non expectamus ante nos nullum tempus est naturale quia cum omnes res naturalis constituatur a primo motore et mobile primo et motu ipsorum: oportet quod nihil naturalium sit ante ipsum vel post ipsum: sed sub ipso omnia naturalia contineantur. Hec ergo duratio sic accepta eternitas est motoris et mobilis et motus ipsorum: quia eternitatem antiqui vocabant quamcunque durationem: non excessam a tempore: siue stet simul: siue sit successiua sicut primus sibi succedit: et vix aliquis eorum aliter inuenitur locutus fuisse de eternitate. Secundum hunc igitur modum dicimus quod vltimum celum orizontis supremi et vltimum continentem eius quod continet et includit in se totum tempus sempiternum dicitur secundum antiquos eternitas celi: eo quod in tempore nec principium habet: nec finem: et ex hoc non sequitur quod celum et motus sit simpliciter eternum: sed quodammodo secundum tempus: sicut ostendimus in octauo physicorum. Hoc autem nomen eternitas celi et motum eius determinauerunt antiqui ex ipso suo opere. Cum enim dicatur eternitas esse durans et duret tamen celum quam motus in toto tempore absque eo quod excellatur a tempore: hoc opus et esse attenderunt quando vocauerunt ipsum eternum dicto modo eternitas: quia id quod est sempiternum est semper durans cum tempore: opus autem a quo deriuatur nomen in quibusdam rebus est manifestum et plane potest ostendi sicut in his quorum operatio est manifesta: sicut est duratio celi et motus eius: in quibusdam autem rebus est operatio occulta et parua ostensione se manifestat: et rerum illarum nomen non multum manifestat esse: et opinionem ipsam iam autem diximus in libro de natura deo cum quem vocamus philosophiam extraneam eo quod extraneis rationibus per similia vulgaria probatur solum probabiliter et vulgariter: sicut et ipsam physicam credidimus communicari populis: et declaramus ibi quod necessarium est vt spirituales res sicut substantie diuine et corpora spiritualia superiora non mutentur secundum tempus omnino: neque corrumpantur in suum esse et in sua substantia: et ibidem illius rationem diximus esse quia cuius substantia est causa omnis cause rerum naturalium particularium et causis talibus non est alia post ipsam quia si permutarentur huiusmodi substantie prime oporteret quod alie substantie priores eis essent que mutarent eas: sicut diximus in principio octaui physicorum. Secundum ergo hunc modum quem diximus ipse tales substantie sunt immutabiles et inalterabiles omnino: sed sunt perfecte semper complete et ad permanendum in sempiternum. Non enim est super eam aliqua alia causa causans eam et mutans secundum naturam: et si daretur causa prior primo celo et motore eius: tunc oporteret concedere quod illa esset completissima postquam ascendendo non esset aliqua melior in ordine substantiarum celestium: quia necesse est quod aliquando sit status cum numerus et ordo substantiarum celestium non procedat in infinitum. ¶ Amplius autem dicimus quod ipsam illam primam nullam recipere occasionem mutationis per accidens vel per se: et ideo non recipit finem alicuius mutationis que sit forma aliqua aliter disponens ipsam neque recipit finem motus eius. Motus enim eius secundum naturam est sempiternus quia nunquam discontinuatur vel absciditur et ideo meretur dignissime vt dicatur motus diurnus qui hodiernus ab antiquis dicebatur. Res enim omnes non sunt mobiles nisi per naturam quando sunt extra loca sua: et cum peruenerint ad loca sua tunc quiescunt. Corporis autem nobilissimi et supremi motus nunquam quiescit quoniam extra locum suum nunquam est vt perueniat ad ipsum: et locus eius est rotundus vnus: et ideo cuiuscunque puncti orizontis in ipso loca sunt infinita: et vocatur locum situm: et quia situs omnium punctorum motuum sunt infiniti secundum potentiam et ideo ipsum mouetur sine fine in tota temporis duratione. Locus enim inceptionis motus eius est idem subiecto cum loco finis eius: et ideo vnam et eandem rationem habet semper mouendi: et ideo motus eius factus est sempiternus qui nunquam in tempore finitur sicut enim in octauo dictum est. Finis eius est extra ipsum: et ille est centrum quodammodo: et finis et principium circuli. Ad hoc autem quod mouetur circa ipsum et cum equaliter semper sit circa ipsum semper equaliter mouetur: ita quidem quod celum semper equaliter aptum moueri et motori semper moueas: et non ita quod per seipsum corpus celi moueatur.

¶ Tractatus Quartus Primi Libri de Celo & Mundo: an celum sit generatum.

¶ Cap. primum. Que tractatus intentio est et quis dicendorum modus: et quid dixerunt circa hoc antiqui.

CUm autem omnia que Tex. co.

prehabita sunt de perfectione et vnitate mundi ostensa sint discrete et determinate est mee voluntatis nunc ingredi de Celo & Mundo increato: vtrum sit factum per generationem physicam: an non sit factum per generationem: et an sit corruptibile corruptione. Hoc enim licet sit tactum in superioribus: indiget tamen adhuc inquisitione subtiliori: verumtamen antequam nos de istis duabus questionibus dicamus sententiam veritatis: incipientes secundum nostram consuetudinem de eis prius dicere sermones antiquorum philosophorum naturalium: eo quod ratio eorum qui diuersa dixerunt a nobis: erit nobis via inquisitionis in omnibus diuersitatibus eorum quibus deuiant a nobis: et ad se inuicem: et via hec erit ex contradictionibus bene consideratis. Hoc enim modo procedendo erit sermo noster apud omnem hominem qui bone considerationis est acceptabilior quando discreuerit inter nostra dicta et eorum dicta qui contradicunt nobis: et cum prospexerint nostras rationes et eliderentes dicta eorum: erit tunc nostra determinatio visa magis necessaria in intellectibus audientium et precipue cum primo audierint debiles rationes antiquorum qui diuersificantur a nobis: quia tunc auditis nostris fortibus rationibus: facile acquiescent nobis. Cum enim de per se manifestum quod omnes scimus: quia cum diximus sententiam nostram de aliqua re quod videlicet oporteat ipsam esse secundum hunc modum vel illum: et tacuerimus sententiam aliorum et responsiones quam reddent opinionibus eorum qui sunt diuersificantes ab eis: et tacuerimus et sermones determinationum eorum in re illa de qua contradicunt: tunc debilius et tardius suscipietur sermo noster: et cum nostra apud audientes conclusiones valde declaratum alterius discernunt tam inter propositiones syllogismorum quam inter principia ex quibus confirmantur propositiones syllogistice: eo quod habeat intellectum talium. Adhuc verum dictum nostrum vel aduersarii nostri sit melius et credibilius: sed quia nostra disputatio doctrinalis est et non litigiosa: oportet omnes homines qui nobiscum conferunt dicta sua obseruare: nec propter inimicitiam vel amicitiam condisputantis secum aliquid impugnet vel recipiat: falsitatis enim amicus et veritatis inimicus diceretur et non hominis secum disputantis: et ideo necesse est vt participet sic secum et concedat in disputatione vnusquisque concedat omnia que concederet sibiipsi de rationabilibus et veris secundum intellectum: aduertens illud quod in topicis dixit Aristo. de ingenitis veritatem quod prauus socius est qui impedit commune opus. Hoc autem premittimus hic in protractione questionis istius ideo quia in eo sunt multe diuersitates: et est questio desiderata sciri ab omnibus: et ideo maximi documenti

est in

est in ea impedire est qui diligētiā3 ponit in inqsitiōe verita-tis de ipsa. Nō enim solū phi diuersificant in determinatiōe ipsius sed etiā religiōes legum plurimā in ea auferunt cōdi-tionē. ℂ Dicamus igit incipiētes ꝙ antiqui phi loquentes de factura mūdi quotquot pcesserūt sectā3 Peripathetico-rum cōuenerūt in hoc ꝙ celu3 ⁊ mundus eēnt inchoata per phicā generationē: sed tñ in mō illius gñationis differebāt qdam inter se physici triplici diuersitate.

Tex. cō. 102.

Prīa opin ꝺ ē mūdi ⁊ est stoicoꝝ ⁊ platonis.

ℂ Fuerūt enī qui-dam inter eos qui ⁊ pcipui deputati sunt apud Stoicoꝝ pe-ritia3 qui dixerūt ꝙ mūdus qdē per gñationē que fit ex mā incepit: sed durabit in sempiternum: ⁊ ideo in tota tēporis duratiōe nō habebit pn^m materiale aliqđ ad qđ resoluatur quēadmodum res corruptibiles resoluunt: ppter qđ etia3 in toto tēpore nunꝗ̄ habebit finē: ⁊ huius qdem sniē auctor fuit Plato apud antiquos stoicos: ⁊ postea paru3 ante nr̄a hec tēpora renouauit eā Moyses Egyptius phs iudeoꝝ: vterq3 enim hoꝝ dicebat opificē mundi ex materia quasi ex matre mūdum pduxisse cū tēpore: ⁊ ptes qdē mundi supio-res que sunt mouentes ⁊ causantes inferiora elemēta ⁊ ele-mēta priores eē mundo natura ⁊ nō tēpore: orbes eni ⁊ stel-las sic fm istos fecit opifex ꝙ oium inferioꝝ semetem qua3 opifex qđ a3 fecit eis tradidit exequēda: sicut in Timeo Pla-tonis cōtinetur: 13 tēpore rū inferioribus sint pducta.

Scđa opin ꝺ ē Anaxagore.

ℂ Fue-runt autē alij qui dixerūt ꝙ celu3 ⁊ mūdus totus incepit per gñatione3: ⁊ ꝙ ambo finiēt in tēporē nec vnꝗ̄ reiterabit idem mūdus: qꝛ sicut per intellectu3 agētē in tēpore īfinito qđ ꝯsequitur mixturam oium tanꝗ̄ subiectū pprium mūdus iste exiuit per generationē: ita etiā reducit in idem mixtum per intellectū eūdē: ⁊ ideo cadit sub corruptiōe sicut reliqua corpora que eē per generationē acceperūt. Hec autē opinio Anaxa. fuit qui dixit tps esse infinitu3 eo ꝙ tempus sequitur eb aos pmu3 ⁊ nō motum celi. ⁊ dixit in tēpore infinito mul-tos mūdos generari: ⁊ multos corrūpi: quoꝝ nullus est idē cum alio ⁊ de hac opinione multa dicta sunt in pmo phy-coꝝm.

Tertia opin ꝺ ē Empe-doclis.

ℂ Alij autē qui tertiā viam inuenerūt fuerūt qui di-xerunt ꝙ mūdus iste sepe generatur ⁊ sepe corrūpit: ⁊ illi di-uersificati sunt fm duas vias: qdam enim dicūt ꝙ reuertit idem in magno anno qui deoꝝ sacramēto cōfirmatus est: ⁊ hec fuit sentētia Empe. ⁊ vocat magnū annum spatiū tēpo-ris quo superiores orbes ⁊ stelle reuertunt omnes simul ad principium pmū sui mot^9: qđ nō accidit ad minus fm Pto-lomeū nisi in .36. millibus annoꝝ. ⁊ dicit hunc annū ꝯfirma-tum eē iureiurando: siue sacramēto deoꝝ: quis deos vocat orbes ⁊ stellas: ⁊ illi necessitate motus sunt obligati ad re-deūdum in idē pūctum: vnde inceperūt sicut si cōfirmassent illud iureiurādo. Iste autē Empe. Italicus fuit de ciuitate que vocata est Fragurambice: ppter qđ fragicēsem eū vo-cant: ⁊ in rei veritate fuit Siculus. Heraclit^9 autē Ephe-sius dicebat ꝙ celū ⁊ mundus generant ⁊ corrūpunt conti-nue de dispōne in dispōnem sine fine eo ꝙ omne qđ dicebat continue subiacere alteratiōi: ⁊ alteratione dixit esse genera-tionem. Lz autē sciamus Heraclitū fuisse grecū natum de Ephe̅so qdam tamē saracenoꝝ dicunt eum fuisse Sascinē-sem: ⁊ quidam de ciuitate Karistos: cuius causam esse pu-to: qꝛ saraceni nomina philosophoru3 ⁊ ciuitatum frequen-ter habent corrupta. Hac igitur triplici diuersitate diuersi-ficantur philosophi.

Religiōes ꝙ drupliciter varia-te sunt circa opinionē ꝺ ini-tio mūdi ⁊ pmanentia.

ℂ Religiones que ab initio fuerūt vs-ꝙ modo quadrupliciter variantur. Dixerunt eni3 Zabij ꝙ mūdus: nec per generationem: nec per corruptionem finie-tur. Stoici autē3 qđ quidem per generationem incepit: sed per corruptionem non finietur in hoc sequentes Platone3. Pithagorici autem in legibus Pithagore tradiderūt mū-dum: ⁊ per generationem incepisse ⁊ per corruptionem desi-turum: cum quibus conueniunt tam Empe. ꝙ̄ Anaxago. ⁊ Heraclitus. lz diuersis modis hoc dicant. sicut patet ex pre-missis. Sunt autem quidam saracenorum irrationabilissi-me dicentes ⁊ quartam legem inducentes: ꝙ v3 mundus per generationem nunꝗ̄ incepit: sed tamen per corruptio-nem desiturus sit: cum nulla autem istarum legu3 conuenit lex Moysi qui prophetice non phice docuit mundum non per generationem sed per creationem incepisse: ⁊ per volun-tatem dei iudicis desiturum: non quidem sic vt nullo modo sit sed sic vt in alio statu sit. in quo tam boni ꝙ̄ mali iustam operis sui consequentur retributionem.

ℂ Cap. 2^m. De contradictione dicti ⁊ ratione Platonis et Stoicorum.

Non iā autē ia3 exposuimus fm actz opiniones que sunt de iceptiōe mūdi opportunu3 est idu-cere rōnes cōtra eas. Et pmo cōtra opinione3 Platonis ⁊ legē Stoicoꝝ. Dicimus igit ipos-sibile eē omo sermonē Stoicoꝝ cōfitentiū qui dē celū esse mundū magnū: quēadmodū ⁊ nos supra in tertia celi significatiōe ostēdimus ⁊ dicētiu3 cū hoc ꝙ hoc celu3 per gñationē icepit ex mā ⁊ ꝑuatiōe eē factum ⁊ nunꝗ̄ eē destruꝫ per corruptionē nec finē habiturꝫ eo ꝙ nō habeat mām pn^m in qđ possit per corruptionē resolui. Nos aūt dicimus nūc qꝛ cessamus a narratiōe sermonū eoꝝ qui sermo dicit ꝙ celū ⁊c. nullū eni modū aliculi^9 rei nālis cōfite-mur eē veꝝ vniuersaliter: neq3 verificamus eū nisi quādo per idu-ctionē: aut in oib^9: aut in pluribus eoꝝ pbare possemus eūdē presertim: cū res nāles sensibiles sint. ⁊ sensibili cognitiōe i-ductionis potissime pbent. Modus aūt quem isti dicūt de celo ⁊ mūdo. ꝙ v3 per gñationē phicā3 iceperint: ⁊ per corru-ptionē nequaꝗ̄ sint desitura nūꝗ̄ vidimus in aliq̄ re que i-ceperit quis potius diuersu3 isti^9 videmus in oib^9: quia oē qđ per gñationē icepit videmus corrūpi tēpore determina-to: sicut īfra ostēdemus in hoc eodē tractatu libri istius. Ab-surdū igit est istū modū enūtiare de celo ⁊ mūdo.

Tex. cō. 103.

ℂ Amplius aūt dicimus ꝙ ois res in qua nō est potētia. siue virt^9 vt alte-ret a qualitatib^9 actiuis ⁊ passiuis nulla3 h3 cām siue altera-tiōis cū ois alteratio fiat a q̄litatib^9 actiuis ⁊ passiuis: sicut ostēdimus in .7. phicoꝝ. Et sir est ecōuerso ꝙ res que alte-rat vel alterata est aliqñ a qualitatib^9 actiuis ⁊ passiuis ha-bet virtutē ⁊ potētia3 adhuc ꝙ alteret: ⁊ sue alteratiōis cā ē in re ipsa. sicut videmus in oib^9 elementis ⁊ elemētatis que alterant ⁊ adinicē. Si igit mūdus iste magnus vt aiūt Pla-tonici per generationē cōponit ex reb^9 quaꝝ dispōnes fue-rūt pmo fm aliā3 dispōnem: siue fm aliā formā ꝙ̄ sit forma mūdi: cū nō sit possibile ꝙ amittant tales formas per quas sit alteratio eoꝝ que alterant: tūc procul dubio postꝗ̄ acceperūt formā aliquā per alterationē sūt alterabiles. Videm^9 eni ꝙ id qđ nō est calidū. ⁊ per alterationē factū est calidu3: adhuc per alterationē etiā mutabile est a calido in alia3 quācunq3 dispositionē que pōt eē terminus alteratiōis. Cū igit ita sit si mūdus icepit per gñationē res ex qb^9 componibilis erat mūdus: aut erāt alterabiles a suis dispōnibus quas habe-bāt anteꝗ̄ cōstituerent mūdū aut non. Si erant alterabiles tūc adhuc sunt alterabiles: ⁊ sicut per alterationē eoꝝ vene-runt ad mūdi cōstitutionē siue gñationē: sic ēt per alteratio-nē possunt venire ad mūdi corruptionē: ⁊ tūc mūdus est cor-ruptibilis. Si aūt nō erant alterabiles tūc nūꝗ̄ potuerūt p gñationē venire ad hoc vt cōstituerēt mūdu3: qꝛ nulla gña-tio phica eē pōt nisi per alterationē. Cū igit alterent fm pla-tonicos in cōstitutione mūdi tūc alterabunt etiā post mun-dū constitutū: ⁊ sic celum ⁊ alia simplicia sic sunt alterabilia ⁊ passibilia: cū omnis passio facta abijciat a subiecto oporte-bit dicere ꝙ tā celū ꝙ̄ alia simplicia corpora ⁊ mundus ipse possint resolui ⁊ separari siue cōsumi per corruptionē ita ꝙ amittāt formā mūdi. Et eadē necessitate cū post corruptio-nē factā a forma mūdi: adhuc maneāt alterabilia ⁊ mutabi-lia: opz ꝙ postꝗ̄ resoluta sunt a forma mundi iterū alterent aliquādo ad cōpositionem forme mūdane ⁊ ab illa iterum corrūpantur per alteratione3 ⁊ sic fiat successio ⁊ generatio-nis ⁊ corruptionis mūdi in infinitu3: quēadmodū dixerunt Empe. ⁊ Heracli. Si ģ hoc est fm modū hūc: tunc mūdus qui incepit per gñationē cadit etiā sub corruptiōe: ⁊ nō ē ve-ru3 qđ dixerūt antiqui Platonici ꝙ sit pter corruptionem ⁊ finē in tēpore. Sicut aūt iprobauimus dictū istoꝝ sic cōueniēs est vt elidamus rōnē dicti quā induxerunt. Nō eni quā idu-xerūt quādo intēderūt ostendere ⁊ imaginari ꝙ mūdus per generationē incepit: ⁊ tamē nihil habuit pcedēs se fm nā3 ⁊ tps falsa est omo ⁊ ꝯdicetur ei per demōstratione3 verā: nō hñtē instātiā in natura.

Tex. cō. 104.

ℂ Dixerūt eni ꝙ facerēt simile ali-qd opificib^9 mēsurandi qui geometri vocant: lz eni illi sciāt ꝙ abstracta a motu ⁊ mā sensibili perpetua sint: tamē quan-do docent cōpositiones figuraꝝ dicūt prius esse lineas ⁊ su-perficies ipsis figuris que cōponunt ex lineis ⁊ superficieb^9: ⁊ prius esse, ptrahēdas lineas illas vel alias: nō qꝛ intendāt

elemēta figurarū tēpore pcedere figuras: & per motū deuenire ad figurarū cōpositionē. Sed vt doctrina eoꝝ sit facilior discentib⁹. Sicut inquiūt faciamus nos quādo dicimus mūdū cōponi primo ex superiorib⁹ partibus semētē genabilium: & postea pduci ipsa generabilia: & ex vtrisqꝫ his cōponi mundū dicimus hoc oībus his qui que nostra sunt confitent: ꝙ videlicet mūdus sit factus. nō intēdēte ostēdere ꝙ sm tempo:is priorita tē opifex pduxerit stellas ex mā: & postea per ipsas sementē nature facta & semīnauerit eis: & postea fecerit inferiora. in quibus semētis illa seminaretur: & rādez ex his cōpositis fit mūdus. sed intentio nostra est inquiunt facilez facere doctrinā de mundi generatiōe vt sciat ꝙ mūdus est factus simul in oībus suis partibus ex materia pma: & ꝙ superiora nō precedūt inferiora tēpore sed ordine nature: & ꝓ hunc ordinez significanten dicimus ꝙ mundus pmo cōponitur ex hac re: postea ex illa per oīa sicut facimus in figurarum cōpositione. ¶ Redeamus ergo per syllogismum sup eos cōtradicendo ipsis dicendo ꝙ exemplum & simile de figuris qd inducunt nō est cōueniens ad declarandā mundi generationē esse per modū quē dixerunt: & est dissimilitudo in tribus & patet qdem ꝙ in arte figurarū & cōpositiōe ipsarū nō est figura vnꝗ̄ cōpleta nisi cū oībus lineis & superficiebus ex quibus cōponitur: nec inuenit vnꝗ̄ aliquo tēpore figura diminuta ab aliqua linearum vel superficierū ex quibus cōponitur. Secus autē est in eo qd fit per generationē: illud enī inuenit diminutum & sm quid ens in partib⁹ suis in qbus est in potentia anteꝗ̄ accipiat complementū vltimum: & ista pcessio est sm tēpus in oībus generatis. Scdm autem est in quo est dissimilitudo: qa quādo figura fit ex lineis & superficiebus nō fit hoc ita ꝙ linee & superficies alterentur: & per alterationē accipiant formā figure. Sed elemēta generatoꝝ nunꝗ̄ accipiunt formā generatorum: nisi per alterationē & mutationem: & hec alteratio & mutatio necessario exigunt pꝛioritatem temporis eorum ad generatorū constitutionem. Tertium autez est in quo est dissimilitudo ꝙ figura quidez nunꝗ̄ est: nisi in ipsa simul sit superficies et linee nec inueniuntur sine figuris linee & superficies sm eē: sed sm imaginationem solam. Sic autem nō est in generatis: qa elementa eoꝝ inueniūtur sm esse sine ipsis: & quecūqꝫ sunt tēpoꝛalia hoc est in tēpore existētia: & inueniuntur pꝛioꝛa aliquibus: ipsa necessario sunt pꝛioꝛa illis tempore. Cū ergo elementa mundi generati sint tēpoꝛalia: & dicātur pꝛioꝛa mūdo cōstituto ab ipsis opꝫ necessario ꝙ pcedāt mūdū tēpore. nō est ergo simile illud qd inducūt de lineis figurarū: lꝫ enī ille sm esse nō sint extra figuras tñ cū opifices figurarum voluīt demōstrare figuras demōstrant eas sm eē qd hūt in imaginatione: ideo nō est possibile vt ostendāt lineas oēs simul in vice vna & vna demōstratiōe: verum ipsi ostēdunt ꝑtrahi lineā post lineā: donec ipsi veniāt tādē sup lineas ex qbus cōponit figura tota. Cōpositio autem mundi non est sm hunc modū. & ad hoc qdem declarāduz iuuamur rōne nostra quā induximus per ea ex quibus componitur mūdus: sicut patet ex pdictis. ¶ Dicimus ergo ex pdictis mūdum pmo generari ex hac re: & deinde ex alia sm Platonicos pꝛioritate & posterioritate tēpoꝛis. Res enī pꝛiores & posteriores hoc mō sibi sunt pꝛiores & posteriores: sic est sermo diffinitiuus eoꝝ. Si enim sm diffōnem sunt tempoꝛales tunc pcessio & pꝛioritas eoꝝ adinuicē est sm tēpus & sm esse. Si autē diffinitio eoꝝ abstrahit a motu & a materia: quēadmodum in mathematicis: tunc pꝛioꝛitas & posterioꝛitas est sm rōnem & oꝛdinē nature tñ. Res igitur naturales & tēpoꝛales pmo non habentes formā compositionis huius generati: & postea hñtes formaz cōpositionis huius: ita ꝙ ex tali cōpositione fit mūdus nō possunt esse simul tēpore. qa non est possibile aliquid generabiliū simul tempore habere compositionem & nō habere cōpositionem: cum non habēs cōpositionem per motū & generationem que tēpore mēsurantur. opoꝛteat acqrere compositionem: & sic motus & tēpus intercidunt inter vnū & aliud. ¶ De lineis autē & superficiebus que sunt in figura nulla est ante aliā tempore: & illa que est pꝛioꝛ earum sm oꝛdinem nature: non est in alia dispositione ante ꝙ̄ sit sub forma figure a qua alteratur quando figure formam accipit: sicut diximus prius: ostēsum est igitur sufficienter ꝙ non est possibile vt sit mundus hoc modo generatus: vt dicit Stoicus ꝙ futurus sit semper & non sit futurus ei finis in tempore in quo corruptio veniat super ipsum.

Tex.c.105.

Tex.c.106.

¶ Cap. 3m. De contradictione opinionū Empedoclis Heracliti & Anaxagore.

Dicentes autem cum Empedocle & Heraclito ꝙ idem mundus in substantia generat quandoqꝫ & corrūpitur quādoqꝫ: nolunt aliud significare per hoc dictum suum nisi vt ponāt mundum semper esse & fuisse: & futurum esse tēpus cui non sit finis aliqs in quo sm substantialez formam corrūpatur: verūtamē forma eius accidentalis alterat & mutatur qualibet vice vna post aliā ex forma in formā: & simile inducunt in minori mūdo. in quo videmus ꝙ puer alterat in viruz sm illud qd etas reliquit in corpore: & iter: alterat ex viro in puerū: sm illud qd etas senectutis vltime reliquit in mente. senes enim declinātes ad puerilia conuertuntur: hoc enim fit in minori mundo: eo ꝙ quādoqꝫ corrūpitur puer & fit vir idē in subiecto manēs: & quandoqꝫ corrūpitur vir & fit puer adhuc manens illud in subiecto. Et simile dicunt esse in maiori mūdo tā Empedocles ꝙ̄ Heraclitus: lꝫ diuersimode hoc dicāt sicut patet ex supradictis. ¶ Cōtra hoc aūt nos dicimus ꝙ dictum hoc est erroneum quo ad pbationem quā inducunt & est non verum etiam in seipso: & hoc quidez pꝛobatur ex hoc ꝙ quando conueniunt elementa quedam ad alia in compositione mundi non fiunt ex eis dispōnes formarum diuersaꝝ: pꝛecipue quo ad pꝛima simplicia in quibus reciproca alteratione reiteratur semper eadem specie: fit ergo ex talibus sic reciproce alteratis compositio mundi vnius & forma vna mundi quia partibus mundi simplicibus eisdez in forma existentibus non potest eē mundus diuersus sm formam. Deinde autē dicti Empedocles & Heraclitus nobis ēt ɔsitent illud qa talem causam ponunt generationi & corruptioni ex qua necessario reciprocatio fit earūdem formarum specie in simplicibus partibus mūdi lꝫ dicant causam generationis contrariam esse cause corruptionis. generationis enīz cā est vt dicant amicitia: & corruptiōis odium. Amplius autem si corpus mundi est totum manens idem in substantia & quantitate: sed alteratum in qualitatibus est quandoqꝫ sm dispositionem vnam: & quandoqꝫ sm dispositionez aliam: & vt dicunt non habet mūdus aliam renouationem nisi dictū modum alterationis: & sic cū hoc vt cōsitetur mūdus non habet cōpositionez ex aliqua: nisi ex quibus componitur hoc celū qd videmus: & hic mūdus sensibilis sm quācunqꝫ dispositionem formarum variatur: eo ꝙ semper reciprocantur eedem qualitates que sunt istorum elemētoꝝ tunc ex hoc sermone non seqtur ꝙ mundus sit generatus sm totū & substantiam suam neqꝫ habet aliqd principium materiale vel efficiens ante se vel post se mutationis & corruptiōis. verūtamen sm suas qualitates elementales tñ ꝙ in suis accidētalibus & particularibus formis corrūpitur & finitur in quibusdam: & hoc non aufert mūdo perpetuitatem sed potius affert sicut in secūdo perigeneseos ostendemus. Anaxagoras autez dicit ꝙ orbis est qui cadit sub corruptione & non redit vnꝗ̄ ad generationem eiusdem in specie. Respondemus per antedicta: si enī mūdus est vnus & non possunt esse plures mundi: neqꝫ simul: neqꝫ successiue cum mundus sit ex materia sua tota tunc impossibile est vt verum sit qd dicunt. Secūdum enim opinionē Anaxagore materia mundi fuit ante mūduz que fuit mixta ex omnibus homogenijs in quibus latebant omnes forme partiuz huius mundi: & per intellectuz componētem & diuidentem exiuit ex illa mixtura forma huius mūdi. Si enim daretur ꝙ non fuisset materia illa ante hunc mūdum tunc non posset esse verum qd dixit Anaxa. ꝙ alterata per intellectum agētem esset materia ad hoc ꝙ reciperet formam huius mundi. Cum igitur sm Anaxa. alterata sint in forma mūdi huius: adhuc post corruptionem mundi & resolutionem in mixturam primaz remanet virtus & potentia alterationis ad easdem formas cōpositionis mundi que modo sunt in mundo. Si enīz aliud ex homogenijs aliquādo cōpositū est: adhuc in futurum aliquid simile illi in specie potest componi ex homogenijs que sunt similia pmis homogenijs: in qb⁹ iaz olim cōpositio facta fuit:

Tex.c.10

Tex.c.104

cta fuit igit ex mixtura in quã resoluitur mũdus erit mũdus idez in specie rediens iterũ per intellectum agẽtem. Si autem dicat φ mũdus non est vnus in specie sed sunt mundi multi sm̃ speciem vel genus. tũc forsitã possibile est φ sit verum qḋ dicunt. Sed nos in sequẽtibus inquiremus vtrum hoc possibile sit an impossibile omnino. Cum enim ostenderimus celum omĩo esse ingenerabile ⁊ incorruptibile tũc cõsequens non erit reiterari diuersa in specie ⁊ genere: quoniam tunc ex perpetuitate motus celi cõcludemus in fine secũdi perigeneseos φ quecũqȝ habẽt substantiaȝ incorruptibilem motũ reiterantur eadẽ numero in omni tẽpore mundi: ⁊ quecũqȝ hñt subam corruptibilẽ motũ reiterant̃ eadeȝ specie nõ nũero: et in his duob⁹ remanet semp mũdus vn⁹: ex qbus palã erit falsuȝ eẽ qḋ dixit Anaxagoras.

¶ Cap. 4m. De distinctionibus generabilium ⁊ ingñabiliũ: ⁊ corruptibiliũ ⁊ incorruptibiliũ ex qb⁹ sumẽde sũt ꝓbatiões ad ostendendũ ingenerabilem ⁊ incorruptibilẽ esse mũdũ.

Tex. cõ. log.

Altius autẽ ordinantes disputationeȝ de mundi generatiõe ⁊ corruptione dicimus opinionẽ antiquoꝝ duo cõsiteri de quibus est ingrẽduȝ: dicunt enim aliqui φ possibile est vt aliqḋ nõ ingrediatur in esse per generationem: qḋ tñ sit corruptibile in natura etiã si nunqȝ corrumpatur: ⁊ aliquid est qḋ possibile est ingredi in esse per generationẽ: qḋ tamẽ incorruptibile est per naturam: ita φ nunqȝ finitur. neqȝ cadit sub corruptione: sicut expsse legitur in libro Platonis qui dicit̃ Timeus in illo eni libro legit̃ φ celum est generatũ. ⁊ tamẽ est semper in toto tẽpore manẽs: et hoc qdem sunt alij dicentes φ possibile est vt aliqḋ ex reb⁹ generet̃: ⁊ nõ finiat̃ nec cadens sub corruptione: ita φ nõ finitur neqȝ corruptio aliqua veniet supra ipsum. Dixit eniȝ celũ Plato nõ qdem esse corruptibile sed voluntate opificis sine corruptione permanere: dicentes autẽ sermones hos de celo nõ naturaliter de celo sunt perscrutati: sed potius mõ diuino ostẽdentes qualiter causata fiunt a causa pma: quã voluntatẽ artificis esse asserebãt. Nos igitur etiã cum intẽdimus ingrere de veritate sermonis istoꝝ philosophoꝝ: oportet nos generalius loqui φ fecim⁹: ⁊ quoniã exigit huiusmodi negocij materia: loquamur eni inquisitiõe aggregata ex entibus omnibus cõiter ingrendo vtrum in aliquo ente possibile sit qḋ dicunt: φ vȝ generatuȝ non cadit a primo corpore vel generatũ cadat sub corpore huiusmodi enĩ inquisitio est quasi diuina sed ꝓpter doctrine bonitatẽ opȝ eam hic interponi. ¶ Antequã igit̃ hãc generalẽ faciamus hic inquisitionẽ intẽdimus pmo distinguere intentiões eorum que dicũtur generabilia ⁊ nõ generabilia: ⁊ eorum que

Tex. cõ. lio.

dicũtur corruptibilia ⁊ incorruptibilia: vt sic distincte intentiones eoꝝ facilius ostẽdant illud qḋ intelligimus per sermonẽ eoꝝ cũ dicimus generatum vel nõ generatum: vel cadens sub corruptione: vel nõ cadẽs sub corruptiõe: vna enĩ res multipliciter dicta ⁊ nõ distincta per intẽtiones de quibus dicit̃ absqȝ distinctione ⁊ discretione accepta ab audiẽtibus generat ambiguitatem: ⁊ occultatur ratio eius. ita φ in ipsa hesitat intellectus audiẽtis ⁊ confundit̃: adeo φ aliquãdo nuntiat duble de ipsa: eo φ nõ discernit neqȝ distinxit: eo φ nesciuit qua rõne intẽtio nois de re dicat̃. Et hoc quidem fit dupliciter ex nois videlicet equiuocatione: ⁊ ex ipsius rei multiplicitate. Sȝ de noium equiuocatiõe sine distinctione nõ curamus ad presens eo φ hoc sophiste est ꝓprium. Rei autẽ ambiguitateȝ generaliter loquẽtes: oportet distinguere sicut patet in quinto philosophie pme. Cũ igitur phiam pmã in hac distinctione nãciscamur: oportet nos hic distiguere qbus modis ea de quibus disputabimus dicãtur per analogiã. Dicamus igit̃ φ res dicitur multis modis ingenerabilis siue nõ generata. qui tamen oẽs modi in cõmuni reducunt̃ ad duos: aut eni dicit̃ ingenerabilis non vere aut vere. Et siqdem nõ vere dicit̃ ingenerabilis: tunc

Nota φ re ex equiuocatiõe fit cõfusio ⁊ in vniuerso.

Tex. cõ. lij.

aut dicit̃ a priuatione generationis ⁊ vie motus aut a priuatione debiti tẽporis ad generationẽ lȝ actus generatoꝝ nõ priuet̃ ab ipsa. A priuatione eni vie in esse que est generatio ⁊ motus dicunt̃ ingenerabilia tẽpus ⁊ motus ⁊ ipsa generatio: nullũ eni hoꝝ ingreditur in eẽ per tẽpus ⁊ alterationẽ ⁊ motũ ⁊ generationẽ: quẽadmodũ igrediuntur in eẽ ea que per se ⁊ ꝓprie generant̃: sub isto aũt modo cadũt tres modi speciales: via eniȝ que est alteratio ⁊ motus is eẽ priuat̃ ab his que sunt ante generatũ sicut tẽpus ⁊ motus. ⁊ priuatur ab his que sunt necessario cõtinentia ad generatũ sicut cum generat̃ hic homo: per cõsequẽs ⁊ homo ⁊ aial ⁊ substãtia ꝓpter qḋ dicit̃ natura in his operari occulte: priuat̃ etiã ab his que per accidẽs sunt in generato ⁊ precipue a relatiuis: sicut cũ dicimus hunc esse generatuȝ: dicimus filium eẽ generatũ ⁊ etiã per accidẽs album vel fuscũ: quoꝝ nullũ generatur per se: oĩa tamẽ hec aliquo mõ generata sunt qa accipiunt eẽ post nõ esse ⁊ ideo nõ vere dicunt̃ ingenerabilia. ¶ Scḋo autẽ modo dicit̃ res ingenerabilis: siue nõ generata non vere sm̃ aliũ modũ quãdo priuat̃ ab ea tẽpus generationis ⁊ nõ potẽtia vel actus: possibile enĩ est φ generetur talis res anteqȝ generet̃. eo φ omne qḋ generatur in potentia est anteqȝ generet̃ lȝ nunqȝ fiat absqȝ gñatiõe: ⁊ hic modus sub se cõtinet tres modos particulares. Jd eni qḋ possibile est generari: aut nunqȝ generabit̃ lȝ habeat potẽtiam: aut generabit̃ sed nõ in tẽpore suo possibile eni si nõ fiat nõ accidit impossibile aliqḋ ⁊ ideo multa sũt possibilia que tamen nunqȝ fiũt: ⁊ illa cõtinẽt vnuȝ modũ ingenerabiliũ hoc modo dictoꝝ. in quo nõ priuat̃ potẽtia: sed actus in toto tẽpore generationis. Si aũt generabit̃ nõ in tempore suo: aut est difficilis generationis ⁊ ꝓlongatur tẽpus: aut est facilis generationis ⁊ anticipat̃ ꝓpter aliquã cãm. Et dicit̃ iteruȝ res ingenerabilis siue nõ generata ꝓprie ⁊ vere sm̃ moduȝ aliũ qui tertius est inter modos dictos in cõmuni in quo priuat̃ potentia ⁊ virtus ad generationẽ: ⁊ hoc est quãdo impossibile est rem aliquã sub generatiõe cadere: eo φ non est in ea virtus ⁊ potẽtia aliqua vt generetur: ⁊ de illa re nõ potest dici φ quãdoqȝ fit ⁊ quãdoqȝ nõ fit sicut dicit̃ de gñatis. Et hic modus etiã duos speciales cõtinet modos. s. φ non subijcit̃ generationi ꝓpter hoc φ priuatur ab eo virtus generatiõis: aliquãdo hȝ id a necessitate sui esse: sicut necessaria habẽt que perpetua sunt in eo φ sunt necessaria: aut habẽt hoc ab impossibilitate ad esse sicut impossibilia ⁊ ideo sicut diametron esse assymetron est ingenerabile: ita etiã diametron eẽ symetron est ingenerabile: hoꝝ enim vnum semper est aliud aut nunqȝ est. Gñabilia autẽ aliquãdo sunt: aliquãdo non sunt. Sic ergo octo modi particulares cõtinent̃ sub tribus cõmunibus: tñ de ingenerabili hic solũ tertiũ in cõi dictuȝ modũ intelligimus. ¶ Siliter autẽ generatũ dicit̃ sm̃ modos multos oppositos modis eius qḋ dr̃ ingenerabile. Generatũ autẽ vocamus generabile: quoꝝ modoꝝ nũerus est reducendus in duos. s. in modum nõ vere generabilis: ⁊ in modũ vere generabilis. vnus autẽ modus nõ vere generabilis in cõi in vnicum est quãdo res aliqua est in potẽtia primo: ⁊ deinde est in actu: siue fit per generationeȝ siue fit sine generatiõe: ⁊ intelligo per gñationeȝ nõ veram gñationẽ. sȝ illam potius que est per accidẽs vel per cõsequẽs sicut diximus per accidens gñari filium ⁊ per cõsequens hoiem vel animal quãdo generat̃ hic homo. Absqȝ gñatione autẽ vero absqȝ causis generationis sicut dicit̃ generari tp̃s vel motus: eo φ accipit esse post nõ esse ⁊ ideo subiecto ideȝ est generabile ⁊ nõ generabile in pmo modo vtriusqȝ acceptum.

Tex. cõ. liiij.

Sed rõne diuersa dicit̃ ingenerabile ⁊ generabile. Jngenerabile eni dicit̃ inquãtuȝ priuant̃ in eo ea que sunt in generatione per se: generabile autẽ inquãtuȝ accipit esse post nõ eẽ quocũqȝ modo accipiat illud: generabile enĩ dicit̃ omne illḋ quod quãdoqȝ est existẽs ⁊ quãdoqȝ nõ existẽs: id dictũ qḋ quãdoqȝ est existens ⁊ quãdoqȝ non existens dr̃ multis modis vt diximus: quoꝝ vnus est sicut tempus ⁊ motus dicuntur generabiles: eo φ quãdoqȝ existẽs quãdoqȝ nõ existẽs: ⁊ alios duos modos habet hic modus adiunctos: eũ. s. qui est per accidẽs: ⁊ euȝ qui est per cõsequẽs ⁊ naturale. ⁊ qui ẽ per accidens magis est in relatione que lȝ non sit per se terminus vel motus mutationis: vt ostẽdimus in quinto phisicoꝝ: tamẽ insertuntur aliquo modo per motus ⁊ mutationes. Hic igitur pmus modus generabilis continet etiã tres modos sicut pmus modus generalis. Sũt tamẽ qdaȝ sicut Themistius ⁊ alij qdam qui dicunt φ quãdo dicit̃ generabile φ pmo est non ens ⁊ post hoc ens siue per gñationẽ: siue absqȝ causis gñationis φ hic modus est cõis ad generabile per se ⁊ ad generabile non vere: ⁊ φ hoc qḋ cõmuniter dicitur in pmo modo generabilis explicatur per du-

Opinio Themistij.

os sequentes modos. Sed ego dictum istud non approbo: lʒ in his non sit vis magna: videt tamē esse verius qḋ dcm̄ est qa hoc cōcordat ꝛ rōni ꝛ his que supra dicta sunt. ¶ Secūdo autē mō dicit generabile sm̄ intētionē aliquā. quādo aliqua res que nō est in actu: est tamen de numero eoꝝ que possibile est generari lʒ forte nō obseruet tēpus sue generationis. ꝛ hoc inter 2ᵐ modū ingenerabilis continet sub se tria: sicut supra sunt enumerata ꝛ est idem in subiecto cum ingenerabili lʒ differens sit sm̄ rationem qa dicitur generabile ab affirmatione potentie generationis: ꝛ dicit ingenerabile a priuatione actus generationis aut in toto tēpore generationis: aut in tēpore debito: qḋ vel anticipatur ꝓpter facilitatem generabilitatis eius: vel prolongatur propter difficultatem eiusdē. ¶ Et dicitur tertio modo generabile siue generatum sm̄ intētionem aliquā. quādo res que non est actu ꝓmo postea accipit esse per generationem per se: ꝛ ꝓpter hic modus solus est verus ꝛ simpler nullum aliorum sub se habēs lʒ e oppositos duos sub se habeat: qa nō semper est verū ꝙ si vnū oppositoꝝ est multipler ꝙ ꝛ reliquū sit multipler. sicut patet in ethicis vbi vno modo dcm̄ volūtarium dupliciter dicto opponit inuolūtario lʒ forte ꝛ hoc verum sit ꝙ quantū ad aliqd sue rationis opponit vni. ꝛ quātum ad aliquid opponitur alteri per hoc enī ꝙ potētia respicit esse opponit impossibili ad esse: ꝛ per hoc etiā ꝙ respicit non esse opponitur necessario in esse: ꝛ sic nihil ꝓhibet vnū ꝛ idem opponi duobus nō sm̄ idem. ¶ Simili autem corruptibile dicit multipliciter. ꝛ reducit ad modos duos: quia aut dicit sm̄ actū corruptionis aut sm̄ potentiam. Si autē dicatur sm̄ actū tūc dicitur dupliciter. cōiter. s. ꝛ ꝓprie: cōiter quādo res est in ꝓmis existens in actu deinde post hoc est non existēs in cōiunctione siue per corruptionē ꝛ alterationem alterius ꝛ non ꝓpriā: siue sine corruptione ꝛ tūc iste modus necessarie cōtinet in se tres alios: illū. s. qui est per accidens ꝛ illū qui est per cōsequēs: qa illi fiunt ruinsdā alteriꝰ corruptione qḋ est ꝓprie corruptum sicut quando corrūpit Plato corrūpitur musicus ꝛ corrūpit aial ꝛ subā. Sine alteratione autē ꝛ corruptione corrūpit ipsa corruptio ꝛ alteratio corrupti ꝛ actus eoꝝ que alterant ꝛ corrumpūt: ꝛ hec est corruptio sm̄ actum dicta sed nō est vera: sed cōiter dicitur corruptio eo ꝙ talia post esse acciprūt nō esse ꝛ fortasse iterū noiamos corruptionē sm̄ alium modū que ēt sm̄ actū dicit ꝛ est corruptio ꝓprie dicta ꝛ hic modus est quādo res actu existens possibilis est ad nō eē per corruptionē ꝛ alterationē suipsius per seipsā: ꝛ nō per aliud ꝛ iste modus ꝓprius est ꝛ verus quo corruptibile dicit corruptibile. Et dī iterū corruptio sm̄ potentiā ꝛ nō sm̄ actū ꝛ hec nō pōt ꝓprie variari nisi per vnū modū quādo res anthonomatice de re dī corrupta vel corruptibilis: eo ꝙ est facilis vel velocis corruptionis: lʒ aūt potentia diuidi habeat in duo hoc est in facile: ꝛ difficile tamē qa difficile corruptibile resistit corruptioni ꝓpter moliā victoriā forme super mām: nō ꝓprie dicit ꝓp potentiā corruptibile vel corruptū. ¶ Simili autē multipli dī id qḋ nō cadit sub corruptiōe siue icorruptibile. aut enī dicitur sm̄ actū aut sm̄ potētiā: ꝛ si dicit sm̄ actū: aut dicit a ꝓuatione causaꝝ corruptionis aut a ꝓuatione actꝰ corruptionis aut a ꝓuatione virtutis ꝛ potētie ad corruptionē: ꝛ primis qdē duobꝰ modis dī incorruptibile nō vere tertio autēm odo dī vere vnus igit ꝛ ꝓmus modus icorruptibilis ē quādo res aliqua est quādoqꝫ existēs sm̄ actū: ꝛ postea est nō existens sm̄ actū: sicut diximus de tactu ꝛ ceteris relatiuis ꝛ de his que nō per se corrūpūtur. Tactꝰ enī ꝛ huiusmodi quādoqꝫ sunt existētia ꝛ quādoqꝫ nō sunt existētia absqꝫ hoc ꝙ causa ꝓprie corruptiōis subijciant: ꝛ hoc est verum de tactu actiui ꝛ passiui cū agūt ꝛ patiunt adinuicē: ꝛ etiam de sensu tactus ꝓut ipse est sm̄ actum sic enī refert ad sensibile ꝛ quodā alio corrupto destruitur sm̄ actū ꝛ nō per se: quis subijcit corruptioni. cōtinebit igit ille modus tres sub se superius enūeratos. ꝛ in isto mō est idē cū subiecto corruptibile ꝛ incorruptibile lʒ differāt sm̄ rōnes sicut cuilibet satis patere pōt ex ꝓmissis. Scdo autē mō dicit incorruptibile: siue nō cadens sub corruptiōe ꝛ priuatione actꝰ corruptionis sm̄ actū: ꝛ hoc duplr quādo res aliqua qdem est que est nūc sm̄ actū: ꝛ est in ea virtus siue potētia corruptiōis. Sed aut nūc non est corrupta vel in futurū aliqḋ tpꝰ nō erit corrupta: ꝛ ideo sm̄ id qḋ in futuro aliquo corrūpet potest dici esse cadēs sub corruptiōe inquātum autē tēpore debito non corrūpitur dicitur incorrupta vel incorruptibilis: ꝛ iste modus vsitatur in his que in sua virtute indicant tēpus aliqḋ sue corruptionis ꝛ post tēpus illud durāt per aliquā cām extrinsecā: sicut fit ꝛ frequenter in egritudinibus ꝛ etatibus hominū. Modus autē verus est quādo eius incorruptibile est vt dicatur a priuatione potentie corruptionis: sicut est res qua nunc sm̄ actum existit ꝛ in omni postremo ꝛ futuro permanebit in esse eo ꝙ non est in ea potentia ꝛ virtus ad corruptionem sm̄ quā corruptionem verum sit de ea dicere ꝙ ipsa nunc sit existens ꝛ fiat per corruptionē postremo nō existens ꝛ talia sunt necessaria in eē que dicunt ingenerabilia per hoc ꝙ nō hñt non esse ante esse: ꝛ incorruptibilia per hoc ꝙ nō habebūt nō esse post esse sm̄ actū. Incorruptibile autē dcm̄ sm̄ potētiam dī sm̄ modum aliū qui est duplex. s. a priuatione tēporis debiti ꝛ a ꝓuatione facilitatis corruptionis lʒ isti duo modi redeant in idē qa difficultas corruptionis ꝓlongat tēpus corruptionis. Dicitur enī aliquādo incorruptū vel incorruptibile qḋ non corrūpitur adhuc cū tēpus est: ꝛ tamē possibile est vt sit nō existēs per corruptionē in futuro. Et dī iterum sm̄ modū aliū ꝙ corrūpitur quando res aliq̄ nō cadit sub corruptione velociter: sicut res que nō est facilis corruptiōis. Sic ergo dcm̄ est de multiplicitatibꝰ generabilis ꝛ ingenerabilis: corruptibilis ꝛ incorruptibilis.

¶ Cap. 5ᵐ. De diffinitione virtutis actiue ꝛ passiue vt ex illa resumantur rationes ad probandum ꝙ omne generabile est corruptibile.

Quia autē iā venimus super expositionē modoꝝ generabiliū ꝛ ingn̄abiliū: corruptibiliū et incorruptibiliū: ꝛ diximus intentiōes eoꝝ veras ꝛ nō veras. nūc oportet adhuc his adiūgere diffinitionē virtutis ꝛ potentie que cadebat in diffinitionibꝰ generabiliū ꝛ ingn̄abiliū: cū diximus ꝙ ingenerabile est qḋ hʒ virtutē ad hoc ꝙ sit semper: ꝛ nō vt sit quādoqꝫ: ꝛ quādoqꝫ nō: cōuenit igit dicere de eo qḋ dicit virtus ꝛ non virtus sed debilitas anteqꝫ adducamus demōstrationes ad id qḋ itēdimus ꝓbare sicut enī diximus virtus cadit in diffinitione ingenerabilis ꝛ incorruptibilis: qa id qḋ vere nō est corruptibile est id in quo nō est virtus ad susceptionem corruptionis ꝛ in quo nō est virtus: vt aliquādo sit: ꝛ aliquādo nō sit: id autē qḋ vocat vere ingenerabile est qḋ nō habet virtutem vt sit equale per naturam sm̄ ꝙ dicit Plato inquit enī Plato ꝙ mūdus fuit equalis in potentia: ꝛ deinde equalis in actu: ꝛ sic ꝓmo inordinatus fuit quando fuit in potētia: ꝛ post hoc redijt ad ordinem per generationē: ꝛ sic nō fuit per naturam equalis in potentia: nec equalis in actu: sed potius nūc perdurat equalis in actu: hoc est per voluntatem opificis. ꝛ non per naturam hoc qdem Plato dicebat de celestibus. Et ideo cum non hic inquiramus de opiniōe Platonis: oportet nos determinare ꝛ de intētione virtutis ꝛ debilitatis que est eius oppositū. Ad acceptionem ergo diffinitionis virtutis ꝓmo intelligere oportet ꝙ virtus omnis: aut est actiua: aut passiua: sicut ꝛ ipsa potentia potētiā autē actiuā oēm ꝛ quantitatem ipsius cognoscemus per actū relatum ad obiectū dicemus enim volētes ostendere potentiā agilitatis in aliquo ꝛ quātitatem eius qui qui potest agilitatē mouere cētū leucas: vna die potest mouere quēlibet numerum leucarū qui minor est illo: qui enī potest moueri tentū passibus vel leucis potest etiam moueri. 50. vel. 20. sed non conuertit. Similiter volentes ostendere maximam quātitatem roboris alicuius ostendimus ipsam in maximo qḋ potest proficere suo robore dicentes ꝙ qui potest portare centum libras: potest portare quodlibet minus cētū libris sed non conuertitur istud maximū enī qḋ potest potentia actiua sequitur qḋlibet minus: sed non sequitur ꝙ possit aliqsid maiꝰ maximo in qḋ potest: quoniā potest ferre cētū libras nō sequitur ꝙ possit ferre cētū ꝛ vnam: ꝛ si Hercules potest vincere triginta nō sequit ꝙ possit vincere triginta ꝛ vnū. Sed sequitur ꝙ possit vincere vno minus qꝫ triginta ꝛ qḋlibet minus qꝫ triginta. Si igitur volumus diffinire virtutē cū sciamus virtutem consistere in vltimo ꝛ maxio ad qḋ se extendit virtus actiua: dicemus ꝙ virtus est vltimum qḋ est in re potente

Nō semp est verū si vnū oppositū sit multiplex ꝙ reliquum similiter multiplex.

Tex. cō. ij.

Tex. cō. iij.

Tex. cō. iiij.

Tex. cō. iiij.

tente

tente de potentia sua activa: sicut vltimum potentie fortitu
dinis ipsius Herculis diximus esse a virtute triginta. quan
titas igitur potentie extense ad triginta erit virtus Hercu
lis: et sic est in omnibus alijs circa potentiam activam. vlti
mum enim potentie active est sicut in toto potestativo quod il
bet enim totum includit minus illo: sed non convertitur. Omne
enim quod potest maius potest et minus sed non convertitur. quod
enim potentia agilitatis vel velocitatis sue potest perficere
centum passus perficiet quosdam passus pauciores: et quod poten
tia roboris sui potest portare centum libras. potest portare duas
et quaslibet pauciores centum. Ostensum est igitur ex his quod fortis
et quelibet potentia activa diffinitur in hoc quod est vltimum po
tentie sue: quod vltimum est perfectio omnium precedentium
in omni toto potestativo. sive sit potestativum totum in na
tura: sive etiam in moribus sicut est regnum quod est vltima
potestas omnium imperantium et gubernantium multitu
dines: et intra ipsum sunt potestates presides. et consules: et
militia aliorum: et qui potest vt rex potest omnia que possunt
inferiores. sed non convertitur: et vniversaliter dicatur: si
cut est de omni toto potestativo quod ad summum perducitur
ex collectione potestatum inferiorum. Eius autem cuius ha
bet potentia activa vigorem propter multam victoriam for
me super materiam habet potentia passiva impotentiam:
et hec vocatur debilitas. et potentia passiva que est opposita
potentie active diffinitur in minimo quod potest in ipsam: eo

Esse po° pas siva potentia dicatur.

quod ipsa in nihil omnino potest sed quod est passiva. sed in hoc di
citur potentia: quia alia possunt in ipsam: et in quod potest vin
cendo minus. in hoc vincendo potest etiam maius illo. et ideo
sequitur quia quod patitur a minore patitur etiam a maiori:
et quod vincitur a minore necessario vincitur multo citius a ma
iore: sed non convertitur: quod enim non potest quis deferre
de numero ponderum parvorum: non potest deferre aliquid
maius et gravius illo pondere: sicut dicere possumus in exem
plo. quia qui non potest deferre centum libras: nequaquam defert centum
et vnam. et qui non potest ambulare centum passus non ambula
bit centum et vnum. Vltimum ergo potentie passive est mini
mum: hoc enim potest esse illud a quo fit passio: sicut maxi
mum potest esse illud in quo fit actio in potentia activa. Vir
tus ergo potentie passive erit in minimo. quia hoc habet ma
xime de passibilitate vt indicat passibilitatem in statu in quo

Documentum.

non potest esse maior passibilitas in eo quod patitur. Est ta
men sciendum quod vltimum potentie passive non proprie di
citur virtus sed dicitur debilitas vel infirmitas communiter:
nisi aliquando hoc fit de bonitate alicuius virtutis passive
secundum naturam: sicut infra dicemus de potentijs sensitivis: quia
ille que facilius patiuntur a sensibilibus suis secundum aliquid sunt
meliores et fortiores indicant sensus. Sic ergo diffinitio vir
tutis active est vltimum potentie sue secundum plus et maius in quod
potest: et debilitas est in vltimo minimo quod potest in poten

Tex. co. 117.

tiam passivam. Oportet autem non decipi a paralogismo
quorundam diversa probare conantium ab his que dicta sunt
a nobis. Objiciet enim fortassis aliquis dicens non esse ne
cessariam: neque rectam diffinitionem virtutis que inducta
est: videns enim per spatium passuum vnam rem magnam
non videt ex eodem spatio quodlibet minus illo sed potius ex
paucioribus passibus spatij: sive ex minori spatio videt mi
nus illo: sed ex eodem spatio videt quodlibet maius illo: er
go vltimum virtutis non est in maximo sed minimo. Simi
liter potest objici de auditu vocis alicuius ex spatio aliquo
quia ex eodem auditur vox maior et non auditur vox minor
illa nisi ex minori spatio: non autem est hoc quod falsificet di
ctam virtutis diffinitionem: quia manifestum quidem est
quod qui potest videre per spatium predictum et audire vocem par
vam: videbit et audiet per idem spatium maius puncto et
vocem maiorem: visus enim et auditus potentie sunt passi
ve: et statum bonitatis potentiarum illarum indicat immutari
a parvo: et si immutat ipsas res parva. immutabit ipsas queli
bet pars maior: sicut diximus de potentijs passivis: non igitur
objectio dicta destruit hoc quod diximus de virtutis diffini
tione: quia potentia duplex est. et vna diffinitur in vltimo sta
tu rei in quod potest potentia que est activa altera autem dif
finitur in vltimo statu eiusdem que est potentia passiva que
cognoscitur in vltimo statu esse quando minimum inferen
tium ei passionem potest in ipsam sicut diximus: hec autem

specie a de qua dictum est passibilitas ad bonitatem facile
facit speciem eius perfectio est in hoc quod facile ei inferat pas
sio a proprio sensibili: et ideo est virtus in ipsa et vltimum bo
nitatis et perfectionis eius. In alijs autem in quibus passi
bilitas est a victoria materie super formam facilis passibi
litas est a destitutione virtutis active et in illis non proprie ha
bet nomen virtutis sed potius habet nomen impotentie et
debilitatis sive infirmitatis. Omnia autem hec adducta sunt
vt sciamus virtutes eorum ad esse semper vel non esse et ad
numquam esse semper. Sicut enim se habet potentia ad agere et
pati. sic se habet ad esse: et ideo illa cuius virtus est ad sem
per agere eius virtus est ad semper esse: et cuius virtus est
ad aliquando agere eius virtus est ad aliquando esse quia
nos loquimur de agere essentiali quod consequitur rei natu
ram et substantiam: propter quod etiam sequitur vt postea osten
demus quod cum vltimum eius quod est generabile non sit esse
semper: sed esse aliquando quod non potest dici illud habere
virtutem ad semper existendum erit ergo aliquando et ali
quando autem non omne tale corruptibile est oportebit er
go quod omne quod generatum est aliquando futurum sit in
corruptione propter que induximus omnia que diximus de virtute:
hoc autem ex sequentibus magis erit manifestum.

Cap. 6m. De principijs habentibus virtutem ad esse et ad non
esse ex quibus sumende sunt demonstrationes.

Tex. co. 118.

Postquam autem determinatum est de virtute et de
fectu virtutis que est debilitas. quarum vna re
fertur proprie ad potentiam activam ad esse: al
tera autem ad potentiam passivam consequens est
determinare residuum quod est simile illis: sicut enim
se habet virtus activa ad maximum per quod de
terminatur. ita se habebit virtus que est ad esse ad aliquod
maximum sui temporis eo quod virtus ad esse et ad generatio
nem non est nisi per activam potentiam. virtus autem ad non
esse et corruptionem est per passivam. et hanc etiam necesse est
habere tempus per quod determinetur. Oportet autem scire
quod cum potentia sit ordinata ad actum. oportet quod sicut est de tempore actus:
ita est de tempore potentie. et sicut sunt actus oppositi esse et non esse:
ita sunt potentie opposite secundum actum ad quem sunt ordinate:
sed potentia vnius actus non opponitur actui alteri: sed po
tentia ad actum non est simul cum actu: quia potentia est non
habiti actus autem est eius quod habetur: cum autem iam ha
betur: tunc non est habendum amplius: hec autem dicta sunt
propter quorundam errorem dicentium quod vna numero est po
tentia duorum oppositorum: et hoc non potest esse verum ni

Non vna numero est potentia duorum oppositorum.

si de potentia subiecti que omnino est materialis et indispo
sita: que aliquo modo est disposita infra: sicut illa que prece
dit actum: sicut privatio habitum illa non potest esse vna duo
rum oppositorum sicut ostendimus in libro primo physico
rum et in pluribus alijs locis. His autem prenotatis dici
mus quod si alicui rerum naturalium attribuatur potentia vel
virtus ad hoc vt sit: et vt non sit: sive ad esse et non ad esse: cum
esse et non esse sint opposita oportet potentias illas esse oppo
sitas: et ideo impossibile est eas inesse simul eidem secundum idem
tempus: ergo necessarium est tempus aliquod determina
tum cadere inter esse ipsius et non esse quod sit distinguens es
se eius ab eius corruptione sive destructione que terminatur
ad non esse ipsius: dico autem quando hec attribuuntur ei
dem quod est existens sicut est mundus vel celum. Si enim ra
tione materialis principij dicatur aliquid in potentia ad esse
ratione privationis secundum quod ipsa est inchoatio forme: et dicatur in
potentia ad non esse hoc erit improprie dictum. quia sic actu
non est sed potentia est: adhuc autem materia non potest dici esse
per se: et ideo quod attribuetur ei de potentia vel virtute ad vnum
vel ad aliud attribuetur ei sicut per accidens existenti et non
per se: tunc enim ratione privationis subijciatur motui: vt
probavimus in primo physicorum. ipsa per se non est sed per
accidens est et accidentaliter. Materia enim inquantum ma
teria non est individuum aliquod signatum ens in natura:
sed cum attribuitur ei esse hoc est esse secundum quid quod est co
gnoscibile per analogiam solum: vt declaratum est in fine pri
mi physicorum: et ideo ipsa secundum actum non est et ideo per se
non est: quia omne per se esse est a forma sed secundum quid: et per
accidens ens hoc est per rationem subiecti analogie ad for
mam propter quod accidit quod cum attribuitur ei potentia ad

esse ⁊ ad non esse conuenit ei non esse per se: ⁊ esse conuenit per aliud quod est forma sicut diximus. Quotienscunque autem eidem alicui existenti ſm actum attribuitur potentia ad esse ⁊ potentia ad non esse: oportet istas potentias habere suc/cessionem in eo: ⁊ esse tempus distinguens inter ipsa ⁊ hoc quidem generaliter verum est in omnibus formis siue sint accidentales siue substantiales: respectu quarum dicitur esse potentia siue virtus: sicut est homo album tricubitum: ⁊ sic de aliis predicamentis subiectis adiacentibus. Si enim dicam ꝙ hoc potest esse homo ⁊ potest non esse homo: vel potest esse albus ⁊ potest non esse albus: vel potest esse tricubitus ⁊ potest non esse tricubitus: in omnibus oportebit intercidere tempus distinguens actus duarum potentiarum ⁊ potentias ipsas propter causam quam supra diximus. Si autem datetur ꝙ alicui rei attribuitur virtus ad esse ⁊ ad non esse ita ꝙ continuum ⁊ vnum est tempus vtriusque potentie sic ꝙ non referantur ad diuersa tempora distincta per intermedium tempus intercidens etiam inter ipsas: ita ꝙ nec paruum nec magnum tempus inuenitur distinguens tempus vnius ab alterius tempore: tunc opposita inerunt simul in eodem tempore eidem quod est impossibile: ⁊ hoc est sicut quando dicitur aliqua res eterna ſm finem sue durationis ſm naturam habere potentiam ad non esse. Habet autem omne generatum ad non esse potentiam: sicut ostendemus in sequentibus. Cum ergo generatum dicitur habere virtutem ad esse ſm tempus infinitum: ⁊ infinitum tempus nō interrumpitur per aliquod tempus intermedium distinguens ipsum: oportebit tunc ꝙ ad idem tempus infinitum referatur potentia ad esse perpetuum ⁊ potentia ad non esse quandoque autem hoc est impossibile: ex isto igitur tanque ex quodam principio procedentes incipiemus nunc ostendere quomodo possibile est vt alicui vni attribuatur potentia ad esse ⁊ ad non esse: ⁊ quomodo est hoc impossibile. Sed adhuc oportet nos intelligere ꝙ falsum ⁊ impossibile nō habent intentionem ⁊ rationem vnam ⁊ eandem: sunt enim quatuor necessaria ad hoc inuenta: que sunt verum ⁊ falsum ⁊ possibile ⁊ impossibile. ⁊ possibile quidem est: sicut triangulum esse isocheleem: potest enim triangulus esse isocheles ⁊ potest non esse isocheles: propter quod laborat vir geometricus ad producendum isocheleem sub ratione trianguli. Eodem autem modo possibile est triangulum habere tres equos duobus rectis: potest enim habere ⁊ potest non habere. Rectilineus enim habet tres angulos duobus rectis equales: non rectilineus autem nō necessario habet: impossibile vero est sicut diametri quadrati lateri sit communicans vel commensurabilis vel equalis. Falsum autem et verum etiam non sunt rationis eiusdem tamen sint opposita: sicut iam ante diximus sicut neque falsum ⁊ impossibile quia omne impossibile est falsum sed non conuertitur: huius autem exemplum: quoniam qui dicit te esse stantem ⁊ non esse stantem mentitur quidem dicendo falsum: sed non propter hoc dicit impossibile: vnum enim in actu est oppositorum ⁊ alterum in potentia: ⁊ ideo intercidit tempus inter potentiam ⁊ potentiam: ⁊ inter actum ⁊ actum. Similiter autem est tamen quis dicit citharedum cantare: ⁊ non cantare: falsum quidem dicit non tamen impossibile: si ad virtutem cantandi ⁊ non cantandi retorqueatur dictum eius: quoniam tunc sicut dictum est tempus intercidit distinguens opposita ne simul esse intelligantur. Qui autem dicit stantem simul sedere in hora eadem dicit falsum ⁊ impossibile quia in eodem tempore significantur simul inesse eidem opposita: impossibile enim est alicui homini simul inesse virtutem ad sedere ⁊ ad stare in vno tempore quod non est distinctum per medium tempus quod est inter sessionem ⁊ stationem. Verum quidem enim est ꝙ in tempore in quo inest ei vnum vtrorumque inest ei ⁊ alterum sed non eodem modo: quando enim inest vnum ſm actum: tunc inest ei alterum ſm potentiam: ⁊ ideo non est possibile vt vtraque opposita insint ei simul ſm actum: videlicet ꝙ sit actu stans ⁊ sedens in vno ⁊ eodem tempore. sed est possibile vt sit statio in hora vna et sessio insit in hora alia. Et ex hoc est apte intelligere ꝙ omne id quod habet potentiam vel virtutem ad esse ⁊ ad non esse habet istas potentias ſm finitum tempus: quia aliter nō distingueretur tempus vnius potentie a tempore alterius: ⁊ tempus vnius actus non distingueretur ab actu alterius.

Tex.co.ix.

Sed oportet nos non latere ꝙ cum alicui existenti ſm actum attribuitur potentia ad esse hec absque dubio finita erit ſm tempus preteritum: quoniam virtus eius quam habet ad esse incepit in tempore quando est generatum. Nos enim loquimur de his tamen hic in quibus inueniuntur due virtutes ad esse vna ⁊ non ad esse alia. Infra autem ostendimus ꝙ virtus eius ad non esse etiam est finita: vbi probabimus generabile esse cum corruptibili conuertitur. Cum autem potentia ad esse attribuitur non existenti ſm actum: sed materie prime que est incorruptibilis ⁊ ingenita sicut nos probauimus in primo libro physicorum ⁊ ideo ſm quandam significationem perpetui perpetua erit sua potentia ad esse perpetuum ⁊ ideo perpetua. Sed quia materia prima non nisi ſm quid est ⁊ per analogiam ideo sua potentia ⁊ virtus ſm ꝙ perpetua est non est nisi per accidens ⁊ accidentaliter ⁊ non ſm actum vt diximus. Sic ergo possibile est inuenire virtutem infinitam ad esse ſm quid ⁊ non simpliciter. Quidam autem philosophorum vt Anaxa. videntes potentiam infinitam ad esse inueniri in materia: ⁊ nescientes distinguere inter id quod est essentiale ⁊ accidentale ⁊ inter ſm quid ⁊ simpliciter volebant ꝙ simpliciter infinita est virtus ad non esse ⁊ ideo dicebant non esse inconueniens ꝙ potens ad esse sit potens ad non esse ſm tempus infinitum. Errauerunt autem quia licet potentia ad generationem accidentalis sit infinita potentia tamen ad generationem essentialis ⁊ ordinata non est infinita ⁊ non distinguentes attribuerunt essentiali generationi quod non conuenit nisi accidentali. Sed ad corruptionem potentia nec essentialiter neque accidentaliter est infinita quamuis licet nō omne generabile necessario generetur tamen omne corruptibile necessario corrumpetur: hec autem omnia in sequentibus expresse declarabuntur: sed ea que dicta sunt tanque principia ex quibus perdere habemus premisimus vt facilior sit via demonstrationis.

Omne corruptibile de necessitate corrumpetur licet non omne generabile necessitate generetur.

Cap. 7m. In quo probatur ex principiis prius inductis ꝙ nullum perpetuum cadit sub corruptione ⁊ generatione.

Tex.co.xxx.

Ex his ergo que premisimus dicimus per diffinitiones eius quod est generabile: ⁊ eius quod cadit sub corruptione siue quod est corruptibile ꝙ si aliquis dicat ꝙ alicui rei que signata est in natura ⁊ est existens ſm actum est potentia vel virtus ad res multas oppositas in tempore infinito: tunc ſm predicta non significat aliud nisi ꝙ illa res nō facit actiones suarum oppositarum in tempore ⁊ virtutum: sed facit eas in tempore vno simul: quia sicut diximus infinitum tempus non est interpositum vel interceptum aliquo tempore distinguente partem eius vnam ab alia quod si esset interceptum tempore distinguente oporteret ꝙ infinitum tempus esset finitum. Si ergo hoc est ſm ꝙ diximus: ⁊ dicatur ꝙ res aliqua que est cadens sub corruptione tamen est semper ſm omne tempus infinitum: tunc illa res necessario est illa que est nō cadens sub corruptione quia aliter non haberet virtutem manendi ſm omne tempus infinitum: ⁊ ſm hoc illud quod habet virtutem vt non sit in eo quod cadit sub corruptione erit in esse in eodem tempore in eo quod nō cadit sub corruptione. Sed nos probabimus inferius ꝙ generatum sequitur id quod est cadens sub corruptione: ⁊ non generatum sequitur id quod non est cadens sub corruptione: ergo eadem res erit generata ⁊ non generata insimul sicut corrupta ⁊ non corrupta: ⁊ hoc falsum ⁊ impossibile. Falsum autem ⁊ impossibile nō est nisi ideo quia propositiones eius sunt false ⁊ impossibiles: que propositiones sunt incorruptibile esse generatum ⁊ ingenerabile esse corruptibile: ergo ipse propositiones non sunt ponende ab aliquo philosopho in naturalibus. Si enim propositiones dicte essent false possibiles: tunc conclusio posset quidem esse falsa: sed non esset impossibilis: componitur autem sic syllogismus: omne habens virtutem ad opposita ſm esse ⁊ non esse in tempore infinito est generatum ⁊ non generatum: esse autem cadens sub corruptione ⁊ perpetuo manens habet virtutem ad opposita ſm esse ⁊ nō esse in tempore infinito: ergo omne tale est generatum ⁊ non generatum simul ſm tempus vnum: ⁊ hec conclusio est impossibilis sicut ⁊ premisse ipsius ex quibus sequitur. Sic igitur ostensum est ꝙ omnis res sempiterni esse ſm omne tempus infinitum non cadit sub corruptione neque sub generatione aliquo modo: nam si caderet sub corruptione:


Tex.co.xxxi.

ptione vel si esset generata: tunc esset ei virtus vt aliqñ non esset in quodã tẽpore existẽs. hoc aũt erit manifestũ si diffinitiones istoꝝ inspiciant̃ que fiunt ex essentialibus ipsi: dico enĩ diffiniẽdo rẽ cadentẽ sub corruptione que res corrumpit̃ est diffinita aut ſm potentiã ad corruptionẽ aut ſm actu: ꝛ si quidẽ diffinit̃ ſm potentiã ad corruptionẽ dicit̃ corruptibile. qd̾ est possibile nõ existere in futuro tẽpore aliquo determinato ꝛ nõ infinito. Si aũt diffinit̃ ſm actũ corruptionis dicet̃ tũc potius corruptũ q̄ corruptibile: qd̾ est primo existẽs ante corruptionẽ: ꝛ postea nõ existẽs ſm actu corruptionis. Generatũ aũt diffinit̃ sic vt sit generatũ qd̾ est primo nõ existẽs: ꝛ deinde h̾z actũ existẽdi post nõ existẽtiã ꝛ ex his diffinitionibus colligit̃ ꝙ vterq̄ istoꝝ est essentialis virtus ad existẽdum quãq̄ ꝛ ad nõ existẽdũ quãq̄. Et si hoc est ſm ꝙ diximus tũc neutrũ eoꝝ amittet aliqñ virtutẽ ad existendum quãq̄ ꝛ ad nõ existẽdũ quãq̄. Generatũ ergo semp habet virtutẽ vt quãq̄ sit ꝛ quãq̄ nõ sit: ꝛ similiter corruptũ siue corruptibile. Rei aũt sempiterni esse ſm omne tẽpus est opposita huius diffinitio: ꝛ ideo ꝯuenit eidẽ virtus opposita ꝛ virtus generati ꝛ v̾tus corruptibilis remota ab ipsa re sempiterna: ꝛ ideo tali rei sempiterne nõ est virtus vt sit aliqñ nõ existens ſm tẽpus finitũ. neq̄ est ei virtus vt sit similiter nõ existẽs ſm tẽpus infinitũ ſ; h̾z v̾tutẽ ad semp existẽdũ ſm oẽ tẽpus infinitũ. Iste ḡ v̾tutes vni rei nõ ꝯueniũt ꝙ videl; res vna sit semper existẽs: ꝛ vt sit semp nõ existẽs vel etiã nõ semp existẽs. Negatiuã enĩ eius qd̾ est semp existere nõ est possibile verificari de semp existẽte siue negatiua illa sit vniuersalis ꝛ ꝯtraria ei que est semp existere significãs: siue sumat̃ vt ꝯdictoria eiusdem que est ac si diceret̃ ꝙ semp existẽs est nõ semp existẽs. Si aũt hoc est ſm ꝙ diximus tũc impossibile est de eodẽ p̾dicari ista duo ꝙ videl; sit ꝑpetuũ ꝛ semp existẽs: ꝛ ꝙ sit cadẽs sub corruptiõe: ꝛ ꝑ eadẽ necessitatẽ impossibile ẽ vt res ꝑpetua sit generata: ḡ nõ verificat̃ de eodẽ esse generatũ ꝛ nõ esse cadẽs sub corruptiõe. Eius enĩ qd̾ quãq̄ existit ꝛ quãq̄ nõ existit: sũt duo termini diffiniẽtes ipsuz: qui sũt termini ꝛ generati ꝛ cadẽtis sub corruptiõe: ꝛ vnus eoꝝ est prior qui est terminus generati: ꝛ alter eoꝝ est posterior qui est terminus corrupti. Impossibile est aũt vt sit posterius sine priori: ꝛ vbi est prior ibi necessario est posterior: ꝛ ideo si nõ est terminus prior nõ est terminus posterior oĩno qd̾ clarũ est ꝑ ea que diximus hoc est per essentiales diffĩones ipsoꝝ: q: essentialis v̾tus generati est aliqñ existere ꝛ aliqñ non existere: ꝛ nõ vltimũ eius semp existere: ꝛ ista v̾tus nunq̄ relinquit ipsuz etiã postq̄ est generatũ. Est aũt eadẽ v̾tus essentialis ei qd̾ est corruptibile: ꝛ ideo generatũ ꝛ corruptibile necessario sunt idẽ subiecto l; differãt rõne. Si autẽ hoc est ſm ꝙ diximus ꝛ diffõ rei sempiterne est ꝙ nõ est possibile ipsaz in aliquo tẽpore nõ esse: tũc impossibile est vt res sempiterna nõ cadẽs sub corruptione sit generata: ꝛ hoc est ꝯtrariũ eius qd̾ dicit Plato de celo ꝛ mũdo: q: dixit ꝙ ista sũt generata: ꝛ tñ sũt sempiterna nõ cadentia sub corruptione. Amplius aũt ꝛ hoc ex rõne medietatis ꝯtrarioꝝ possumus demõstrare. Si enĩ sumamus ꝯdictoria eius qd̾ est cui est v̾tus ꝙ sit semp ens ipsa erit hoc: cui nõ est v̾tus vt sit semp ens: ac si diceremus ꝙ terminus qd̾ semp est ens ꝯdictoria est id qd̾ est nõ semp ens: ꝯtraria aũt prime cui est virtus vt sit semp nõ ens: sicut si diceremus ꝙ ꝯtraria eius qd̾ est semp ens est ea que dicit semper non esse siue nunq̄ esse. hic aũt iterũ ꝯdictoria est cui nõ est v̾tus vt sit semp nõ existẽs: ac si diceremus ꝙ ꝯdictoria eius que dicit semp non ens siue nunq̄ ens est ea que dicit nõ semp nõ ens siue nunq̄ ens. dico ita ꝙ cũ multa ꝯtrarioꝝ habeãt media ꝙ possibile est vel inter duas ꝯtrarias que sũt hr̾e virtutẽ ad semp existere ꝛ habere virtutẽ ad semp nõ existere siue ad nunq̄ existere potest cadere aliqd̾ mediũ. Mediũ aũt illud est possibile ad esse ꝛ ad nõ esse ſm distinctũ tẽpus qd̾ videl; aliqñ sit ꝛ aliqñ nõ sit: l; enĩ in ꝯdictiõe nõ sit mediũ. tñ in ꝯtrarietate aliqñ mediũ est qd̾ partẽ h̾z vnius ꝯtrarij ꝛ partẽ alterius. ꝛ tũc nõ est necessariũ alteꝝ inesse ꝯtrarioꝝ semp: sed impossibile est ipsa vni ꝛ eidẽ simul inesse. In ꝯdictorijs aũt necessariũ est alteꝝ inesse: ꝛ impossibile est etiã simul vtrũq̄ inesse eidẽ: vtraq̄ .n. dictarũ ꝯtrariaꝝ sumit̃ vt negatiua alterius ꝯtrariaꝝ ꝛ vtraq̄ eaꝝ que ꝯtrarijs ꝯdicũt ꝯueniũt in hoc ꝙ dicũt nõ existẽs: qd̾ tñ ſm aliqd̾ tẽpus est existẽs ꝛ existẽs in quodã tẽpore nõ existere in alio tẽpore: hec enĩ duo dicit tã ꝯdictoria eius que est semp existẽs q̄ ꝯdictoria eius que est nunq̄ existẽs. Sicut enĩ hec dicit illa cui nõ

Tex.c.122.

est virtus vt sit semp existẽs que est ꝯdictoria prime: ita hec idẽ dicit ista que dicit cui nõ est virtus vt sit semp nõ existẽs que est ꝯdictoria scd̾e. hec enĩ dicit ꝙ sit in q̄dã ꝑte tẽporis existẽs ꝛ in q̄dã ꝑte tp̾is nõ existẽs. Iste ergo due ꝯdictiones non sibi sed duab⁹ ꝯtrarijs ꝑ intẽtiones suas idẽ dicũt ꝛ sup rẽ vnam ꝛ eadẽ cadũt. ergo vna ꝛ eadẽ res est cui est virtus vt sit nõ existẽs aliqñdo: ꝛ vt sit existẽs aliqñ ſm diuersa tẽpora ꝛ ipsa eadẽ res media est inter ꝯtrarias duas que sũt semp existẽ ꝛ nunq̄ existere sicut diximus nuꝑ in his que ꝑhabita sũt. hec aũt demõstrare possumus ꝑ vniuersales terminos ad nullã m̾ãm determinatã ptinẽtes ꝑ lr̾as: videl; qbus est vsus in geometricis demõstrationibus. Sint ḡ signa duoꝝ ꝯtrarioꝝ que nullo mõ vni rei ꝯuenire possunt. lr̾a. a. sit h̾ñs potẽtiã vel virtutẽ ad semp existẽdũ qd̾ est necessariũ ꝛ ꝑpetuũ inesse lr̾a aũt b sit h̾ñs potẽtiã ad nunq̄ existẽdũ qd̾ est ꝑpetuũ. lr̾a aũt. c. ꝯdictorie sit opposita littere. a. ꝛ littera. d. ꝯdictorie sit opposita littere. b. ita ꝙ c. sit signũ eius qd̾ nõ semp est siue qd̾ aliquando nõ est: ꝛ d. significet id qd̾ nonnunq̄ est: siue qd̾ aliquando est: sicut vides in hac dispositione oppositionẽ eoꝝ.

Tex.c.123.




Dico ꝙ q: necessariũ est de quolibet affirmationẽ vel negationẽ esse verã: si aliqua res est de qua nõ verificat̃ vniuersalis qua est h̾re virtutẽ ad semp manere vel existere: tunc de ea vera erit sua opposita que est aliqñ nõ eẽ. Ponamus ḡ ꝙ de eadẽ re etiã alia vniuersalis negatiua nõ verificetur que est nunq̄ existere: tũc per eandem necessitatẽ de eadem re verificabit̃ etiaz illius ꝯtradictoria que est aliqñ existere. Res ergo vna ꝛ eadẽ de qua nec. a. nec. b. verificabit̃ necessario erit in quã cadũt ꝛ. c. ꝛ. d. Ex quo igit̃ ꝛ. c. ꝛ. d. cadũt in rem vnã significemus eã ꝑ litterã vnã ꝛ illa sit. e. vel que tũq̄ alia: ḡ tũc littera. e. sola significat mediũ duaꝝ ꝯtrariaꝝ que sunt. a. ꝛ. b. Res enĩ vna de qua neutra duaꝝ ꝯtrariaꝝ verificatur vniuersaliũ necessario ẽ media inter ꝯtrarias: ꝛ de illa ambe ꝑticulares ꝯdicẽtes duab⁹ ꝯtrarijs v̾ibus verificabunt̃: ꝛ q: lr̾a. e. est sola vt lr̾a. c. ꝛ lr̾a. d. simul tũc opꝫ necessario ꝙ lr̾a. e. sit media duaꝝ ꝯtrariaꝝ. Redeamus ergo ꝛ ostẽdamus in rebus qd̾ demõstrauimus vl̾r in lr̾is ꝛ dicamus ꝙ res que est semp existẽs nõ põt esse generata ꝑ hoc ꝙ est ꝯdictoria: q: generatũ est aliqñ nõ existẽs ꝛ semp existẽs ꝛ aliqñ nõ existẽs sũt ꝯtradicẽtia sibi. Eadẽ necessitate res semp existẽs nõ põt esse res cadens sub corruptiõe: q: res cadẽs sub corruptiõe ẽ etiã quãq̄ nõ existẽs. Si ḡ hoc est ſm ꝙ verũ est: tũc manifestũ est ꝛ patẽs ꝙ tam res generata q̄ res cadẽs sub corruptiõe nõ est res semp existẽs sempiterne. Si .n. daret̃ ꝙ esset sempiterna: tũc esset ei v̾tus ad semp existendũ: ꝛ inquãtũ est generata vel corrupta esset ei v̾tus ad nõ existẽdũ semp: ꝛ sic ꝯdictoria verificarent̃ de eodẽ: hoc aũt oĩno impossibile est sicut sepius dictũ est in his que posita sunt. Falsuz ḡ fuit dictũ Platonis qui dixit rẽ generatã ꝑpetuo manere posse: ꝛ falsuz est dictũ aliorum qui dixerũt rez

Tex.c.124.

Tex.c.115

ingenitã & ppetuo existẽ in preterito posse eundẽ sub corruptiõe. Amplius at hoc ipsum ex ꝓprijs istoꝝ diffinitionibus possumus ꝓbare. Res enim nõ cadẽs sub generatione que nullo mõ generabilis est ea que semp est nõ habẽs principiũ neqz finẽ existendi in eandẽ ast intentionẽ incidit res nõ cadens sub corruptione que nullo mõ est corruptibilis. Illa enim etiã est cui nullus est finis in existẽdo. Dico nũc hic ingenerabile & incorruptibile fm diffinitionẽ verã & certã qr cuz multi sint modi ingenerabilis & incorruptibilis nõ accepimus ingenerabile & incorruptibile pro eo qd generat quidem: sed absqz causis generationis. vel qd generat: sed absqz tẽpore generationis. nec etiã accepimus hic ingeneratũ pro eo qd est impossibile aliud esse sed tm pro eo quod necessarium est inesse & est semp: & hac de causa fecimus hoc: qr res illa que habet esse verum qd nullo modo permittatum est cũ non esse: & cuz potentia est ingenerabilis & incorruptibilis. Si igitur vtrũqz hoꝝ per certas coꝝ diffinitiones velimus diffinire: dicemus qꝫ res ingenita & ingenerabilis est nũc vere existẽs: de qua nõ põt dici qꝫ fuit in priori preterito nõ existens: & de qua non potest dici qꝫ in aliquo futuro postremo sit futura non existens. Scdꝫ nũc eundẽ modũ verissime diffinitionis dicit res incorruptibilis de qua dicitur nũc qꝫ vere est: & nullatenus euenit in posteriori aliquo futuro nõ esse. Cum igit illa sint fm supposita sua euertibilia quoꝝ diffinitiones vere euertibiles sunt: tunc oporteret qꝫ ingenerabile & incorruptibile euertant: eo qꝫ diffinitiones coꝝ euertunt. Omne enim ingenerabile est incorruptibile: & econuerso omne incorruptibile est ingenerabile; vtraqz enim haꝝ reꝝ sequit esse sempiternũ fm tẽpus infinitũ necessario. Res enim ingenerabilis semper est que nõ remouet ab esse in aliquo tempore. hoc enim manifestum est & patẽs ex diffinitionibus vtriusqz quas induximus. Incõueniẽs igit est qd dicit gñatum non posse corrũpi. vel incorruptibile posse esse generatum.

¶ Cap.8m. Qꝫ conuertitur generabile cum corruptibili & ingenerabile cum incorruptibili.

Tex.c.116

Quia nũc iam ex rõne perpetui fm infinitũ tempus ostendimus omne ingenerabile esse etiaz incorruptibile nũc ostẽdamus hic euersionez esse inter ea que dicta sunt per rationez oppositionis coꝝ. Dicimus igitur qꝫ quecũqz res cadit sub corruptione fm naturã est etiã generata & demonstratio illius est: quia si dicetur qꝫ non est generata per naturam: tunc fm ante dicta etiam non cadit sub corruptione. cum tamen positum sit in antecedente qꝫ ipsa cadit sub corruptione ergo oportet istam ꝯsequentiam esse necessariam: quia si res cadit sub corruptione qꝫ ipsa est generata. Similiter verificabimus ꝯsequentiam esse necessariam: & econuerso si ꝯsequens fiat antecedens dicentes qꝫ si res aliqua est generata: qꝫ ipsa etiam cadit sub corruptione: quoniam si diceretur non esse necessaria. tunc oppositum consequentis verificaretur cum antecedente: & tunc res generata esset non cadens sub corruptione: hoc autem per antecedentia destructum est. vbi ostensum est qꝫ res generata & non cadens sub corruptione opponitur per modũ affirmationis & negationis. Igitur conuertuntur hec duo super se generatum videlicet & cadens sub corruptione. Similiter euersio est inter esse non generantia & non cadentia sub corruptione: sicut diximus nuper in capitulo qd premisimus. Si enĩ fuerint due oppositiones dicentes verum & falsum circa omne ens: tunc in illis oppositionibus erunt quatuor extrema oppositionum: & dictum est in dialecticis qꝫ si in talibus extremum vnius oppositionis cõuertitur cum extremo alterius oppositionis vel predicatur de ipso: necesse est etiam aliud extremum conuerti cum reliquo vel predicari de ipso: tales autem oppositiones due sunt semper ens & aliquando non ens & nunqꝫ ens & aliquãdo ens: & sunt iste eadem his ingenerabile & impossibile ad ens & generabile & corruptibile. Est autem ingenerabile semper ens cui opponunt tam generabile qꝫ corruptibile: quia vterqz eorum est aliquando ens & aliquando non ens. Similiter & incorruptibile est semper ens cui opponunt etiam eadem ratione tam generabile qꝫ corruptibile: & nos non indigemus de impossibili ad ens: quoniam illud non cadit in aliquam rerum existentium. Sic ergo quatuor sunt opposita: generabile enĩ qd opponit tam ingenerabili qꝫ incorruptibili: & similiter incorruptibile opponitur vtriqz. Si ergo generabile conuertatur cum corruptibili oportet etiam qꝫ ingenerabile cõuertatur cum incorruptibili. Ostendimus autẽ in principio huius capituli generabile cum corruptibili conuerti ergo & necessario cõuertetur ingenerabile cum incorruptibili. Similiter autez si daretur qꝫ ingenerabile non conuerteretur cum incorruptibili: tunc sequeretur qꝫ nõ esset vtrũqz istoꝝ res sempiterna que non remouetur ab esse. ¶ Qd autem vnũ eorum sequitur

Tex.c.117

alterum & conuertatur cum ipsa verificatur ex hijs que dicemus statim. Generatum enim qd vtriqz eorum opponitur est res cadens sub corruptione & conuertitur cum ipsa ergo & opposita istorum duorum conuertuntur adinuicẽ. Omne enim generatum est corruptibile & econuerso: omne cadens sub corruptione est generatum. Ex his enim verificamus etiam euersionem inter ingenerabile & incorruptibile. Sicut enim diximus inter rem que semper existens & rem que nunqꝫ est existens est alia media vtriusqz que neutrum coꝝ est & illa res est generata & res cadens sub corruptione sicut ostendimus in prehabitis. Media autem dicitur vtriusqz contrariorum: quia habet virtutem que est vltimũ potẽtie sue que non pertingit ad semper existere: & excedit nunqꝫ existere & ideo est existens & non existens in diuersis temporibus. Cum ergo mediũ cadat super rem vnam: oportz qꝫ extremũ qd est semp existẽs cadat etiã in rẽ vnã siue sit gñabile: siue sit incorruptibile. Si ergo ingenerabile nõ hẽret potẽtiã infinitã ad esse nisi ex parte ante: & corruptibile nõ haberet potẽtiã infinita nisi ex parte post tũc infinitũ adderet supra infinitũ: & infinitũ esset maius infinito. qm infinitũ tã ex parte ante qꝫ ex parte post adderet & maius esset infinito ex parte post & infinito ex parte ante & hoc nõ esset nãle. ¶ Amplius

Tex.c.118

ãt adhuc vniuersalr ꝓbabimus illud in terminis gñalibus vt potest nostra demõstratio tenere p accñs & nõ p se. Dico igit rẽ oẽm gñatã cadẽtẽ sub corruptione mediã esse duaꝝ ꝯtraꝝ: hoc est inter semp esse & nunqꝫ esse. sicut iã sepius diximus. Sit.n.littera.a.semp existẽs: & littera.b.nũqꝫ exñs littera aũt.c.res gñata sit: aliqñqz exñs & littera.d.sit res corrupta qñqz nõ exñs. Manifestũ est enim tũc qꝫ littera.c.est media inter.a.&.b.per hoc qꝫ neqz.a.neqz.b.finẽ & vltimũ nullũ habẽt fm totũ tẽpus infinitũ.a.quidẽ in essendo & b in nõ essendo. Res aũt gñata est vltimũ & finis in tẽpore aut actu aut potẽtia: qr si est corrupta: tũc hꝫ actu finez: & si est adhuc corruptibilis hꝫ finẽ potẽtia.a.&.b.neqz actu neqz potẽtia habẽt finẽ & vltimũ sicut ostẽdimus: eo qꝫ aliter adderet infinitũ sup infinitũ neutra enĩ haꝝ reꝝ est in tpe quodã semp existẽs: & in quodã nunqꝫ exñs. sed.a.quidẽ semp exñs.b.vo nunqꝫ exñs fm oẽ tẽpus etiã si infinitũ esse ponat. Sicut ãt c.mediũ esse est ostẽsũ inter.a.&.b.ita ostẽdit.d.esse mediũ eodẽ per hoc qꝫ.d.mediũ est vltimũ & finẽ in tpe: & est per hoc in quodã tpe existens: & in quodã tẽpore nõ existẽs. Cũ ergo de qualibet affirmatio vl negatio sit vera de gñato nõ verificata vniuersalis affirmatiua que est semp existẽ: nec vniuersalis negatiua que est nunqꝫ existere: opꝫ de ipsa verificari duas predictis vniuersalibus ꝯtradictorias que sũt aliqñ existere & aliqñ nõ existere. Eedẽ aũt verificant p eandẽ rõnem de corrupto: ergo generatũ & corruptũ sunt idẽ sicut etiã probauimus in prima demõstratione ad hoc inducta. Est igit omne generatũ cadens sub corruptione: & oẽ cadẽs sub corruptione ꝓculdubio est gñatũ: sic manifestuz est etiã & certũ qꝫ res generata & cadẽs sub corruptione euertũtur. Declaremus igit hoc qd diximꝰ per terminos vniuersales deducẽdo ad impossibile aduersariũ qui negat ea que

Tex.c.119

diximus. Sit ergo ingenerabile.e.& incorruptibile.i.generabile aũt sit.t.corruptibile vo sit.c.sicut pꝫ in hac figura. Dico ergo tali positione facta qꝫ.c euertit cum.i.si littere iste significẽt res illas quas supposuimus eas significare.e.autẽ &.r. nõ euertunt neqz euenint rei vni: sed potius cuicũqz rei cõuenit.e.tunc alteri ei opposite conueniet.t. Similr aũt.i.&.r. nõ euertunt: neqz euenint rei eidẽ sed diuersis & oppositis. Si aũt hoc est fm qꝫ diximus tũc oportet qꝫ.e.&.i.euertant per rationem quam supra diximus de oppositis diuidentibus verum & falsum per modum affirmationis & negationis: quia ex quo quãdoqz ens & quãdoqz nõ ens euertuntur: necesse est qꝫ semp ens & semp nõ ens conuertant. Est enim

semp ens duplex .s. habens potentiã infinitã ex hoc ꝙ in preterito nõ fuit in nõ esse ⁊ sic igenerabile est semper ens ⁊ habens potentiã infinitam ad esse: ex hoc ꝙ in futuro non habebit potẽtiam ad non esse ⁊ hoc est incorruptibile. Similiter aũt quãdoqꝫ ens ⁊ quandoqꝫ non ens est duplex nõ ens enĩ, in preterito ⁊ ens mõ est generatũ ⁊ ens mõ nõ est ens sũt in futuro est corruptĩ ⁊ sic ingenerabile ⁊ gñabile: ⁊ incorruptibile ⁊ corruptibile opponunť per modũ affirmationis ⁊ negationis. Si ergo ꝯuertať generabile cum corruptibili necesse est ꝙ ingenerabile cũ incorruptibili ꝯuertať. Si aũt daretur oppositum tũc oporteret ꝙ r. esset sicut. e. ⁊ sicut. i. fm potentiã quã habet ad esse ergo fm hoc etiaꝫ ꝯuertitur cum. e. cuius probatio est: qꝛ iã dictum sit ꝙ e. ⁊. r. nõ cadunt super rem vnam: sed super opposita tamen dicit aduersarius ꝙ. r. ⁊. i. simul cadant super rem vnam ⁊ eandẽ ⁊ ꝯuertuntur sed sequitur e. i. ⁊ ꝯuertitur cum ipso. Cũ igitur illa que ꝯuertunť omnino cum vno ⁊ eodem etiã ad se inuicem conuertantur. sequiť necessario. r. ⁊. i. ꝯuerti ad se inuicẽ hoc aũt est omnino impossibile qꝛ sic ꝯtradictoria cõuerterenť: ergo falsum fuit dictum aduersarij ꝙ. r. esset vt. i. ⁊ e. sicut aũt cõuertiť generabile cũ corruptibili sic sequiť per cõparationeꝫ vnius ad alteꝝ ꝙ conuertať. e. cum. i. hoc est ingenerabile cũ corruptibili. Igitur ex oĩbus his ꝯstanter dicimus ꝙ res ingenerabilis que significatur per. e. diuersa ⁊ opposita p virtutem nature a re generata que significať per. r. Et eodem modo res incorruptibilis significata per. i. diuersa ⁊ opposita est ad rem generatam que significať per. r. nunꝗ ergo cõueniunt vni rei. e. ⁊. r. neqꝫ eidem rei. e. ⁊. i. sicut iam ante sepius diximus: ⁊ huius causa est: qꝛ ipossibile est vt res vna ⁊ eadẽ sit sempiterna ⁊ nõ sempiterna: ⁊ similr ipossibile est vt sit res vna ⁊ eadẽ cadẽs sub corruptione ⁊ nõ cadẽs sub corruptione: ⁊ vt sit semper infinita fm tẽpus ⁊ nõ sit semp fm tẽpus: eo ꝙ ꝯdictoria de eodẽ nõ verificanť. Jam igiť ostensum est sufficienter ꝙ e. ⁊. i. sequunť se inuicẽ ⁊ ꝯueniunt rei eidẽ: ⁊ ostensuꝫ est hic per opposita istoꝝ que ꝯuertunť eo ꝙ res vna ⁊ eadẽ est generata ⁊ cadẽs sub corruptione: ergo oẽ generatũ est cadẽs sub corruptiõe ⁊ oẽ cadẽs sub corruptione est gñatũ. Et similr. e. ⁊. i. ꝯueniũt rei eidẽ: ⁊ vna eaꝝ sequtur ad alterã: qꝛ res vna ⁊ eadẽ est nõ generata: ⁊ non cadẽs sub corruptione. Igiť ꝓpter vnitatẽ suppositi vtriusqꝫ istoꝝ omne qđ est non generatũ est non cadens sub corruptione ⁊ econuerso omne non cadens sub corruptione est nõ generatum: itecum ⁊ hoc est quod volumus demonstrare per terminos vniuersales inductos superius.

¶ Cap. 9m. In quo repetanť dicta aduersarij vt summatim destruanť ex ratione temporis infiniti.

Tex. c. 130. ⁊ 131.

Aduersarius aũt qui dicit ꝙ non est incõueniens rem generatam nõ esse corruptibilẽ ⁊ rem ingenerabilẽ sempiternã in preterito esse corruptibilẽ fm tempus futuꝝ: destruit quedam principioꝝ antecedentium ex quibus nos processimus: ⁊ destruit etiã syllogismos inductos eo ꝙ ipse in hoc dicto suo opposita supponit principioꝝ: dicit enim rem incorruptibilẽ esse generatã: ⁊ rẽ nõ generataꝫ sempiternã fm oẽ tẽpus preteritũ esse corruptibilẽ fm futurũ qui aũt dicit qꝛ nõ est incõueniens vt sit res generata nõ cadẽs sub corruptiõe ⁊ qꝛ iste talis sic dicit: volo nũc destruere sermones istos per rõnẽ potẽtie finite ⁊ infinite. Dico igitur ꝙ potẽtia que attribuitur rei attribuitur dupliciter. aut enim est potentia actiua qua res agit esse vel aliquid aliud: aut est potentia passiua qua agitur in ipsaꝫ. Jd aũt qđ diciť esse in actu in re aliqua etiam dupliciter attribuiť ei: aut enĩ in actu dicitur esse: aut in actu diciť nõ esse: ⁊ cum potẽtia ordinať ad actũ: tunc aut erit potẽtia ad esse fm actuꝫ: aut ad non esse fm actuꝫ: ⁊ ad quodcũqꝫ hoꝝ sit potẽtia siue virtus rei tunc aut erit illud fm tẽpus finitũ qđ habet vltimũ nũc in quo determinať aut erit illud fm tẽpus infinitũ nec habẽs vltimũ neqꝫ finẽ. Non opꝫ aũt latere ꝙ nihil ꝓhibet tẽpus infinitũ esse fm aliquid determinatũ. Si enim detur tẽpus esse infinitũ in preterito: hoc tẽpus terminatur ad nũc presens qđ cõtinuo est preteriti ⁊ futuri; sicut ꝓbatum est in 4° physicoꝝ. Cum aũt fm peripatheticos detur esse tẽpus infinitũ ⁊ in futuro ⁊ in preterito: tunc queriť qualiter possit esse terminatum: ⁊ quasi sit vtrum tempus esse infinitũ: cũ tñ fm eosdẽ peripatheticos nihil sit actu infinitũ. Sed ad hoc dicendũ ꝙ lꝫ nos credamus tẽpus habuisse initiũ per creationẽ: hoc tamen nõ est cognoscibile per phiaꝫ sicut diximus in 2° physicoꝝ. Cũ ergo peripathetici tẽpus dicũt esse infinitũ: ipsi tamen cũ hoc dicunt ꝙ de tẽpore nihil est nisi in potẽtia: nũc enim qđ soliũ est accipere neqꝫ tẽpus est neqꝫ pars tẽporis: id aũt qđ fm successionem in potẽtia est nihil ꝓhibet esse infinitũ: sicut enim infinita est potẽtia diuisionis in ꝯtinuo: ⁊ ex hoc nõ sequiť ꝙ infinitum sit actu: ⁊ de hoc multa dicta sunt in phisicis. Cũ aũt diciť terminatũ per nũc presens nõ dicitur tẽpus simpliciter sed diuidiť ꝓut est mẽsura huius actus sic terminatus. Sed ista terminatio nõ aufert ei potentiã ad esse infinitũ: qꝛ eadẽ potentia tẽporis que est in preterito ad infinitũ fm carentiã principij est in futuro fm carentiã finis. Uel vt melius dicať sicut vnũ est tẽpus in tota ꝯtinuitate tẽporis: ita vna est potentia sua ad fluxum successionis in infinitũ: ⁊ ideo per hoc ꝙ preteritũ terminať ad nũc ⁊ futuꝝ incipit in nũc nõ distinguitur potentia que est in duabus partibus tẽporis. s. preteriti ⁊ futuri in duas potentias infinitas sed in toto eo remanet vna potentia infinita fm principiũ ⁊ finem: ⁊ hoc per simile videre possumus in tẽpore finito alicuius rei que habet principiũ ⁊ finem quã nos dicimus habere duas potentias ad esse finitas quarũ vna sit fm preteritũ ⁊ altera fm futuꝝ: ⁊ ex hoc patet error eius qui dicit duo esse: quoꝝ vnũ infinitũ est in preterito qđ vocatur ingenerabile: qđ tamen sit finite potentie ad esse fm futuꝝ: ⁊ aliud sit infinitũ fm futuꝝ qđ vocant incorruptibile: qđ tamen finite potentie sit ad esse fm preteritũ: qꝛ dicit ipsum esse generatũ. Tẽpus enim infinitum lꝫ sit terminatũ ad nunc generationis ⁊ corruptionis alicuius rei. nõ tamen habet duas potẽtias ifinitas sicut nec linea duas habet potẽtias diuisionis in infinitũ per hoc ꝙ diuidiť in pũcto vno quicũqꝫ sit ille: tẽpus ergo infinitũ per suã potentiaꝫ totã est etiã terminatũ liceꝫ: ⁊ tamen remanet fm vnã ⁊ totã suã potentiã infinitũ: eo ꝙ post ipsum nihil inueniť de tẽpore: ⁊ ante ipsum nõ inuenitur prius aliquid tẽporis ad qđ ante vel post termineť. Res aũt cui nõ est finis in aliqua horaꝝ dicitur quo ad hoc eterna: eo ꝙ eterno nõ est finis: ⁊ illa eadem est etiã interminata que nullũ fm nãm habet sue generationis principium neqꝫ finẽ ad quem ante terminata sit: ⁊ hoc ideo qꝛ vt diximus vna numero est potentia infinita eẽ fm preteritum ⁊ fm futurum. ¶ Amplius si dicat aduersarius ꝙ res quã fingit eternam esse fm principium: eo ꝙ fm eam est ingenita sit corruptibilis in futuro: tunc opꝫ ꝙ ipsa sit mẽsurata tempore rei infinite: quia infinita est fm preteritum vt diximus hoc est ꝙ mensuratur hora temporis cui nõ cõuenit in preterito aliquo non existere: ⁊ deinde existere sicut est tempus rei generate. Si ergo sicut nos iam ante probauimus hora tẽporis infiniti non diuersificarentur. tunc manifestum est ⁊ patens per hoc qđ nunc diximus ꝙ res generata fuit ens in tempore infinito: ⁊ iterum res cadens erit sub corruptione ⁊ tamen hoc est in tẽpore rei eterne cui non est finis in tempore: cum ostenderimus vnam esse infiniti potentiam fm preteritum ⁊ futurum: hoc autem est de numero maximorum impossibilium: quia fm hoc in vno ⁊ eodem tempore res semper est ⁊ non est. Huius autem est ratio: quia impossibile est vt res generata sit eterna ⁊ per eandem rationem impossibile est vt res cadens sub corruptione sit eterna quo ad tempus mensurans eam: quia vterqꝫ earum proprium tempus conueniens fm suum esse est vt sit quandoqꝫ existens: ⁊ quandoqꝫ non existens. Corruptibilis enim virtus est postremo non existere: ⁊ generabilis virtus est in primis non existere fm tempus: ⁊ quodcunqꝫ hoꝝ detur concluditur reliquum etiam de eodem cum generabile ⁊ corruptibile conuertantur sicut superius est probatum. Amplius autem impossibile est contraria simul inesse in aliquo tempore vno eiusdem etiam si sit tempus infinitum. Si enim daretur ꝙ simul inessent eidem tunc contingeret ꝙ idem numero haberet potentiam simul ad esse ⁊ ad non esse in eodem tempore infinito: eo ꝙ tempus esse non distinguitur a tempore non esse in tempore infinito: neqꝫ per tempus paruum: neqꝫ per tempus magnum:

Tex. c. 132.

sient in antehabitis expeditum est: hoc autem est ex eis que impossibile est esse sicut diximus τ ostendimus per demonstrationem. Amplius in omni eo qđ potentiam habet ad esse vel ad non esse potentia precedit actum. Omne enim qđ possibile est aliquid fieri sm generationem vel corruptionē prius in potentia est ad illud: τ postea efficit illud sm actum. Tempus ergo possibile distingaitur a tempore actus. Si ergo hoc est sm ꝙ diximus: tunc res sm sermonem istorum sunt semper sine fine τ in potētia τ in actu: hec est res que est semper existens τ eterna: τ res que est postremo existens. Hoc enim ante actū in potētia generationis fuit sm infinitū tempus: τ postꝙ generata est erit in actu sm tempus infinitum: eo ꝙ ponitur esse nō corruptibilis: sic ergo ambe iste erūt sine fine sempiterne. Et similiter est de re corruptibili: quia etiam ista potentia est ingenerabilis τ in potentia corruptibilis sm tempus infinitum: τ postea cum corrumpitur erit in non esse sm actum sm tempus infinitum τ sic iterum tam tēpus actus ꝙ tempus potentie erit infinitum. τ sm vtrūq; sunt sempiterne res iste: τ hoc ideo q: sm dicta istorum nō collitur ab aliqua istarum rerum virtus semper existendi sm actum: sed potius semper existendi sm potentiam: τ sm istos est tempus existentie istarum rerum finitum τ infinitum. Inquantū enim vnum precedit τ alterum sequitur datur eis virtus existendi in aliqua hora temporis finita. Inquantum autē vtrūq; tempus existendi τ non existendi est infinitum est indistinctum: τ sic ad existendum semper habēt virtutem τ non habēt virtutē ad semp existēdū sed potius habent virtutem ad existendum in hora aliqua tēporis vt sm istos simul sit verum de istis rebus ꝙ sint existētes in hora certa τ vt sint existentes in tempore infinito simul: τ sic sequitur ꝙ possibile sit impossibile: quia si sunt existētes in hora vna sunt possibiles ad non esse ea que dicunt generata: τ si sunt existentes in tempore infinito sunt impossibiles ad non esse τ eodem modo sequitur hoc de re quā dicūt corruptibilem: τ tamen ingenerabilem. Cum igitur hec omnia impossibilia sunt patet ꝙ dictum eorum est falsum τ īpossibile.

Tex.c.134.

Amplius alio manifestiori sermone ostendemus dictum istorū esse falsum τ errorem manifestabimus quo errauerūt quādo dixerunt ꝙ res ingenerabilis est corruptibilis τ ꝙ corruptibilis possit esse ingenerata. Si enim verum est qđ dixūt esse res corruptibiles: nō corrumpetur in aliquo tēpore futuro: ostensum est enim superius ꝙ omne generabile est corruptibile. Si ergo est res generata ipsa cadit sub corruptiōe: isti autem dicunt ꝙ non cadit sub corruptione: ergo habet potentiam ad esse τ ad non esse infinite simul τ erit cadens sub corruptione τ non cadens sub corruptione simul in actu: ergo vna τ eadem res erit possibilis simul ad esse semper τ ad non esse semper. Si autem hoc est possibile tunc sequit necessario vt res cadens sub corruptione corrumpatur in aliquo tempore determinato. Similiter autem sm dicta sequitur ꝙ res generata fuit in aliquo tēpore determinato: τ nō fuit omnino in tempore propter potentiam ad esse τ ad non esse simul. Si autem omnia hec possibilia sunt: tunc possibile est vt sit res generata aliquando τ non semper existens. τ similiter est de re que cadit sub corruptione. Has autem omnes demonstrationes adduximus vt conuincamus aduersarium: τ lz non sint omnino diuerse sm ea super quibus fundantur: tamen multitudinem earum ostendunt ꝙ ea que dicta sunt non habent instantiam. Fundant enim fere omne super primam: τ ideo dixerunt Themistius τ Alex. τ Auerrois ꝙ multitudie sua que quasi materialis est plusꝙ formalis virtutem habent inductionis lz ergo sapienti forti pauciores sufficerent: tamen posuimus eas hic q: principes philosophie posuerant eas ante nos τ nos nō tm in opere isto conamur tradere sciā: sed etiā laboramus vt ex hoc opere verba peripatheticorum intelligantur.

Cap. 10m. In quo ex ipsa natura rerum probatur ꝙ semper ens τ aliquando non ens nec sunt einsdē nature neq; einsdem virtutis.

Tex.c.135.

¶ Et siquis obijciat ⁊ forte dicat ꝙ cum sba separata est intellectualis ⁊ intellectus est vniuersalio tm̄ qualr̄ substan/ tia mouet hūc motum celi vel illū cū non possit mouere hūc vel illum nisi efficiatur hoc vel ille per aliud ꝓprium ⁊ par/ ticulare: ⁊ hoc nō est in intellectu qui nō habet nisi certū qui ditates puras ⁊ ille sunt vniuſes absolute quēadmodū di/ ximus. ¶ Dicemus ad illud ꝙ sicut est in aīa ꝙ ipsa facit p essentiā quedā: quedā autē per suas potētias nāles: ita est de motoribus celestiū. aīa eni vitam facit. s. in corpore p se/ ipsam: ⁊ nō per aliquā potētiaz naturalē spāliter ei inherē/ tē. Sic̄ dicimus ꝙ substātie separate per suas eētias sūt mouētes orbes: ⁊ hoc sonat intellectꝰ vniuſr̄ actiuus ⁊ opa/ tiuus ⁊ cum essentia motoris ex ipso ordine suo procedit a pma causa. sic determinata mouebit ipsa motuz determi/ natum: ⁊ cum dicitur ꝙ est vniuſis dicet sicut cā est vniuer/ salis que tn̄ determinate est caose ⁊ nature: sed plane conce/ di opz ꝙ sic eēt mouēs per intellectū sicut per potētiam que cōsequit esse eius tūc oporteret ꝙ non moueret hūc motū nisi aliquid daret ei cognitionem huius motꝰ ꝓprij sed de oībus his perfectus tractatꝰ habebitur in pbīa pma: vsqꝫ ad illud tēpus ergo differatur. Supposito ergo fm̄ phos ꝙ celū habeat aīam: tunc opz ꝙ ea habeat que sunt principia motus qui sunt ab aīa in corpus. ⁊ hec sunt sursum ⁊ deor/ som ⁊ dextrū ⁊ sinistrum: ⁊ ante ⁊ retro. Nec oportet aliquē negare que dicta sunt ꝓpter hoc ꝙ celum est rotundum et vnius dispositionis fm̄ figuram: cum nos videamus istam differētiam habere in aīalibꝰ inferioribꝰ ⁊ per figuraz ⁊ per virtutē licet enim dextrū ⁊ sinistrum non differant figura sed potētija inferioribꝰ: tamē sursum ⁊ deorsum: ⁊ ante ⁊ retro differunt etiaz virtutibus: ⁊ insuper figuris: hac eniz de cau/ sa posset aliquis dicere ꝙ celum nō haberet ipsa principia. Amplius autē dicet forte quis qualr̄ possit vna pars eiꝰ dici dextra ⁊ altera sinistra: cum nos videamus ꝙ celuz quo ad omnes partes est vnius motꝰ simplicis ⁊ perpetui: vnū eniz motū ⁊ vno mō se hñtem nō videmus in inferioribꝰ que ha/ bent dextrā ⁊ sinistram. Ampliꝰ autē cum nos diximꝰ sub/ stantias sepatas que mouēt celos eē separatas ⁊ nō eē actꝰ corpoꝝ qualr̄ in eo qḋ mouetur erit dextrū ⁊ sinistrum: cum ista nō facit nisi per virtutes que sūt in corpore: ⁊ per virtu/ tes quarū vna deficit ab alia in corpore hñte in se 2ria quo/ rum victoria differens in calido ⁊ frigido facit dextrum ⁊ si/ nistrum. Ex his ⁊ silibꝰ quidā de precipuis in pbīa negaue/ rūt celū habere dextrū ⁊ sinistrū ⁊ sursum ⁊ deorsum: ⁊ ante ⁊ retro: ⁊ dixerunt ꝙ Aristo. dixit in celo ⁊ mundo de dextro ⁊ sinistro non ex sciā suā: sed potius ex hypothesi vt ostēde/ ret ꝙ etiaz si non poneretur celum habere dextrū ⁊ sinistruz ꝙ ad hoc reprehensibilis est Pithagoras in hoc ꝙ diminu/ te de his differētijs loquebatur: ⁊ hāc opinionē ꝓculdubio cōsensit Auerroīs: sicut videt ex suis verbis sup scḋo de ce/ lo ⁊ mundo. Nos autē credimus fm̄ veritatē ꝙ celū habet dextrū ⁊ sinistrū ⁊ qḋ obijcitur scḋo de vniformitate figure ordinis ꝙ nullū est impedimētū: qꝛ qḋ inferiꝰ est in figura fm̄ istas differētias: ideo est qꝛ motor qui est aīa inferiorum est actꝰ corporis multiplr̄ fm̄ multas potētias 2fictas cor/

pori: diuersitas eniz organoꝝ in corpore aīato est a diuersi/ tate virtū in aīa existētium sicut probari pōt in scḋo de aīa. In superioribꝰ autē in qbus sunt motores separati nō est ne/ cessario talis diuersitas: sꝫ in eis diuersitas virtutis tm̄ est eni generale in tota nā ꝙ causa superior que infinit ⁊ imprimit in cām inferiorē semper est minoris diuersitatis ꝙ̄ inferior in qua infinit ⁊ imprimit. Qḋ aūt de motu obijcit dicēdum ꝙ motꝰ qdem est vniformis per totuz in hoc qḋ nō intercipit quiete vel 2ria dispōne que faceret ipm̄ tardiorē vel velocio/ rē. sed mobile nō sic est vniforme ꝙ motꝰ eius sit ab oībꝰ parti/ bus equalr̄: sed potius videmus oculis nostris eē motū ab vna parte ⁊ nō ab alia: qḋ pꝫ oculis qḋ est ab oriēte. ⁊ illa pars q̄si ipellēs ⁊ ps occidentalis ipulsa: ⁊ opz ꝙ huius sit eā aliq̄ in nā. Dextrū ergo erit in celo vnde est motus eius eo ꝙ in omni aīato eiꝰ est motꝰ a dextra sicut diximus supꝰ: qḋ aūt dicit de virtutibꝰ naturalibꝰ qbꝰ perficit dextrū ⁊ sinistruz: ⁊ de 2rijs dicēdū est ac si ex vna causa dextrū sit ⁊ sinistruz in su/ perioribꝰ ⁊ inferioribꝰ. sed hoc nō videt esse cōcedenduz ꝓ/ cise cū nos ostendimus ꝙ aīa in celestibꝰ ⁊ in inferioribꝰ nō est vnius rōnis. Cum eni aīa non sit vnius rōnis in superio/ ribus ⁊ in iferioribꝰ. tunc nō erunt pncipia motꝰ aīe in infe/ rioribꝰ ⁊ superioribꝰ vnius rōnis: et ideo ante ⁊ retro: ⁊ sursū ⁊ deorsuz: ⁊ dextrū ⁊ sinistruz nō dicunt de celo per eandē rō/ nem qua dicunt de inferioribꝰ: ⁊ ideo videtur dicēdum ꝙ dextrū ⁊ sinistruz non sunt ex diuersitate sube mouentis sed potius ex diuersitate eius qḋ mouet: licet eniz non sit suscepti/ bile celū 2riorum suscipit tamē spissitudinē maiorē in parte vna ꝙ̄ in alia. ⁊ stellas plures in vna parte ꝙ̄ i alia: ⁊ ideo ēt in vna parte est magis aptū suscipere actū sui motoris fm̄ vnā partem ꝙ̄ fm̄ aliaz: ⁊ fm̄ hanc habet dextrū ⁊ fm̄ oppositum hꝫ sinistrum: ⁊ silr̄ est de sursum ⁊ deorsum: ⁊ de ante ⁊ retro: sicut inferius patebit: ꝓpter istas igit obiectiones nō est ne/ cessarium nobis negare celū habere dextrū ⁊ sinistrū: ⁊ deor/ sum ⁊ sursum. Oportet enim nos imaginari dextrum orbis per simile: ꝙ. s. dicamus hoīem hñtem sursum ⁊ deorsum: ⁊ ante ⁊ retro: dextrum ⁊ sinistruz differētias in corpore suo per figuras ⁊ per virtutes extēdi a celo ⁊ de polo in poluz ita ꝙ caput eius sit in polo australi qui vocatur antarcticus: ⁊ pe/ des eius sunt in polo aquilonari qui vocat arcticus ⁊ eiꝰ fa/ cies sit 2uersa ad hemisperiū nostrū in quo nos habitamꝰ: ille enim necessario dextrā hꝫ in oriente ⁊ sinistrā in occidē/ te. deinde intelligamus subtrahi figurā humanoꝝ organo/ rū ex homine illo ⁊ remanere virtutes in ipso celo: ⁊ esse sibi eas nāles: tunc videmus in orbe pmo absqꝫ dubio virtutes has esse ꝙ scimus ꝙ ex opere suo factioīs sn̄ cāus est orbis ꝙ hꝫ locū vnde incipit suos motꝰ: ⁊ vnde finit vna sua revo/ lutio. Sic eni imaginatio est de causa inceptiōis motus or/ bis potius in parte vna ꝙ̄ in parte alia. Cū eni motus vniꝰ reuolutionis nos fm̄ tempus sit infinitum eo ꝙ circūferen/ tia nō est ambitus infiniti. sicut diximus. opz ꝙ aliqua sit ps fm̄ partes celi: ⁊ aliquis locus vel sitꝰ vnde incipit motus re/ uolutiōis: omne eni cuiꝰ vna reuolutio incipit post aliā mo/ ueri hꝫ procul dubio locum inceptiōis in aliqua parte ⁊ in ali/ quo loco: omnis autē motus incipiēs a parte ⁊ loco determi/ natis opz ꝙ hēat principium aliqḋ naturale qḋ sit cā quare incipit ab illa parte ⁊ ab illo loco: ⁊ nō ab alio: principium au/ tē istud non pōt esse nisi dextruz ergo celum hꝫ dextrū ⁊ illiꝰ oppositū per locū est sinistrū: hec est rō fortior inter oēs ad ꝓ/ bandū ꝙ celū hꝫ dextruz. modo videmus ꝙ nō pōt ad ipsaz cōuenienter respōderi: qꝛ cōcludit cām eē per effectū certū ⁊ determinatū ad visaz in corpore celesti. ¶ Sūt tn̄ qui obij/ ciunt cōtra pdicta dicētes ꝙ si oriens est dextrū: aut oriens accipit in loco siue in situ vniuersi: aut in ipso corpore celi. Si aūt accipit in ipsa plaga mundi siue in dispositiōe sitꝰ: aut accipitur intra celū: aut accipit extra celum si aūt acci/ pitur in ipso celo tunc dextruz efficit aliquādo sinistrū: quia quelibet pars celi aliquādo est in oriēte ⁊ aliquādo in occi/ dente ⁊ hoc videt eē magnum inconueniēs. Si autē accipi/ tur in ipsa plaga mūdi ⁊ imobili ⁊ extra celum. tūc accipitur fm̄ eē in nihilo. qꝛ extra celum nihil est oīno: qꝛ nihil nulliꝰ est virtutis ꝓpter hoc non pōt habere virtutē dextre vel si/ nistre. Si autē accipit intra celum cum ipsa plaga: ⁊ situs sit in aliquibus corporibus fm̄ naturam erit dextra celi fm̄ eē non in celo: sed in igne vel in alio corpore contento in celo: qḋ absurdissimum

Margin notes:

...ḡo ex i / ...cia ⁊ ot / ... vnu vi- / ...mentus / ...bi huiꝰ.

Obiectio subtilis ꝯ pḋicta ⁊ su/ ia Auicēne.

Solutio

Sꝫ 2sidera ī hac solutiōe doctoris istā itā ex co 36. 12. meta. ⁊ ex fine pmi capi tuli ḋ sba or/ bis vbi hꝫ ꝙ itelligētia de potentija aīe nō hꝫ nisi itel lectū ⁊ volūtē o siderandū p quā mouet in loco. 3.

Auerrois opi/ nionem. vide 2. text cā. 15.

Tex. cō. 17.

... celo habe ꝙ in celo si dextrum.

Obiectio 3ta cō.

absurdissimum est & contra rationem. Ideo dixerunt quidam q in spera etiam in circulo dextrum dicitur quelibet ps pellens & quelibet pars pulsa dicit sinistrum sed sm hoc quelibet pars semicirculi ascēdētis dicitur dextra: & quelibet ps semicirculi descendentis dicitur sinistra & sm hoc dextrum & sinistrū non differunt suba in virtute sed potius ratiōe situs tm̄: & sm hoc etiam erit causatum dextrum & sinistrū in inferioribus & non differūt nisi rōne situs & tunc homo gyrans se efficitur aliā dextram hñs quā prius habuit qd est impossibile. Sicut enim se hz dextrū & sinistrum in eā quo ad virtutes: ita se hz in causatis nisi q in effectu est compositus & multiplicatus. Ideo dixit Themistius cōsentiēs Alexandro hoc qd supra posuimus: q nō est dextrū & sinistrū in celo sm veritatē. Sed si esset in celo dextrum & sinistrū sz dicta Peripatheticorum tunc oporteret etiā q esset ibi sursū & deorsum. Sed hoc dcm̄ reputamus nos inconueniēs ppter rationem supra inductā de causa inceptiōis revolutiōis celi: q illi nostro iudicio nō potest respōderi. ¶ Dicēdū igit videtur vt supra diximus. s. dextrū & sinistrum accipiunt in celo sm eē partium celi per cōparationem ad plage mūdi situm qd est dextrū sm esse nō efficitur sinistrum sm eē: sz potest effici sinistrum per cōparationē ad plagam & sitū mundi per hoc q est in occidentali plaga mūdi positū: & hoc nō reputamus incōueniens in inferioribus q vel dextrū sm veritatem efficiatur sinistrū per cōparationem. Si ergo ponimus oēs situs differentias esse in celo sm esse dicentes q longitudo orbis cuius pncipia sunt sursum & deorsum est spatiū in quo disponitur orbes sm motū diurnum a polo in polū super axem circuli equinoctialis super quē est motus diurnus: & cum in vno orbe sm vnū subiectum sint multi orbes sz formam sm q docuimus in fine. 6. physicorū dicit q quidam ex orbibus formalibus sunt sursum in celo: & quidam ex eis sunt deorsum. Ille enim locus qui dicit locus sursum & qui dicit deorsum est diuersus & differens ex oibus medietatibus orbiū formaliter sumptorū: medietates enim orbiū sunt circulus equinoctialis: & circuli equidistantes circulo equinoctiali: & per distantiam ad circulum equinoctialem accipit in spera differentia: & distantia polorum orbis primi qui est supremus inter omnes orbes. Si enim accipiamus orbes diuersos qui mouentur motu diurno considerādo in eis mediū eorum q describitur linea intellectualis axis que transit de polo in polum per centrum circuli equinoctialis: inuenimus q illa medietas sit aliena que dicimr axis spere descripta non mouetur omnino: ita q aliqua pars eius transeat ab vno situ in aliū: vel ab vno loco in aliū: lz moueatur in loco & situ suo sicut intelligeremus lineam reuolui in tota sua longitudine: illa enim in loco suo moueretur: & tamen non mutaret locum: & ita est de axi spere q omnes spere mouentur super axem celi primi cuius est motus diurnus: cum autem nomina damus lateribus mundi vocando vnū oriēs & dextrum: & alterum occidens & sinistrum: & tertium ante: & quartum retro ponimus considerationem in orbibus qui formaliter differunt sm polos & axem polorum qui vocatur sursum & deorsum per modum quem diximus supra vbi posuimus imaginationem hominis habentis caput in polo australi & pedes in polo septentrionali & conuertentis faciē suam ad hemisperium in quo nos habitamus hic in terre superficie: sic enim considerando superius & inferius mundi dicimus latera mundi oriens appellando dextrum: & occidens vocando sinistrum: & superficiem celi que est ab oriente in occasum contra ordinem signorum vocando retro ante superficiem que est ab oriente in occidentem sm originem signorum vocando retro: & sic etiā astronomici illa latera mundi denominauerunt. Non enim damus nomina lateribus mundi ei qd est ante & retro ex eis que sequūtur superiorem polum vel inferiorē: sed potius ex eis que sequūtur dextrum & sinistrum per modos quos iam determinauimus: & hoc est ideo quia distantia inter hos polos nō dicit nisi longitudinem orbis tm̄: & sm hanc dimensionem ille polus cuius stellas videmus super nos: qui est polus septētrionalis est pars inferior orbis qui est primus inter orbes: & habet motum primum. Polus autem cuius stellas non videmus qui est australis est superior orbis eiusdem pars: & hec est imaginatio tota differentiarum situs orbis.

¶ Et sunt in eis plures dubitatiōes. Cum enim ad oculū videamus esse plures stellas in parte orbis septētrionali & plures imagines stellarū videt q maioris vigoris est ps septētrionalis q meridiana pars. & sic videt dignius esse q pars septētrionalis sit sursum q pars meridiana celi: & forte hec ratio mouit Pythagoram ad hoc qd dixit partē septētrionalem primi orbis esse sursum. Forte autem aliquis vellet rñdere & diceret q pauciores stelle in meridie eque potentes vel fortiores sunt multis stellis in septētrione sed hoc nō est probatum. Nos enim scimus q pars celi magis habēs virtutes est vbi est stella: & ideo cōueniens esse videt q vbi plures sunt stelle plus est ibi celestis virtutis. ¶ Dixit autē ad hoc Auerrois q distinctio superioris in celo et inferioris non est vera nisi sm opinionem Pithagore: sed hoc iterum stare nō potest vt videtur cum nos videamus Aristo. reprehēdisse Pithagoram: de hoc q superius & inferius celi nō distinxit ante dextrum & sinistrū. ¶ Unde dicendum videtur sm Astronomos q Peripathetici quādo loquuntur de superiori & inferiori in celo loquātur sm mundi partem habitabilē & pars habitabilis nō est nisi quarta septētrionalis hemisperij superioris: & ad hoc adducemus rationes in libro quē de longitudine & latitudine locorū cōponemus sm hāc eni habitabilē fons caloris est a meridie & stellis meridianis: & ideo est sursum celi sicut de eo qd est sursum aialis diximus: & ad hoc qd obijcit q plures sunt stelle & plures imagines in septētrione videtur eē dicendum q sunt septē stelle quarum virtutē omnes alie sequūtur que sunt planete que hñt se ad alias sicut anima ad corpus sicut tradūt mathematici eo q agunt in ipsas virtutes suas sicut anima in corpus: hee autē septem maxime sequunt solē ad cuius distātiam efficiuntur directe & stationarie & retrocedētes & occulte sub radijs eius: & orientes ex ipsis: & ideo oēs stelle sequūtur solē. Solis autē vicinior via terre est in meridie: eo q in meridie pars breuior diametri circuli deferētis ipsū: & ideo vt opinor pars meridiana dicitur superior: & pars aquilonaris dicitur inferior: & hec est causa quare dicit Aristo. q mare fluit ab aquilone in meridiem: qa in aquilone propter frigus multiplicantur aque: & diminuuntur in meridie propter calorem: & ideo altior & multa aqua descendit ad inferiorem & paucam aquā sicut pbabit in libro metheororū. Dicitur autē aliquādo aliter supremū & infimū celi sm cursum stellarum: & sicut mediū celi in meridie vocatur supremum: & mediū in hemisperio inferiori qd est locus stelle in media nocte vocatur infimū: & hoc mō mathematici vocant supremum & infimū celi. ¶ Est autem dubitatio de ante & retro quia ista sm prius habita sm eē differre non videntur: quia id qd inferius est sm ordinē signorū mensurando ab oriēte in occidens continue efficitur superius & habebit oppositum ordinē signorum. Adhuc autē videtur q ante & retro: & sursū & deorsum nō sunt in celo: & q sursū & deorsū sunt principia augmenti & ante & retro sunt principia sensibilis motus & in celo nec augmentum est: neq motus sensibilis. ¶ Sed ad hoc iterum dicendum eē videtur q formaliter semper differt ante & retro: & hec ostendit conuersus ordo signorum qui semper est in his duobus sitibus absq omni ambiguitate est reuolutio que est sm ordinem signorum formaliter differt a reuolutione que est cōtra ordinem signorum: & lz in primo orbe non sit distinctio signorum sm figuram: tamē in gradibus eius est virtus conformis ad virtutē signorum: & in ordine graduū accidit qd accidit in ordine signorum necessario: ppter qd etiam ostēdimus veritas qd diximus in fine. 7. physicorū de differentia formaliter orbis: & q orbis semper formaliter mouet de forma in formam: & lz materialiter non mutet locum: sic etiam materialiter & per accidens fit ante & retro: & ideo formaliter quia forma eius qd est ante semper est alia a forma eius qd est retro. lz materia eius qd est ante fit aliquādo mā eius qd est retro: qa illa signa que sunt ante fuerunt retro: & econuerso: sed tamē reuolutionum forme sunt diuerse. ¶ Qd autem dicitur q sursum & deorsū & ante & retro sunt principia augmenti motorum & augmēti sensibilis: soluēdum est dicēdo q nō sm omnia hec sm que sunt iste differentie in inferioribus sunt et in superioribus: qa cum superiora sint simpliciora q inferiora & si sint quasi materia superiorum infe-

Solo doctoris.

Tex. cō. 14.

Digressio 3 ōducta de superiori & inferiori ipsius celi.

Solo Commentatoris in cō. 15.

Solo ppria.

Nō q̄re ps meridionalis dicat sursum celi & septētrionalis deorsum.

Digressio 5 ante & retro.

Solo

riora oportet q magis sint multiformia iferiora q superiora: et ideo in superioribus que sunt incorporalia sunt ista principia dimensionum tm: in inferiora autem sunt principia dimensionum et motuum. Ex iam dictis patet q et a philosophis aspectus qui est fm ordinem signorum dicitur dexter: aspectus enim idem est q directio sive proiectio radiorum: et sive illa sint in sextam partem circuli sive in tertiam: sive in alteram fm q vocant aspectum sextilem et triangulum et quadratum: et oppositum semper est duplex dexter. s. et sinistrum: dexter quidem est contra ordinem signorum eo q ille est ab oriente ad anteriorem partem celi fm extensionem concave superficiei celi primi a dextro versus sinistrum et sinistrum et econuerso in hemisperio superiori: in hemisperio autem inferiori si ibi tm est habitatio sibi oriens est in occidente nostro et occidens in oriente. et ideo sibi iterum radiatio dextra ab oriente inferioris hemisperij dextrum contra ordinem signorum et sinistrum ab occidente eiusdem hemisperij fm ordinem signorum. et ex hoc manifestum est q processus orbis primi est contra processum orbium inferiorum propter qd diversum ab inferioribus habet dextrum et sinistrum sicut nos inferius dicemus.

Cap. 6m. De diversitate habitantium sub dextro celi et sub sinistro tam fm orbem superiorem q inferiorem.

Tex. co. 15

Amplius autem de dextro et sinistro loquentes non nominamus dextrum alicuius rei nisi significando principium unde est motus localis eius qd est animatum. Si ergo hoc est fm hoc et principium motus celi supremi scimus esse in parte et loco unde oriuntur stelle fixe: tunc procul dubio idem locus et pars est et dextrum celi et locus partis ubi occidunt stelle et sinistra celi: et hic est locus et pars occidentis motus celi superioris. Si ergo celum incipit revolui in motu suo ex dextro eius et incedit et revoluitur super sinistrum ad idem dextrum ipsius: tunc procul dubio oportet q superius orbis primi sit polus australis qui occultatur a nobis in hac quarta nostre habitationis qui est polus cuius stellas non videmus: et inferius orbis sit polus aquilonaris qui non occultatur a nobis: cuius stelle numq a nobis occidunt in hac parte nostre habitationis. Si autem aliquis homo oppositum diceret. s. q superior pars orbis esset polus qui non est occultus nobis cuius stelle non occidunt visibus nostris: tunc procul dubio oporteret q motus celi esset a sinistro in sinistrum: quia tunc esset imaginatio partium celi sicut si homo extensus de polo in polum haberet caput in polo aquilonari et pedes in polo australi et faciem ad nostram habitationem: et tunc esset necessario sinistrum eius in oriente et dextrum eius in occidente et ideo tunc revolveretur a sinistro in sinistrum: sed hoc nos non dicimus fieri omnino: igitur ex dictis patet q orbis qui est in polo occulto australi est superior et si qui habitant in quarta illa que est in quarta que extenditur a linea equinoctiali usq in polum australem habitant sub orbe superiori in dextro orbis primi hoc est sub occeano qd est a dextro orbis primi fm motum primum qui est diurnus: et qd nos intendimus hic in habitatione quarte aquilonaris versus inferius orbis et in parte sinistra eo q omnes a grecia citra habitantes sunt occidentales: et a grecia in Indiam habitantes in eadem quarta sunt orientales: totum ergo contrarium est fm veritatem eius qd dixit Pithagoras. Dixit enim q nos habitamus in medietate orbis superioris in parte dextra ipsius: et illi qui habitant in medietate orbis australis ultra lineam equinoctialem habitant in medietate orbis superioris in parte sinistra. Jam enim per ea que diximus ostensum est totum contrarium esse verum. Et enim meo iudicio nihil de terra habitetur nisi quarta superior terre versus aquilonem a linea equinoctiali cui respondemus in superiori non habitantur tamen. Pithagorici dixerunt q tota medietas terre superior que extenditur a polo versus polum oppositum habitatur: et citra videlicet equinoctialem usq in polum aquilonarem: et ultra equinoctionalem usq in polum australem: ita q nos citra equinoctialem habitamus unam medietatem terre hemisperij superioris: et illi qui sunt ultra equinoctialem habitant aliam medietatem eiusdem hemisperij: medietas autem hemisperij non est nisi quarta pars ipsius totius terre: sicut in qualibet re medietas medietatis non est nisi quarta pars rei totius: et Pithagoras dixit versus polum australem esse inferius: et sinistrum huius totius habitationis fm totum hemisperium superius et versus polum aquilonarem esse superius et dextrum hemisperij idem vocans dextrum qd est habens multas stellas plurime virtutis et sinistrum qd habet paucas: et non accipiens dextrum dimino in vera significatione et si dextrum sic accipiatur ut dicit Pithagoras adhuc falsum est qd dicit: quia maior vigor caloris et stellarum est in quarta meridiana cum hoc sit superius orbis: ut probatum est quam in quarta aquilonari propter virtutem solis et planetarum in parte illa sicut diximus. Si autem non accipiatur dextrum unde est motus diurnus in spera suprema sed potius unde est motus planetarum in speris inferioribus et tunc dextrum ei esset in occidente orbis primi quia planete moventur ab occidente orbis primi: et est eorum ortus ubi est occasus orbis primi. et tunc oporteret q superius orbium planetarum sit in polo aquilonari et inferius sit in polo australi et tunc habitamus nos hic citra aquilonem versus polum aquilonarem in medietate superiori hemisperij superioris que est pars dextra fm Pithagoram: et alij qui sunt ultra equinoctialem versus polum australem habitant in medietate inferiori hemisperij superioris: quam vocat sinistrum Pithagoras. Cum enim motus orbium planetarum sit contrarius motui orbis primi consequens est ut etiam differentie dimensionum et motuum ipsorum sint contrarie differentijs dimensionum et motus orbis primi revolutio enim planetarum cum sit ab occidente in orientem contraria est fm aliquem modum revolutionis orbis primi qui est ab oriente in occidentem: consequens igitur est q nos qui sumus aquilonares versus occidentem habitantes. habitemus in parte ubi incipit motus planetarum celi et q isti sint in parte in qua est orizon hoc est finitor motus celi planetarum. Est autem attendendum q ortus et occasus cuiuslibet celi fm rei veritatem dupliciter est attendendus. Uno enim modo attenditur fm longitudinis motum: et alio modo fm motum latitudinis: et est motus longitudinis dictus in astronomia motus qui est super arcum qui est inter occidentem et orientem. Motus autem latitudinis dicitur motus qui est super arcum qui est inter equinoctialem et polum circuli signorum et polum mundi. Sed astronomus aliter sumit longitudinem et latitudinem. Vocat enim longitudinem astronomus motum qui est super longitudinem non celi quidem sed climatum: longitudo autem climatum distinguitur ab oriente in occidentem in toto hemisperio habitabilis superioris: latitudinem vero vocat latitudinem non celi: sed potius latitudinem climatum et hoc distenditur ab equinoctiali versus polum aquilonarem in quarta nostre habitationis et ideo nulla est contradictio inter philosophum et astronomum: sed potius id qd dicit naturalis philosophus dextrum superioris celi et superius esse versus polum occultum versus austrum et sinistrum eiusdem: et inferius esse versus polum apertum versus aquilonem et intelligitur ex eo qd dicunt astronomi. et similiter verus est intellectus eius qd dicit physicus q fm orbes planetarum superius et dextrum sit versus polum apertum et inferius et sinistrum sit versus polum occultum: et hoc est per dictum astronomorum. Sicut enim diximus longitudo celi que est latitudo climatum principiatur a polo motum autem illum aut accepimus in stellis aut in ipsa substantia orbis: et si accipiamus eum in stellis absq dubio compertum est stellas moveri a polo meridionali versus polum septentrionalem. in quibus in centum annis gradu uno et parum plus. et cum dextrum sit unde incipit motus erit dextrum stellarum in parte celi que est ad meridiem: et superius celi erit ibidem fm dimensionem longitudinis celi: et ita intelligitur qd Arist. dicit q habitatores in meridie habitant in superiori orbis stellarum fixarum et dextro: et illi qui sunt in aquilone habitant in inferiori eiusdem orbis in parte sinistra earundem stellarum. Si autem nos referimus motum celi ad ipsam celi substantiam: tunc absq dubio incipit motus ab oriente et gyrat per occidentem: et tunc habitatores in austro vel in aquilone non sunt in dextro celi neq in sinistro sed potius habitantes in oriente sicut Indi sunt in dextro habitantes in occidente: sicut Hispani sunt in sinistro et habitantes in austro sunt in superiori: et habitantes in aquilone sunt in inferiori. Similiter autem

Tex. co. 16.

Opinio pithagoricorum de habitatione terre.

Documentum

Nota quomodo intelligitur dextrum et q habitatores stellarum meridionales in superiori orbis stellarum fixarum et dextro

ter autem duplex est motus planetarum: quia planete descẽdunt ab aquilone ⁊ ascendunt ad meridiem ⁊ figurantur lumine ⁊ effectus eorum augentur quando ascendunt ⁊ diminuuntur quando descendunt: ⁊ ideo superius orbium planetarum ſm suam substantiã est versus polum aquilonarem in circulo solstitiali: ⁊ ab illo est motus inceptio motus stellarum planetarum ſm motum qui est latitudinis climatum: ⁊ ideo quo ad stelle motum est ibi dextrum eius: ⁊ sinistrum eius est in circulo solstitiali australi: qđ propter hoc habitãtes in aquilone habitant in superiori circulo planetarum ⁊ in dextro planete. ⁊ habitantes etiam in australi parte habitant in inferiori circuli planetarũ ⁊ in sinistro planete. Si autem motus referatur ad substantiã orbis deferentis planetam: tunc ortus planete est a plaga mundi occidentali: et ibi est dextrum eius ⁊ occasus planete est a plaga mũdi orientali: ⁊ ibi est sinistrum eius: ⁊ ſm hoc nec in austro nec in aquilone habitantes sunt in dextro vel sinistro orbis planete: sed potius habitãtes in plaga mundi occidentali sunt in dextro sicut Hispani: ⁊ habitantes in plaga mundi orientali sunt in sinistro sicut Indi ⁊ Ethiopes: ⁊ iste est verus intellectus eius qđ dicit Arist. ⁊ Pithagoras: ⁊ illud qđ prius diximus dictum fuit ſm Alexandrum ⁊ Themistium ⁊ alios quosdam de schola Peripatheticorum. ¶ Cum autem in. 8. physicorum probatum sit motorem esse in celo primum ſm circulum equinoctialem maxime eo ꝙ ibi velocissime sit motus in motu diurno videbitur forte alicui mirabile quomõ ponimus diuersa principia ſm longitudinem ⁊ latitudinem ⁊ profunditatem celi: quia ſm ea que dicta sunt in octauo dicitur vnum ⁊ idem esse motus principium ſm qđ est mobile influens motum celo ⁊ in circulo equinoctiali: ⁊ si principiatur motus celi principiari videbitur a dextro circuli equinoctiali ⁊ non ab aliqua parte. Sed ad hoc soluendum dico ꝙ preter primum mobile est in quo motus est vnus tm̃: in orbibus aliis mobilibus sunt motus multi etiam hoc est in omni spera stellata siue habeat stellas multas sicut firmamentum: siue habeat stellam vnicam tm̃ sicut spere septem planetarũ: ⁊ hoc quidem nos ostendemus inferius. Ista autẽ determinatio differentiarum sic precise est ſm speras stellatas ſ3 duplicem motum earum. s. ſm motum quem vocamus longitudinis climatum ⁊ quem vocamus motum latitudinis eorundem ꝫ ergo ſm vnum maximum circulum ⁊ velocissimũ maximum influat motum orbi motor ipsius: nihil tamẽ ꝓhibet diuersas esse aptitudines ⁊ ad recipiendum motum ⁊ motus principium in quolibet corpore celi: ⁊ ſm istas aptitudines ⁊ vt ita dicam idoneitates ad inchoandam partem ⁊ locum vnus est motus differẽtie prehabite in orbibus distinguũtur. Si ergo per ea que dicta sunt determinate sunt longitudines partium celi ⁊ loca celi determinata a quibus incipit motus celorum per quas regyrat partes. ⁊ que per loca tã ſ3 orbẽ stellatũ supiorẽ q̃3 ſ3 orbes iferiores planetarũ.

Obiectio 55 dicta.

Solo

¶ Cap. 7[m]. De causa finali propter quam celorum mot⁹ oportet esse plures.

Ter. cô. lr.

Hijs autẽ determinatis inquirẽdum videtur de his que ſm nature cõsequẽtiã remanẽt quasi principia ex istis. Cum enim dextrum ⁊ sinistrũ determinata sunt diuersimode tã in vno orbe q̃3 in orbib⁹ plurib⁹ cõsequens eũ ex isto plures esse motus celi: ⁊ pluralitas autẽ hec nõ causaꝫ ex cõtrarietate formarum celi ita ꝙ plura sunt mobilia contrarietate formarum differentia sicut multa sunt climata: quia in prehabitis multotiens determinatum est ꝙ vnus motus circularis nõ potest eẽ cõtrarius alij motui circulari per formam sui subiecti: ⁊ ideo cum motus superiorum sint multi tũc inquirẽdũ eũ de causa finali ꝓpter quã sunt multi: ⁊ in quo subiecto: ⁊ cui fini facti sunt mot⁹ circulares multi. In superioribus enim ꝓmisimus ꝙ vellemus laborare in inquisitiõe motuum celorum. Est autem prenotandum ꝙ cum nos inuestigare vellimus causam finalem ⁊ duplex est finis in se: ⁊ in alio: nos hic volumus inuestigare motuum istorum finem illũ qui est in alio ⁊ non in seipso: ⁊ vt intelligatur dicendum est ꝙ finis in se vniuscuiusq3 rei est actio essentialis ipsius: ⁊ hoc est esse ſm qđ esse dicit sue essentie actum prout eẽ est actus entium: ⁊ vita actus viuẽtium: ⁊ sentire actus sensibilium: ⁊ itelligere siue intellectualiter viuere actus itellectualium: ⁊ hec actio est simplex ⁊ in nullo alio recepta: finis autem in alio est actio entis ꝓut sit passio in passiuo suo ꝓpter qđ recipit actionẽ eius: ⁊ iste finis est effectus essentialr agẽtis in aliud cui largit esse suũ quãtum ipm possibile est recipere ab ipso: actus enim actiuorum sunt in patientib⁹ ⁊ dispositis qui nati sunt recipere actiones eorum. Diuersimode autem attribuũtur isti fines reb⁹ eternis ⁊ corruptibilib⁹: quoniam incorruptibilia in suo esse sunt perpetua per naturã: ⁊ ideo habent in seipsis esse diuinum nobilius omni esse corruptibili ⁊ cum nihil sit propter ignobilius se nõ possunt eẽ talia perpetuo ad esse causatum extra ipsa nisi in alio qui est finis secũdarius ⁊ vocatur finis operationis eorum ⁊ nõ principalis: ⁊ ideo cum dicitur ꝙ celo motus est ꝓpter esse perpetuum qđ quidem est in ipsis est ille finis per se: ⁊ cum dicitur ꝙ est propter generationem inferiorum est iste finis secũdarius ⁊ non principalis. Corruptibilia autem non habent in seipsis esse diuinũ: sed potius in generatione: ⁊ ideo quodlibet ipsorum extra se habet nobilius esse: ⁊ hec adhuc dupliciter considerantur. ¶ Cum enim queritur propter quid est homo: dicitur ꝙ ꝓpter esse qđ est vt actus essentie: propter hoc enim accipit forma hominis vt augeat in ipso actũ esse hominis: cum autem homo sit completus est imperfectus ipse propter diuisionem ⁊ multiplicationem huius eẽ quatenus diuino esse per generationem participet ⁊ sit actu ab ipso qđ est generatio eius optimum ſm naturam: ⁊ ꝓpter illud est in fine principali ⁊ nõ secundario: ꝫ quo ad esse indiuidui sit ꝓpter seipsum: esse autem indiuidui est defectiuum ⁊ non completum: ⁊ ideo est quedam cõuersio inter hos fines. Omne enim qđ habet finem in seipso habet etiam finem in alio sed cõpletior est finis in seipso q̃3 in alio ⁊ ideo finis in alio est propter finem in ipso in talibus quia est diuinum qđ habent talia perpetua in seipsis non eũ vacuum et ociosum sed potius plenum ⁊ fontale ⁊ effluens ⁊ largum: ⁊ ideo nõ est contentum in fine in seipso: sed procedit potius quodãmodo processionis in aliud quodlibet qđ receptibile est sue bonitatis id autẽ qđ habet finem in alio necessario etiam habet finem in seipso inferiorem ⁊ ignobiliorem sicut diximus superius. Sed tamen finis in alio necessario proponit sibi finem in seipso eo ꝙ diximus sicut in fine secũdi physicorum posteriori posito necessario ponitur prius. ſ3 habens finem in seipso non eadem causa ponit finẽ in alio: quia non sequitur ꝙ priori posito ponatur posterius nisi rõne materie alicuius specialiter ⁊ hoc est in ꝑpetuis: quia ideo posteriora sua ponant quia vacua in seipsis remanere non possunt. ¶ His autem habitis notandum est ꝙ celestes motus possunt ꝓbari plures ex priori fine ⁊ ex posteriori. Si enim queratur quare celi motus sunt plures: ⁊ potest dici ꝙ motores superiores in se perpetui eo ꝙ non ociosi permanent motum infuunt suis mobilibus perpetuum: ⁊ quia mot⁹ distant longe ⁊ ꝓpe a loco mobili diuersimode in subiectis diuersis ideo diuersa fiunt elementa ſm calidum ⁊ frigidum ⁊ humidum ⁊ siccum: ⁊ quia diuersa ⁊ contraria sunt elementa per actionem ⁊ passionem necessario fit generatio ⁊ corruptio: ⁊ iterum e conuerso si queratur quare motus superiorum sunt diuersi: responderi potest ꝙ quia est generatio ⁊ corruptio oportet esse generata ⁊ corrupta: ⁊ quia sunt diuersa generata ⁊ corrupta oportet esse diuersitatem motuum que diuersimode accedens ⁊ recedens facit contraria generata ⁊ corrupta simplicia: ⁊ quia motus est diuersus oportet esse mouentem perpetuum: ⁊ quia mouẽs est perpetuus in mouendo oportet eum esse perpetuum in esse largo ⁊ fontali: sꝫ prima via ex prioribus est simplicior ⁊ pertinet ad diuinum: ⁊ secunda via est ex prioribus ſm sensum ⁊ pertinet ad hãc scientiam. ¶ Et ideo ſm illam hic procedemus dicentes ꝙ causa multitudinis motuum ista est: quia nõ sequeretur generatio que est opus proueniens ex multis motibus superiorum: ⁊ precipue ex duobus qui sunt motus primi mobilis qui vocatur diurnus cuius dextrum est in oriente mundi: ⁊ motus circuli obliqui qui dicitur signorum circulus cuius dextrum est in occidente mundi. Ad hos enim duos motus omnes alij corporum superiorum motus referẽtes. Sicut enim diximus omnis cuius est operatio aliqua per se ⁊ essentialiter est propter illam suam operationem ſm ꝙ operatio ⁊ actio eius essentialis ſm ꝙ manifestat nomẽ actio/

Vide Albu/ um. c. 17. hic ⁊ in 12. metaphy. cõ. 36.

Multitudo celestiũ motuum ex duplici fine ꝓbari pt ⁊ altera ꝓbatiõ diuina altera phisica.

nis: quia actio est operatio actus hoc est forme essentialis et naturalis rei sed tamen ut diximus operatio aliquando est operatio sola quando est finis in se et aliquando est operatum quando finis est in alio operatio enim rei diuine que est perpetue et permanens est perseuerantia et permanentia in esse quod est actio essentie permanentis et hoc esse vita sempiterna in seipsa. et quia non est ociosa et vacua sed fontalis et larga hec vita in motore primo qui est imobilis omnino: ideo oportet quod operatio eius in alio quod est suum mobile proprium sit largitiua motus sempiterne secundum omne esse temporis et secundum naturam ex parte celi non est defectus ut ostendimus in octauo physicorum. Celum enim est perpetuum secundum eundem modum perpetuitatis quia corpus est spirituale subtile rotundum motum motu circulari sempiterno. Hec est ergo una causa motus et accedentis et recedentis in orbe rotundo que accepta est et ipsa largitate motoris. Possumus autem ad eandem causam venire incipiendo ab effectu eius in corporibus inferioribus. Repetemus ergo questionem querentes quare motus celi non est factus unicus sed plures ut diximus. dicatur igitur quod causa diuersitatis motuum celestium est accepta ex generationis multiplicitate: et hoc ut videamus melius inchoemus ab his que exiguntur ad motum circularem dicentes quod sicut in libro de motibus animalium est probatum nullum corpus mouetur circulariter nisi moueatur super aliquod corpus stans quietum: quod si moueretur non posset moueri circulus in loco uno permanens. Virtus enim imobilis hec ad minus addit super virtutem circuli moti. Nulla enim partium corporis rotundi circulariter moti permanet stans fixa et in motu poli enim qui videntur stare sicut diximus superius in loco suo mouentur licet non transeant de loco ad locum vel de situ ad situm. Similiter autem manifestum est quia corpus circulariter motum non est de natura eius corporis quod figitur in medio sui eo quod nulla pars circulariter moti descendit ad centrum quod absque dubio faceret si esset de natura grauis quod figitur in centro contra quod mouetur circulus. Si enim aliqua pars ipsius moueretur ad medium cum idem sit motus totius et partis in omni corpore simplici. tunc oporteret quod toti corpori celesti naturalis esset motus quod est ad medium. Nos autem iam demonstrauimus in physicis quod corpus celeste totum mouetur motu circulari naturaliter quia si diceretur contrarium illius quod s. circularis motus esset ei accidentalis: non posset circularis motus esse sempiternus eo quod nihil eorum que sunt accidentalia et extra naturam possit esse sempiternum sicut superius in primo libro demonstrauimus. Res enim accidentalis que est violenta et communiter accidens et non accidens proprium est post naturale quia non accidit alicui tale accidens nisi per recessionem quandam a natura et virtutibus naturalibus. Reuertamur ergo ad propositum dicentes quod si est necessarium omne quod mouetur motu circulariter ut moueatur super rem stantem et quietam tunc oportet aliquod corpus quietum et fixum esse in centro: et hoc proculdubio non est nisi terra sicut per sensum probatur quia terram videmus in medio quiescere. hic igitur supponatur hoc. in futuro enim in sequentibus istius scientie demonstrationem adducemus de natura terre et de natura reliquorum elementorum: et loquimur de ipsis cum intentione exquisita: ulterius autem procedentes ex illo dicimus quod quando unum contrariorum est in natura oportet etiam ut aliud sit in natura cum forme contrariorum sint ambe existentes. Cum enim contraria nata sunt fieri circa idem eandem proportionem habent ad esse contraria. et ideo si unum est in natura: oportet et reliquum esse in natura. Huius autem est et alia ratio: quia enim omnis contrarietas habet in se aliquid de habitu et priuatione. Si contrarium quod est per modum priuationis ponatur oportet quod et illud quod est per modum habitus ponatur. quia habitus est ante priuationem secundum naturam et diffinitionem et hoc modo se habent calidum et frigidum quies autem et grauitas et frigiditas dicuntur per priuationem leuitatis et motus et caliditatis. Conueniunt autem terre quies et grauitas et frigiditas. et igni conueniunt mobilitas et leuitas et caliditas ergo oportet quod quies sit ante terram et de motu quidem et quiete dicantur: ut priuatio et habitus est planum caliditas et frigiditas: et sic aliquo modo opponuntur: cum motus sit causa caloris in subiecto quod est virtusque susceptibile: et hic videmus quod ignis motu excitatur et non motu extinguitur. Est igitur frigiditas priuatio motus et sistat eum erit ipsa per hunc modum priuatio caliditatis. Si autem etiam opponantur leue et graue quia unum eorum priuat motum propter quod in primo perigeneseos diximus et generatio ignis ex terra generatio simpliciter est corruptio secundum quid et generatio terre ex igne secundum quid et corruptio est corruptio simpliciter sic igitur habito quod necessario sunt ignis et terra. Redibimus et inueniemus necessitatem existendi media elementa. Cum enim sint extrema habentia contrarietatem in una qualitate oportet esse per generationem ab illis media que cum his habent contrarietatem perfectam: sicut contrariatur aer ad terram et aqua ad ignem: hoc igitur ita esse ut diximus supponatur quod in sequentibus librorum naturalium et precipue in secundo perigeneseos de his inquiremus sufficienter. hoc enim hic non induximus nisi ut ostendamus ex hiis contrarietates primas corporibus necessariam esse generationem. Non enim possibile est aliquando distincte contrariis in seipsis sed esse sic manere: cum contraria se tangentia et agunt inuicem et patiantur continue abinuicem et per hoc continue corrumpant se adinuicem et generentur mutuo ex inuicem cum corruptio unius sit generatio alterius. Causa autem huius diuerse generationis et passionis est accessus generantis et recessus secundum circulum. Motus autem circularis non potest esse perpetuus nisi mobile suum sit perpetuum: et est conuersio in illo quia etiam si mobile sit perpetuum. et est etiam motus perpetuus: cum mobile et motor numquam possunt esse otiosa sine motu ut probatum est in. 8. physicorum ergo sic arguendo a primo per sermonem iam habite inductionis necessarium est quod existente circulari motu necessarium est generationem esse et conuertitur etiam ab effectu ad causam ut prius diximus quod si generatio est necessarium est esse motum circularem afferentem et referentem generans quod mouet materiam generabilium. Si autem generatio est sicut motus quidam circularis precipue in simplicium corporum generatione quorum quodlibet generatur ex altero: tunc queramus utrum generatio sit tantum una vel sint multe. Si enim est una tunc numquam est corruptio sed generatio unius et eiusdem. et hoc est si causatur generatio ab uno motu simplici eodem modo se habente. Si autem multe sint ut oculis videmus quia idem quod generatur aliquando corrumpitur et generatur aliud et diuersum ab alio oportet quod hoc causetur a motu circulari diuersimode se habente: et ille est circulus obliquus qui dicitur signorum in quo sol qui est principale generans accedit et recedit: et accedendo facit vincere elementa superiora super inferiora: et recedendo facit vincere inferiora super superiora. Si enim secundum dispositionem motus celestis est dispositio elementorum adinuicem necessario: hoc autem in sequentibus libris scientie naturalis ostendam illud ostensione planiore et manifestiore quando loquar de perpetuitate generationis in secundo perigeneseos. Nunc enim non intendimus inuestigare nisi causam finalem propter quam facta sunt circularia corpora multa et non sufficit reuolutio celi unius causam illam assignantes dicimus quod non sunt facta multa nisi propter generationem: non enim potest generatio impediri. generatio autem non est nisi existentibus primis generabilibus que sunt ignis et reliqua elementa: elementorum autem existentia ex motu circulari. Non enim fuit esse terre necessarium nisi quia oportuit motum circularem habere corpus naturale quod esset centrum contra quod reuoluetur quod esset quoddam fixum. Sic igitur habita terra necessario habebitur ignis: et habitis his oportuit haberi reliqua duo: habitis elementis consequitur generatio ergo a primo habito circulari motu sequitur generatio. Sed necesse est quod diuersitas generationis est aliqua causa: ergo necessarium fuit quod esset perpetuus aliquis motus diuersimode mouens materiam. Tres enim sunt in generatione quorum primum est continuitas esse: et secundum diuersitas generationis et corruptionis. et tertium diuersitas generatorum in figuris et speciebus et primi quidem causa est circulus uno modo motus super materiam generabilium: et ille est circulus habens motum diurnum. Secunda autem causa est circulus aliquando auferens et aliquando referens generantia: et ille est circulus obliquus. Et tertii causa est diuersitas generantium aliquando distantium: et aliquando non distantium secundum diuersos situs eorum in circulis suis: et illi sunt orbes stellarum fixarum et planetarum. Sic igitur in generatione necessario oportet nos habere duos motus quorum unus dextrum habeat in oriente mundi: et alter dextrum habeat in occidente mundi: quibus motibus multa mouentur generantia propter diuersitatem figure et forme generatorum et hoc est quod in capitulo isto intendimus declarare.

Tex. co. 18.

Tractatus

¶ Tractatus Secundus Secundi Libri de figuris et motibus celorum.

¶ Cap. pᵐ. Quod prima figura est corporis primi.

Tex. co. 22

Cum autem nos in precedentibus libri superioris ostendimus motum celi esse circularem: et ex illo sequatur ipsum celum esse figure circularis. volumus tamen hic ex intentione principali querere que figura sit apta celo: ut vera causa eius et propria sciatur: non enim sufficit ad perfecte sciendum aliquid concludere: quia est tantum consequens ex quodam alio: sed oportet investigare ipsum per causam propriam essentialem. Dicamus igitur celum esse figure circularis et rotunde: et dico iterum quod figura est rotunda necessario: et diffinio quod illa figura est conveniens et apta substantie celi. Conveniensimum est enim ut figura prima sit corporis primi ideo quod secundum naturam omne illud quod est prius aliis secundum substantiam est primum eisdem secundum accidentia propria que consequuntur substantiam illam. Est autem perpetuum corpus primum secundum substantiam omnibus generabilibus et corruptibilibus: igitur erit eisdem prius secundum figuram quod est accidens proprium consequens substantiam: precipue cum celum quod est magis formale quam materiale figuram habeat stantem et non mutabilem: generabilia autem ut elementa eo quod magis sunt materialia quam formalia figuras et formas habeant mobiles: et ita sunt magis elongata ratione prime figure quam perpetuum corpus. Volentes igitur nunc iterum ex propria intentione considerare figuras celestium: oportet nos inquirere que est prima figurarum et superficialium et corporalium. Habito enim que est prima superficialium: habetur et que est prima corporalium: quia sicut se habent ad invicem superficiales ita se habent ad invicem corporales. Dicamus igitur quod figura omnis superficialis: aut est figura terminata lineis rectis que vocatur figura equalis superficiei eo quod partium eius una non eminet super alteram quam nos planam appellare consuevimus: aut est superficies contenta linea rotunda que est superficies non equalis: hoc est non plana eo quod partium alia una eminet ab altera. Non est enim alia figura licet sit simplex: quia illa que continetur linea arcuali et recta composita est ex his que nullam habent rationem prime figure. Sed omnes superficies equales sive plana necessario pluribus quam duabus lineis continentur: rotunda vero continetur linea una. Si autem istud est secundum hoc et est unum in omni genere ante multa et prius eo quod prioritate naturali et simplex ante compositum: tunc procul dubio circulus est ante omnes figuras superficiales et prior eis prioritate nature.

Obie 3 sol

¶ Si autem aliquis dicat quod sicut se habet linea recta ad circularem: ita se habet figura rectarum linearum ad figuram circularem: et quia linea recta est ante circularem: ideo videtur et figura linearum rectarum ante esse figuram circularem: precipue cum Euclides in geometria primum agat de triangulo quam de circulo: et corpora triangula vel quadrata determinent ante corpora sperica.

Solutio

¶ Dicendum quod non est similis habitudo figure rectarum linearum ad figuram circularem que est linee recte ad circularem: quoniam linea recta unius est forme et linea circularis duarum est formarum: quia habet formam concavi et formam convexi sicut diximus in physicis: sed figura rectarum linearum est plurium linearum et figura circularis non habet nisi unam lineam se terminantem et concludentem. propter quod etiam Euclides diffinivit circulum ante triangulum: sed diversitates et passiones trianguli demonstrantur ante diversitates et passiones circuli quia diversitates et passiones circuli non inveniuntur nisi per passiones trianguli et mensuras quadrati in circulo protracto: et ideo adhuc relinquitur circulus ante triangulos et sicut simplicior eo.

Obie 3 solonem

¶ Sed forte adhuc obijciet aliquis ostendens quod simplicitas circuli et compositio trianguli non sunt eiusdem generis: et ideo non potest probari per simplicitatem et compositionem unius vel alterius quod circulus sit prior vel posterior triangulo. Si enim resolvatur triangulus in superiores non resolvetur in circulum vel circulos sed potius in triangulos: et si resolvatur in lineas resolvetur in lineas rectas et non in circulares. Et sic videtur quod circulus non sit simplex superficies nec simplex linea unde componitur triangulus: sed est alterius generis quia non venit in compositione trianguli omnino: et ita videtur quod circulus non est simplex pre triangulo: ergo quo ad hoc non potest probari esse prior triangulo.

Solo

sius formis distincta: sed eodem sicut artifex eodem actu quo mouet instrumentum inducit formam artis in materia artificiati: et ideo motus celi qui est motus intelligentie totum opus nature facit opus intelligentie et ideo licet corporis motus cum virtus agit intellectiue in ipso sicut est in motu corporis animati: et hoc qualiter sit demonstrauimus in fine primi physicorum: vbi de appetitu materie tractauimus. ibi ergo propter prolixitatem euitandam in quodam requiratur. ¶ Similiter autem causatum primum dicitur multipliciter dicitur enim causatum primum aliquando secundum rationem primam: aliquando autem secundum esse primum secundum rationem enim primum est id quod causatur non presupposito quodam alio: et causatum secundum est quod vno solo presupposito causatur et tertium causatum quod duobus presuppositis inducitur in esse vnde secundum istum modum ens est causatum primum: quia intellectus entis nihil sibi preponit et quodlibet aliud preter eas: aut secundum est aut tertium et sic deinceps. ¶ Causatum primum secundum esse dicitur esse adhuc dupliciter nam aut est primum simpliciter aut primum in ordine causatorum naturalium: et primum quidem simpliciter causatorum secundum esse est intelligentia que causatur a lumine cause prime: primum autem in ordine naturalium est mobile primum: quia omnia naturalia cum motu contemplantur. ¶ His autem determinatis redeamus ad propositum rationes inducentes ex quibus motus primi prebetur vniformitas. Dicamus ergo quod si motus celi primi non est equalis velocitatis semper tunc aut totus mutatur ita quod est totus velocior: et aliquando totus tardior propter totum celum mutatum: aut mutantur partes eius quod mouetur secundum hunc modum quod vna pars eius est aliquando velocior et alia pars eius tardior ad sensum autem probatur quod motus partium sunt vniformes: et hoc patet in mobili quod est spera stellata que licet non sit mobile primum sicut infra ostendemus: tamen in motu partium est vniforme et si hoc est in ipso: tunc multo magis est hoc verum in mobili primo partes enim spere stellate sunt stelle: et hoc supponatur modo quia inferius rationes ad hoc inducentur. si autem motus stellarum siue sit communis siue proprius esset diuersus tunc stelle vnius imaginis illius non semper elongarentur a se inuicem ita quod intra lineationem imaginis illius non semper constringerentur in tota temporis longitudine quedam enim earum mouentur motu veloci et preuenirent alias que mouentur motu tardiori: et ex hoc constringeretur duplex longitudo ad inuicem quod .f. stelle eiusdem imaginis recederent a se inuicem et vna imago non semper esset in eadem continuitate et longitudine ad aliam: quod quia factum est patet quod omnes obseruationes factas in preterito tempore oportet etiam quod impossibilis sic fieri in aliquo futuro tempore: et hoc sepe diximus tam secundum motum communem quam secundum motum proprium: et vocamus communem motum diurnum quem quilibet orbis inferior accipit a motu spere prime et supreme. Motus autem proprius est quem habet spera stellarum fixarum super polos orbis signorum ab occidente in orientem. et secundum quidem hunc motum mouentur stelle oblique motu qui dicitur arabice laulab ita quod meridiane accedunt ab equinoctiali: et ille que sunt iuxta equinoctialem effecte sunt aquilonares sed tamen equaliter precedunt et succedunt omnes et iste motus fit in omnibus centum annis gradu vno et vocatur motus firmamenti apud astronomos et obseruatio que inter omnes hic expressius docet est imago libre cuius lance stella media est obseruata esse per quantitatem pollicis extra extremas ita quod in linea eadem non iacet a tempore Nabuchodonosor regis vsque ad hodiernum diem. Similiter due stelle que sunt in cornu arietis et stella que est in genu piscis: et alia stella que arabice dicitur abnoch quod latine sonat hircus ab omnibus retroactis temporibus obseruate sunt iacere in vna linea recta: et similiter est in aliis stellis: et ideo constat quod partes orbis primi qui simplicior est vniformitet quam spera stellarum fixarum non potest esse motus diuersitas secundum partes inequales siue inequaliter motus. Non potest enim dici quod hoc sit secundum totum celum mutatum a dispositione sua: et hoc esse non potest nisi vigor celi dissoluatur aliquando et debilitatur celum: hoc autem esse non potest quod mollificatio et remissio in proprio actu omnis rei sicut diximus est propter debilitatem virtutis in re illa accidentem: omnis autem debilitas recipientis simplicis corporis omnino est ex causa innaturali accidente in ea et vincente eam: et hoc apparet in animalibus: in animalibus enim est syncopis que est cordis defectus et pelsis et huiusmodi et senectus etiam que magis videtur esse in corpore secundum naturam extra naturam compositionis animalium est eo quod soluitur compositio vel complexio: licet hoc sit ex quantitatibus animalia ex contrariis que componunt ipsum: animalia enim generantur ex contrariis: et ideo pugnant ad se inuicem in composito: et quia illa contraria sunt diuersorum locorum appetunt separari et in locis esse quia non est aliquid simplicium componentium animalia directe in loco suo: et quia corruptio sit naturalis ex componentibus animalibus innaturalis ipsi composito sic quod animal cito veterescat et finitur per mortem hoc autem multo magis innaturale est in simplici cuius nobilitas innaturalis est omnino cum non habeat in se contraria pugnantia que appetant separationem redeamus igitur destruendo causas debilitatis in celestibus dicentes quod si accidentia innaturalia non accidunt super corpora prima que sunt simplicia semper equaliter mouentia et in locis suis naturalibus existentia: et non est ex eis aliquod quod habeat contrarium pugnans et corrumpens omnino: tunc non potest dici quod cadat super ea debilitas omnino: tunc non potest imaginari etiam causa quare in motu eorum modo sit vehementis et modo remissio siue velocitas quandoque et tarditas quandoque: cuiuscunque enim aliquando accidit vehementia et velocitas preter naturam: et illi etiam accidit remissio et tarditas preter naturam eo quod contraria nata sunt fieri circa idem etiam non potest dici quod hoc sit propter diuersas dispositiones intellectus mouentis quod in 8° physicorum ostendimus quod ergo intellectus motoris est in actu semper et in sua scientia nihil extra ipsum. ¶ Amplius impossibile est dici quod celum vehementius moueatur tempore infinito et remissius tempore infinito sicut Anaxagoras posuit tempus intellectus agentis separantis infinitum et congregantis separata tempore infinito sicut alibi exposuimus: ad similitudinem enim illius dici non potest quod celum tempore infinito mouetur tarde propter motorem tempore infinito debilem existentem et tempore infinito tarde existentem: et hoc multiplicatione non videmus aliquam rem accidentium ex natura accidere per tempus infinitum: quia tempus rei naturalis longius est tempore innaturalis rei: et ideo cum naturale non sit temporis infiniti vel etiam si est temporis infiniti non potest esse innaturale temporis infiniti in compositis enim et temporalibus naturale non est temporis infiniti: sed in perpetuis simplicibus naturale est temporis infiniti: et si innaturale aliquid esset in eis: oportet quod hoc esset secundum minus tempus: ergo impossibile est omnino tam in simplicibus quam in compositis quod mouens aliquid sit debile per tempus infinitum: nec potest dici quod motor celi sit secundum dispositionem naturalem et extra dispositionem naturalem equaliter et simul secundum tempus infinitum: non enim potest esse simul fortis et debilis tempore infinito equaliter licet enim tempus infinitum non possit commensurari alicui nec finito nec infinito eo quod non habet finem: tamen in hoc vnum infinitum est equale alio infinito: quia non excedit ipsum neque est maius ipso: et ideo si motor esset debilis et fortis in tempore infinito oporteret quod tam vehementis motus quam remissio ipsius esset sempiterna secundum tempus totum infinitum: et hoc est impossibile sicut iam diximus eo quod res accidens extra naturam non est perpetua et equalis rei naturali: sed potius accidit secundum tempus breue et est impossibile etiam vt mouens sempiterne in tempore infinito faciat motum vehementem et fortem et cum hoc faciat motum remissum remissione et mollificatione sempiterna: quia si ita esset oporteret quod in qualibet hora temporis inueniretur motus indeterminatus et non infinitus secundum aliquam vnam dispositionem: et hoc falsum est expresse cum iam sepius in antecedentibus probatum est quod omnis motus celi est de loco ad locum et est determinatus et finitus secundum vniformitatem velocitatis et tarditatis: cuius causam sepius diximus esse: quia omnis motus naturalis determinatus non habet motorem et virtutis finite existentem secundum vigorem mouendi quamuis infinitus sit secundum tempus in quo mouet sicut sunt motores orbium celestium: quia si essent virtutis infinite in vigore mouendi: tunc mouerent speras suas in nunc temporis et non in tempore et possent mouere speras maiores et plurium stellarum existentes quam moueant omnia falsa sunt secundum naturam: et ideo licet nulla diuersitas sit inter motores sperarum in tempore motus eorum tamen est diuersitas magna in eis secundum vigorem mouendi: et quod non sunt finiti secundum tempus in mouendo ratio est: quia omnes equaliter separate sunt a materia cuius nec actus sunt nec dependentiam habent ad ipsam sicut diximus sepe omne enim quod in esse et in tempore finitur secundum naturam materiale est: et sicut ha-

Margin notes: Primum causatum duplex. — Tex. c. 37. — Tex. c. 38. — Vide pro hoc Auer. in digressione presentis loci.

huis potentiam ad esse cum non esset: ita habet potentiam ad non esse quando est: ⁊ hoc satis est in priori loco huius sententie patefactum. ¶ Amplius autem sit omnis rei tempus minimum in quo suam complet operationem est determinatum ita est ⁊ motu celi primi neq; est possibile vt compleat motum sue terminationis in minori tempore determinatum est ei secundum vigorem mouentis ⁊ quantitatem mobilis ⁊ hoc videre possumus in omni virtute cuius est opus aliquid secundum naturam si enim accipiatur motor determinate in ambulando ⁊ spatium determinatum: ⁊ similiter si accipiatur cytharedus determinate virtutis secundum actum cytharizandi e cythara determinate quantitatis habet vtrumq; determinatum tempus minimum in quo potest explere suam operationem ita quod non in minore. Cum igitur celum sit perpetuum ⁊ in perpetuis que nunquam exeunt in actum omne illud sit necessarium esse in eis quod possibile est esse in eis: eo quod aliter non essent perpetua: oportet quod tempus aliquod sit minimum in quo secundum actum expletur motus circularis eius ⁊ hoc est tempus .24. horarum: sed si celum posset vehementius moueri quam moueatur: tunc possit esse tempus minus motus secundum quam determinatum est ei ⁊ si posset tardius moueri tunc posset tempus esse magis quam determinatum est motui reuolutionis eius: hoc est autem impossibile secundum naturam: vt iam diximus quod quando non potest dici quod sit motui celi vehementia sempiterna vltra naturalem modum addita: tunc non potest etiam dici quod sit ei remissio sempiterna circa naturalem motum ⁊ diminuta: ⁊ sicut in eo non est motus additus vltra vigorem nature ita non est in eo diminutus motus citra vigorem nature perpetue: ⁊ sicut dictum est de vehementia addita vel diminuta: ita est etiam intelligendum de remissione addita vel diminuta. Impossibile enim est vt diximus superius addi vel diminui vltra vel citra determinatum sibi minimum tempus: ergo impossibile est dicere quod tempore infinito moueatur celum velocius ⁊ tempore infinito moueatur celum remissius quam deberet secundum naturam simul ⁊ semel moueri: si igitur vehementia ⁊ remissio accidunt celo: tunc oporteret quod is ista extendantur motus eius ⁊ remittatur quod hic duo per vices succedunt sibi in ipso: quia scilicet celum quandoq; sit velocioris motus quandoq; tardioris secundum diuersa tempora: hoc autem omnino absurdum est ⁊ simile fabule eorum qui dicunt quod celi motor vt homo mutatur e quod celum variatur vt hec corruptibilia que omnia in hoc libro ⁊ in principio octaui physicorum sunt improbata: si enim ita variaretur celum ⁊ motus eius non posset hoc occultari a nobis cum sub visu nostro cadat etiam ⁊ motus eius diurnus contraria enim iuxta se posita magis illucescit: ⁊ ideo tardus motus succedens in mente vehementi statim ad visum stellatum deprehenderetur: ⁊ citius cognosceretur sensu quam si per infinitum tempus celum diceretur esse tardum ⁊ per infinitum tempus diceretur esse velox. Iam ergo nunc manifestum est ⁊ certum per ea que nunc induximus de principijs antecedentibus ⁊ rationibus quod celum primum est vnum a vnius forme quod non est factum vel generatum de materia ⁊ est sempiternum in toto tempore durans: ⁊ quod motus primi celi est equalis in quo non est diuersitas omnino: ⁊ quod diuersitas que apparet in motibus sperarum inferiorum est propter hoc quod motus earum colligitur ex motibus multis.

¶ Tractatus tertius secundi libri qui totus est de natura ⁊ figura ⁊ motibus stellarum.

¶ Cap. primum Einsdem tertij tractatus quod determinat de natura stellarum ⁊ quod non sunt ignee: in quo est digressio de qualitate ex motu ⁊ lumine generatur calor.

# Postq̃ aũt perscrutati

Sumus de omnibus accidentibus corporis primi secundum suam totalitatem sibi conuenientibus: conueniens est nunc de partibus eiusdem facere inquisitionem: ⁊ quia pars nobilior est stella per quam cognoscimus totum quod scimus de corpore primo: eo quod solus stelle motus: ⁊ sicut ipsa sub visu cadunt: ⁊ reliquum orbis non stellatum non est comprehensum nisi per rationem: ideo primo loquendum videtur de stellis: eo quod tractatus de stellis erit nobis via quedam ad cognoscendum particulares orbes in quibus sunt stelle queramus autem tria de stellis: de natura stellarum de cuius natura corporis sint. ⁊ de signis earum de motibus ipsarum de his faciemus tractatum vnum specialem. Inquirendum autem de natura stellarum necessarium est primum accipere ⁊ presupponere ea que determinata sunt: ⁊ hoc est vnum illorum vt confessum esse ponamus omnem stellam esse de natura eiusdem corporis in quo loco sint ⁊ in toto mouentur. Diximus enim in prehabitis necessario esse corpus quinte essentie quoddam distinctum in natura. i. a quatuor corporibus simplicibus que sunt elementa cuius naturalis motus est motus circularis: ⁊ cum in simplici corpore idem sit motus totius ⁊ partis oportet quod stella que est pars quinti corporis sit etiam de natura quinti corporis ⁊ non de natura alicuius elementi. Quod enim corpus sit de natura eius in quo est sicut in toto ⁊ in loco concorditer dicunt nobiscum antiqui qui tamen non habent quare celum igneum esset: nisi quia videbatur eis stellas esse igneas propter lumen ⁊ calorem que deprehenderunt in ipsis ⁊ cum eadem sit natura totius ⁊ partis dixerunt totum celum esse igneum: ⁊ tunc conuerterunt hanc propositionem ⁊ dixerunt omnem partem simplicis corporis esse eiusdem nature cum toto in quo est pars illa sita ⁊ fixa. in hoc igitur concordantes cum eis dicimus stellas esse de natura quinti corporis: quia site ⁊ fixe in corpore quod quinte nature superius esse probauimus: supponimus hic enim supponi stellas esse partes huius corporis donec inferius hoc probemus in capitulo vbi de motibus ipsarum stellarum inquisitionem particularem faciemus: caliditas enim ⁊ lumen deprehensa in stellis non sunt cause quare debeant dici ignee: quia caliditas non semper peruenit ex hoc quod essentialiter est calidum cum aliquando peruenit ex motu ⁊ aliquando ex reflexione radiorum ad locum vnum: sicut apparet in speculis comburentibus in libro quem Euclides de talibus speculis in sua perspectiua conscripsit. Cum tamen motus ⁊ radij ⁊ lumen non essentialiter sint calidi propter hoc antiqui fallaci ⁊ non conuertibili crediderunt signo. Nec fuit signum sufficienter inducens ad hoc dicendum quod stelle essent ignee que sunt luminose quia multis corporibus non igneis lucere accidit: sicut apparet in quercu putrefacta ⁊ igni accidit non lucere sicut simplicior ⁊ purior est: sicut est in regione iuxta ethiopiam: vt dicit Alexander de hoc alibi sermo perscrutati: fallaci ergo signo credentes decepti sunt stellas igneas esse asserentes. ¶ Sed obijcit aliquis forte dicens secundum Platonem: omne quod generatur a sibi simili specie vel genere generari. Motus autem ⁊ lumen non sunt similia genere vel specie calori: ⁊ ideo non deberi generari calorem ex motu vel lumine. sed potius calorem debere generari a corpore essentialiter calido: ⁊ cum ex stellis calor producatur natura stelle essent naturaliter calide cum autem calidum corpus essentialiter non sit nisi ignis videbuntur stelle esse ignee. ¶ Forte autem eodem modo dicetur de lumine eo quod vbi ignis secundum suam perfectionem est ibi lucet vt dicit Plato: ⁊ ideo etiam per fumum etiam stelle ignee videbuntur quamuis quedam corpora luceant non ignea non tamen lucent sine igne. ⁊ ideo id quod micat in eis est ignis vt videtur. ¶ Sed dicendum ad hoc videtur quod cum dicitur id quod generatur a simili sibi secundum speciem vel genus generatur: hoc est dicendum de generatione substantiarum ⁊ non accidentium: quia quedam substantiarum habent generationes vniuocas: sicut cum homo ex homine generatur: ⁊ tunc generatio fit a sibi simili secundum speciem: quedam autem habent generationes equiuocas sicut cum virtute stellarum ex putrefactis producuntur animalia: ⁊ illa habent conuenientes in genere ex quo generantur: ita quod genus dicit subiectum proprium ⁊ primum in generatione: hec enim est semper conueniens generatio ⁊ ipsius ⁊ generatio victus formatiua esse in ipso. Cum autem accidentia generantur quorum non est per se ⁊ propria generatio non oportet ista saluari quia videmus nigredinem aliquando generari a calido aliquando a frigido: cum igitur calor sit accidens sicut lumen: non oportet hic a sibi similibus specie vel genere produci: si tamen vellemus possemus dicere quod cum dicitur quod cum generatur omne producitur ex conueniente sibi secundum speciem vel genus. Intelligitur ibi genus id quod est generale secundum idem subiectum: ⁊ secundum hoc accidentia ⁊ proprietates semper se concomitantes in eodem subiecto: vel frequenter sunt connatales ⁊ habentia genus vnum: ⁊ sic possemus dicere quod motus est de genere ignis: quia cum motus ⁊ ignis sint in eodem subiecto susceptibili vtriusq; tunc motus confortat vel inducit calorem: quia videmus quod

Tex. c. 39.

Tex. c. 40.

Tex. c. 41.

Tex. c. 42.

Digressio quod ... calor ex motu ⁊ lumine ... Et in 2° cap. de subiecto ...

Modo ... dicens ... ne quod generat a sibi simili generari.

In igne moto quasi reuigorat calor: ⁊ in igne quiescente ex/tinguitur: sed tamen motus non habet vbiqz inducere calo/rem: sed potius in corpore qd dissoluit motus per confrica/tionem partis ad partem: propter hoc enim ꝙ dissoluit par/tes eius rarefacit eas ⁊ disponit ad ignem ⁊ calorem: ⁊ cum dissoluuntur vltra qꝫ debitum sit forme aeris. vel aque vel terre: tunc dispositio fit necessitas ⁊ inducit igneitatē quan/do autem motus est in subiecto qd dissolui non potest ꝑ mo/tum: tunc non inducit calorem neqz igneitatē: ⁊ tale corpus est celi sicut probatum est in libro superiori ⁊ si queratur quis est ille motus qui sic dissoluit inducendo calorem facile est respondere: quoniam non est nisi motus localis: eo ꝙ ille so/lus est dissolutiuus eius qd mouetur si hoc dicatur motui: tunc debitur maxime motui qui est quasi vita quedam exi/stentibus omnibus. ⁊ ille est motus celi. sicut probatum est in 8° physicorum: ⁊ propter hoc etiā vinificatiua qualitas est calor: ⁊ mortificatiua qualitas est frigus: quia frigiditas ab/scindit ⁊ sistit motum in eis que sunt frigida. De lumine aūt qd probat in 2° de anima: formam ⁊ non corpus esse secus est: quia absqz dubio ignis in sua maxima perfectione exi/stens non lucet: ⁊ ideo lumen non est de perfectione eius qd est essentialiter calidum nisi nos dicamus lucē dici dupli/ter ad illud qd habet actum lucis: ⁊ ad illud qd habet natu/ram incentis: licꝫ per accidens non luceat. Natura enim lucē/tis habet esse diaphanum perspicuum ⁊ putum. Sed ali/quando non lucet propter nimiam raritatem non disgregā/tem partes eius: ꝙ ita visus non potest figi super ipsas: ⁊ sic forte intelligit Aristo. in capitulo vbi dicit ꝙ tres sunt spēs ignis scilicet carbo: ⁊ flamma: ⁊ lux. vel forte loquebatur in corporiter de igne prout est materia aliena: ⁊ vocauit speci/es eius differentias materiales ipsius. quia ignis in terre/stri combusto carbo est in vapore autem qui quasi medius est terrestre ⁊ aqueū: ⁊ aereꝫ flamma: ⁊ in aere lux esse vi/detur ⁊ quocunqz modo dicatur patet satis ꝙ lux non est ꝓ/prietas ignis sed potius communis forma celestium quo/rundam ⁊ quorūdam terrestrium que forma accidit mate/rie anteqꝫ adueniat ei qualitas elementalis ⁊ ideo non est conueniens propter hoc stellas dicere igneas que lucem fu/scant.

Nota modū quo motus in ducat calorē.

8° phy. t. cō. primi.

Ignis in sua maxima pfe/ctione existens no lucet. vide cō. 3. quarto de celo.

¶ Cap. 2m. De causis caloris in regione aeris que dicitur estus.

Tex. c. 42.

Caliditas autem specialiter que est in regione illa aeris: que dicitur estus in qua apparet as/sub: ⁊ cometes absqz dubio peruenit ex stellis ⁊ lumine: ⁊ motu. sicut enim iam diximus cali/ditas peruenit ex fricatione ⁊ motu. ⁊ percus/sione aeris: de aptitudine enim motus est ꝙ etiam corpora spissa: ⁊ per naturā frigida calefacit: ⁊ vt fer/rum ⁊ lapides: ⁊ si ita se habet motus ad hec corpora vt di/ctū est: tūc multo magis igniet ea que sunt minus spissa: ⁊ si/bi magis propinqua sicut est superior pars aeris que coniun/git igni: ⁊ ideo cum motus superiorum corporum maximo/rum tangit materiam elementarem in hoc ꝙ vicinissimum sibi est inducit formā ignis: ⁊ in eo qd post illud est inducit estum magnum relinquendo ipsum in forma aeris signum veritatis eius ꝙ motus ignit corpora grossa ⁊ spissa est qd videmus in bastula plumbata ꝓiecta ex arcu sagittarij for/titer proijcientis: in illa enim calefit plumbum: ita ꝙ lique/scit ⁊ distillat de bastula. Redeamus igitur ad aptātes hoc ad propositum dicentes ꝙ prime stelle propter fortissimum motum suum exacuuntur: ⁊ ideo igniri dicuntur pro eo ꝙ igniunt materiam quā fortiter mouent: ⁊ ideo ex motu eoꝝ ignitur aer qui vicinior est in circuitu per conuersum aeris qd est vicinius circa stellas. Iste autem stelle per effectum di/cuntur igniri non ob aliud nisi quia ipse incedunt per mo/tum suum in aere non quidem ita ꝙ aer sit locus earū. Sed ita ꝙ motus earum effectum suum excendit ad aerē. ⁊ ideo motus earum per effectum est in aere: ⁊ aer ille quādo mo/uetur ab eis propter motum ⁊ lumen earū fit ignis: ⁊ ideo etiam stelle iste igniuntur. hoc est igniri dicuntur ab aere nō quidem succenduntur: sed ideo quia communicāt aeri igni/ri proprietates equiuoce: quia habent eas vt agentes ⁊ aer habet eas vt patientes: ⁊ hoc modo calefiunt: sicut dicitur mars calefieri vel alia stella calida: ⁊ ille modus fuit anti/quorum qui propter istas stellas igniri per effectum dicebāt.

Secundū veritatem autem dicuntur stelle ea que similitu/dinem habent stellaꝝ. sicut assub ⁊ cometes: ⁊ ignis perpen/dicularis ⁊ huiusmodi: ⁊ illa dicuntur exacui propter mul/tum calorem superioris aeris cuius regio vocatur estus ⁊ est aer ignitus qui est locus existens in circuitu stellarum talium que non in virtute sunt stelle: sed stelle dicuntur propter simi/litudinem quā habent ad stellas. Causa autem quare stelle tales igniuntur est: quia mouentur in aere illo ignito qui ex vicinitate motꝰ stellaꝝ: ⁊ vicinitate luminis fit estus ignis: ⁊ ideo omnes tales vapores qui dicuntur stelle igniunt ab eo ⁊ fiunt ignis. stelle aūt que in orbe superiori qui non sunt eiusdem materie cum quatuor elementis circumuoluuntur in orbe suo. ⁊ ideo non ignitur quia non est orbis suscepti/lis impressionis actiuarum ⁊ passiuarum: stelle autem pre/dicte que sunt sicut assub ⁊ similia: ⁊ non igniuntur nisi ideo quia aer est sub orbe propinquiore rotundo qui est orbis lu/ne non quidem immediate: sed per mediū ignitum ad quē tamen pertingit effectus motus stellarum: ⁊ ideo cū orbis incidit per reuolutionem fortissimam in circuitu calefit aer ille: ⁊ sic igniiur. ¶ Contra hoc tamen obijcit Alexan. peri/patheticus dicens ꝙ omne qd agit tangit: vt dicit Aristo. in libro. 16° animalium. Sꝫ qd immutat per calorē: vel mo/tum agit ergo tangit omne autem qd tangit vltimum suū habet simul cum vltimo tacti: ergo si stelle agunt in aere ha/bent vltima sua cū vltimo aeris tacti. qd est falsum: quia in/ter stellas ⁊ aerem est medius ignis: ⁊ similiter inter stellas ⁊ aeris partem superiorē que estus vocatur. Amplius si mo/tus facit calorem cū orbis in omnibus partibus suis equa/liter moueri videt ꝙ orbis in omnibꝰ partibus suis equa/liter deberet calefacere. Calefactio ergo aeris estuosi ita attribuitur partibus alijs sicut stellis: quare igitur dicitur ꝙ stelle calefaciunt aerē. ¶ Sed ad hec ipsa obiecta respon/det Alexan. dicens: ꝙ non semper est verū ꝙ omne qd agit tangit ita ꝙ vltimum eius sit cum vltimo eius qd agit sive qd patitur ab ipso: ⁊ dat instantiā de pisce qui vocatur stu/pefactor qui quando ille est in rete ⁊ tangit manum piscato/ris: nec ipse est stupidus: ⁊ tamen stupefacit manum piscato/ris. ¶ Hec solutio ꝙ non placet Themistio nec etiā Auer/roi dicentibus ꝙ piscis stupefactor agit in rete quidē in stu/pefactionem sensus quia rete non habet sensum: sed agit in rete actionem passionis alterius: que stupefacit manum pi/scatoris: ⁊ rete stupefaceret si rete sensum haberet: stelle aūt nihil talium agunt in partes orbis que sub ipsis neqz etiam motus stellarum: ⁊ ideo non potest mediante orbe talis im/pressio pertingere ad ignem ⁊ ad aeris partem superiorem: ⁊ dicunt igitur duo prenotati philosophi ꝙ vna ⁊ eadē actio ne aliter agit spissum: ⁊ aliter non spissum: ⁊ aliter agunt in id qd est susceptibile contrarietatis. ⁊ aliter in id qd non su/scepit contrarietatem qualitatum actiuarum ⁊ passiuaꝝ: ra/rum enim motu suo minus dissoluit qꝫ spissum: ⁊ ideo mi/nus calefacit qꝫ spissum: ⁊ cum vtrunqz illorum dissoluat nō tamen dissoluit nisi id qd tale fieri potest: ⁊ ideo neutrū ho/rum dissoluit partes orbis neqz calefacit sicut diximus su/perius: dicunt ergo ꝙ totius orbis est actio illa que est dis/soluere ⁊ calefacere per motum. Sed tamen quia stelle sunt spissiores partes orbis. Ideo hec actio magis attribuitur orbi sm stellas qꝫ sm aliquas partes non stellatas: ⁊ non oportet ꝙ immediate semper tangat. Sed sufficit ꝙ per me/dium tangat licꝫ actio eius fortius imprimat in id qd coniun/gitur ei sine medio: qꝫ in id qd coniungitur ei cum medio vel per medium. dum tamen illa equaliter sint susceptibilia ta/lis impressionis: ⁊ sm hoc dicūt isti philosophi ꝙ aer qui est sub stellis calefit magis qꝫ sub alijs locis orbis non stellatis ⁊ precipue aer qui supponitur soli: eo ꝙ sol maior ⁊ spissior est omnibus alijs ⁊ stellis: ⁊ huius signum est ꝙ aer tanto ca/lidior inuenitur: quanto magis directe est sub sole sicut aer illorum super quorum zenith capitū mouetur sol: ⁊ quanto magis elongatur aer per obliquitatem a via solis ad aqui/lonem ⁊ meridiem tanto inuenitur frigidior: ⁊ contingit hoc vt dictum est propter motum solis ⁊ non ideo ꝙ sol sit igne/us: ⁊ similiter est in alijs stellis. ¶ Nos autem Alexan/dri solutionem sm quid approbamus: quia absqz dubio stelle habent proprietates elementorum: vt dicemus in/ferius: non sicut disposite per ipsas: sed sicut facientes eas

Obiectio ale/xādri quā ꝯ Auer. cō. 42. adducit.

Solō eiusdē.

Impugnatio

Solō Auer. ⁊ themisti.

Solō alberti pro a'exādro quā ēt Com. in 2° cap. de suba orbis vz sustinere. Z.

in materia que susceptibilis est contrarietatis: et ideo non sequitur: quod si aliquid agit secundum aliquam actionem et disponatur secundum illam eandem vel quod tangit physico tactu secundum eandem qualitatez quam imprimit in illud quod est patiens ab ipso. Stelle enim imprimunt calidum et frigidum et humidum et siccum: et tamen secundum naturam illorum disponunt: et si hoc esset tantum ex motu stellarum: et ex spissitudine: tunc semper imprimerent calorem igneum: et hoc non faciunt sicut experimur secundum visum. et ideo oportet nos hic facere digressionem: et loqui de natura stellarum secundum dicta aliorum philosophorum.

¶ Cap. 3m. Et est digressio declarans quomodo causatur calor a quibusdam stellis.

Inquiremus igitur tria de stellis: quorum primum est de causa caloris venientis a stellis omnibus: vel quibusdam. Secundum autem utrum stelle conveniant in genere: vel in specie inter se et cum aliis partibus orbis. Tertium vero de stellarum diversis effectibus. ¶ Dicimus autem de primo quod est de causa caloris venientis a stellis omnibus vel quibusdam quod nos inveniemus stellas in operatione ista variari: quia iam compertum est in observationibus philosophorum quod quedam operantur frigus: et quedam calorem: et tum omnes simul moveantur. Si esset calor ex motu tantum omnes operarentur calorem: et ideo calor non videtur causari ex motu stellarum tantum. Similiter autem constat quod non causatur ex motu luminis ipsorum: quia probatum est ab Aristo. lumen non esse corpus: nec moveri: nisi per accidens motu scilicet corporis luminosi tum igitur sit forma motu suo non inducit calorem. videmus autem quod ex frequentibus alterationibus formarum non necessario calor inducitur: eo quod calor non inducitur nisi ex motu locali: sicut diximus ante. Si autem dicatur non ex lumine pervenire calor videbitur contrarium ad sensum: quia loca multum luminosa: sicut ad que fit reflexio fiunt vehementer calida: et quando eadem obumbrantur iterum fiunt frigida: et videmus in speculis comburentibus quod quando fit reflexio ad locum unum: tunc elicitur ignis ex multo lumine: ergo lumen stellarum et solis videntur esse causa caloris: contra quod iterum videtur esse: quia quod semper operatur aliquem effectum videtur esse causa illius essentialis: lumen igitur semper operatur calorem videtur esse per se causa caloris: et videtur sic quod lumen per se opponatur frigori: et hoc est falsum: videtur ergo quod lumen non sit causa caloris per se. ¶ Sed ad omnia hec nos dicimus sine preiudicio melioris sententie: quod et motus et lumen et stelle quedam sunt cause caloris: et qualiter quidem motus sit causa caloris: et quod prius ostensum est: lumen autem dupliciter est causa caloris et hoc est per vicinitatem et per reflexionem radiorum: per vicinitatem quidem sicut diximus quod ubi vicinius est lumen quod est calidum sicut Solis et Martis ibi erit maior calor: et hec vicinitas est tribus modis: quorum unus est brevitas diametri: et alter oppositio ad zenith capitum ad diametrum: vel ad lineam a diametro non multum inclinatam: et tertius arctitudo spere in qua sol vel alia stella calida luminis movetur: brevitatem autem diametri voco minorem partem diametri eccentrici deferentis stellam calidam per effectum: ibi enim operatur maiorem calorem quam in locis que supponuntur augi stelle eiusdem: et ideo tum dicunt philosophi quod ultra equinoctialem versus meridiem secundum equalem distantiam ab equinoctiali calidiora sunt loca quam contra equinoctialem ad aquilonem: eo quod aux solis est in aquilone: et oppositio augis in meridie: propter quod etiam quidam dicunt medietatem terre in meridie esse inhabitabilem ad minus in tribus vel quatuor climatibus primis propter nimium solis calorem. Oppositio luminaris ad zenith capitum: et diametrum est: quando sol diametraliter supponitur capitibus aliquorum et tunc reflectitur radius in seipsum: eo quod ad pares angulos semper fit reflexio: et diametri linea est brevior inter ea que protrahuntur ab eodem puncto: et ad idem punctum: et que sunt iuxta diametrum tanto sunt maioris caloris operantia quanto ad acutiorem angulum reflectuntur: et ideo calidissima est regio eorum super quorum zenith capitum sol transit: et a quibus declinat tanto sunt loca calidiora: quanto minus declinant ab eis: et quanto minus declinat tanto acutiori angulo reflectitur ab ipsis. ¶ Arctitudinem autem spere voco locum spere a quo sol parum per multum tempus: propter circuli strictur*am* recedit sicut est videre in circulo signorum in fine sagittarii: et in principio capricorni. et similiter in fine geminorum: et principio cancri in quibus propter recurvationem circuli signorum sol quasi per. 24 gradus videtur stare in eodem loco: et non multum distant gradus. 12. in fine geminorum a gradibus. 12. in principio cancri in fine centri: et sol ascendens per gradus qui sunt in fine geminorum: et descendens per gradus qui sunt in principio cancri reflectitur contra punctum estivalem solstitii: ideo quasi moratur in loco eodem: et radii eius confortantur multum in loco qui supponitur illis gradibus eo quod ex calore solis reclinans ex die uno confortatur per calorem relictum ex die altero per tres dies in quibus movetur in gradibus dictis. Et ideo terra ethiopie que centro supponitur ferventior est loco qui est sub equinoctiali. Sed hoc multo magis est in ultimis gradibus sagittarii et primis gradibus capricorni quia ibi concurrunt omnes tres cause caloris hoc est diametri brevitas: et diametralis altitudo solis super zenith et arctitudo circuli signorum: propter quod non est dubium illa loca esse incensa et inhabitabilia propter calorem: disseremus autem latius in libro quem post istum faciemus qui vocabitur de longitudine et latitudine civitatum sive locorum inhabitabilium. Si autem queratur utrum totus orbis hoc modo sit causa caloris vel saltem stelle omnes dicimus non: quia licet totus orbis sit de natura corporis lucidi. sicut dicit Avicenna: non tamen totus orbis micat: et ideo pars que non micat non emittit lumen: et ideo nullo istorum modorum est causa caloris. sed inter omnes stellas solus sol emittit radios fortes: et ideo solus sol hoc modo est causa caloris continui: et huius cause sunt quinque: que tamen simul collate unam tamen perfectam causam solis caloris constituunt: et una illarum est magnitudo solis ipse est inter corpora simplicia non concava: sed solida sperica maius est corpus multa quantitate excedens alia corpora: et ideo fortior est eius effectus. Secunda causa est solaris corporis spissitudo in qua vincit omnes alias stellas: et ideo fortius fricat et calefacit. Tertia causa est lumen incomparabiliter plus calcatum in ipso quam in aliis luminaribus. et ideo fortiores emittit radios: et magis urentes inferiora. Quarta causa est subtilitas substantie eius: et puritas ex qua penetrabilius est omni lumine lumen eius: et magis dissolvens ea in que cadit. Quinta et ultima causa est: quia sol in natura sui luminis habet movere ignem sicut et spera stellarum fixarum habet movere terram et spera lune habet aquam: et spere quinque aliorum planetarum habent movere aerem: sicut inferius dicemus: et ideo etiam quidam philosophi dixerunt quod radius solis in eo quod radius non habet inducere calorem: sed calor est a proprietate ignis qui movetur a radiis eius sicut ferrum a magnete: et adducitur cum radiis eius: his causis ex verbis Avicenne additur sexta que est solis vicinitas: quia vicinior est stellis superioribus fixis et tribus planetis altioribus qui sunt saturnus iuppiter: et mars: inferiores autem stelle vel sunt vicine soli semper: sicut venus et mercurius: et moventur cum sole: eo quod numquam elongantur multum ab ipso: vel recipiunt lumen a sole sicut luna: et ideo non movent nisi virtute solis. ¶ Reflexio autem est causa caloris: eo quod in reflexione multi radii diriguntur ad punctum unum: ubi propter multiplicatum calorem: aut calet locus: aut in toto intenditur: sicut apparet in berillo vel crystallo: vel forte vitro bene rotundo: et impleto aqua frigida que opposita sibi fortissima illuminatione illuminat unum locum post ipsum: et ad illum fit reflexio radiorum in quo etiam accenditur ignis si ponatur pannus combustus et bene siccus: nisi sit ventus impediens firionem caloris: et remanentia super idem punctum vel nisi sit nimis obliquus radius solis incidens in corpus reflectens ipsum: sicut est in hyeme. ¶ Si autem queratur causa quare lumen ita facit calorem tum secundum dicta peripateticorum: neque lumen sit corpus calidum: neque radius eius videtur esse. ¶ Dicendum quod lumen est propria forma stellarum: et corporis celestis que universaliter movet materiam generabilium ad esse: et ideo primi mobilis motus et celi universaliter per luminis influxum in generabilis est sicut vita quedam existentibus omnibus per naturam: et ideo ipsum est dissolutivum materie: et per consequens calefactivum: et ideo calefacit calore vivifico

Solo ad primam questionem quo querebat cum calor proveniens a quibusdam stellis.

Vicinitas quod est causa quod lumen calefaciat est tribus modis.

Nota quinque causas quod solus sol inter omnes stellas principue calefacit.

Nota quod reflexio celi et lumen calefacit.

Dubium

Solutio

vinifico inquantum est lumen: ⁊ aliam proprietatem habere possit inquantum est lumen huius corporis vel illius: sicut alterius nature est lumen Jouis: ⁊ alterius nature lumē Saturni: sicut nos in sequentib⁹ ostendemus. Omnib⁹ igit̄ his modis dicemus lumen esse causam caloris stellarum: ⁊ ideo etiā regio superior aeris ⁊ exestuat tum propter motum vicinum celestis corporis: tum propter multam vicinitatem luminis ad ipsum influentis ex orbe. Ad hoc autem qđ queritur vtrum lumē ex motu vel ex se sit causa caloris: dicendum videtur ꝙ non ex motu quo mouetur: sed potius ex motu quo mouet: ⁊ dissoluit materiam ⁊ mouet eaꝫ vniuersaliter ad formam: quia lumen celi fm̄ ꝙ huius mouet ad omnem formam. Sed lumen celi vel stellarum super ista vel illa figura respectus stellarum coniunctum cum virtute formatiua spirituali que est in calore excitato per lumē mouet ad hanc speciem aut illam. ⁊ ideo dicit Arist. in libro de animalibus ꝙ in semine est triplex calor hoc est elemētaris: celestis: ⁊ anime informantis ad virtuteꝫ seminis formatiuā. Ad hoc autem qđ queritur vtrum essentialiter operatur calorem vel non: dicendum esse videtur ꝙ non essentialr̄ operetur calorem nisi corpus calidum: lumen anteꝫ nec corpus est. neqꝫ calidum corpus est: ⁊ ideo non essentialiter operat̄ calorem sed operatur ipsum per proprietateꝫ effectus sui proprij qui est dissoluere illuminata passibilia: ⁊ quia iste effectus est etiam motus ⁊ ideo motus operatur calorem. Sꝫ dissoluere aliter est effectus motus ⁊ aliter est effect⁹ luminis: motus enim dissoluit fricando ⁊ conterendo partē ad partem: lumen autem sicut forma prima vniuersaliter mouentis corporis quia non disponitur qualitate ad quaꝫ mouet. Nullus enim motor primus in aliquo motu mouetur motu quo mouet: ⁊ ideo etiam non disponitur qualitate ad quā mouet. hec igitur sint dicta breuiter de solutione ꝑmi‑ssarum questionum.

C Cap. 4ᵐ. Et est digressio declarans vtruꝫ stelle sint vni⁹ speciei vel diuersarum specierum.



Consequenter inquirimus vtrum stelle conueniant inuiceꝫ in genere vel specie: vel in vtroqꝫ. ⁊ est ratio in Messalach ꝙ omnes cōmunicēt in genere vno: ⁊ specie: quia aliqua vna natura attribuit eis motum vnum circularem: et cum omnes similiter habeant illum motū circularem videntur eum participare per formam eiusdē speciei in omnibus: ⁊ hec ratio cōfirmatur in multis sentētijs quas ⁊ nos etiam in antecedentibus huius libri Aristo. sequentes posuimus: Messalach autē ista arguēdo dicit in libro de spera mota in quo loquitur de stellis ⁊ motibus orbium: ⁊ videt̄ ratio hec cōfirmari ex numero essentiarum: quia sicut q̄tuor elementa sunt terminatarum formarum ⁊ specierum. ita videt̄ quintuꝫ corpus totū esse vnius nature et vnius speciei: ⁊ si quis cōtra dictum obijciat Messalach ꝑ sermonem Auicēne dicentis ꝙ sicut est vna natura dans velocitatem maximā partem celo superiori fm̄ motuꝫ qui est ab oriēte super polos mundi: ita oportet vnam naturam et formam esse diuersam ab illa que attribuit inferioribus orbibus motum econuerso ab occidente in oriētē que naturā variatur fm̄ species attribuentes diuersas velocitates orbib⁹ inferiorib⁹ fm̄ ꝙ dicimus ꝙ Saturnus complet circuluꝫ in triginta annis. ⁊ Luna in mēse: ⁊ intermedij in diuersis tēporib⁹ maiorib⁹ ⁊ minoribus: ⁊ ꝓpter id dicat orbes inferiores ⁊ stellas esse diuersarum specierum. Respondet Messalach ꝙ omnes stelle inquantū stelle sunt vnius velocitatis. Sꝫ ꝙ tardius vna perficit circulū q̄ alia contingit propter maius vel minus spatiū: ⁊ ideo dicit ꝙ si Luna que in mense perficit circulū esset in spera Saturni ipsa perficeret circulum in triginta annis: ⁊ si Saturnus eēt in circulo Lune ipse perficeret circulū in mēse vno. C Sed dictū illud eēt mirabile ⁊ innaturale. videtur oīum enīꝫ natura cōstantiū quātitas certa ⁊ determinata: oportet igit̄ aliquā esse formaꝫ naturalem que Saturno attribuit tantā quātitateꝫ: ⁊ aliā que circulo solis tantā attribuit quātitatē sibi propriam: ⁊ sic de alijs stellis ⁊ orbib⁹. C Preterea nō rationabiliter dictū est qđ dicit per accidens esse ꝙ stella Saturni tardius perficit circulū q̄ Luna: quia sicut se habent mobilia recta ad loca distantiam rectam habentia ita se habēt circularia ad loca di‑



stincta circulariter: ⁊ ideo sicut differentie sunt distantiarum rectarum per sursum ⁊ deorsum ⁊ per iuxta sursum ⁊ iuxta deorsum in quibus sunt mobilia simpliciter grauia ⁊ leuia: ⁊ media: ita differunt distantie rotunde per polos ⁊ centruꝫ preter hoc solum ꝙ contrarietatē adinuicem nō habent circularia sicut recta: ⁊ ideo Saturni moueri est sup polos suos fm̄ proprium motuꝫ ⁊ super suum centrū naturaliter et non lune: ⁊ ideo si luna per impossibile eēt ponat̄ in orbe Saturni nō moueret̄ nisi violenter ipsa super polos orbis Saturni. ⁊ ideo omnino innaturale est dictuꝫ Messalach. Amplius in omnibus corporib⁹ naturalibus rarum ⁊ densuꝫ videmus attributa partib⁹ materie fm̄ congruentiam forme substātialis: videmus enī ꝙ si rarificatur materia aeris raritate ꝯgruente forme ignis ipsa nō manet amplius sub forma aeris: sed transit ad formam ignis. Similiter autem est de omnib⁹ alijs. Cum igitur constet iam ex ratione q̄ ex auctoritate oīum Peripatheticorū ꝙ partes cuiuslibet circuli non stellate differentis sunt raritatis ⁊ spissitudis ad partes illas que sunt stelle. siue sint fixe siue planete: videbitur ꝙ partes orbiū non stellate differētē specie a stellis. Idē autem videt̄ ⁊ de ipsis inter se stellis: quecūqꝫ enī differentiaꝫ non habēt in specie nō habent differentiā aliquā in proprietate ⁊ operatione spēm consequente. Si ergo stelle non differant specie nō habebūt etiā differentiā in proprietatib⁹ ⁊ operationib⁹ speciē consequentib⁹ qđ falsum esse probatur per omnes obseruatiōes antiquorū factas de operationibus stellarum: tradunt enim illi quasdaꝫ esse calidas excellenter: ⁊ quasdam esse frigidas excellenter: ⁊ quasdam temperatas: ⁊ quasdam his duobus modis humidas: ⁊ quasdam siccas: ⁊ quasdā habere proprietates conmixtas vt calidas ⁊ humidas vel frigidas ⁊ humidas ⁊ huius ⁊ quasdam masculinas. ⁊ quasdam femininas nō quidē fm̄ veritatem sed fm̄ ꝓprietatem similitudine ibi cōueniente. Adhuc autem si sunt vnius speciei quid oportuit facere multas ⁊ differentes tum vnica operatio oīum est que compēdiose fieret per vnam. Adhuc autem id qđ est vnius forme continuitatem oīum partiuꝫ habet sub forma: si igitur tot⁹ orbis est forme vnius vt dicit̄ absqꝫ dubio totus erit continuus: hoc enī videmus in omnib⁹ simplicib⁹ corporib⁹ ꝙ nihil ea distinguit adinuicem nisi diuidens ea forma substātialis: videmus autem orbem esse diuisum in multas partes per hoc qđ videmus accessiones ⁊ preuentiones stellarum fieri differentes: qđ esse nullo modo posset existēte ipo continuo quia continui vna parte mota mouetur ⁊ alia per equalem distātiam semper sequens. aut precedens in ꝯtinuo qđ nullo modo videmus in stellis orbis: ergo non totus orbis est cōtinuus. C Videt̄ autem ad hoc dicere Auerrois super libris celi ⁊ mundi in eodem loco vbi Aristo loquitur de natura stellarum: quia orbis est vnus quasi vnum animal cuius diuerse sunt partes quasi organice deseruientes ad perfectionem vnius motus in cōmuni: ita tamē ꝙ quelibet haꝫ motum proprium. Quod ⁊ ipsum extra rationē videtur eē dictum: quia animalis partes ex diuersis sunt etiam composite: orbis autem simplex est ⁊ incōpositus. Preterea animalis partes mouentur in spatio vno cum toto: sed partes orbis mouentur in spatijs diuersis. Adhuc autem animalis partes colligationem habent ad vnuꝫ aliquid qđ est principium in omnibus ⁊ hoc non potest bene fingi in partibus orbis. Et ex omnibus his dictis constat difficile esse aliqđ verum tradere de natura orbis cū ⁊ philosophi inter se dissentiant ⁊ per rationem demonstratiuaꝫ ad hoc non posset aliquis peruenire. C Propter qđ sine preiudicio aliorum videtur mihi dicendum ꝙ ea que queritur de orbe duo sunt quorum vnum est natura ipsius ⁊ alterum quantitas ei⁹ et quantitas motus ipsius: ⁊ querendo naturam ipsius demōstratiue quidem possumus inuenire in vniuersali ꝙ est rotundus ⁊ ꝙ motus eius est circularis fm̄ naturam eius in specie ⁊ in particulari non possumus inuenire per demonstrationem nec ad hoc inueniūtur philosophi qui ante nos fuerunt aliquam induxisse demonstrationem. Sed quantitatem ipsius ⁊ quantitatem motus eius bene inuenerunt philosophi per demonstrationes ⁊ ideo vsqꝫ hodie dubiuꝫ est fm̄ quid attendatur differentia orbium ⁊ stellarū: ⁊ dubiuꝫ est ⁊ erit de eccentricis ⁊ epicicilis ⁊ alijs quibusdā que que‑

runtur de orbium natura ⁊ stellarū. ¶ Qd ergo nobis videtur probabilius in ista questione est q orbis in genere sit nature vnius sed in specie naturarum ⁊ formarum diuersarum tam in orbibus q in stellis ⁊ vlterum. Messalach reputamus inconueniens nisi loquatur de natura cōmuni orbis: ⁊ qd dicit de motu stellarū q est equalis velocitatis sm naturam reputo absurdum quia ⁊ ipse mathematicus fuit ⁊ non naturalis: sed difficilius est quando queritur vtrū stella ab alijs partib⁹ orbis differat specie: quia nos videmus q nulla pars specie differt a toto: inferius autem probatur q stella est pars orbis in quo est: ⁊ ideo dicendum videt q stella est quasi dignior pars orbis cui presidet motor orbis: ⁊ per ipsam influit motum in totum orbem: ⁊ ideo omnes alie partes referuntur ad stellas ⁊ non differūt ab alijs partibus specie: quia species est motor qui dat speciem toti orbi per stellam sicut anima dat esse per cor animali quia cor est principium animalis: ⁊ q densitas maior est in ipsa stella: ⁊ hoc est ideo vt magis ipsa cōmisceatur nobilitas luminis que dat idoneitatem ad suscipiendum actum motoris: ⁊ nō est simile de elementis ⁊ celis quia elementa mouentur per naturam que vno modo est in omnibus similibus partib⁹: sed orbis mouetur per intelligentias que ad hoc vt motum influant exigunt nobilius ⁊ vilius ex parte subiecti cui influunt motum: sicut supra diximus ⁊ q a nobilius ⁊ minus nobile differunt oportet esse rara ⁊ spissa ideo in partib⁹ mobilium talium oportet esse differentem raritatem ⁊ spissitudinem: quid autem de celo octauo qd est multarum stellarū infra dicemus vbi specialem de hoc faciemus inquisitionē in sequenti tractatu post istum ⁊ qd queritur de stellarū differentia inter se dicēdum. videtur q stelle que sunt in diuersis orbib⁹ differant specie sed que sunt in orbe vno non hūt tantam differentiam ⁊ qd obijcitur de differentia proprietatis ⁊ operationum stellarum videtur q si stelle sint in orbe vno sicut sunt fixe que forte sm omnes phos preter vnū solum qui hic trahit in dubium sunt in celo vno: etiā sunt eiusdem speciei ⁊ nobiliores illius indiuidui orbis sunt multe sicut infra dicemus ⁊ vires motores eius sunt multe: sz que sunt in diuersis orbib⁹ sunt diuersarum specierum ⁊ diuersorum motorū sicut diximus supra: ⁊ similiter differūt operationes sequentes ⁊ passiones: q a illa sequuntur aliquādo diuersas nobilitates partiū vnius orbis ⁊ aliquādo sequūtur diuersas formas in diuersis orbib⁹: hec autē patebūt in sequenti capitulo. ¶ Qd autē dicit Auerrois nō est intelligēdum ita q orbis sit vnū indiuiduū: sed potius q operatiōes oīum orbium referantur ad finem vnum sicut operationes vnius animalis q a desideriū primi motoris habēt omnes inferiores motores ⁊ ad ipsum referunt omnē motum suū ppter hoc assimilatur totus orbis vni animali qd ad idem refert omnes mot⁹ mēbrorum suorum ⁊ suarū particularum sed qualiter hoc sit primi phi est determinare per certitudinem quia vnitas illa in primo motore est sicut in duce exercitus: ⁊ hinc est q multi antiquorum celestia vocauerunt militiā celi ⁊ choros castrorū vocauerunt ordinem cōgregationum orbium ⁊ stellarū sicut in vltima parte prime phie Aristo. determinatur. de numero autē motuum vniuscuiusq spere ⁊ vniuscuiusq stelle inferius loquimur quantum huic scientie sufficit: eo q ad id mathematici per certitudinem volunt determinare.

An stelle q sūt i diuersis orbib⁹ spē differāt.

An stelle q sūt in vno orbe sint eiusdē speciei.

Mēs opinio Aūrois sustētari possit.

Vide. 12. meta cō. 44.

¶ Cap. 5m. Et est digressio declarans causam naturalem de effectibus stellarum.

Tertiū qsitū principale.

De effectib⁹ aūt stellarum diuersis duo in phia queruntur que sunt. s. ⁊ quādo ⁊ vbi sit effect⁹ cuiuslibet stelle: ⁊ hoc ingrere est electoris ⁊ diuinātis per astra cui⁹ est eligere ⁊ scire horas sm quas ad figuras astrorū referunt ea que sūt in inferiorib⁹: ⁊ hoc opz relinquere scie electorū: qui alio noie vocant geomantici eo q pncipalius qd inquirunt per stellarū figuras ⁊ effectus sunt natiuitates eorū que gnantur in inferiorib⁹ ⁊ euentus nascētium hanc eni sciam in duob⁹ voluminib⁹ determinauit Ptolomeus: quorū vnū est de accidentibus magnis vniuersalibus in mūdo habēs octo distinctiones: accidentia autem magna sunt sicut mutationes regnorum de gente in gentem ⁊ translatiōes sectarum: ⁊ doctrine nouarū religionū ⁊ huiusmodi: aliud autem est de accidentibus paruis particularib⁹ sicut sunt euentus vnius hominis nati in hac constellatione vel illa ¶ Secūdum autem qd queritur de effectibus stellarum est naturalis causa per quā stella dicitur habere hūc vel illū effectū ⁊ hoc hic determinandū est ⁊ a generatis ⁊ electorib⁹ supponēdum. ¶ Queramus igitur vnde dicatur quedam stellarum frigida ⁊ quedam calida. ⁊ sic de alijs qualitatib⁹ primis: ⁊ etiam vnde dicatur mouere stella ea que generat ad hanc vel ad illam formā cōstat enim q actio omnis participatur a forma nulla talibus qualitatib⁹ est informata ⁊ sic videtur q nulla stellarum habeat agere sm huius qualitates. ¶ Adhuc autē cum talium qualitatum non possunt esse combinatiōes nisi quatuor vt pbat Aristo. in. 2. perigeneseos videt sm hoc q stelle non debēt esse nisi. 8. quarū quatuor mouerent ⁊ agerent sm qualitates simplices. ⁊ quatuor sm qualitates cōiugatas ⁊ hoc videmus ad visum esse falsum: q a stelle sunt in multitudine maxima ⁊ non potest aliqs dicere superfluere naturam in corpore celesti qd nobilius est omni corpore cum videamus eam non abundare ⁊ effluere superfluis in inferiorib⁹ nisi accidat hoc raro per casū quādo in manu nascitur digitus sext⁹. ¶ Amplius autem inquiremus vtrum istas qualitates agant per accidens aut per se: ⁊ si agāt eas per accidens: tunc possunt ipsas non agere: ⁊ tunc oporteret q ad alios quosdam motores reducerent motus materie elementorū quādo alterantur sm qualitates dictas qd est omnino absurdum q a ex hoc tunc sequeretur q oporteret habere aliud celum perpetuū ⁊ incorruptibile qd moueret sm istas qualitates eo q omnis motus corruptibilis exit ab aliquo primo motu incorruptibilis vt sepe ostensum est. Si autem dicat q mouent ad istas qualitates ⁊ agunt eas per se tunc videbuntur aliter disponi per istas qualitates ita q quedam earum essentialiter sint humide ⁊ quedam essentialiter frigide ⁊ sic de alijs qd est impossibile ⁊ forte istas difficultates fugientes antiqui dixerūt celum ⁊ stellas esse igneas ⁊ attrahere sibi de vapore terreo ⁊ aqueo a quibus acciperent humidū calidum ⁊ humidū frigidum ⁊ siccū frigidū: ⁊ q calidum siccū haberent in natura eo q essent ignee sed hoc nos ridiculū reputamus ⁊ in loco pprio in sequentib⁹ improbabimus. ¶ Qd autē magis est difficile est scire sm quā naturam sidera habeant fortunas ⁊ infortunia ⁊ vires ministrent nō tm exortis per naturam sed aliquādo ⁊ factis per artem sicut imaginib⁹ vel vestib⁹ incisis de nouo vel edificijs de nouo factis ⁊ huiusmodi hec enim omnia causis mutabilibus sunt ⁊ esse possunt ⁊ non esse: ⁊ ideo videtur q regimen eorum non dependeat ab aliqua natura vel virtute stellarū. ¶ Sz ad oia hec quidam respondent in quotū responsionē Auerrois super librū Aristo. de celo ⁊ mundo in cōmento ɔcordare videtur q ista nō habent stelle nisi ex motu. q a in materia sibi vicina quā fortiter fricat ⁊ dissoluit inductiuus est calidi consumentis humidum: ⁊ in illa que distat inducit calidum non cōsumens sed mouens humidū ⁊ faciens ipm spirituale ⁊ effluens ad circūferentiam. sicut est humidū aereum: in illo autē que est remotior inducitur frigidum ⁊ calidi p̄ualis ne: tamen q a pertingit ad ipsum motus celestium ideo humidū manens fluens supra seipsum sicut est humidum ⁊ frigidum ⁊ in vltimo distantie a motu corporis celestis ex priuatione caloris ⁊ motus inducitur frigidū exprimēs ex ipo humidum ⁊ hoc est frigidum siccū in materia terrestri ⁊ isti dicunt q nulla stella est frigida nisi per accidens sui mot⁹: Saturnus enim dicit frigidus: q tarde mouetur ⁊ tardus motus non excitat calorem: ⁊ sic dicunt de alijs ⁊ vtitur tali modo loquendi Auerrois reprehēdens Auicē. dicentē stellas esse naturaliter calidas ⁊ frigidas: ⁊ sic de alijs qualitatib⁹ dicens hoc non esse verū nisi ex comparatione ⁊ notat comparationem remotionem maiorem vel minorē ⁊ qualitatū corporis stelle maiorem vel minorem. ¶ Et hoc dcm absurdissimum est ⁊ compertum est obseruatione verissima quasdam stellas plus elōgatas q̄ sit Saturnus: ⁊ que tardioris sunt motus esse calidas valde sicut est stellatio canis ⁊ compertum est stellas propinquas veloces esse frigidas sicut est Luna Venus ⁊ hoc idem dicit Auerrois in libro suo quē vocat de natura ⁊ substātia orbis contradicēs sibiipsi. ¶ Qd autem adhuc difficiliorem reddit questionē

Aūrois solo hic cō. 42.

Impugnatio.

istam

istam est qd tradit Aristo. in secundo libro de causis proprietatum elementorum et planetarum quod s. omnes stelle illuminantur a sole sicut et luna in quod dictum consentit Ptolomeus in Almagesti et suus commentator similiter et Auicen. et Messalach in libro de spera mota ponit ad figuram vt ostendat conuenientiam dicti illius si enim sic est tunc videtur etiam omnes stelle habere verum luminis solis: et sic omnes erunt calide et sicce vt videtur. vtrum a sole illuminentur stelle similiter est inquirendum in sequenti capitulo post istud. ¶ Sed ad ea que hic quesita sunt videtur dicendum quod sicut omnis motus localis reducitur ad vnum motum incorruptibilem primum et motus ille incorruptibilis reducitur ad vnum motorem immobilem secundum locum: ita est reductio omnis motus ad formam ad corpus aliquod mouens ad formam: et non motum aliquo motu qui est ad formam: et hoc corpus est celum et stelle sed differens est reductio: quia motus locales non possunt reduci ad motorem immobilem secundum locum nisi per motum qui est corporis celestis: eo quod motus localis non repugnat incorruptibilitati corporis celi cum nihil mutet in ipso. sed motus qui ad formam sunt non possunt reduci ad aliquem motum perpetuum qui sit ad formam qui sit motus perpetui motoris qui motus ad formam et mutat et corrumpit subiectum propter quod nec perpetuus: nec perpetui esse potest: sed reducitur ad motum localem vt ad causam efficientem et referentem mouens corpus ad formam: sicut sunt celum et stelle sicut supra exposuimus: et illi motores in natura sua habent agere formas generatorum et corruptorum: et huic simile videmus in quolibet particulari motu augmenti et alterationis secundum naturam factam in animalibus que minor mundus a physicis vocatur. Si autem nos queramus primum augmenti motorem in animalibus inueniemus ipsum esse virtutem anime que dicitur augmentatiua: et constat quod hoc non augetur: neque quantitatem habet sicut vult Aristo. in libro primo perigeneseos. si etiam queramus primum motorem in alteratione et digestione sibi in sanguine et sanguis in similitudinem membrorum constat quod est virtus anime que nutritiua dicitur sicut tradit Aristo. in secundo de anima reprehendens Empedo. qui hoc dicebat fieri a virtute ignis. ¶ Cum ergo talis sit reductio motuum materie vniuersalis generatorum et corruptorum ad motores simpliciter primos qualis est reductio motuum materie vniuersalis suis ad virtutes anime que sunt in membris sic est: et sunt motores primi in ordine participati in cuiuslibet animalis: oportet quod absque dubio stelle que sunt quasi quedam membra celi sint primi motores ad quos reducuntur omnes augmentationes et alterationes et generationes materie vniuersalis generatorum et corruptorum: habent enim stelle virtutem in se intellectum mouentium que sunt intellectus artificis formalis ad opus quod producit et actiones stellarum informare ex illis quemadmodum informatur calor complexionalis a virtutibus anime: et ideo influit per motum suum illas formas sicut calor naturalis in cibum et corpus inducit formam carnis et sanguinis quando informatus est a virtute anime: et hec est causa etiam quod quando sciuntur virtutes stellarum et situs et motus suis tunc coniectur atio habet veri similiter de productione generatorum et duratione et omni formatione eorum: et quod obiicitur quod stelle secundum modum et naturam primarum qualitatum secundum hoc non debent esse nisi octo: friuolum enim est omnino: quia qualitates prime quando in elementis accipiuntur non sunt nisi actiue et passiue sicut probari habet in secundo perigeneseos: et tunc simplicia sunt quatuor et combinationes earum sunt quatuor: sed si accipiuntur qualitates prime put sunt instrumenta motorum ad omnes formas tunc habent in se virtutes formarum multarum: sicut in se habent malleus et ictus fabri omnes formas que figurantur in ferro et huius simile est in calore complexionali hominis qui viuens est si accipiatur prout est instrumentum anime habet in se virtutes multas formandi carnem et ossa et neruos et medullas et plurima alia talia et eliciendi spiritum animalem et vitalem et naturalem et mouendi imagines ad phantasie et intellectus operationes et talibus virtutibus. Respondet numerus et imago stellarum: quia motores stellarum sunt pleni formis eorum que sunt in inferioribus: et ideo instrumenta eorum multa sunt per naturam et diuersa in quantitate et multiplicantur earum vires ex multitudine situum et respectuum in circulo per accessum eorum adinuicem et recessum abinuicem. et ideo friuolum est accipere naturam stellarum et imaginum stellarum quas in se habent vel per motum continuum acquirunt continue secundum naturam et combinationum primarum qualitatum. ¶ Et quod queritur vtrum habeant agere formas essentialiter vel accidentaliter quod dicimus quod habent eas agere essentialiter: sed essentialiter agere dicitur dupliciter. s. per essentiam materialem et corporalem et per essentiam intellectualem et spiritualem statuarius enim per se et essentialiter facit statuam non tamen materialiter disponitur forma statue. et sic stelle agunt essentialiter formas sed habent eas spiritualiter et intellectualiter secundum quod sunt instrumenta intellectum mouentium: et hoc est quod egregie dicit Aristo. in septimo prime philosophie. quod sicut sanitas est ex sanitate et domus ex domo in operatione artis: eo quod sanitas in corpore est ex sanitate que est in anima medici et domus que est ex lignis et lapidibus est ex domo que est in anima edificantis domum ita est in formis naturalibus: et hec fuit causa inducens Platonem quod dixit omnes formas esse a datore formarum et non esse in materia: cum tamen hoc non sit verum: quia isti motores educunt eas de materia in qua sunt potentialiter et non secundum actum. ¶ Ad solutionem autem inductam videtur consentiendum quod est nulla omnino et falsa. Sed ad hoc quod queritur qualiter hoc posset esse verum cum omnes stelle illuminantur a sole et ita habent virtutem luminis solis. ¶ Dico quod verum existimo esse quod omnes stelle a sole recipiant illuminationem: sed quia non recipiunt lumen extrinsecus sui tantum sed intrinsecus: ideo lumen incorporatum eis accipit virtutem et naturam corporum quibus incorporatur et huius simile est in calore et spiritu complexionali mundi minoris cuiuslibet membri nobilis et principalis accipit virtutem ad quod et in quod dirigitur et deriuatur: et ideo virtutem vite dat sibi cor: et virtutem anime dat sibi cerebrum que est sensus et motus: et virtutem naturalem operationum dat sibi epar: et virtutem generatiuam et formatiuam speciei dant sibi testiculi: et hoc est ideo quia calor et spiritus non tantum diriguntur ad exterius membrorum sed imbibuntur in eis et diriguntur et informantur: et ita est de lumine solis directo ad stellas et imbibito in ipsis et hec est causa quod totum orbem assimilauerunt philosophi vni animali in quo principale membrum et loco cordis sit sol propter quod etiam solis orbis in medio orbium positus est a natura sicut cor in animali: in hoc patet solutio omnium satis que in hac questione possunt inquiri.

An corpora celestia essentialiter vel accidentaliter habent agere formas.

7° meta t. c. 29 t. 30.

An lumen quod recipiunt alie stelle a sole sit eiusdem virtutis cum lumine sol. Z.

Sed i hoc e locus speculationis: quia si lumen sol variatur secundum naturas stellarum quibus recipitur os quod hoc fiat per aliquam alterationem et non vr quod sit illa cogita.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans qualiter stelle omnes illuminantur a sole.

At ad maiorem certitudinem et euidentiam premissorum oportet nos inquirere vtrum verum sit quod stelle non habent lumen a se: sed accipiunt a sole sicut crediderunt magis illustres viri famosi in philosophia. ¶ Videtur autem quod non quia secundum hoc oportet quod accedentes ad solem obscurarentur et recedentes haberent figuras vt luna nouicularis colores primo et sic paulatim per incrementa lumine solis implerentur et iterum deficerent paulatim decrescendo lumen in ipsis et huius contrarium nos videmus propter quod viderunt quod semper sunt stelle a lumine et lumen habent a seipsis. Amplius si lumen recipitur ab vna stella in aliam tunc conuenientius videretur secundum naturam quod inferior stella reciperet a superiori quam econuerso: et sic stelle fixe deberent dare lumen et non sol et constat quod ille non dant: videtur igitur esse consequens quod ex ipsis omnes habeant preter lunam. Adhuc autem corpus purum diaphanum non indiget ad hoc quod luceat nisi quod sic spissum sicut apparet in quibusdam lapidibus preciosis. cum ergo totus orbis sit purus et clarus et perspicue nature non indiget stella eius ad hoc quod luceat nisi quod sit spissa et sic nihil dictum est quod indiget sole vt luceat: adhuc autem queritur qualiter accipit lumen a sole si accipit ipsum: si enim accipit vt corpus spissum politum et tersum tunc reflectitur ab ipso lumine: omnis autem reflexio est ad angulos determinatos et non ad omnem locum equaliter que est in circuitu corporis a quo sit reflexio: ergo lumen solis a luna et aliis stellis non reflectitur nisi ad quedam loca mundi et non ad omnem locum equaliter quod vi-

demus oculata fide esse falsum. Adhuc autem nos corporibus inferioribus videmus q aliter accipit lumen candela et aliter corpus tersum qd reflectit ipsum quia candela accipit ipsum et est in exteriori tm a quo multiplicatur per reflexionem: et ideo que tenet ipsum iam tunc probatum est q stelle non recipiunt lumen vt reflectentia corpora: ergo recipiunt ipsum vt candele et ita videtur q sint materie luminis et retineant lumen. Cum igitur corpora sint incorruptibilia semper tenebunt ipsum ex quo semel acceperunt non ergo indigent vt semper accipiant lumen a sole et hoc concesserunt multi intantum q hoc factum est opinio communis et vulgaris. Sed q hoc non sit verum probant egregij viri in philosophia sicut dixit Aristo. et Auic. et Ptolomeus et suus commentator et Mesfalach in libro de spera mota et potior ratio sua est hec q omne qd est in multis fm vnam rationem prius est in vno aliquo qd est causa omnium illorum sicut causa omnium calidorum est ignis lumen ergo qd est multiplicatum in celo et multis modis est in luminibus celi oportet q primo sit in vno qd est causa multitudinis huius: ab illo autem qd est causa luminis in omnibus causatur lumen: ergo oportet esse vnum a quo recipiatur lumen in omnibus que lucent: hic autem nil infra communiter ponitur sicut sol ergo a sole vnum est in omnibus stellis. Adhuc autem nos videmus q stelle fm distantiam quam habent ad solem accipiunt diuersitatem suorum motuum sicut est statio et directio cursus et retrogradatio: ergo videntur etiam recipere lumen ab ipso. Adhuc hoc ipsum iudicat lumen solis quia dicitur sol quasi lucens solus videtur igitur q sol det omnibus alijs lumen. Adhuc autem in minori mundo vnum est membrum qd omnibus alijs ministrat vitam et spiritum testantur hoc etiam phi q etiam est maioris mundi. Cum igitur lumen sit per qd immittitur vita existentibus omnibus videbitur futurus luminis esse ab aliquo vno. Adhuc omnis diuersitas et multitudo reducitur ad vnum aliquid sui generis primum ergo oportet sic etiam esse in multitudine et diuersitate luminis celestis his autem rationibus et precipue prime et vltime rationi que de necessitate concludunt consentientes dicimus cum illustribus viris q omnis stella celi illuminatur a sole sicut luna: sed est differentia receptionis luminis in ipsis: quia licet omnes conueniant in hoc q recipiunt lumen tamen differunt a virtute recipiendi sicut differunt in nobilitate nature: quedam enim sunt purissime et nobilissime: et ideo lumen receptum ab ipsis statim penetrat a superficie vna que est opposita soli ad superficiem aliam ita q tota pars stelle impletur lumine limpido ita q nil obscuritatis remanet in ipsis: et lumine earum non declinat aliquid a candore primo sicut facit Juppiter et quedam alie stelle sibi similes et quedam quidem stelle statim penetrantur a lumine: sed lumen declinat in ipsis ad ruborem qd conuenit eo q corpus recipiens ipsum non est adeo nobile sicut est in Marte qui rubeus est et in stella que vocatur Alderabam que est in oculo Tauri et in alijs multis: in quibusdam autem declinat ad palloreм sicut in Venere: et in quibusdam ad obscuritatem sicut in Saturno: et in quibusdam ad rubositatem sicut in stellis multis rubeis. Et in quibusdam ad colorem album sicut in galaxia et hoc superius est determinatum: sed tamen in omnibus his tanta est perspicuitas q stella recipiens lumen ex parte qua vertitur ad solem statim impletur ipso fm totam superficiem et penetrat interiora eius sicut fit lumen accensum in candela. Luna autem que terrestris est nature vt dicit Aristo. non est in toto peruia: sed diffunditur lumen receptum in ipsa parum in inferiora et non penetrat: et ideo apparet vt nouacula et non alie stelle: et cum medietas eius opposita est soli aliquid obscuritatis adhuc remanet in ipsa sicut apparet ad visum et tunc superficies que auersa est a nobis et sole tota est obscura: et sic patet solutio eius qd obijcitur accessionis stellarum ad modum lune: et quia in toto sunt pleno lumine. nec est consequens q a superiori spera descendat lumen: sicut nec etiam diuersitas motus descendit a superiori spera. vt nos ostendimus in sequenti tractatu post istum: sed post sapiens natura per ingenium hoc ordinauit vt spera que pauciores habet motus et eius stella magis habet calcatum et viuificum et lumen sita sit in medio ne ex nimia distantia ipsius preiudicium generetur omnibus que generata sunt per ipsum in inferioribus: frigescerent enim omnia inferiora si fons caloris quasi pater generans omnia nimis elongaretur ab ipsis sicut et nimis calescerent si nimis appropinquarent et ideo posuit ipsum natura sagax in medio sicut egregij in philosophia viri tradiderunt et qd dicitur q diaphanum putum ad hoc vt luceat non indiget nisi q sit spissum: falsum est quoniam potius ad fortem lucem indiget q immittatur ei forma luminis et tunc efficitur radians cum ante parum luminis haberet: concedendum autem est absque dubio q hec receptio non est per reflexionem sed potius vt dictum est incorporatum est lumen stellis nec tamen retinet ipsum continue sicut candele quia tunc oporteret q aliquid in eis esset fomes luminis cuius resolutione lumen aleretur et tunc stelle essent corruptibiles sed sunt sicut vasa luminis sperica que vbicumque cum tanguntur in radio statim per omne corpus implentur lumine preter lunam solum que infime nobilitatis est inter astra celi: hec enim in communi de natura stellarum dicta sunt a nobis. In astronomia enim et scientia electionum deo fauente loquemur adhuc de stellis et determinabimus ea que hic relinquuntur. Jam igitur de omnibus que dicta sunt manifestum est et verificatum q stelle non sunt ignee nature et q lumen earum non est igneum nec cadit sub visu sicut lumen ignis: quia aliquando consumeretur et aliquando cresceret et variationem reciperet fm tempora diuersa: nunc autem vno modo et in quantitate et limpiditate visum est ab omnibus temporibus retroactis.

*Precipua ratio sapientum q probat stellarum lumen a sole esse.*

*Quare cum sol sit datoris vnius est positus in medio.*

Cap. 7m. De motibus stellarum vtrum moueantur per se aut motu circulari: et hoc fm motum diurnum celi.

Consequenter agit de motu stellarum primo inducemus diffinitionem et inquiremus quis est motus conuenientior motibus stellarum. Dicimus igitur de motu diurno loquentes tm q quando stelle videntur moueri motu diurno tunc contigit hoc aut ita q vtraque circulus scilicet et stella que est in ipso sunt quieta: aut q vtrumque eorum est motum equaliter: aut q vnum eorum est motum et alterum quietum et hoc est duplex aut enim circulus est quietus et stella mota in ipso sicut quidam dixerunt. aut ita q circulus est motus et stelle quiete que sunt in ipso: manifestum est autem q duo prima membra inducte diuisionis non sunt vera: si enim terra supponatur esse quieta: tunc cito apparet falsitas duorum dictorum membrorum ponamus igitur terram quiescere quia nos probabimus illud in sequentibus huius libri: nunc enim patet q non ambo quiescunt et circulus et stelle quia si ambo quiescerent tunc non videremus in stellis multa que modo videmus que sunt ortus et occasus stellarum et accessio earum adinuicem et recessus et plura alia sed potius viderentur semper stare fm vnum modum: ergo non potest dici q ambo sunt quieta stella videlicet et circulus eius: remanet ergo duorum residuorum membrorum alterum q. s. aut sunt ambo mota stella et circulus suus equaliter: aut sit vnum eorum motum et alterum quietum. Si autem fuerint ambo mota tunc loquamur primo vtrum hoc sit possibile fm motum primi motus qui vocatur motus diurnus qui est ab oriente: et postea ostendamus hoc esse inconueniens et in motibus alijs. Si igitur dicatur ambo equaliter mota in motu diurno: tunc oportet q vtriusque sit velocitas vna et similis: quia nos videmus q quando circulus perficit circulationem vnam tunc etiam stella est in fine circuli sui: et est eorum vna velocitas que perficiunt spatium idem vel equalia spatia in tempore vno: hoc autem est extra rationem et contra sensum quia fm hoc erit hoc vniuersale in omnibus stellis q stella que multo minor est quam suus orbis haberet equalem velocitatem cum orbe suo eo q cum orbe suo circumuoluitur perueniens in vna et eadem hora temporis ad locum eundem ad quem peruenit circulo in eodem tempore. Accideret enim tunc q locus in quo videtur stella tunc perambulasset totum circulum in eadem hora in qua reuolutus est circulus ad locum stelle hoc autem necessario est impossibile q velocitas stelle que est corpus minus sit vnius cum velocitate circuli qd est corpus multo maius. Non est ignotum est si consideremus reuolutionem totius celi motu diurnum quia quilibet circulus sit tanto velocior alio in motu diurno quanto fuit maior illo hoc est enim necessarium omnino eo q in tempore in quo reuoluitur circulus minor per spatium minus reuoluitur circulus maior per spatium multo maius et hoc est tantum in diuersis speris quantum vna est super aliam quam

*Tex. co. 44.*

*Tex. co. 46*

in diuersis

in diuersis circularib⁹ in vna spera sumptis inequalib⁹ ſm quantitatem ꝗa videmus ad litteram ꝙ stelle que sunt in equinoctiali iuxta caput Arietis vel Libre ſm motũ diurnũ: non aũt oportet vt vniuersaliter sit hoc verũ in stellis ⁊ orbibus ꝙ mot⁹ cuiuslibet stelle sit adeo velox sicut est mot⁹ orbis sui. Si enim sic esset aut esset hoc casu aut naturaliter. si aũt hoc esset a natura cũ omnis natura det determinatã velocitatem corpori moto. ⁊ habeat velocitatẽ semper habet in motu naturali durante natura illa. tũc oportet ꝙ si stella intelligeret̃ transferri de orbe magno ad orbem paruũ vel econuerso: ꝙ adhuc retineret velocitatem a sua natura sibi attributam: tũc proculdubio quarũdam stellarũ sic trãslatarũ esset velocitas maior velocitate circuli in quo mouere tur: sicut ei⁹ que intelligit̃ transferri ad orbem minorem de maiori orbe ⁊ esset quarũdam stellarũ velocitas minor velocitate circuli sicut earũ que intelligũtur transferri ad orbẽ maiorem de minori orbe: siue hec translatio intelligat̃ fieri in eadem spera ad diuerse quantitatis circulos: siue in diuersis ad circulos se inuicem continentes. ⁊ ex hoc habet̃ ꝙ etiam si non fiat hui⁹ translatio: tamen stella habebit velocitatem sibi a natura propria attributam que non est ſm modũ velocis circuli necessario: vel si dicat̃ habere semper velocitatem attributam a circulo ⁊ non a propria natura: tunc si intelligat̃ dicto modo transferri: tũc in circulo maiori attribuet̃ ei velocitas maior: in circulo minori attribuetur ei velocitas minor. Qd̃ aũt sic ab alio recipit motũ ⁊ velocitatem eius in quo est non habet motũ propriũ ⁊ velocitatẽ ꝓpriam a natura sua sibi attributa: ergo stella non habet motũ propriũ: sed est sibi mot⁹ attributus a suo circulo qd̃ est omnino inconueniens ꝙ dicat̃. s. aliqd̃ corpus simplex motum ꝙ non habeat naturam propriam sibi proportionalem velocitatem attribuentem. hoc autem adhuc sequit̃ de stella etiam si non transferri intelligatur: ⁊ magis sit euidens quando transferri intelligit̃ igit̃ incõueniẽs est positio partis ꝙ stella sit mota circulis: ⁊ ꝙ stella velocitatem habeat circuli. Si vero diceret̃ ꝙ stella ⁊ orbis motu ⁊ velocitate sua non haberent causas naturales facientes mot⁹ sibi proportionales ⁊ velocitates vel proportionales sibi: sed hoc esset a casu ⁊ fortuna: tũc non esset vniuersaliter necessariũ in celestib⁹ ꝙ in orbe magno caderẽt stelle velociter in paruo tardius ſm motũ quantitatis circuli in quo incedunt: ꝗa sicut diximus in secũdo phyſicorũ casus est in paucis vnde si eẽt vna stella vel due ſm modũ dictum: tũc esset hoc tollerabile falsum cũ in celo nihil fiat per casum ⁊ fortunam: sed ꝙ oẽs stelle dicantur modo tali talem mot⁹ ⁊ velocitatis habere est absurdum simile fabule eorũ qui dixit de terrestrib⁹ ad celum stellas transferri. Adhuc aũt rex natura non permittit ꝙ aliquid in celestib⁹ sit per fortunam ⁊ casum: sicut in secũdo physicoꝝ diximus. Amplius autẽ fortuna ⁊ casus in reb⁹ in quibus non sunt in omnibus vel plurib⁹ nec eiusdem indiuiduis sed in paucis ⁊ raro in qb⁹ deuiat cã naturalis. Istud aũt ponatur esse in stellis omnibus: ⁊ ideo positio ista est inconueniens ⁊ absurda ⁊ similiter dici non põt ꝙ vtrũq; moueat̃ ⁊ circulus ⁊ stella: ⁊ hec vltima ratio probat etiã de motu qui est ab occidente in orientem ꝙ non ambo moueantur: ꝗa non est a natura posse stelle attribui velocitas equalis velocitati circuli: ⁊ ideo si in eodẽ tempore pertransirẽt spatiũ simile vel idem oporteret necessario ꝙ hoc esset a casu ⁊ fortuna: sicut iã ante diximus. Redeamus igit̃ ad tertiũ membrũ superi⁹ dimissum dicendo ꝙ alterũ illorũ etiã est impossibile: ꝙ. s. circuli sint quieti ⁊ stelle mote: absurdũ enĩ ⁊ extra rationẽ est sicut in celo esse dicat̃ propter eandem cãm quã superi⁹ induximus: ꝗa accideret vt eẽt hoc a casu ⁊ fortuna ⁊ non a natura: ⁊ ꝗdam cõtrarium obijcientes dicant ꝙ si ponamus vtrũq; moueri circulũ. s. ⁊ stellam cũ motus vnus sit motus alter ⁊ sint a diuersis naturis eis attributi: tunc ei accidit casu duos mot⁹ in eadẽ hora terminari: quãdo aũt ponat̃ circulos quiescẽte ⁊ stellam moueri: tũc mot⁹ naturalis stelle dicitur esse per circulũ: ⁊ ideo hoc casu nõ accidit in hora qua perficit circulũ ⁊ stelle motũ vt videtur. et hoc qdem est verũ: nec nostre est intẽtiõis vt in hoc ponam⁹ casum ⁊ fortunã: sed potius in cõspiratione mot⁹ vni⁹ stelle ad motũ stelle alteri⁹: cũ stelle eni sĩte sunt in diuersis circulis maiorib⁹ ⁊ minorib⁹: ⁊ vnicuiq; stellarum attribuit̃ motus ⁊ velocitas sibi proportionalis a natura sua ꝓpria cum non sit vna natura eaꝝ nisi idẽ spatiũ circuloꝝ coniungeret necessario ꝙ nõ habent cãm naturalem propter quã in vna hora omnes terminant mot⁹ suos ſm reuolutionẽ motus diurni oportet igit̃ ꝙ hoc fiat per casum ⁊ fortunam: ⁊ accideret ꝙ mot⁹ stellaꝝ esset casu ſm modũ magnitudinis circuloꝝ maior ⁊ minor in velocitate: ⁊ similiter in reuolutiõe diurna terminat⁹ ⁊ non potest esse eis attribut⁹ per aliquã naturam propriã. Ex his ergo manifestũ est ⁊ certũ ꝙ necessariũ est vt non simul moueant̃ stelle ⁊ circuli sint quieti: ergo iterum necessariũ est vt stelle moueantur ⁊ circuli sint quieti: igitur remanet vltimũ membrũ diuisionis prius habite ꝙ circuli moueant̃ tũ ⁊ ꝙ stelle sint quiescentes a motu proprio: sed moueant̃ motu circuloꝝ suoꝝ sunt enim rotũde ⁊ fixe in circulis suis vt partes in suis totis cũ quibus etiam voluũtur circuli ⁊ deferũt stellas in partes suas: cum dicit̃ nihil sequit̃ extra rationem ⁊ in motu qdem diurno talis est comparatio velocitatis orbis magni ad orbem paruũ siue in eadem spera siue in diuersa acceptũ q̃lis est comparatio corpoꝝ motoꝝ in spatio recto maiori ⁊ minori inter orbes natura acceptos super eosdem polos ⁊ idem centrũ reuolui qd̃ est orbib⁹ idem maior orbis est velocior q̃ minor in motu diurno eo ꝙ perambulat locũ magnũ in tempore eodem in quo orbis minor perambulabat locũ paruũ sicut in reliqs corporib⁹ simplicib⁹ corpus magnũ eque cito pertransit spatiũ maius in quo minus eiusdem generis pertransit spatiũ minus eo ꝙ maius est veloci⁹ minore: ita est in corporib⁹ rotũdis que referũtur ad eosdem polos ⁊ idem centrũ ⁊ ea que dicta sunt absq; omni ambiguitate sunt ſm intellectũ Arist. dicta: patet ꝙ astronomia quã dicit se fecisse Alpetragi⁹ abuysac ſm Arist. intellectũ falsa est: ꝗa illa supponit in motu diurno orbes maiores ⁊ minores non in vna hora circulationes suas ꝑficere licet inferiores aliquantulũ retardari ⁊ plus ⁊ minus a ꝑfectione circuli: sed ꝙ sunt maiores vel minores. De his tamen in astrologia erit ingrendũ in locũ vbi de circulis habenda erit inqsitio. ꝗa hoc nimis esset longũ de illis differere. Omnes aũt rationes inducte sunt de particularib⁹ membris per inducte diuisionis et non tenent nisi in motu diurno qui est ab oriente in occidentem: ꝗa ſm illũ motũ tũ in vna hora terminat̃ motus spere maioris ⁊ minoris: ⁊ hoc non potest eẽ casu sed natura que natura nõ põt esse attribuens talẽ velocitatẽ stellis sicut ꝓbatũ est: ergo natura attribuit talẽ velocitatem circulis in quib⁹ sunt fixe stelle. De motu aũt qui vocat̃ aplanes nõ tenent iste rationes: ꝗa nos videmus ꝙ in hoc motu est tardior spera maior ⁊ velocior est spera minor vt in omnib⁹ vel in plurib⁹. In plurib⁹ aũt dico propter motus Veneris vel Mercurij in qb⁹ qdam contrariũ sentiũt: eo ꝙ qdam ordinant eos super solem ⁊ qdam sub sole: ⁊ si super solem sunt: tũc aliqua maior spera habebit motũ velociorem q̃ alia minor ea ſm motum qui est ab occidente in orientẽ ꝗa compertum est Mercurium velociorem motũ habere q̃ habeat sol. Si aũt sub sole vt tradidit Ptolomeus tũc aliq̃ spera minor habebit tardiorem q̃ alia maior ea ꝗa compertũ est Venerem habere aliquantulũ tardiorẽ motũ q̃ habet sol: ⁊ de istis diuersitatib⁹ loquemur inferius quantũ suffic̃ presenti speculationi. Sed hoc solũ oportet nos intelligere in hoc loco ꝙ per rationes inductas nõ est ꝓbatũ quin stelle possint mouere motu proprio ſm motũ qui ab occidente in orientem est: ꝗa impossibilia inducta ⁊ non probene tuꝫ ſm motũ illũ non compleant cursus suos in hora vna.

Cap. 8m. De motib⁹ duob⁹ scintillationis ⁊ turbationis vtrum conueniant stellis in quo est digressio declarans causam ⁊ figuram vmbre que videtur in luna: ⁊ de altercatiõe Auerrois contra Auicẽnam.

Amplius aũt adhuc enarrabimus inconueniẽtia magna dicendo ꝙ in motu diurno circuli moueant̃ ⁊ non stelle: ꝗa tũc nõ accidit diuidi relos stellaꝝ: quoniam si mouerent̃ diurno motu stelle ⁊ non circuli oporteret absq; dubio ꝙ stelle habentes quantitatẽ ⁊ transitus essent per celũ: ⁊ duo corpora non possunt esse in eodem loco sicut ꝓbauimus in quarto physicoꝝ: oporteret ꝙ diuideret̃ celuꝫ per qd̃ transiret stella. ⁊ hoc est incõueniens: q̃ declaratũ est su-

Tex. co. 45.

Tex. co. 46.

Astronomia Alpetragij sit contra Aristotelem.

Tex. co. 47.

perius ꝙ licet celum in se est rotūdarū superficiez ⁊ continuuz ⁊ non diuisum omnino: ⁊ si esset diuisibile tūc esset corruptibile a natura ꝓpria ⁊ per ꝯn̄s esset mobile fm rectū ⁊ sic eēt generabile ⁊ corruptibile sed nihil prohibet quin corpus in medio circulor̄ existens sit comprehēsibile ⁊ elongabile qm̄ ipm̄ est ad natiuitatis supplementuz: licet huic sn̄ie Auerrois cōtradicat: l3 non in spissari possit ⁊ cōdensari per qualitatez aliqua agentez vel patientē tamē potest cōprimi ⁊ elōgari s3 ꝙ tangit circulo maiori ⁊ minori concauo ¶ Amplius aūt ex

Tex.cō.48.

dictis antiquor̄ bene in qb⁹ diximus supponimus stellas eē rotūdas: hoc enim probat ex hoc ꝙ sunt ex corpore quīto qd̄ est rotūdū: hoc aūt supposito donec inferius probetur ⁊ dicimus ꝙ corpori stellar̄ ab antiqs sunt duo motus attributi: qa vnus est tropicus hoc est conuersiuus fm circulationem perfectam manente circulo imoto: ⁊ ex hoc dicebant causari scintillationem stellar̄: alter autē est motus tumbationis quem circulationis qdam vocant ac si stella moueret̄ ꝯuertendo mō ad nos vnam superficiez ⁊ modo aliaz. Primus autē mot⁹ est sicut si imaginaremur stellam affixaz clauo ad circulum in quo est: ⁊ moueri circulariter circa clauū illum: sicut rota mouetur contra axem: ita ꝙ semper vnaz ⁊ eādez superficiem conuertit ad concauuz celi ⁊ alteram ad conuexū: motus aūt tūbationis est ac si clauo sit affixa circulo: qui clauus non transeat per spissum celi sui sed potius per longitudinem ita ꝙ in filo sicut in axe circūuoluatur mō vnam ad nos cōuertendo superficiez ⁊ modo aliā. si ergo nos probauerimus ꝙ nullo istor̄ modor̄ mouetur stella cū3 hoc qd̄ iam ante ꝓbauimus ꝙ non moueṫ eūdo per circulū fm motum diurnū: tunc probatum erit perfecte ꝙ stella non moueatur aliquo modo fm motum diurnum. Dicamus igiṫ sicut prius ꝙ si stella moueṫ in circulo suo stante cuz non moueaṫ transeu per circulū: mouetur autē motu tropico qui est reuersio per circulū per moduz scintillationis ⁊ tremoris: aut motu tumbationis quem vocant reuolutionē inuolubilez. Si aūt dicatur ꝙ motus ipsarū est tropicus: ita ꝙ reuoluāt se super centrū qd̄ est conuexū ad celi concauum sine ad nos tūc oportet ꝙ stelle maneant fixe in locis suis sicut centrum eaꝝ manet fixum cū circulus ponatur esse imobilis: s3 hoc est falsum: qa videmus ꝙ stelle permutant loca sua. Si eni non permutarent loca sua sicut dixit Pithagoras sed starēt tūc hoc non esset confessum cōmuniter ab oib⁹ ⁊ receptum: omnes eni3 hoies dicunt stellas mutare loca sua per ascensum ⁊ descēsum pter solū Pithagorā qui dixit hoc accidere ex circūuolutione terre: ⁊ stellaz dixit nō habere motum nisi tropicū ⁊ inuolubilem. ¶ Amplius aūt si esset mot⁹ stellarū tropicus: tūc cū stelle conueniant in natura cōmuni attribuere eis motū circularē sicut diximus superi⁹ per totū oporteret ꝙ vel oium stellarū mot⁹ sic esset tropicus sine scintillatiōis hoc aūt non est verū. quia inter planetas solus sol hoc motu moueri videṫ: ⁊ hoc precipue in ortu ⁊ occasu ꝓpter

Nō q̄re sol in ortu ⁊ in occa. vr̄ scintilare: ⁊ q̄re in meridie 3.

humidū vaporez in quo radij eius videnṫ diffundi ⁊ tremere: ⁊ quādo est in meridie etiā videṫ tremere: sed nō est hoc propter ip3: sed propter elongationē lucīditatis eius sup perore oculor̄ nostror̄ huius aūt causa est: qa quando visus noster elongaṫ multum a re visa sine elongatio illa sit fm distantiam oculorum nostror̄ a re visa que vincit ipsum luce sua sine sit fm distantiam loci: tunc visus inuoluiṫ in se propter solis debilitatem ⁊ tremit: ⁊ ideo in ipso tremit forma rei in se accepta in oculo: ⁊ ideo qa sol sicut limpiditate sua vincit oculum motus solis videtur gradatus ⁊ inuolut⁹ tropice in seipso. s3 hui⁹ cā est: qa lux nimia imissa oculo resoluit humidū oculi: ⁊ currēte hūido in oculū tremit fluxu humidi forma recepta in oculo: ⁊ ita diu pōt aspiciens videre solez donec resoluto ⁊ corrupto humido crystallino excecaṫ oculus: qr multa lux radior̄ disgregator̄ in polito ⁊ splendido hūore oculi excitat calorē liquefaciētē hūidū crystallinuz ⁊ nuchū in oculo quo lique facto perdiṫ visus oculi. distātia aūt per locū cā est qa putanṫ stelle fixe ignee splēdidū scintillātes: ⁊ stelle hesitātes que sūt planete pp ꝓpinquitatē non videanṫ vt ignee scintillātes: s3 lūinose pure qa sūt ꝓpinque nobis: ⁊ iō pp dispōnē ꝓpinquitatis eor̄ ad nos cōprehēdit eas visus ⁊ cōsequiṫ eas cōsecutiōe forti ⁊ forma eaꝝ nō tremit in oculis: stellas aūt fixas pp nimiā distantiā ⁊ pp paruitatez anguli sub quo est visus nō pōt visus cōprehendere nisi

debiliter: ⁊ ꝙ tremēdo inclinaṫ a forma recepta: ⁊ qa tremit visus. Ideo accepit formā quasi cōtinue inuoluentē se in suo loco ⁊ ideo putaṫ stella moueri motu scintillatiōis. ¶ Cū enī3 dicto mō debilitaṫ visus ⁊ inuoluiṫ apprehēdit stellaz quasi morā hoc motu inuoluta cōuersiuo: ⁊ cā hui⁹ in oculo nō in visu: qa innegabile est quin vidēs sic a remotis moueat ꝯuertēdo visuz suū: qa cū in mala distantia videṫ res op3 ꝙ per conatū vidēdi multuz intēdaṫ visiuus spūs in oculo ⁊ quasi acuiṫ ad vidēdū: spūs autē attract⁹ ad oculum discursu suo tremit ⁊ moueṫ: ⁊ motu suo aliquādo calefacit oculi humidū ⁊ resoluit ⁊ excecat vel ledit. sed semp forma spūs tremit: ⁊ tūc videṫ moueri res que longe videṫ: ⁊ hec est ēt causa ꝙ nimis conat⁹ vidēdi multū ledit oculum aliquādo excecat ipm̄ hui⁹ rō cū perspectiui attribuunt paruitati anguli eo ꝙ dicūt oēm visum fieri sub angulo triāguli vel pyramidis cuius basis est res visa ⁊ angulus ꝯcludiṫ in acie oculi sed de his in libro de sensu ⁊ sensato nūo cōcedente ingrēdu3 erit: ex his igiṫ certū est stellas motu qui dī tropicus non moueri. Amplius autē ostēdemus stellas motu rotūditatis sine q

Tex.cō.49.

dī cumbatio nō moueri ⁊ illud qdē manifestū est ⁊ clar̄ qm̄ ois res inuoluēdo in se tūbas cōuertiṫ ne superficie ad supficiē sed nos videmus in facie lune ꝙ semp eadē supficies cōuersa est ad nos ⁊ opposita nobis: ⁊ hoc qdē scimus per figuram obscuritatis que vno mō semp figuraṫ in luna: que nō cōtingit si de superficie in supficiē se luna cōuerteret. Eadez aūt rō est de alijs stellis cū sint vnius nature in cōi que attribuit eis motū in cōi quē hñt: ergo nulla stellar̄ tūbādo mouet. Redeamus igiṫ colligēdo mēbra preinducte diuisiōis dicētes ꝙ si stelle mouerenṫ per se sine circulis: tūc eēt necessarium ꝙ mot⁹ earū essent sempiterni ⁊ essent motus illi altero dictor̄ duor̄ modor̄. Nos autē iā ostendimus ꝙ neuter dictor̄ modor̄ moueret: tunc ꝓculdubio nō moueṫ p se sine circulo oino. ¶ De aūt ne idolo qd̄ apparet in luna faciemus mētionē: sciendū ꝙ cā idoli nō est illa que dicta ē ab antiqs: ꝙ s. luna sit sicut speculū ⁊ idolū illud sit sicut vmbra ⁊ figura mōtiu3 ⁊ mariū qua rotundiratē terre excedūt: ⁊ iō in luna apparet quādo est extra vmbrā terre. si eni hoc esset tūc lumē qd̄ est in luna eēt per reflexionē factā ad ipsaz sicut ad speculū ⁊ nō per imbibitionē luminis solis in ꝓfundam ei⁹: ⁊ hoc nos improbamus. Sed dicimus ꝙ hec figura est de natura lune que nature terrestris est: ⁊ inquātū nos cōsiderare potuimus ad visu3 diligēti ⁊ frequēti cōsideratione videṫ nobis vmbra hec eē ex parte oriētis versus iferiorem arcū lune. ⁊ habere figurā draconis cōuertētis caput ad occidentē: ⁊ caudā ad orientē reuoluētis ex pte iferioris arcus cui⁹ cauda in fine nō est acuta sed lata per modū folij hastis tres portiones circuli ad se inuicē cōterminatas: in cui⁹ draconis dorso erigiṫ figura arboris: cuius rami a medio stipite obliquanṫ inferiori parte lune v̄sus oriētē: ⁊ sup obliquos stipitis ei⁹ per vlnas: ⁊ caput appodiatū est hō: cuius crura descēdūt a superiori pte lune v̄sus partē occidētalez: in qua figura electores maximas vires cōstituūt. sed de his oibus alibi erit ingrendū. Est aūt sciēdū hic eē altercationē Auerrois ⁊ Auicē. cuz eni ꝓbatū sit per solē lunā stellas tūbatiōis motu3 nō habere: nō sequr istud nisi sit natura vna attribuens motū lune ⁊ oib⁹ alijs stellis: ⁊ illā vnā naturā Auerrois dicit eē vni⁹ spēi: pp qd̄ dicit oēs stellas eiusdez esse spēi nec habere differentiam ad lunam: nisi qr vt apparet lucent per seipsas stelle. Luna autem illuminaṫ a sole: ⁊ ideo reprehēdit Auicēnā dicentem stellas esse easdem in genere: sed differre fm species determinatas. Rationes autē duas quas inducit Auicēna soluit. vna antem illarū est ex hoc ꝙ dextrū vnius corporis celestis non est vbi est dextrum alterius: sed potius vbi est sinistrum orbis primi est dextrum orbiū inferiorum sicut diximus supra. ⁊ hoc videtur indicare differētiam specierum in eis. Altera autē est ꝙ nō sunt omnes spere superiorum corpor̄ super centrum idem: ⁊ si essent nature eiusdē fm speciem: tūc essent super idē centrū. Dicit aūt ad rōnem primā: qr dextrum ⁊ sinistrum non faciūt differre spēs: cū accidant eiusdē speciei indiuiduo. Ad alterā autē obicit per interēptionem solués ei⁹ qd̄ dicit non oēs circulos eē super centrum idē. Dicit eni ꝙ oēs sunt super centrū idem: dicit ēt ꝙ ad positionem Auicēne sequitur inconueniēs: qa ea que sunt eiusdem nature differentes habent formas que

Nota figurā maculē lune.

Digressio de macula lune.

Opio Auerrois hic cō.49.

constituunt

constituunt species illas: que autem sunt eiusdem materie nõ existente materia illa in actu nisi per generationem. Si ergo celi sunt eiusdẽ generis tunc erũt corpora celestia generabilia et corruptibilia qd absurdum. Et ppter hoc dicit Auerrois q sunt corpora eiusdẽ speciei. sed indiuidua participant illam nãm speciei non equaliter sed per prius et posterius eo q quedam ipsorum nobiliora sunt alijs: sicut diximus superius. Est autem ista redargutio secundum nos omnino irrationabilis. quia opinamur Auicennam veritatem dixisse. et qd dicit iste de dextro et sinistro nõ totam dicit rationem Auicenne: licet enim dextrum et sinistrum non faciunt differentiam vel indiuidualem vel specificam: eo q in vno et eodem indiuiduo inuenimus dextrũ et sinistrum: tamen ita possunt disponi dextrũ et sinistrũ q differentiã specificam indicabũt. Si enim inueniremus aliqua indiuidua que omnia dextrũ haberent in situ vno. et inueniremus aliqua que haberent dextrũ in situ contrario. nos sciremus q illa non essent speciei eiusdem: ita est in celo primo et inferioribus: et ideo differunt specie: et sic loquitur Auicen. q omnes orbes inferiores habent dextrum per contrarium orbis primi. Adhuc autẽ dextrũ qd attribuit diuersum motũ et diuersam velocitatem secundum naturam forme et speciei est consequẽs species diuersas: et tale est dextrũ orbium: et ideo orbes sunt diuersarum specierum. Ad secũdũ qd dicit q orbes sunt vel oes orbes constituti sunt super idem centrũ ipse hoc dicit sine probatione. cũ nos inueniamus diuersitatem diametri stelle quia inuenimus maiorem diametrum et minorem: et inuenimus maiorem solem in quartis equalibus zodiaci inequalem habere motum: et ideo cogimur dicere circulos planetarum nõ esse super idem centrum in zodiaco. et ideo Auerrois errat grauiter et sequentes inducit in grauem errorem de natura celestium in motibus. qd autem dicit si celestia sint eiusdem nature in genere et diuerse in specie sequitur ipsa esse generabilia: omnino falsum est: quia cũ nos diximus in octauo phy. sicorũ et in primo q celestia sint eiusdem nature in cõmuni: et diximus q non per generationem determinata est hec materia ad formã: sed potius per terminatorem animaliũ qui est creator benedictus non accidet illud inconueniẽs qd dicit. omnino enim verũ est q quecunq causa sunt vnũ in materia aliquo modo pcesserũt et ipsa vna natura cõi in nãm distinctam et specificam: sed non sequitur q ille pcessus sit per generationem. quia etiam cũ Auerrois cõfiteatur ea esse eiusdem speciei: oportet q illa species sit sub aliquo assignato genere: et tunc in vno genere erunt oia celestia eiusdẽ materie et generis: et tñ nõ exiit per generationem ex illo. Adhuc autẽ quãdo dicit q participãt nãm cõem per prius et posterius: queramus ab eo causam efficientẽ huius diuersitatis que est per prius et posterius: et nõ erit assignare nisi per actũ causantis qui sic inclinat ea ad formas sicut diximus in. 8. physicorũ. Qd autẽ etiam dicit stellas lucere per se sicut verũ quidem est qd apparet: sed tamẽ falsum est et conuincitur rationibus: et ille superius sunt inducte.

Cap. 9^m. Q stelle non mouentur secundum motum processiuum: in quo est digressio declarans ad declarandũ vtrũ rationes inducte reprobant positiones mathematicorum.

ad medium est violentus: tunc quies eius in medio est violenta: ⁊ tunc oportet ꝙ ad locum alium habeat motum naturalem in quo quiescit naturaliter: locus autem ille aut est sursum aut est deorsum quia necessarium est ꝙ sit aliquis locus naturalis sicut diximus. Si autem dicatur ꝙ locus inferior non debetur ei dignior ꝗ superior tunc absq̃ dubio quando fuit in superiori loco movebitur ad ipsum: quando non fuerit prohibita videmus autem ꝙ non prohibet eam aer superior qui est versus capita nostra: quia si ille prohiberet eam suo impetu descendere recta linea prohiberet etiam suo impetu ascensum ignis quorum contrarium videmus amborum. Si igitur aer superior qui est versus capita nostra non prohibet eam: tunc eadem ratione non prohibet eam aer inferior qui est versus pedes nostros nec etiam aer lateraliter circumstans eam in circuitu quia cause similes sunt causatorum similium: aer enim similis nature ⁊ impetus est virtutis ⁊ motus a medio ad circumferentiam est similis circũquaq̃. ¶ Terra igitur existẽs in medio violenter existens ⁊ non prohibita movebitur sursuz circũquaq̃: ⁊ hoc falsum videmus esse oculis nostris: ⁊ hec quidem cõmuniter sunt cause contradicentes impetum motus celi esse causam quietis terre in medio quã contra eos qui esse impetu motus celi causam quietis terre in medio dixerunt esse latitudinem eius ⁊ grossitiem: specialiter autem contra Empedo. qui solum impetum motus celi inducit qd causa obiicere potest quis dicens ꝙ faciat nos scire Empe. causam: propter quã separabantur elementa ⁊ distinguebãtur ab invicem ⁊ que erat causa fixionis terre in medio anteq̃ separentur per motum celi: dixit enim Empedo elementa precedere motum celi tẽpore quando de amicitia fecit vnũ cõmixtum ex elementis: ⁊ tunc etiam gravia recedebant a levibus ⁊ sic motus celi non potest esse causa elemẽtalis quietis terre in medio ⁊ motus eius ad mediũ. ¶ Amplius autem oportet intelligere ꝙ involutio turbinis ⁊ revolutio orbis qui sunt causa motus partium terre ad medium ⁊ quietis earum in medio in omni tempore preterito dici possunt ꝙ expulse fuerunt quando fuerant permixte alijs elemẽtis ⁊ sparse erant in eo qd vocabant turbinem orbis aeris invo(?) isti eiusmodo. isto tẽpore partes terre nõ sunt ibi sparse quasi iam due res exiverunt in proprio loco per litem dispergentem vt dixit Empedo. Igitur motus partium terre ad medium qui est in isto tempore non causatur ab orbis revolutione expellente partes terre etiaz ab isto vicino nobis aere quieto a motu turbinis. s. ad centruz descendũt. ¶ Si autem revolutio fuisset causa essentialis motus partium terre tunc propter eandem causam etiam: tunc corpora grossa et gravia terrestria descenderent ⁊ ad terram ⁊ ad terre locũ ⁊ hoc inest quia prima revolutio multi turbinis involuti expulit grossa sparsa in aere elongatum est a nobis vt dictum est esse partes terre non sunt modo confuse in aere: sed gerto aere moventur ad medium quãdo fuerint elevata in aere terrestria gravia similiter autem videmus ꝙ ea que a revolutione expelluntur ad medium non quiescunt in ipso: sed in ipso medio circũducantur sicut apparet in arena que est in aqua in cado circumducta. ⁊ ita cum revolutio iaz dudum deberet removere omne qd est in orbe propter prolixitatem temporis eius: tunc non deberet stare terra sed circũduci in medio propter impetum revolutiõis antique: ⁊ hoc etiam non videmus. ¶ Amplius autem generator ab Empedocle: propter qd ignis movetur ⁊ stat superius non potest dici ꝙ sit propter involutionem ⁊ revolutionez si enim de aptitudine terre est moveri ad aliquem locuz eo ꝙ ipsa est corpus naturale: tunc manifestum est ⁊ patens: quoniaz ⁊ reliqua corpora nãlia moveri hñt ad locũ aliquẽ nãlẽ ꝑ pp causam consimilem: ⁊ sic revolutio expellens non potest poni ꝑ causa alicuius motus vel quietis corpoꝝ naturaliũ. ¶ Amplius autem simile ex necessitate inferente contingit ꝙ revolutio orbis ⁊ involutio turbinis non faciunt grave et leve: quia grave ⁊ leve sunt de primis corporibus ⁊ illa differunt per motum ad medium: ⁊ a medio ⁊ non per motum involutionis ⁊ revolutionis procul dubio: ergo corporum priora alia sunt gravia: alia levia nõ propter motum revolutionis ⁊ etiam ante ipsam sm Empedoclem quia Empedocles dixit corpora similia prius esse tempore q̃ sit motus celi: si igitur hec ita se habent tunc sm Empedo. restat dicere de causa essentiali motus gravium ⁊ leviũ cum fuerint ante motum celi involubilem ⁊ ex qua natura fuerit aptitudo motus eorum sic ⁊ non aliter: tunc enim sm Empedo. nõ fit possibile vt aliquod moveretur sursum vel deorsum eo qd non est orbis ferens distendebatur chaos infinitum in infinito neq̃ enim sursum neq̃ deorsum est hec autem loca non invenimus attribui nisi gravi ⁊ levi sine non semel sed maiotiens dictum: ⁊ sunt igitur nature quedaz gravitatis ⁊ levitatis quibus esse aliter debentur ista loca ⁊ non expelluntur in ea ex impetu revolutionis orbis vt dixit Empe.

¶ Cap. 6[m]. De improbatione opinionum dicentium terram esse in medio propter equalitatem distantie vndiq̃ ad orizontem.

V T autem non sigillatim: sed cõmuniter tangamus antiquorum opiniones dico capitulariter ꝙ maior antiquorum philosophorum laboravit maiorem partez vite sue videndo causas locorum ⁊ quietis elementorum in locis suis ⁊ sufficientior oppositio antiquorum fuit oppositio Anaximandros quem Balsamidũ quidaz arabes corrupte nominant. dixit enim ꝙ terra in medio fixa est gerta eo ꝙ est involuta in centro propter equalitatem distantie ab orizonte per circuitum opinabatur enim ꝙ omne qd in medio sic est equaliter differt a circumferentia orizõtis nõ magis habet moveri ad vnam partem q̃ ad aliam: ⁊ ideo ad nullam partem declinat nec sursum nec deorsuz neq̃ ad latera: quandocunq̃ enim sm hunc modum est: tunc nõ potest declinare simul ad latera cõtraria. Et ideo quiescit per equidistantiam in medio: ⁊ ista est opinio que verbotenus scripta legitur in Timeo Platonis: ⁊ sm hanc opinionem terra habet motum naturalem ⁊ quietem violentam ꝙ sm Anaximandrum terra a medio naturaliter movetur: sz stat in ipso propter distantie equalitatẽ ita ꝙ ipsa distantie equalitas causa sit quietis terre ⁊ nõ natura aliqua que sit in terra: magis igitur naturaliter ⁊ magis sufficiens est ista opinio q̃ que habita est in priori capitulo de expulsione: quoniam hec dat motum naturalem terre lz falso ⁊ quietez violentam: anterior autem tam motum q̃ quietem terre dicit esse per accidens ⁊ violenter. Sermo autem huius oppositionis ⁊ sophisticus est ⁊ non verus. sophisticus quidem: quia hoc qd accidit terre ponit pro causa essentiali: accidit enim terre equaliter distare ab orizonte per circuitum per quẽ hoc qd est in medio non causatur ab equaliter distare ab orizonte: ⁊ ideo etiam equalis distantia non est causa quietis eius in centro: ⁊ etiam locus sophisticus sm quid ⁊ simpliciter vt dicit Themistius. Paralogismus autem sic formatur terra quiescit in medio sm eẽ illud in medio habet equalitatem distantie ab orizonte per circuitum: ergo terra quiescere habet in medio ab equalitate distantie per circuitum: ⁊ arguebat ac si idez causa eius qd est quiescere in medio ⁊ esse in medio eius qd est esse in medio. Falsus est sermo iste quoniaz si vera est causa quã induxit ꝙ scilicet per hoc qd est aliquod vere in medio non magis inclinatur ad partem vnam q̃ ad aliam: ⁊ ideo quiescit cuz non possit ad omnem partem moveri: tũc si ignis poneretur in medio staret ⁊ quiesceret in medio: causam igitur quã induxit Anaximandros sive Balsamidus non est proprie terre: sed ois cuiuscunq̃ corporis positi in medio. Amplius sermo iste nullam facit necessitatem: quare terra quiescit in medio: videmus enim terram non soluz quiescere in medio: sed etiam moveri ad ipsum ⁊ hoc manifestuz est in partibus terre: cum enim sit terra de numero homogeneorum ad quẽcunq̃ locum pars terre movetur: necesse est totam terram moveri ad eundem: movetur autem quelibet pars ad medium: ergo ⁊ tota terra movetur ad eundem ⁊ vna est causa vtriusq̃: lz nõ vno modo se habens gravitas terre extra locum proprium causa est motus: ⁊ hec eadem in loco suo causa est quietis lz enim motus ⁊ quies animalis operantur: tamen sm ꝙ res in qua quiescitur sit per motum ⁊ non est finis eius ab eadem causa diversimode se habente fiũt eius motus ⁊ quies: sic ergo se habet vt dictum est patet ꝙ nullius necessitatis est sermo qui dictus est de equalitate distãtie ab orizontibus: quia lz sm istos potest esse causa quietis terre

Tex. co. 37.

Tex. co. 38.

Tex. co. 39.

Tex. co. 36.

Tex. co. 40.

Tex. co. 41.

terre in medio tamen nullo modo potest esse causa motus ad medium: quia cum graue extra locum suum non equaliter distat ab orizonte: ⁊ tunc fm istos deberet declinare ad orizontem viciniorem: ⁊ non ad medium cuius contrarium videmus oculis. ¶ Jam igit ex isto sermone qui valde sufficiens est manifestum est ⁊ certum ꝙ terra est fixa ⁊ quieta non propter hoc ꝙ locata sit per distantiam equalez ab orizontibus ⁊ ꝙ hec causa vt diximus cõmunis est omnibus corporibus ⁊ non est terre propria. sed ideo quiescit in medio quia a natura propria mouetur ad mediũ quãdo extra ipsum per quã quiescit in medio non est in ipso. ¶ Amplius autem turpe est omni philosopho querenti quare terra locata quiescit in medio ⁊ non declaretur ex sermone suo quare ignis quiescit in orizonte quia sicut in dialecticis tradit sciто diffinite vnum contrariorum scitur diffinite ⁊ alterum: ⁊ scita propria ⁊ essentiali causa vnius contrariorum scit diffinite ⁊ alterius: per motus autez simplices terre ⁊ ignis scimus quoniã ista corpora sunt contraria penes formas dantes eis motus locales: si ergo conceditur ignis habere locũ naturalem tunc oportet ꝙ concedatur terram habere locũ naturalem oppositum illi: ⁊ ex opposita causa: ⁊ ille locus est medium. ¶ Nam si dicat aduersarius ꝙ iste locus non est naturalis terre: tunc sequitur ꝙ locus oppositus non sit naturalis oppositi elementi: ⁊ hoc quidez sequitur ex dictis eorum qui dicunt ꝙ terra locatur in medio non propter naturam qua opponitur igni: sed per necessitatem imobilitatis: quia per equidistantiaz non potest plus moueri ad vnã partem ꝙ̃ ad aliam: cum tamen mobilis sit ad locum extra medium. Et dicuat huius simile in frusto ferri qđ in centrum ponitur spere de magnete facte qđ propter equalitatẽ attractionis vndiqʒ facte stat in medio imobile sic si imaginaremur tensa quã quidem sophocram vocãt hoc est pellete equaliter vndiqʒ per circuitum tensam aliquibus equaliter attrahentibus cuius vis non inuitat potentiam attracti magis in parte vna ꝙ̃ in parte alia: tensa eni illa stat eq̃liter attracta ⁊ non scinditur vt propter proportionẽ que est inter virtutem trahentis orizontis ⁊ virtutem terre attracte: ita ꝙ neuter nec vincit nec vincitur ⁊ hoc est derisibile: sicut si dicamus ꝙ famelicus ⁊ sitiens distet equaliter vndiqʒ a cibo ⁊ potu per circuitum ⁊ non moueatur ad cibum ⁊ potum eo ꝙ non inuenit victũ sic sibi magis in vno locu ꝙ̃ in alio cuz ex desiderio cibi ⁊ potus equaliter moueatur ad omnem locum in quo est cibus ⁊ potus: sicut autez diximus cũ istos sermones dicunt in causa quietis terre in medio: tunc partim eius qđ ex opposito illius cause determinarẽt: quare ignis quiescit in orizonte: ⁊ hoc non faciunt quando dicunt terram attrahi ad orizontem sicut ⁊ ignem: mirum est ergo de talibus viris ꝙ per tales causas querunt conseruare stationes ⁊ quietem corporum per quas nõ possunt inuestigare rationes motuũ eorum: dico autem sicut qđ dicerent propter quã causam quedam eorum mouentur sursũ ⁊ quedam eorum mouentur deorsum quando nihil est ea prohibens: sicut quando sunt extra equidistantiã que fm istos sint causa quietis: tunc enim nihil prohibet ea a motu: ⁊ videmus ꝙ tunc quedam sursum ascendunt ⁊ quedam deorsum descendunt. ¶ Adhuc autem si interius consideret dictum eorum non est verum qđ dicunt: ꝙ scilicet distãtia equalis ab orizonte non diuidat terram sed conserat ei immobilitatem in medio: scimus enim terram non equaliter distare ab orizonte fm partes sed fm totum: quelibet enim pars terre vicinior est alicui parti orizontis ꝙ̃ alij: ⁊ sic vlterius patet ꝙ non est equalitas virtutis orbis attrahentis ⁊ illius partis attracte: sed pars vicinior orbis venit super illam partem terre in attrahendo: sermo ergo istorum non est verus nisi loquatur de omni re simul fm suam totalitatez: ita ꝙ dicunt ꝙ res omnis hoc est tota in totalitate sua accepta non fm partes non potest moueri huc vel illuc sed figi ⁊ stat in medio necessario propter equalem sue totalitatis ab orizonte per circuitum distantiam. ¶ Contra qđ nos dicimus ꝙ propter hunc sermonem non oportet vt sic res quieta in medio existens agitetur ⁊ moueat ad omnes partes orizontis per circuitum eo ꝙ quelibet pars orizõtis attrahit sibi partem viciniorem ex partibus terre: hoc autem manifestum est si remoueri imaginetur terram ex medio. ⁊ locum eius imaginemur ignem in medio locari est eadem causa imobilitatis ignis ⁊ terre fm istos vt prediximus. sꝫ in igne melius que diximus de terre partibus videmus ꝓpter hoc ꝙ ignis mouetur a medio ⁊ non terta: positus igitur ignis in medio stat propter eandem causam qua fit statio terre in medio fm istos quia scilicet equaliter distãt ab orizontibus fm totum: ⁊ tamen videmus ꝙ fm partes recedit a medio ⁊ mouetur ab orizonte. Similiter ergo videtur ꝙ fm istos debeat moueri terra fm omnes suas partes verũtamen cum moueratur ignis sic fm partes a partibꝰ orizontis non accidit ei non scindi sicut falsum exemplũ induxerunt de tensa extensa: ⁊ ideo videmus ꝙ non incidit totaliter simul ad punctum vnum orizõtis: sed quelibet pars mouetur ad partem orizontis sibi viciniorem ⁊ per equalitatem distantie que ponitur causa quietis corporum in medio non deberet scindi ignis sed cum totalitate sua deberet stare in puncto qđ equaliter recedit a circunferentia. Nunc autez videmus ꝙ omnis pars ex partibus ignis mouetur ad sibi magis similem ⁊ vicinam ex partibꝰ orizontis: ⁊ hoc est ꝙ sicut si imaginemur duos circulos super punctũ vnũ qđ sit centrum vtriusqʒ quorum vnus distet ab alio per quãtitatem ambitus circunferentie ita ꝙ vnus sit multo maior alio ⁊ intelligamus eos secari per duos diametros angulos rectos secantes: tunc enim duorum circulorum inequalium qualitate fiunt similes lʒ sint inequales ⁊ intelligamus circulorum exteriorem esse orizontem ⁊ interiorem esse circulum ignis qui sit in centro: ꝙ tunc partes ignis non eq̃liter distant a circunferentia per circuitum: tunc quarta inferioris spere attrahetur ad sibi similem in spera superiori ⁊ non totaliter in omnibus partibus quiesceret in vno puncto centri: ⁊ omnino simile accidit de terra si circulus spere interioris detur terre ⁊ dicatur ꝙ non naturaliter est in medio sed quiescit propter equalem attractum orizõtis vndiqʒ equaliter distantis: ⁊ si forte aliqui velint dicere ꝙ terra non scinditur propter continuitatez quia vna pars tenet aliã sm sibi continuam hoc nihil est omnino: quia corpora per suas quantitates sibi querunt punctum notum in quo stet quantitas ipsorum per omnes partes. Videmus enim ꝙ ignis aliquando cõgregatur ⁊ inspissatur ex maiori magnitudine ad minorem. ⁊ tunc inspissatur ⁊ venit ad locum minorez: aliquando econuerso spargitur ex paruitate ad magnitudinem: ⁊ tum sic rarificatur magnificatur ⁊ tunc prouenit ad locum maiorem: ⁊ hoc precipue accidit in corporibus quando sunt extra loca sua ꝙ etiam tunc mutantur a suis quantitatibus quas habent forme suis debitis fm spissitudinis vel raritatis ipsorum ꝓportionẽ. Signa hec ita se habent ⁊ supponatur cum illis qđ medium est ⁊ non locus naturalis terre sed cõtinuetur in medio ꝓpter equalitatem distantie orizontis tunc oporteret ꝙ terra modum istius alterationis ⁊ motus quem variamus: ⁊ hoc contingit ei ꝓpter elongationem equalem ab orizontibus: quia tunc quelibet quarta orizontis descendit fortiter ad quartaz terre sibi viciniorem ⁊ verificabit eam separando ab alijs partibus ⁊ a spera terre ⁊ scindẽdo eam sicut diximus: ⁊ si hoc esset verũ seculis antiquis iam tota terra spissa ⁊ mutata in aliam speciem esse debuerat qđ falsum esse videmus. Iste igitur sunt sententie ad diuersitates opinionum que fuerunt per inquisitionem esse rerum quas induximus hoc est de figura terre ⁊ loco eiusdem ⁊ ipsius motu ⁊ quiete.

¶ Cap. 7m. De contradictione illius opinionis que terram moueri in medio super orbem medium.

Nunc autẽ tẽpus requireret vt in rebus illis nrãz sniam diceremus nisi ꝙ quãdo ante diximus qđ qdam dixerũt terraz moueri circulariter ex diuersificati sunt in duas partes: qdã eni dixerũt ꝙ erat vna de stellis ⁊ mouebat extra medium ⁊ illis sufficiẽter satis in probabitis est contradictũ: qdam enim dixerũt eã moueri in medio circa cẽtrum: ⁊ qa illis nõ fuit in ꝓbabitis cõtradictum opꝫ nos hic istis ꝯdicere anteqꝫ nostram de ꝓdictis cõferamus sniam. Dicamus ergo ꝙ qdaz alij posuerũt ipsam esse in medio ⁊ ꝙ ipsa reuoluitur super se mota super orbem mediũ quez orbem si realiter acceperũt tunc fuit orbis ille concauũ aeris ⁊ aque in quo cõtinet terra qđ cõtinuum orbem mediũ

Tex. cõ. 93.

Tex. cõ. 94.

Tex. cõ. 95.

Tex. cõ. 96.

vocauerunt quod erat inter celum et terram que sunt quasi extrema. si autem orbem medium non realiter sed intellectualiter acceperunt: tunc erat orbis imaginabilis per quem motum suum dixerant describere terram circa centrum mundi qui medius est inter orbem celi et centrum eo quod spera incircumferentia et centrum tanquam in duo diuidatur extrema. Hic autem sermo impossibilis est omnino. si enim incipiendo contradicere eis sumamus sermonem quod s. terra mouetur circulariter: siue in medio: siue extra medium moueatur absque dubio motus iste circularis erit terre violentus. Cuius probatio est quia idem motus est naturalis totius qui est partium. Motum autem partium terre videmus esse rectum et nos mouere aliquam partium terre circulariter nisi violenter tunc ergo terra mouetur violenter quando circulariter mouetur. Si autem hec ita se haberent cum nulla violentia sit perpetua: sed potius generabilis et corruptibilis tunc iste motus non est perpetuus. constat enim in secundo perigeneseos quod ordo elementorum et numerus et motus eorum perpetua sunt secundum naturam et nunquam secundum naturam finiuntur. ergo motus eorum nec est circularis. ergo nec motus terre. Amplius omne quod preter primum corpus mouetur motu circulari mouetur motu minimo hoc est tarde respectu motus primi: et motus eorum sunt diuersi quia plures sunt et vniformes in velocitate et tarditate: et hoc non habet instantiam in inferioribus orbibus planetarum: quorum quilibet habet motus plures et tardos respectu motus primi qui est diurnus: hic enim motus omnino vniformis est et velocissimus. hec autem omnia manifesta sunt ex predictis. Si ergo terra mouetur motu circulari in loco suo sicut isti dicunt: tunc oportet quod moueatur a motore qui non est naturalis secundum intellectum vel animam: et habeat motus plures diminutos in velocitate a motu primo. Omnis autem orbis inferior ad minus habet duos motus. s. longitudinis et latitudinis in quem qui est ab occidente in orientem: et latitudinis qui est declinans ab equinoctiali in meridiem: et in aquilonem ad duo puncta solstitiorum: ergo terra ad minus hos duos motus habebit: si autem ita se haberent: tunc oportet quod stelle in ascensu et descensu celi a solstitio in solstitium nobis mutentur omnes sicut mutatur nobis modo sol. et oportet quod nobis aliquando visibiles fierent stelle que sunt circa polum australem et occultentur nobis stelle que sunt circa polum aquilonarem. Nos autem non videmus id sic esse omnino: quia ex quo loco oritur nobis modo stella aliqua semper ad maximum tempus oritur nobis illo eodem: et si mutatur locus alicuius stellarum hoc est in motibus orbis et non ex motu terre. Similiter autem est de occasu stellarum sicut diximus de ortu earum.

Tex.cõ.97.

¶ Cap. 8m. In quo dicitur vera causa quietis terre in medio vniuersi

Tex.cõ.98.

His autem habitis tempus est vt dicamus veritatem de premissis. dicamus ergo quod motus partium terre et motus totalis terre qui naturalis est ad medium: et quod illud medium est locus qui est centrum: surgit tamen questio ex hoc quod scimus vnum subiecto esse medium vniuersi et medium terre licet differant in forma et ratione. ¶ Quereret ergo forte aliquis ad quod duorum mediorum secundum formam est motus grauium et partium terre naturalis: vtrum. s. sit ad medium totius aut ad medium terre: hoc est querere: quod quando grauia mouentur ad medium secundum quod est medium totius. aut secundum quod est medium terre: et ad hanc questionem soluentes dicamus quod mouentur grauia ad ipsum: secundum quod est medium vniuersi et non secundum quod est medium terre: huius autem signum est quod videmus in corporibus leuibus sicut est ignis: hic enim contrarijs motus sunt a grauibus: ergo idem locus est ex quo mouentur leuia ad quem mouentur grauia. sed leuia ex medio vniuersi mouentur ad orizontem qui simpliciter est orizon: ergo grauia mouentur ex orizonte ad id quod simpliciter est medium: si autem ignis moueretur ex medio illo secundum quod est medium terre: tunc si poneretur terram non esse in medio vniuersi simpliciter non mouetur ignis ad orizontem simpliciter. sed ad orizontem qui poneretur orizon respectu medij terre: et sic accideret etiam quod motus grauium et leuium non esset contrarius a differentijs positionum que essent contrarie simpliciter: sed essent per comparationem contraria que omnia sunt inconuenientia. ergo oportet dicere quod terra mouetur ad medium quod simpliciter est medium et non medium quidem corporis. sed quod est corpus quoddam: medium autem simpliciter est medium vniuersi ergo motus terre et aliorum simpliciter grauium est ad medium vniuersi

Tex.cõ.99.

secundum quod est medium vniuersi. accidit etiam quod medium vniuersi sit medium terre secundum subiectum: et hoc est ideo quia terra mouetur ad medium vniuersi et equaliter omnes partes eius intendunt tangere ipsum et locari in ipso: et ideo accidit quod medium terre et hoc est spere terre sit locatum in vniuerso et sic vnum subiecto efficitur medium vtriusque. ¶ Quod autem et hoc verum sit quod s. motus terre ad vndique facit per subiectum medium esse vniuersi et medium terre significatur in motum omnium grauium: intelligamus enim superficiem planam secare terram in centro et significari centrum in circulari superficie illa: et intelligamus corporum grauium significari lineis protractis que significent vias per quas descendunt grauia a circumferentia ad centrum: dico quod linee ille significantes lineas grauium et non figurantur ad modum equidistantium equalium que non concurrant nec per contractum faciunt angulum imo potentia omnes perpendiculariter descendunt ad centrum ita quod quelibet super ipsum in superficie secante ipsum facit duos angulos rectos. ergo descensus omnium illarum est ad vnum angulum in centrum conclusum: si autem hec ita se habent tunc oportet quod per ipsum descensum grauium fiat quod grauium medium sit in medio vniuersi accipit medium vniuersi pro suo medio: et hoc per accidens efficitur suum medium et medium vnum vniuersi secundum subiectum: et quia est in medio est quiescens propter causam quam diximus. Diximus enim quod omne quod mouetur: necesse est quod moueatur ab immobili quod non remouetur de loco suo: et hoc est clarum in omnibus motibus animalium sicut declaratum est in octauo physicorum: hoc modo necesse est quod se habeat id quod simpliciter est medium spere ad ipsum motum spere: et idem necesse est quod quiescat spere medium. Cum autem hic sit locus grauium et nullum corporum naturalium moueatur in loco suo naturali: oportet quod id quod ibi locatum est sicut terra sit quietum: hec igitur via vna que habetur ex premissis in. 8. physicorum: et etiam hoc non sufficit eo quod nimis est remota. ¶ Inducamus ergo causam que est propria huius et naturalis sumens argumentum a corporibus habentibus grauitatem que quando sepius proijciuntur superius recidunt semper ad locum vnum quod non contingeret si terra moueretur in loco vno sicut videmus quod quando lapides proijciuntur ex naui fortiter: iacta ipsa in flumine non cadunt lapides in locum vnum: sed vnus cadit iuxta alium: et sic procul dubio fieret si proijcerentur lapides et terra moueretur quod non caderent lapides in vnum locum quamuis ex eodem loco proijcerentur: signum enim sensibile quietis terre in medio et quod non mouetur medium extra neque in medio est et lapidum proiectorum ex loco vno redditus continuus ad locum vnum et eundem: et quia iam habemus expressum argumentum quietis terre dicimus causam huius quietis propriam esse et manifestam et patentem ex premissis: dicimus enim hoc esse ex aptitudine naturali ipsius que est forma generis siue grauitatis in terra que connaturalis est loco tali. si ei de aptitudine eius naturali est incidere ad medium ex quacunque parte orizontis moueatur sicut aptitudo naturalis ignis est incidere ex medio ad orizonta propter connaturalitatem quam habet ad orizonta: tunc propter contrarietatem motuum et formarum ignis et terre non est possibile quod aliqua partium terre moueatur sursum ad locum medio contrarium nisi per violentiam: omni enim corpori vni est motus vnius simplicis corporis simpliciter est motus secundum naturam: et ideo motus qui est ex medio in simplici corpore contrarius est motui facto ad medium in omnibus partibus corporis quia motus partium simplicis corporis non est nisi per formam totius que eadem est in ipsis: eo quod homogenea sunt toti. si igitur sicut ex sensu videmus non esse possibile alicui partium terre vt habeat motum naturalem ex medio sursum tunc manifestum est quod multo dignius est quod talis motus non est possibilis toti ex cuius forma pars talem accipit naturam: quia sicut diximus in simplicibus idem est locus ad quem finaliter mouetur pars et totum eo quod pars non mouetur nisi per naturam que est forma et natura totius. Si autem hoc est vt diximus tunc impossibile est quod terra in loco suo moueatur nisi moueretur ex virtute animali que est fortior et nobilior quam ipsa sit sicut videmus in locis suis moueri animalia tunc oportet procul dubio quod propter istam causam terra sit quieta et firma in loco suo qui est medium cum videamus quod non habeat neque animam neque intellectum a quo moueatur. Et tunc si nos ex omnibus dictis velimus colligere veram causam immobilitatis terre dicemus quidem quod causa prima est medium vniuersi quod accipit terra pro loco et hec causa appropriatur per hoc quod medium quidem est immobile propter hoc quod est remotissimum

T.cõ.100.

Tex.cõ.101.

Tex.cõ.102.

est remotissimus a circumferentia: est enim concurrens propter distantiam a motu primo frigiditas cōstringit partes materie ꝛ inspissat: ꝛ quia inspissat inducit in ea frigiditatem ꝛ efficiunt ergo grauia ꝛ imobilia que sunt ibi: ꝛ est hec cā efficiens generationis terre. Causa autem finalis est que in ante habitis dicta est: quia scilicet terra nō participat nobilitatē cause prime nec nobilitatem que est iuxta illam participat per motū sed potius per quietem: ꝛ ideo stans ꝛ quies eius est in ipsa: ꝛ hoc quidē oēs qui medium ponentes imobile somniauerunt. ꝛ exprimere aliquid nesciuerunt. Idem autem quod diximus terram scilicet locatā in medio esse attestamur geometre in parte illa geometrie que de chosmimetra facit rōnē ꝛ astronomi. Intelligam⁹ enim totam speram per centrum secari tribus diametris quarum vna ducatur de polo in polum per centrum: altera de puncto orientis in punctis occidētis per idem cētrum. Tertia vero de angulo medij celi ad angulū medij terre per idem centrum: tunc enim necessario isti tres diametri secabunt se in centro ad angulos rectos. nec est possibile vt corpus sphericū pluribus diametris ad angulos rectos super centrum descriptos secetur: intelligamus ergo terram esse leuatam extra diametrum que transit per polos que vocatur axis spere: ꝛ sit in medio: ergo cum stelle in occasu ꝛ ortu sunt ei remotiores quam in angulo medij celi apparebunt stelle viciniores in ortu et occasu quam in angulo medij celi quod falsum esse videmus. Si autem terra moueretur in centro ꝛ non eleuaretur extra centrum ꝛ stelle quiescerent sicut dixit Pithagoras: tunc figure planetarum semper essent eedem: sunt enim vere planetarum vocate figure radiorum quibus respiciunt in circulo signorum ꝛ quibus diuidunt circulum signorum que figure sunt coniunctio oppositio quadratura ꝛ trigona radiatis ꝛ sextilis: si enim stelle non mouentur adinuicem equaliter semper distarent: ꝛ ideo istarum nulla esset variatio cuius videmus oppositum: quia stellam aliquādo cōiunctam videmus aliquando opponi eidem: vel ex quadrato vltimi ex trigono vel sextili respicere eandē. Ordo autem stellarum demonstrat terram eē quietam ꝛ in medio locatam: quia cum ordinata sit luna sub sole si terra non esset in medio ꝛ quieta nō accideret in oibus partibus circuli signorum in quibus opponitur sol ꝛ luna in capite vel cauda draconis: quia terra non operiret loca circuli extra quorum diametrum eleuaretur: ꝛ huius videmus contrarium: accideret autem etiam omnia instrumenta vt astrolabium ꝛ armillas astronomorum esse falsa: quia nunquam posset idem motus per cōputationes cursus astrorum inuenire qui inuenitur per instrumenta ad sensum: quia semper accideret diuersitas ex hoc quod terra quartas circulorum nō equaliter respiceret: ꝛ ex motu terre accideret alia diuersitas quorum oium contrarium probauimus geometrice ꝛ astronomice. Jam ergo determinauimus de superioribus quorum vnum est de loco terre ꝛ aliud an ipsa est quieta an mobilis determinatione sufficienti per rationes facientes fidē de ipsis ꝛ docentes per causas veram veritatem.

Tex. cō. 103.

¶ Cap. 9m. In quo per demonstrationem probatur terra esse sperice figure.

Tex. cō. 104.

Ab hinc autem volumus referre tertium superius quesitum quod est terre figura: de hoc quidem diximus quod figura terre est sperica siue orbicularis necessario huius autem demōstratio est per motum: omnis enim pars terre extra medium accepta grauis est: ꝛ grauitas illa in actu mouet eam vsque quo peruenit ad medium: ꝛ tūc cessat actu moueri ꝛ quiescit in medio: ꝛ hec quidem per totum circulum centri vndecunque moueantur partes terre ad medium non distat vna pars ab alia sicut distant partes in eo quod est rarum vel spissum. sed constringuntur fortiter per circulum ita quod magna pars cōstringit minorem non vt spargatur vel moueatur sicut id cuius partes desinunt in angulos diuersos sed potius frigiditate constringente ꝛ grauitate colliguntur ꝛ congregante simul quantum coniungi possunt ad centrum vicinius vt perueniant ad medium circūstando ipsum ex quo relinquitur quod constrictio earum sperica est quia in nulla alia figura appropinquarent medio quantum possunt vicinius ꝛ facilitatem huius imaginationis accipiemus ab opinione antiquorum qui vocati sunt naturales. eo quod de naturalib⁹ locuti sunt licet dicerent falsum. Dixerunt enim terram generari extra medium in orizonte ꝛ facto motu celi expellere eam per circuitum ab orizonte ad medium motu violento ꝛ nos dicimus sermone veriori ꝛ rectiore quod motus eius ad medium est naturalis ꝛ non violentus. ꝛ si volumus tunc accipere penes hanc opinionem facilem imaginationē eius quod diximus dicamus quod ipsi dixerunt quod terra prius ꝛ quodlibet aliud elementum fuit in illa potentia. deinde per motum reliquit in actum elementi ꝛ formam quā videmus modo: ꝛ tunc terra per circuitum orizōtis generata a motu celi equali distantia recedens ab orizonte paulatim appropinquauit medio donec resideat in ipso ꝛ quia per circuitum centri venit equaliter ab orizonte per partes equales ꝛ naturam ac si veniret ab equalibus arcubus orizontis per circuitum tūc oportuit quod in medio resideret circulariter. Dico ergo ad modum istius imaginationis quod quando corpora grauia mouentur ab orizonte in quocunque arcu orizontis fuerint ꝛ veniūt ad medium: tunc siue sit motus eorum equalis velocitatis siue diuerse velocitatis tamen quando idem medium contendunt accipere ꝛ non transeunt a medio per lineam equedistantem linee protracte ad medium est necesse quod figurentur in modum spere circa medium mundi: ꝛ licet Themistius dicat hanc imaginationem esse fundatam super falso quod est terram esse generatam cū ipsa sit ingenita ꝛ mundus: tamē non curamus de verbis Themistij: licet enim non dicamus terram prius fuisse ingeneratam: ꝛ postea per generationē naturalem que fit per motum celi esse eductam in actū sed potius ingeneratam hoc modō generationis: tamen scimus terram esse generabilem secundum partes sicut ꝛ aliud elementū: oia elementa per partes generabilia sunt licet secundum totum sint ingenerabilia generatione naturali: ꝛ licet sit sic tamen mot⁹ ad medium equaliter causa est figure sperice: siue sit generata: siue non generata: quia motus eius non accipit diuersitatem ex generatione eius vel ingenerabilitate ipsius. omnes enim dispositiones que non sunt generabilis vt generabile est: et ingenerabilis ꝛ vt est ingenerabile omnes sunt eam generabili quam ingenerabili. sicut etiam nos videmus quod motus localis est prior alijs motibus secundum naturam: ꝛ enim in his que generabilia sunt id quod est prius natura sit prius tēpore hoc modo quo prius natura dicitur prius causa: ꝛ tamen possibile est id quod est prius non esse: in eternis autem nō dicimus quod possit prius non esse: sicut quia videmus similem esse consequentiam in eternis ꝛ temporalibus: ideo dicimus semper prius esse natura motum localem: ꝛ similiter est de habitudine cause ꝛ causati tam in eternis quam in temporalibus quia sicut domus esset eterna adhuc cā eius materialis esset lapides ꝛ ligna ita diximus: ꝛ hoc quod siue terra sit generabilis siue ingenerabilis secundum naturam semper habitudo eius ad motum ꝛ locum esset vna ꝛ eadem: quia enim forte posset aliquis dicere quod non accideret in toto quod diximus accidere in partibus motis ad medium dicemus hoc esse falsum: sicut enim per partes terre congregantur ad medium quando imaginantur venire motu equali quātitate equali ex omnib⁹ partibus orizontis que partes orizontis sunt arcus equales: ꝛ quando mouentur constringuntur circuli terre in arcus similes arcubus orizontis. ꝛ sic paulatim resident in circulo spere terre: ita necessarium est quod sit in motu totius terre: quia homogenia est pars terre toti terre quo ad motum ꝛ locum et illud quidem est manifestum in tota terra sicut ꝛ in partibus: quia quando terra peruenit ad centrum ex omnibus arcubus orizontis equaliter qui vndique circūstant medium tūc fit inde spera: eo quod longitudo linearum egredientium a centro ad circūferentiam superficiei conuexe terre est equalis: tunc autē talis figura sperica est ꝛ orbicularis procul dubio cum istud sit naturale terre ex ipsa sui grauitate: oportet quod hoc conueniat terre quālis non dicamus eam motam fuisse ab orizonte sed semper in medio substitisse: quia aliter non distaret equaliter ab orizonte qui est locus ignis quod est contrarium elemētum ad terram sicut supra diximus: oportet enim quod pars maioris grauitatis impellat a medio versus concauū aque partem leuiorē per totū centri circuitū equaliter secundum naturam donec leuissime partes terre in ipso concauo aque locentur ad circulum: ꝛ sic terram spericam esse necesse est.

Accusatio Themistij.

Mō̄ i gñrabilib⁹ id qd ē pri⁹ nā ē etiā tpe prius.

Tex. cō. 105.

¶ Cap. 10m. In quo ostenditur per illam cām quietis terre ꝛ figure in medio soluitur eius questio de figura terre mota.

Tex. cō. 106

Ex ista vo causa quietis in medio quā īduximꝰ pōt aliqs absoluere omnem questionem quesitam de huius spere motu s. terre ad medium vel quietis eius in medio omnes enim huiusmodi questiōes vnius ⁊ eiusdem sunt spēi. verbi gratia: queret enim forte aliqs an terra naturaliter locata sit in medio ⁊ an figura eius sit sperica. Obiicit autem forasse dicens ꝙ si ponamus terram generari in orizonte ⁊ paulatim residere ad medium tūc enim forte diceret esse possibile vt sub orbis semicirculo vno duplum quantitatis terre generet ꝗ̄ est qḋ generaꝰ sub altero orizōtis semicirculo ⁊ tunc descendit ab arcubus eq̄libus orizōtis de terra nō erit eq̄le ergo cum etiam iste partes terre veniunt ad circulū paruum qui est cōcauum aque que est locus terre due partes terre erūt sub vno semicirculo concaui illius et alia tertia residua erit sub alio semicirculo ⁊ tūc nō erit medium terre ⁊ mediū mundi vnum ⁊ idem neqꝫ dimensionale eidē lineis protractis a centro ad cōuexum terre ⁊ ad cōcauum aque si ergo terra sic locatur vnum de duobus incōuenientibus sequitur necessario. s. ꝙ aut non quiescit in medio mundi: qa medium terre hoc modo nō est mediū mundi: aut si non concedatur ꝙ non qescit ⁊ stat in medio mundi tunc possibile est ꝙ remoueaꝰ a medio mundi: ⁊ sic nō naturaliter moueꝰ ad ipsum: ⁊ forte seqtur vtrūqꝫ istorum si dicto modo terram figurari dicaꝰ hoc enim modo figurata nō sperice est figure cum duplum quantitatis eius sub vno semicirculo orizontis ⁊ subduplum sub altero qḋ nullo modo potest contingere in circulis diuersis super idem centrum descriptis

Tex. cō. 107.

Dicimus autem ꝙ absolutio istius questionis nō erit laboriosa ⁊ nihil incōueniens omnino seqtur si mēs fuerit bene imbuta his que in p̄habitis dicta sunt. non enim dicimus terram casu venire ad medium sed per naturam. et posito etiam addi imaginetur in vna parte orizōtis ⁊ diminui in altera sm modum dictum cum in descensu eius pars maior extendit partem minorem ad medium mundi donec efficiatur medium terre ⁊ medium mundi vnum ⁊ idem: ⁊ ita prouenit ad medium ⁊ contingit ipsum ⁊ format suum medium in medio mundi eo ꝙ de aptitudine nature ē: nō per casum hꝫ cōsequi hunc locum qui vocatur medium: ⁊ quia vna natura est in gleba vna ⁊ quacūqꝫ parte terre ⁊ terra tota: ideo talis consecutio medij eq̄liter conuenit toti terre ⁊ cuilibet parti ⁊ ideo pars addita in vno semicirculo terre descendet inferius quantūcūqꝫ potest ad medium vltimum ⁊ sic figurabitur terra in speram iam enim diximus ꝙ talis descensus ad medium non accidit parue terre inquantum est parua neqꝫ magne inquantum est magna sed accidit terre inquantum est terra ⁊ grauitati naturali terre ⁊ omni corpori terrestri eo ꝙ de aptitudine ipsius est descēsus ad medium si ergo hec ita se habēt tunc etiam si dicamus totam terram generatam esse in vna parte orizontis ⁊ descendere ab illo tunc modo predicto sequitur medium predictum et peruenitur ad ipsum circūstando ipsum ex omnibus partibus sui cōuexi equaliter: nec est differētia aliqua in hoc nisi ꝙ pars maioris grauitatis mouetur velocius ⁊ pars minoris grauitatis mouetur tardius tamen qa maior extendit minorem donec medium terre sit in medio mundi oportet ꝙ sperica terra in medio figuretur. si ergo dicamus ꝙ terra non est figurata nisi in medio ⁊ non extra medium sicut dixerunt quidam antiquorum adhuc ꝑpter eandem quā diximus cām oportet ipsm sperice figurari. ⁊ si dicamus ꝙ nō est generata nec in medio neqꝫ in orizōte adhuc ex causa dicta conuincitur esse sperica siue sit naturalis ei: siue sit facta: siue non facta.

Tex. cā. 108

si enim est sm hanc dispositionem sm quā gn̄ata est in p̄mis vt dicūt qdam ꝙ. s. habeat additionē altiorē in vna parte orizontis ꝗ̄ in alia tunc adhuc ꝑpter sermonem quē diximus: oportet ꝙ sit sperice figure ⁊ rotūde: qꝛ omnia corpora hn̄tia grauitatē incedūt ad cētrū sui loci ad angulos similes: qa geometrice ꝓbatū est ꝙ similiū ⁊ eq̄lium arcuum in circūferentia sunt anguli siles ⁊ eq̄les in centro qui cōtinenꝰ sub diametro que ab arcubꝰ eq̄libus ad centrum ꝑtrabunꝰ: ⁊ illi semidiametri sunt sicut vie per quas descendunt corpora grauia ad centrū: ⁊ qa sic sub angulis silibꝰ et equalibus grauia in cētro locanꝰ: oportet necessario ꝙ hoc sit signū infallibile ꝙ ipse figure sint sperice in centro ⁊ locus eorum erit necessario sperice figure non enī descēderet hoc descensu terra in oībꝰ suis partibꝰ nisi ipsa natura sic eēt orbicularis ⁊ rotūda ⁊ nō violēter sicut dixerūt qdam si enim extali cā corpus terre esset orbiculare tūc opꝫ necessario ipsum naliter esse rotūde figure. Opꝫ aūt supponere in tota nā esse hoc verū ꝙ oīs res nālis semp aut frequēter hꝫ dispōnem aliquā ⁊ figuram hꝫ eā per nām eo ꝙ casu alia ⁊ violēta: neqꝫ frequēter sunt neqꝫ semp.

Obiectio.

Sꝫ obiiceret ⁊ forte aliqs ꝙ etiā vidimus figuras elītorꝫ nō eē semp manētes ⁊ stabiles ipsis elītis manētibus qḋ aūt aliqn̄do adest ⁊ aliquando nō nō est nāle ꝗ̄ figure elītorꝫ nō nāles esse videnꝰ ꝑcipue cū supra in p̄mo libro habitū sit elīta eē rectaꝫ supficierum ⁊ corpus celeste rotundarum ⁊ elementa figurari in rotundum nisi per accidens qa. s. in rotundo per motum sunt locantur.

Auerrois in c. 106.

Sed ad hoc dicit Auerrois naturale esse equocū quia videmus aliqḋ naturale inseparabile esse a natura sicut sunt figure celi. Aliquod autem separabile vt figuras elementorum. Dicit etiam dici posse ꝙ figura inseparabilis est ab elemento ⁊ separabilis. sicut etiā dicitur elītum sm partes ⁊ sm totū ingenerabile ⁊ huic secūde solutioni ego nō derogo.

Solutio.

Sed tn̄ melius dicēdū videtur ꝙ nā dicitur dupliciter a natura sm rē precedente ⁊ nā rem ꝯnitē ꝑcedēs enī corpus sm nām est supficies termināns ⁊ ideo nāle qḋ accidit corpori a natura ꝑcedēte que est p̄mū eius est inseparabile a re ⁊ hoc mō figura nālis est que respondet supficiei recte vel rotunde ⁊ hoc mō elīta sunt recte figure in omnibus suis diametris ⁊ supficiebꝰ sicut diximus in supficiebꝰ ⁊ corpora aīata hn̄t suas figuras ex dimēsiōe scḋaꝫ supficierū ⁊ similiter corpus celi. motus autem est natura cōseqūes rem que mouet ⁊ potentia est sm naturam ꝗ̄ natura ipsius rei mote ⁊ ideo qḋ accidit rei per motum separabile est ab ipsa re adhuc manente ⁊ hoc modo naturale est elementis figurari sperice.

Cap. 11m. In quo per signa mathematicorum probatur terram esse rotundam ⁊ parue quantitatis.

Tex. cō. 109.

Amplius autē hoc idē per signa sumpta ex mathematicis ꝓbare possumus: quia enim de figura ⁊ quantitate terre querimus: ⁊ de eisdem inquirūt mathematici lꝫ aliter illi ⁊ aliter nos integramus tamē demonstratiōes mathematicas possumꝰ hic iducere pp rei queste idētitatem. sed nos in signis mathematicis non habemus dicere ꝑpter qḋ sed tm̄ qa sed causa ꝑpter qḋ in mathematicis. Dicamus ergo ꝙ primum signū ꝓbans terram eē rotūdam est id qḋ cadit sub visu nostro in eclipsi lune. Si enim terra non esset rotunda non esset rotūda vmbra terre ⁊ si vmbra non eēt rotunda nō videremus figurari eclipsim lune sub visu nostro in eclipsi lune sicut modo videmus eam figurari: nō enim potest dici ꝙ figura eclipsis lune sit in visu tm̄. ⁊ sit visus fallus ex longinquitate proueniens: sicut videmus accidere in lune accensionibus scimus enim omne qḋ videtur videri sub pyramide cuius basis vel diameter basis eiꝰ est res visa: ⁊ cum videmus lunam scimus basim visus super lunam ⁊ siue nos videamus eam profundam quando est q̄si cornuta ⁊ nouacula: siue videamus eam mediam quādo q̄si linea recta secante lucidum eius ab eo qḋ est tenebrosum in ipsa: siue videamus eam gibbosam siue conuexe rotunditatis nunq̄ apparet nobis ꝙ basis visus nostri figuretur sperice: sed sicut iaceat super superficiem equalem. cum tamen sciamus ita non esse. ita enim forte aliquis dicat accidere in lune eclipsi sectionem circularem ꝑpter visum ⁊ non esse ita aperte rei. hoc enim dici non pōt cū semp appeat circularis: ⁊ ideo opꝫ ꝙ proueniat ex aliquo vno in se habēte ad lunam ⁊ nō ex visu. hoc aūt nō pōt eē nisi vmbra terre que aut est sicut circularis. aut vt pyramis aut vt colūna ⁊ quecūqꝫ horum dicatur tunc oportet ꝙ figura terre sit rotunda.

Tex. cō. 110.

Aliud autē est signum simul significans ꝙ figura terre est rotunda: ⁊ ꝙ ipsa est parue quātitatis: sicut enī nos paruū trāsmutemur sm latitudinem climatum a pte medij celi que est peruersus meridiē ad partē septētrionalē que dicitur alfareada: qa farcada est idē ꝙ visa que in septētrione mittacar occultātur nobis quedam stelle in meridie perpetue occultatiōe quas prius aliquando videmus: ⁊ si ecōtrario inuenimus ab aqlone versus meridiem occultabunꝰ nobis quedam septētrionales stelle ⁊ quedam meridionales orientur: Egyptus enī

⁊ Persia

& Persia versus meridiem sunt & illis apparent multe stelle meridionales quas hic qui sumus in 7 climate nõ videmus: & econuerso nobis multe stelle apparent sub polo aquilonari quas illi nunq̃ vident nec huius causa potest esse nisi quia rotunditas terre cadit inter nostros & illorum visus: si enim terra esset superficiei equalis absq̃ dubio vbicunq̃ esset homo in tota terra appareret ei vterq̃ polus & omnes stelle site iuxta polum vtrũq̃: paruitatis autem terre signum est: quia hoc accidit per vnam mutationem circuli qui dicitur orizon. Cum enim determinatum sit circulorum qui sunt supra centrum idem esse proportiones similes quandocunq̃ mutatur orizon sm quantitatem similẽ portioni arcus qui est inter stellam vnam & aliam in circulo meridiei qui est circulus latitudinis tunc occultatur stella a visu hominis huius qui est in centro circuli orizontis orientalis & hoc est aliquando vnus gradus qui parũ excedit sexaginta miliaria sicut ergo ostensũ est per ea que dicta sunt ꝙ terra est orbicularis & ꝙ nõ est magne quantitatis: si enim magna esset ex parua mutatiõe quantitate nõ apparerent stelle alie & iuxta polos vtriusq̃ site & non appareret alius terminus qui est finis circuli orizontalis sm diuersos terminos orbis: si enim terra esset valde magna super conuexum terre circulus magnus parum elongat a linea recta equaliter. & tunc diu permutaremur antequam alie stelle nobis apparerent: & alie occultarent. Nunc autem quia ad paruam mutationem hoc accidit oportet orizon esse parui circuli: & ideo curuus est valde & recedit multum a dispositione linee recte: & si volumus attendere erit insensibilis quantitatis in comparatione ad circulum signorum quia linee visuales egredientes ab oculis nostris ad duo puncta orientis & occidentis diuidunt circulum signorum in duo equalia quod patet per hoc ꝙ sex signa semper sunt arcus cui subtenduntur linee versus nos: quia sex signa semper videmus ergo linee visus nostri sunt diametri circuli signorum & cum diameter sit linea producta per centrum circuli oportet ꝙ hoc quod est de quantitate terre inter nos & centrũ linea terre nihil omnino sit in comparatione ad quantitatem circuli signorum est autem hec medietas terre cui cum coniuncta fuerit alia medietas ipsius non erit eque quod componitur ex duobus medietatibus sensibilis quantitatis in comparatione ad circulum signorum. Cuius est alia probatio est quia stelle secantes circulos instrumentorum astronomicorum & in chosimimetria que sunt sicut astrolabium & armille secant ea sicut circulum terre quia aut oppositio per instrumenta nõ concordaret motui astrorum super terram: sed hoc non fieret nisi idem esset centrũ terre & illorum quod operamur per quod operamur: quantitate terre quantitatis insensibilis existente inter verum centrũ terre & instrumenti est quantitas insensibilis omnino. Amplius autem significatio paruitatis terre & nõ rotunditatis accipitur etiã ex longitudine climatum que est ab oriente in occidentem extensa vnde dicitur ꝙ locus qui in Hispaniis vocatur Gades siue statua Herculis eo ꝙ Hercules vsq̃ illuc pugnando venit & idolũ sui triumphi erexit quod super mare occeanum ex parte occidentis est sm eandem mensuram climatis continet ex parte orientis primum terminum eiusdem climatis in termino orientali in terra Indie que est sub cancro: inter enim orizontem habitantium in climate illo iuxta gades Herculis & orientem habitantium in Indis nõ est in medio vt dicunt nisi quoddam mare paruum scilicet mare occeanum mota est in climatis illius ex occidentali parte: cum ergo parum distet orizon occidentaliũ ab orizonte orientaliũ longitudo semicirculi terre que est mensura lõgitudinis illius climatis nõ est magna & sermo eorum qui hoc dixerũt nõ est negandus: quia hec enim duo loca sunt vicinitatis vnius ad equinoctialem per totam semicirculi terre lõgitudinem demonstrat natura elephantum qui nascuntur in eis tã in orientali parte eius quam occidentali ex vtraq̃ parte maris quod diuidit orizontem eorum: eo ꝙ vnius climatis vnus est modus caloris & siccitatis propter equalem eius respectum & cõparationem ad solem: elephantes autem dicuntur arabice aleopati non enim nascerentur in vtroq̃ eorum locorum elephantes nisi loca illa aggrederent in natura climatis minus: quia per aliã rõnem non inueniuntur in eis. quia sicut diximus equalis vicinitas orizontis ad solem causat in eis generationem animalium consideranti in spe. Amplius autem ꝙ terra sit rotunda & probatur mathematici per rones geometricas id ab antiquo probantes illum errorem aliqua sit in probatione eorum scribunt enim in suis perfectis operationibus in quibus simplicium demonstratur quantitas ex cõparatione vnius ad alterum & vocant Almagesti libros in quibus tales continent operationes sm quantitates diametrorum solis & lune & terre & aliorum corporum sicut expresse docet Ptolomeus in suo Almagesti dictione quinta. cap. 16. studenti enim mathematici ad hoc vt per separationem vnius diametri per alterã noscerent quantitatem reuolutionis totius terre & dixerunt ꝙ circulus reuolutionis totius terre sm antiquos est. 24. milia miliaria & si hec littera Arist. nõ sit vitio scriptorum deprauata tunc est falsa & falsitas accidit ei ex eo ꝙ tempore Arist. nondũ perfecte sciebantur quantitates diametrorum solis & lune & terre sm veritatem antequam aliquo modo inuenit & super quã inuenerunt sapientes mathematici qui secuti sunt Ptolomeũ: tunc gradus vnius ex gradibus terre equalibus cõtinet quinquaginta sex miliaria & duas tertias vnius miliarij sm quantitatem miliarium que determinatur in chosimimetria quod est quatuor milia cubitorum: & cum positus fuerit gradus vnus sicut dicit Ptolomeus multiplicatus illis in totum circulũ qui trecenti sexaginta gradus colligere ex hoc rotunditas circuli terre que est viginti milia & quadraginta miliaria & cum diuisum fuerit per tria & septimã partem vnius: eo ꝙ circulus vincit diametrũ per tria & septimam: tunc exibit quantitas diametri terre que est noningenta viginti septem miliaria: sic ergo significauerũt auctores Almagesti ꝙ terra est rotunde figure & parue quantitatis respectu superiorum corporum: sic ergo completa doctrina de figura terre et loci eius & ꝙ ipsa est quieta imobilis quia perfecta doctrina horum non potest haberi nisi per scientiam eclipsium solis & lune per scientiam diametrorum ipsarum.

Nota de magnitudine totius terre.

¶ Incipit Liber Tertius qui est de mobilium rectorum principiis & numero.

¶ Tractatus Primus qualiter & an sint generabilia huiusmodi indiuidua.

¶ Cap. pm. Que libri intentio: & quis dicendorum in Libro isto sit ordo.

Tex. c. pmi.

Nos autem iam in phabitis diximus de Celo quod est primum inter corpora simplicia & determinauimus de ipso sm totum & determinatione acquisita quo ad ea que in naturis que ei habent de ipso & de partibus eius diximus que partes sunt stelle & orbes tangendo ex quibus substantiis sunt materialiter & que vere sunt sm formam: diximus enim ꝙ nõ sunt ex aliquo quatuor elementorum sicut nec ipsum celũ: nec est alicuius elementi: & ostendimus ꝙ nec ipsum celum neq̃ partes eius cadunt sub corruptione: eo ꝙ sunt ingenerabiles & hec omnia cum sibi coniunctis in duobus precedentibus libris quantum nobis sufficere videbatur determinauimus. Nunc autem intendimus de mobili sm rectum motum quod est graue vel leue: & ideo ad sequentium tractandorum scientiam dicemus ꝙ rerum naturalium: quedam sunt substantie: & quedam sunt que sunt ex actione vel impressione substantiarum naturalium dico autem substantias naturales inter mobilia recto motu corpora simplicia & ex his composita: corpora enim simplicia sunt ignis & terra: quorum vnum est simpliciter leue & alterum simpliciter graue: & reliqua corpora que sunt media istorum: composita autem ex his sunt lapides et animalia & plante & similia istis: actiones autem voco motus horum simplicium corporum & eorum corporum que causantur materialiter ex istis que sunt corpora composita vt diximus: impressiones autem voco alterationes ipsorum adinuicem & permutationes in quantitate & formas sm quas fiunt alterationes & permutationes eorum ex his autem facile constare potest cuilibet ꝙ omnis questio physica est de corporibus physicis ꝙ probatur ex hoc ꝙ substantia naturalis: aut est corpus aut est in corpore: probatur autem & hoc his que diximus in primo physicorum. vbi locuti sumus de primis principiis que sunt principia primorum corporum transmutabilium que sunt elementa vbi etiam ostendimus: nam ostensione exquisita diuidendo eam per omnes nature intentiones in secundo physicorum. cum enim loqueremur de principiis nature ostendimus ꝙ principia corporis transmutabilis sm ꝙ est permutabile sunt ingenerabilia & incorruptibi-



Tex. cõ. iii.

Tex. cõ. iiii.

fia: ⁊ hoc ex ipse probauimus de natura que est materia ⁊ diximus etiam de natura que est forma per hoc qd diximꝰ ꝙ ipsa est diuinum ⁊ oppositum in qd est nature desideriuz sicut quilibet legere ⁊ aduertere de plano poterit in his que scripsimus in fine primi phisicorũ ex quo ergo de principiis horum corporum transmutabilium dictum est est intentio nostra dicere de ipsis corporibus mutabilibus ⁊ quia simpliciuz est motus rectus localis in ipsis ideo dicere de his sm ꝙ sunt mobilia motu recto sm eniz ꝙ mobilia sunt motu alterationis ⁊ transmutationis eorum adinuicem loquemur de ipsis in libro perigeneseos deo concedente: hec aūt corpora de quibus loqui habemus in genere sm formas locales motus in eis facientes duo sunt corpora. grave s. ⁊ leue ⁊ grauia iterum duo. s. terra ⁊ aqua: ⁊ leuia duo. s. ignis ⁊ aer. Dicemus ergo post hoc generationez ⁊ corruptionē: eo ꝙ omnibus generabilibus accidit generari ⁊ corrumpi ex his duobus corporibus que dicimus esse graue ⁊ leue et ideo in esse generationis debet esse vtrorūqz istorum rememoratum ⁊ per ista oportet nos dicere in quibus est generatio: ⁊ quia in omnibus illis est generatio physica que sūt composita ex graui ⁊ leui ⁊ sunt grauia ⁊ leuia simplicia aut enim generatio omnino non est aut si est tunc stans ⁊ radicata in corporibus dictis quatuor. s. elementis ⁊ in his que componuntur ex eis: sed tamē anteqꝫ loquamur de istis corporibus oportet nos querere propter doctrine bonitatē an sit generatio omnino an non quia lz hic loqui de generatione non intēdimus: tamen ea corpora de quibus loquemur sunt generabilia ⁊ sunt grauitas ⁊ leuitas de quibus nos loqui oportebit in isto nostro libro.

Vide Albu‑ im hic in cõ m 1a p̄ ꝓ B.

Tex. cõ. 2.

¶ Cap. 2ᵐ. In quo recitantur opiniones dicentium esse generationem corporum ⁊ negantium esse ipsam: ⁊ circa quaz illarum est hoc disputandum ⁊ qualiter.

Dico ergo ꝙ primi qui de natura philosophati sunt diuersa tradiderūt de generatiōe ⁊ contraria adinuicem: ⁊ ad veritatem quā nos in sequentibus docebimus. Quidaz enim oino negauerunt esse generationem ⁊ corruptionez dicentes nullam omnino rez generari lz aliqd nos generari vel corrumpi videantur: qd tamen non esse in rei veritate ⁊ esse sicut est sermo Melissi ⁊ sequacium eiꝰ: ⁊ sermo Parmenidis ⁊ sequacium eius de quibus nos multa diximus in primo phisicorum. Nos autez hos ipsos bene ⁊ laudabiliter diximus dixisse in rebus quibusdaz: sed tamen error est hoc dicere in omnibus rebus naturalibꝰ: hic tamen non est conueniens inquirere de oibus his que sunt ingenerabilia ⁊ incorruptibilia: ⁊ non mouentur motu qualitatis qui est alteratio physica quia de quibusdam hoc diximus in fine primi de auditu physico. vbi ostendimus pncipia corporis mobilis sm ꝙ mobile est esse ingñabilia ⁊ incorruptibilia in octauo autem pbauimus motorem primi mobilis esse ingenerabilem ⁊ incorruptibilem ⁊ similr suuz mobile ⁊ vlterius suum motuz: ⁊ hoc conueniens illic: quia in libro illo agitur de nature principiis: causa autem ppter quā dicunt omnia sensibilia esse ingenerabilia ⁊ incorruptibilia est quia persuasum habent idem esse rerum sentētiaz ⁊ experimentum visus eo ꝙ inter vniuersale ⁊ particulare distinguere non valebant ⁊ videbant per auditū ⁊ ceteros sensus certam capi de corporibus experimentum. Putantes ergo de nullo esse sententiam certam nisi de sensibilibus hanc acceperant de sensibilibus estimationem. Causa aūt huius erat: qa dixerunt generabile non esse id quod scitur per sententiam: si enim inueniatur aliqua sciētia certa oportebit scitum ⁊ cognitum esse perpetuum ⁊ non alteratum a sui dispositione: nec corruptum eo ꝙ scientia tm̄ verorū est ⁊ necessariorum. Cum igitur cogitauerant scita esse illa maxime que sunt principia aliorum que sunt elementa per que putabant omnia alia cognosci conuerterūt sermones suos ad naturam elementorū: ⁊ pronuntiauerant ea esse ingenerabilia ⁊ incorruptibilia eo ꝙ cadunt sub oculis ⁊ cognitione: ⁊ per ipsa cognoscitur quicquid scitur: qa terra quidem terram cognoscimus ⁊ aere aerē ⁊ igne ignē: ⁊ aqua aquā sicut putauerunt. Nec oportebit soluere hoc sophisma istorum: quia in prohemiis libri physicorū satis sufficienter inuenitur solutum. ¶ Fuerūt autē alii his in toto. i. vniuersaliter cōtrarii quasi intenderent cōtradicere: vel qui dixerūt ꝙ omnes res sunt generabiles nec aliqd omnino est qd sit ingenerabile sed de rebus generalis quasdam dicunt incorruptibiles que manent semper ⁊ quedam generatorūz corrumpuntur ⁊ fluunt. Pithagorici eniz ⁊ Plato dixerūt mundum generari ⁊ non corrumpi ⁊ alii quidam sequentes eos qui post philosophati sūt in philosophia naturali. Alii autem dixerunt nihil generatorūz stare ⁊ permanere oino: sed vnam tm̄ rem esse quasi subiectum ⁊ radicem generatorum omnium que subiiciuntur in tota generatione ⁊ corruptione que est materia prima quā permanere ingenitam et incorruptibilem affirmabant: eo ꝙ videbant ꝙ aliter generatio ⁊ corruptio inquiete ⁊ infinite non essent nisi hec pmanerent sm dispositionem vnam in essentia lz in esse cōtinue varietur ⁊ hec opinio fuit Heracliti Ephesii ⁊ aliorū multorum philosophorum: hii autem quia omnia corpora generata esse dixerunt corpus quidem vniuersaliter ex superficiebus per modum laminarum ⁊ rasurarum corpus cōponentiuz componi dicerunt ⁊ ad superficies resolui quia autem in aliis libris sequentibus de aliis opinionibus dicemus: ⁊ hic magis agimus de corpore quanto mobili sz locum. ideo postpositis aliorum opiniōibus de hac vltima inquiremus dicentibus enim sermonem hunc contingit contradicere geometris qui non dicunt corpora componi ex indiuisibilibus qd tamen necessario sequitur ad opinionem istorum sicut continue in sequentibus erit manifestum ⁊ esset conueniens Platoni ꝙ non diceret sicut isti dicunt: aut si dicit ꝙ confirmaret sermonem suum per rationes fortiores qꝫ introducte sunt rationes ab illis physicis non est aliud dicere neqꝫ credere: si autem ꝙ sit per se notum aut ex his que per se nota sunt verissime probatum: error enim eius q sic dicit est manifestus etiam in geometria vt diximus pꝰs: sequitur enim necessario ꝙ si corpora ex superficiebus componuntur: ꝙ etiam superficies componuntur ex lineis ⁊ linee ex punctis qd si est veruz: tunc pars linee non est linea: sed punctus: ⁊ hoc quidem negant geometrici ⁊ nos etiam sufficienter improbauimus in eis: quia prius tractauimus in sexto physicorum qui est de motus diuisione ⁊ etiam in libro de indiuisibilibus lineis in quibus libris ostēdimus nō esse aliquam linee partem que non recipiat diuisionem infinitam hoc quasi parum digredientes oportet querere qd impossibilium accidit dicentibus sermonem predictum eorum scilicet qui ponunt principia corporum esse partes indiuisibiles: omne eniz impossibile qd sequitur contra istos ex rationibus geometrarum sequitur etiam contra eosdez per rationes corporis naturalis: eo ꝙ quantitas vna est corporis naturalis ⁊ geometrica lz non sit vnum ex impossibilibus illis geometria dicit propter quid est scientia naturalis dicet quia ⁊ huius causa est ꝙ corpora geometrica ex diminutione se habent ad corpora naturalia. Cum geometrica per omne sint in naturalibus naturalia autem ex additione se habent ad geometrica: cum naturalia addunt illis formas sensibiles contrarietatem habentes: ⁊ ideo etiaz nō est ita econuerso quia multa impossibilia inducuntur contra istos ex ratione corporum naturalium que ex rationibꝰ geometrici corporis induci non possunt nō omnia que sunt in corpore naturali: sunt etiam in geometrico: sed econuerso quecunqꝫ sunt in geometrico sunt ⁊ in naturali quātū ad essentiam quātitatis: huius autem exemplum est in diuisione. nulla eniz diuisio est que accidit corpori geometrico que non accidit etiaz corpori naturali: sed aliqua est diuisio que non accidit corpori geometrico in geometrica enim non est possibile ꝙ continuum quantum diuidat in rez aliquā que vlterius non diuidat ⁊ hoc etiaz in physico vniusr accepto corpore ostendimus eniz in sexto physicoꝝ. Nulluz esse corpus qd tm̄ in forma mobilis accipiat: ⁊ si non sit contractuz ad hoc mobile vel illud ꝙ non diuidat in infinitum: ita ꝙ in ipso non cōtingit accipere vltimum: sed tamē aliqua diuisio est physici que nō est corporis geometrici forme eni sensibiles situm hñtes in corpore de qbus intēdit physicus sm duos modos diuidunt quorū vnus est per formaꝝ specificas differētias: ⁊ alter est per accidēs per suoꝝ subiectoꝝ diuisionē dico aūt diuisionem fieri per formaꝝ specificas differentias sicut quando diuidit color in albedinem ⁊ nigredinem

Tex. cõ. 3.

Tex. cõ. 4.

Tex. cõ. 5.

Tex. cõ. 6.

Tex. cõ. 7.

Res nāe duplr diuidi possunt.

que sunt differentie coloris formales: et similiter est in reliquis rebus naturalibus que formaliter dividuntur: per accidens autem voco divisionem quando dividitur forma divisione sui subiecti quod est continuum: quia forme naturales sunt forme habentes per accidens quantitatem suorum subiectorum et non per differentias essentiales formarum sicut dividitur continuum album in multas partes albas: et neutra harum divisionum est in infinitum: quia corpus naturale inquantum hoc vel illud ad formam naturalem determinatum non dividitur in infinitum: sicut sepius in aliis locis est ostensum et probabitur adhuc ulterius in primo libro perigeneseos ubi de corporibus indivisibilibus contra Democritum et Leucippum disputabitur: patet ergo ex his que dicta sunt quod quecunque forma nullum dividitur altero istorum modorum duorum necesse est quod dividatur: ex his ulterius patet quod corpora physica ex additione se habent super geometrica: eo quod geometrico corpori neutra istorum accidit divisio.

Cap. 3m. In quo disputatur contra eos qui corpora ex superficiebus fatebantur componi.

Tex. c. 8. Inquiramus ergo de partibus indivisibilibus ex quibus ut isti dicant corpora componuntur presupponentes quod corpora naturalia habent differentias contrarias que dividunt eorum divisione sicut est gravitas et levitas: et caliditas et frigiditas: et huius videamus ergo quod impossibilia sequuntur ad hanc opinionem: dico quod impossibile est aliquod grave componi ex duobus non gravibus: ita quod quando aggregantur est in composito utrisque horum habent gravitatem: licet enim materia et forma sint neque gravia neque levia per se ex eis componantur grave tamen non ipsa accipiunt gravitatem ex compositione: sed compositum preter ea non componunt corporum quantitatem sed potius essentialem faciunt compositionem que generalior est quam compositio corporum habentium motum rectum ut universaliter dicatur impossibile est quod compositum sit in actu aliquo qui actu potentia non fuit in componentibus sicut patet in tractus navis ut diximus in 8° physicorum: cum ergo corpora que sensibilibus qualitatibus primis sunt distincta omnia sunt gravia vel levia sicut terra et aqua: et reliqua duo quod etiam adversarii nostri confitentur et punctis non sit et gravitas omnino non potest dici quod gravia componantur ex punctis nec ex lineis nec ex superficiebus: quia si punctum quod secundum eas componit lineam nullam habet gravitatem: tunc secundum predicta et talem lineam composita ex punctis nullam habebit penitus gravitatem: eadem autem ratio est de superficie composita ex lineis non gravibus et corpore composito ex superficiebus non gravibus omnino.

Tex. c. 9. Si quis autem negare vellet quod diximus scilicet quod puncta non sunt habentia gravitatem redibimus ad illud quod probavimus hic de necessitate: grave enim dicitur dupliciter per essentiam scilicet et per accidens et id quod est per essentiam dicitur simpliciter grave sicut terra et huiusmodi: id autem quod per comparationem est grave hoc dicitur simpliciter non grave secundum comparationem alterius dicitur grave et per comparationem dicitur leve: grave autem simpliciter est grave in alio per comparationem se habent adinvicem sicut superius et inferius: quia omne simpliciter gravius est aliquo et non convertitur quia gravius et levius non dicunt simpliciter grave et leve et hoc in simili videre possumus: quia id quod simpliciter est magnum possibile et dici maius: sed non convertitur quia id quod comparatione dicitur maius non dicitur simpliciter magnum: parva enim sunt grana milii que dicuntur aliquando maiora aliis: non tamen absolute dicuntur magna. Ad propositum ergo revertentes dicimus quod si aliquid est grave simpliciter et maius est re aliqua sui generis: tunc etiam est gravius illa: si autem essent res diversarum specierum: tunc non tenerent consequentia: quia terra est simpliciter gravis tamen non gravior minori plumbo quam sit ipsa: dico autem sub conditione quod si ipsa est maior re aliqua sui generis: quia potest esse quod non est re aliqua sui generis cum corpus naturale in specie et forma speciali acceptum non sit divisibile in infinitum sicut nos documus in prehabitis: et ideo minima terra in qua salvari potest terre species est maior re aliqua sui generis sicut minima aqua. Sed advertendum est quod terra et ignis duas habent divisiones: quarum una est inquantum

Documentum psalchauz pro quo vide cōmētū. 62. tertij phy.

est terra et ignis: et hoc modo non dividitur in infinitum alio modo dividuntur hec inquantum sunt grave et leve: et quia sequuntur quantitatem materie: ideo dividuntur sic in infinitum et hoc modo est quod nullum est accipere grave simpliciter quod non sit gravius minore sui generis cum omne grave accipiat participationem aliquam punctum nec grave simpliciter nec gravius ex comparatione ad aliud dici potest. Amplius autem si ex positionibus adversariorum trahamus argumentationem contra eos tunc dicemus: quia spissum et rarum differunt propter hoc quod spissum est grave et rarum leve spissum enim et racum opponuntur spissum autem licet in magnitudine sit equale: raro tamen ut dicunt non est equalis ponderis: eo quod spissum est plurium punctorum ex quibus componitur quam rarum si ergo est ut diximus et puncta concedantur esse gravia et levia tunc procul dubio si spissum et rarum sic opponuntur ut dicunt tunc oportet quod omne spissum et rarum divisionem recipiat sicut grave et leve ita quod nullum est spissum quin sit aliquo spissius et nullum racum quin sit aliquo rarius est enim rarius: eo quod habet puncta plura. Punctum autem non recipit aliquam divisionem ut confitetur: ergo punctus neque spissum neque rarum per consequens ergo nec leve nec grave.

Tex. c. 10. Amplius autem omne grave aut est durum aut molle: necessario aut enim cedit: et tunc est molle: aut non cedit tangenti: et tunc est durum. Hec enim divisio est per affirmationem et negationem: conclusio autem que sequitur ex hac ratione est manifestum etiam apparens omnes res impulsa in sui profundum sunt divisibiles necessario: quia profundum habens esse dividi potest: punctum autem nullam recipit divisionem: ergo punctum nec impellitur actu nec non impellitur in sui profundum: ergo neque molle est nec durum: et per consequens neque grave nec leve.

Tex. c. 11. Amplius autem impossibile est ut res gravis sit quantitativa compositione ex his quorum nullum habet gravitatem aliquam: et hoc quod videntur concedere illi qui dicunt athoma esse per hoc quod distinguunt et discernunt ex quibus sit grave et qualiter sit ex illis: viderunt enim non esse grave materiam et formam: et tamen grave fiat ex ipsis: eo quod sicut diximus non componitur aliquid ex illis secundum quantitatem sed secundum essentiam: sed ex punctis dicunt componi quantum grave vel ex superficiebus non quidem semper sibi suppositis sed potius ex his que terminantur ad seinvicem sicut superficies longitudinis terminat illam que est latitudinis: et superficies latitudinis terminat illam que est profunditatis: et sic in eo quod dicunt ex quibus et qualiter sunt quantum corpus est grave consentiant nobis quod non sit grave: ex quibus oportet non gravibus: distinctio tamen eorum termino innititur arti vel rationi sed casui et non syllogismo: quia ea que potuit constituere grave propter hoc quod sunt qualiacunque principia quantitatis absque dubio non sunt principia gravitatis et levitatis. Dicemus ergo contra istos quia si per se notum est quod omne gravius aliquo non potest fieri gravius illo nisi per aliud grave quo abundat ab illo: tunc sequeretur necessario quod nihil athomorum est gravius: signum autem huius est quia nos videmus quod non est gravitas secundum istos in simplicibus primis: sed in compositis ex illis sicut si diceremus quod quatuor puncta composita dant composito gravitatem: et quod corpus compositum ex pluribus punctis gravius est quam id quod est compositum ex paucioribus: sicut si diceremus quod compositum ex quinque gravius est quam compositum ex quatuor tunc dico hoc impossibile esse aliter nisi gravius abundet minus gravi in re que in se gravis est: et hoc in exemplo videre possumus: quia albius nunquam vincit album nisi per additum sibi aliud album. Si ergo hoc ita se habet: tunc oportet quod compositum ex quinque sit gravius composito ex quatuor propter additum sibi punctum unum grave necessario ergo punctum unum per se habet gravitatem quod impossibile esse superius est demonstratum.

Tex. c. 12. Amplius autem impossibile est ut corpora sint ex compositione superficierum: dicunt enim dupliciter posse lineas componi et dupliciter posse componi superficies: componitur enim linea cum linea per suppositionem unius super alteram: et hoc modo nullam constituant speciem quantitatis si potius per hunc modum in geometria probantur esse equales vel inequales: quoniam

que se non excedunt sunt equales: que autem se excedunt sunt inequales. Secundo modo componuntur sibi linee quando sunt longi et lati termini: et tunc vt constituunt superficiem: similiter autem dicunt superficies sibi dupliciter posse componi: si enim sibi supponantur nunquam fiat ex eis profundum sed potius per talem applicationem dicuntur esse equales vel inequales. si autem vt termini eiusdem quantitatis sunt tunc constituunt distantiam corporalem: quia necesse est vna sit terminus in longum et altera in latum: et tertia extendatur in profundum et inter eos tunc distantia corporalis quantitatis inuenitur. si autem volunt constitui corpora physica ex compositione superficierum: et quidem est impossibile secundum veritatem: et tum dicunt propter hoc quod in geometria vera sunt corpora articulari per compositionem superficierum inuenta: quia vnum sunt simplicia physica que ex illis quinque mathematicis producuntur. ¶ Corpus enim quatuor basium quod continet triangulos equales et simplices comparatur igni. Corpus enim sex basium quadratarum equalium et similium comparatur terre propter figure sue immobilitatem: corpus autem octo basium continens triangulos equales et similes aeri comparatur: habens autem 20. bases triangulorum equalium et similium et comparatur aque: habens autem 12. bases pantagonales equales et similes comparatur celo: huius autem sumitur ex 15° libro geometrie quod addidit Hisicolaus libris Euclidis. His autem sic habitis redeamus ad propositum ostendentes nullum corporum naturalium sic componi ex principijs geometrici corporis: constat enim quod non constituitur ex superficiebus corpus quando quedam superficies adheret alijs per applicationem suppositis sicut linea tum linea applicatur ex parte vna que est sua longitudo: quia sic nulla omnino quantitas produci potest sicut diximus prius vtrum sicut linea componatur cum linea in longitudine et latitudine et fiant ex eis: tunc superficies similiter conuenit eis dicere vt componant iterum vt ex eis fiant corpora quemadmodum dictum est: si autem possibile est vt fiat corpus ex coartatione superficierum ad inuicem ita quod circumstent in profundum et in ipso coartentur applicare sibi per suppositum latitudinis sue tunc tunc oportet quod absque dubio quod tunc inuenitur corpus aliquod quod non est elementum nec ex elementis: elementum autem non est causatum propter hoc quod non est aliquid istorum qui nec simplicium corporum quod taliter ex superficiebus producatur. Item ex elementis non est quia omne corpus quod est elementatum ex quatuor consistit elementis: et ideo nullum producitur ex tali compositione superficierum. Si autem diceretur quod fiunt hec corpora ex alio modo applicationis superficierum: tunc oporteret quod omnia corpora essent plena vacuis: quia inter superficiem et superficiem nihil omnino erit replens sed esset distantia corporis vacua: est ergo impossibile corpora componi ex superficiebus et hec inconuenientia contingunt his qui prebabitis corporibus mathematica principia inreducunt attribuere sicut formauit Plato in timeo et alij quidam. Amplius autem si dicantur corpora grauia et grauiora propter superficierum in ipsis coartationem et multiplicationem sicut dicitur in timeo et distinguitur: tunc manifestum est et patens quia propter similem rationem et lineis et punctis nihil est grauitatis ratio enim in vno est similis in altero sicut multotiens diximus. Si ergo non est differentia in vtrisque quantum ad hunc modum videlicet grauitas causetur non a superficie composite sed ponendo ab ipsius multiplicitate et coartatione: tunc oportet eos dicere quod differentia grauitatis et leuitatis causetur ab ipsis componentibus ita quod vna superficies sit grauis et altera leuis: sicut differre videmus terram et ignem quod vnum eorum est leue. et ex leuibus superficiebus: et alterum est ex grauibus superficiebus sic enim proculdubio contingit quod quedam superficies sunt leues et quedam graues: et tunc per eandem rationem oportet dicere quod quedam linee sunt leues ex quibus fiunt leues superficies: et quedam linee sunt graues ex quibus fiunt graues superficies: et similiter puncta quedam leuia ex quibus fiunt linee leues: et quedam grauia ex quibus fiant linee graues. Videmus enim secundum dictos homines superficies terre esse grauiores superficiebus ignis. Si autem hec ita se habent tunc sequitur necessario quod corpus omnino non fiat. et vt non fiat resolutio alicuius corporis. Si enim puncti

Tex.c.14.

ad lineam sit sicut linea ad superficiem et superficies ad corpus: tunc necesse est quod quedam illorum sicut virinia resoluatur ad aliam vsquequo fiet resolutio in primo aliquo vnde incepit compositio omnium eorum. Si autem hec ita se habent tunc omnia resoluuntur corpora vt dicunt possibile erit vt in aliquo tempore resolutis omnibus quantitatibus in tota distantia mundi non remaneat nisi punctum vnum: et quod non sit corpus aliquod omnino: et hoc est impossibile nec omnino potest esse. et oporteret etiam quod generatio corporum inciperet ab illo vno puncto et quod spissum esset principium generationis quod omnino absurdum est. quia in omni corpore quod generatur corporeitas communis supponitur in eo ex quo generatur et in generato: sicut ostendimus in antehabitis istius libri et in physicis. Amplius autem in tempore oporteret idem dicere cum tempus sit quantum in quo est indiuisibile nunc sicut punctum in continuo. tunc enim simul diceretur esse tempus et non tempus: quia in hora aliqua resolueretur tempus ad nunc. cum omne compositum in sua componentia resoluatur: et tunc aut non erit tempus omnino aut possibile est non fore tempus in aliqua hora: que tamen hora est tempus. ratio enim instantis similis est ratio ni puncti indiuisibilis vt diximus. ¶ Causa autem huius erroris est quod putabant materiam primam esse indiuisibile punctum cuius forma prima est corporeitas non determinatarum dimensionum: cum hoc non sit verum eo quod prima materia non sit punctus sicut ostendimus in primo physicorum: nec prima forma que est in materia corporeitas sed alia essentialis forma est ante eam que non diuiditur diuisione quantitatis sicut nos ostendimus in prehabitis istius scientie in pluribus capitulis octaui physicorum et secundi librorum superiorum. ¶ Eadem etiam impossibilia sequuntur contra illos qui dicunt mundum totum componi ex numeris quidam enim antiquorum vt Pithagorici talem mundo dederunt compositionem: et secundum illos sequitur quod sint vnitates graues et leues et quod sint diuisibiles: et vt vniuersaliter dicatur omnia que dicta sunt de punctis dici etiam possunt de vnitatibus: redeuntes igitur ad propositam conclusionem dicimus quod generatio corporum physicorum nequaquam est sicut dixerunt eam esse actores superficierum et numerorum et quasi capitulariter repetamus huius causam dicimus quod hoc est ideo quia in omnibus corporibus naturalibus habentibus motum rectum est grauitas vel leuitas. Nulli autem punctorum accidit grauitas neque etiam leuitas: si autem sic est vt diximus: tunc impossibile est vt punctum et vnitas sint corpora vel habentia grauitatem: quia licet in se etiam secundum nostros aduersarios non sunt corpora: nec etiam habentia grauitatem: tamen secundum eos faciunt soliditatem corporum: et sic composita puncta sunt corpora et habent grauitatem et hoc nos iam improbauimus: quia ex punctorum compositione vel vnitatum impossibile est aliquam posse reddere causam differentiarum corporum naturalium et actionum eorum in passione que in corporibus physicis ex suis principijs componentibus causari dignoscitur.

Tex.c.15.

Tex.c.16.

Tex.c.17.

¶ Cap. 4m. In quo probatur quod omne corpus naturale motum habet naturalem vt hoc sciatur: omne corpus naturale rectum esse graue vel leue quod in prehabitis est suppositum.

Tex.c.18.

Quia autem iam superius supposuimus quod omne corpus physicum est graue vel leue: et per hoc destruimus positionem de superficiebus et punctis et vnitatibus: oportet nos hic inducere probationem illius vt sit nostra contradictio fortior. et quia non possumus probare quod omne corpus physicum rectum habeat grauitatem vel leuitatem nisi per motum ipsius corporis: ideo incipiemus ab illo ostendentes omne corpus physicum habere motum aliquem rectum. Dicamus ergo quod signum significans quod corporibus omnibus naturalibus est aliquis motus naturalis est quod nunc inducemus: licet enim hoc ex ipsius nature diffinitione satis sit manifestum: quia natura est principium motus in eo in quo est. et ideo naturale corpus necessario habet motum causatum a natura: a qua ipsum dicitur naturale. tamen vt melius conuincatur aduersarius: dico quod si corpora simplicia que sunt elementa moueantur et non mouentur naturaliter vt dicit aduersarius: tunc proculdubio

oportet ꝙ moueantur violenter: ⁊ tunc ille motus sit eris eis in eis extra naturam ⁊ non essentialis eis. Nunꝗ autem potest inueniri motus extra naturam alterius corporis ꝗ sit id qd mouetur: sed potius secundum opiniones ad motum qui est illius corporis per naturam propriam: ergo non erit motus violentus nisi prius conueniat illi corpori motorum habere naturalem cui ille motus opponitur: ⁊ si sint motus vnius corporis extra naturam ⁊ violenti multi: non est tamen motus naturalis nisi vnus sicut vna natura est que est essentialis eius qd mouetur sed extrinsecus actiua vni ⁊ eidem sunt multa: ꝙ autem hoc qd diximus sit verum probatur etiam alio signo. Si enim considerauerimus quietem naturalem vniuscuiusque corporis intelligemus etiam ipsum habere naturalem motum necessario. s. motus naturalis qui est ad locum in quo est quies naturalis omni corpus aut quiescit quiete naturali aut violenter naturaliter in loco in quo quiescit quiete naturali ad eundem mouetur motu naturali: si autem hoc est secundum ꝙ diximus ⁊ videtur rei quiescentis in medio quies esse naturalis: tunc manifestum est ⁊ clarum ꝙ motus eiusdem ad medium est naturalis. melius enim contra nos sumere exemplum ab eo qd quiescit in medio: quia videmus illud secundum totum quiescere. Elementa autem alia licet motu recto ad loca sua moueantur: tamen in locis suis circumducuntur circulariter ⁊ ideo si forte sumeremus exemplum ab illis instaret nobis aduersarius: licet sua instantia esset sophistica: eo ꝙ elementa in locis suis non mouentur naturaliter sed motu orbis generantis ea. Sumamus ergo exemplum ab eo qd quiescit in medio sicut diximus dicentes ꝙ aut quies eiusdem naturalis est aut accidentalis: ⁊ si est quies eius in medio naturalis tunc motus ad medium erit eiusdem corporis naturalis: ⁊ tunc concludit quod naturale habet motum ⁊ proprietatem siue formam que mouet habens motum. Si autem terra quiescit in medio violenter: tunc quiescit eo ꝙ ab alio corpore impedita non descendit ad medium ad qd naturaliter descendere habet: sicut dicit aduersarius: ⁊ tunc queremus de illo prohibente vtrum ipsum sit quietum vel non: ⁊ si est quietum naturaliter tunc sequitur ꝙ aliquod corpus naturale habeat quietem naturalem: ⁊ tunc motus ad quietem illam erit naturalis: ⁊ tunc iterum concludetur propositum. Si autem ⁊ de illo dicitur qd non quiescit naturaliter sed violenter ab alio impeditum: tunc iterum de illo impediente queremus an quiescat an non: ⁊ si quiescit tunc queremus vtrum naturaliter quiescat an violenter: ⁊ si quiescit naturaliter tunc habebit motum naturalem ⁊ hoc est propositum. Si autem quiescit violenter tunc quiescit ab alio impeditum ne descendat: ⁊ de illo iterum queremus ⁊ sic in infinitum impossibile autem est ꝙ in infinitum procedatur: ergo necesse est ꝙ aliquid sit prius quiescens quiete naturali: ⁊ hoc habebit motum naturalem per rationem antedictam. Si autem prohibens prius terram descendere sub medio non est quietum sed motum: sicut dicit Empedocles de turbine quam arabes Donte appellant dicentes ꝙ terra est gesta propter aeris motum per motum turbinis inuoluentis eam: eo ꝙ aer is turbine circumuentus est rota aque: aqua rota terre constringens ipsum ad medium: tunc queremus ab ipsis ad quem locum terra moueatur quando non est prohibita: ponemus enim turbinem aeris non impedire eam: tunc enim mouebitur ad aliquem locum determinatum: non enim potest dici ꝙ incedat ad infinitum: quia nihil existit de his que impossibile est esse: motum autem ad infinitum impossibile est esse: ergo nihil existit de eo neque principium neque pars aliqua sicut in fine sexti physicorum probauimus. Sic igitur nihil stans in aliquo loco mouetur ad infinitum distans. Si autem hoc est ita tunc oportet ꝙ omnis res quieta sit in aliquo determinato naturaliter: ⁊ quies ⁊ locus sunt attributa incessui motus eius: quia incessus eius naturalis est ad locum in quo quies est naturalis: omne igitur corpus simplex habet motum naturalem.

Tex.c.19.

¶ Cap. 5m. In quo per solleta destruuntur opiniones Democriti ⁊ Leucippi ⁊ Platonis de motibus quos ante mundum dixerunt.

Tex.c.20.

Ex habitis autem nunc antequam vlterius procedamus de inquisitione motuum elementorum: volumus redire ad destructionem opinionum Democriti ⁊ Leucippi ⁊ Platonis: eo ꝙ omnes isti conueniunt in hoc ꝙ dixerunt motum accidentalem elementorum esse motum naturalem eorundem: tangamus ergo primo opiniones Democriti ⁊ Leucippi: vtrique enim dixerunt ꝙ corpora prima que illi athomos vocant semper mouentur in vacuo infinito ⁊ ante mundi constitutionem: ⁊ etiam post constituto iam mundo: vacuum enim vbi dixerunt non habere finem in quo infiniti athomi mouentur quasi illi corporum elementa esse dicebant. cum ergo in 7° physicorum habitum sit ꝙ omne qd mouetur habet motorem immediate sibi coniunctum. queramus ab illis que sit causa mouens corpora prima que sunt athomi: queremus etiam ab eis quis est motus illorum indiuisibilium vtrum sit motus naturalis vel violenter: si enim dicamus ꝙ quodlibet illorum corporum indiuisibilium non mouetur nisi a motore extrinseco ⁊ per vim tunc motus omnium eorum est violentus: ⁊ tunc sequitur ꝙ vniuscuiusque eorum est motus naturalis necessario: quia violentus motus non est nisi per priuationem motus naturalis: ⁊ quia habitus est ante priuationem tunc oportet ꝙ primo naturaliter corpora illa sint mota: ⁊ adhuc moueantur naturaliter: hec autem ⁊ alia de causa sequitur. s. propter corpus primum mouens alia corpora. Corpus enim primum cum non possit moueri violenter sicut in 8° physicorum ⁊ in antecedentibus istius libri habetur: non mouet aliquod corpus qd sub eo est violenter nec primus motus quem influit eis potest dici violentus: quia si esset violentus non semper esset: nunc autem semper est: mouet enim corpus primum ea que sub se sunt circulariter: qui quidem motus non est naturalis quando accipitur vt motus elementi ⁊ non est etiam violentus: quia corpora innata sunt suscipere motum primi corporis mouentis ea: ⁊ ideo assimilatur motus motui membrorum in corpore animalis a corde: ⁊ ideo qd mouetur primum: ⁊ sic motor primus qui seipsum mouet ⁊ est celum primum non mouet aliquod corpus violenter: sed hoc non mouet ea naturaliter quo dictum est. Si igitur daretur ꝙ corpus primum non haberet motum per se ⁊ naturaliter sed violenter: ⁊ sic mouere vlterius corpora tunc oporteret ꝙ in numero motorum ⁊ mouentium corporum esset processus in infinitum: sicut ostendimus in 8° physicorum quia vnumquodque corporum moueretur secundum hoc ab illo violenter: ⁊ moueret aliud violenter ⁊ hoc non potest esse secundum circulum sed secundum rectum: ⁊ ideo necesse esset procedere in infinitum. Si esset secundum circulum: tunc oporteret idem esse mouens primum secundum violentiam qd non potest esse quia violentia deficit recessu a primo qd infert eam: ideo in vltimo necesse est ipsam stare: ⁊ nihil mouere violentia: ergo hoc modo procederet ad infinitum quod omnino impossibile est esse: quia secundum hoc ⁊ esset infinitum ⁊ violentia non cessaret in infinitum qd non videmus fieri quia violentia nec semper est nec multo procedit a primo violentiam inferente quin deficit: oportet ergo dicere ꝙ athomi mouerentur secundum naturam ⁊ hoc est contra hypothesim: quia Democritus ⁊ Leucippus supponebant motum accidentalem esse ante naturalem. Idem etiam accidit opinioni Platonis qui dixit elementa moueri ante mundi constitutionem motu irregulari: ⁊ ideo inordinato: hoc enim videtur dicere Plato in timeo cum dicit primo fuisse chaos in quo elementa inordinate ferebantur que postea ab opifice ordinata sunt ⁊ distincta loca sua ⁊ formas ⁊ motus ordinatos: redibo ergo ex dictis super eum qui hunc sermonem affirmat dicens ꝙ motus elementorum qui sint tunc non potest esse nisi aut naturalis aut violentus. si autem habebit tunc motum naturalem tunc fuerunt mota sicut nunc: ⁊ hic est mundus constitutus: ⁊ videris ex hypothesi Platonis sequitur ꝙ mundus erat constitutus ⁊ ordinatus antequam esset constitutus ⁊ ordinatus qd est impossibile: ⁊ hoc plane apparet homini qui subtiliter ⁊ acute considerat talem mundi constitutionem qualem dicit Plato: oporteret enim necessario ꝙ corpus illud quod est mouens primum mouet alia corpora naturalia: ⁊ mouetur a seipso naturaliter: sicut diximus prius: cum autem mouet elementa tunc mouet ipsa sine omni violentia: quia non mouet ea nisi vbi inuenit ea: inuenit autem ea quieta in locis suis ⁊ in eis circumducit ea: ⁊ ille ordo elementorum est idem qd modo videmus esse in mundo: ergo mundus fuit ordinatus sicut modo: ⁊ sic mundus fuit vt modo est antequam esset mundus qd est impossibile. Dico enim ꝙ etiam tunc elementa leuia non habentia grauitatem ⁊ tunc mouebantur ex medio ⁊ grauia ad medium sicut nunc faciunt: ergo tunc habebat discretionem ⁊ ordinationem quam habent nunc: si autem dicatur ꝙ motus est violentus tunc oportet ꝙ ante illum habuerunt motum naturalem sicut diximus. Adhuc autem potest aliquis querere a precipuis habitis viris ⁊ dicere. quia si elementa ante mundi constitutionem mouebantur motu inordinato ⁊ irregulariter: tunc fuit ille motus eis substantialis eo ꝙ

Tex.c.21.

Tex.c.22.

fuit primus motus eãm substantialis est ante accidentalē ⁊ sic fuit ille motus inordinatus ⁊ confusus qui ad nullū finem fuit ordinatus. tunc elementalis substantialis. tunc ad fuit impossibile vt postea essent elementa susceptibilia motuum ordinatoꝝ ad finem siue ille finis sit locus ad quem non mouetur elementū siue sit forma substātialis in mixto ad quā mouentur elementa quādo miscent᷑: q᷑ nulla res est illius finis susceptibilis qui est ꝯtrarius sui suo substātialiter. ergo non fuit possibile ꝙ ex motibus illis elementorum postea a primo motore fieret ista aggregatio ordinata que est modo ex qua facta sunt corpora ita ꝙ ex quadam mixtura sunt ossa: ⁊ ex quadam carnes: ⁊ ideꝫ sequit᷑ ꝯtra Empe. quia si motus fuerunt inordinati substantiales elementis ante mundi cōstitutionem tunc amicitia non potuit postea talem ordinem similiū facere in eis vt quedam fierent capita que germanam cum eis habent societatem que postea p vlteriorem societatem sociata sūt ad dissimilia sicut ad colla ⁊ ad manus ⁊ pedes sm̄ ꝙ cōponi videmus aīalia: ex dictis etiā possumus reddere ꝯtradicēdo illis qui dixerunt ꝙ elementa sunt multa infinita sicut Democritus ⁊ Leucippus dixerūt athomos infinitos elementa esse ꝙ ipsa mouentur ad infinitā distantiā vacui infiniti: quocūqꝫ enim modo intelligant elemēta esse multa ⁊ infinita esse sequet᷑ sm̄ eos ꝙ ordinatio motuūꝫ elementoꝝ fuit ante illius mundi ꝯstitutionē: ⁊ sic destrueretur dictum eoꝝ quo dixerunt ꝙ inordinatio est ante ordinationē si enim dicam elementa multa ⁊ infinita esse per numeꝝ indiuiduoꝝ sm̄ vnum esse per speciem ⁊ formam: sicut in rei veritate fuit opinio eoꝝ quēadmodū ꝑuenit ad nos dictum eoꝝ: tunc sequitur ꝙ motus oīum illoꝝ per virtutem vnius forme specifice fuit vnus ad locum vnum necessario: sicut nos videmus oēs ꝑtes ignis etiā si infinite esse ponant᷑ virtute igneitatis ferri superius: ⁊ hec nō est inordinatio aliqua vel incompositio. sed potius ordo ⁊ compositio quā videmus esse modo in elemētis. Si aūt forte dicatur ꝙ id qđ mouetur formaliter vnum existit quidem sed tamen dicit᷑ ꝙ est infinitū: tamen lꝫ hoc sit impossibile sm̄ nām: tamen si esse supponat᷑ sm̄ opinionē ipsoꝝ sequitur ꝙ motus eius est ad infinitū. ⁊ iterum non est inordinatio aliqua incōpositio: q᷑ hoc sequitur rōnem infiniti ⁊ est suus ordo ⁊ sua cōpositio quā haberet etiā modo si infinitū esse supponeret᷑ si aūt dicatur ꝙ motus sunt finiti sm̄ locū: tunc sunt etiam elementa finitaꝝ potentiaꝝ: ⁊ hoc est iterum ordo quem videmus modo in quolibet elemento ⁊ in partibus eius: si vo dicant᷑ motus esse tm̄ sm̄ numerum specieꝝ ⁊ formaꝝ motuum localium ⁊ tamen esse plures: tunc oportet ꝙ mouētes forme sint etiam plures ⁊ finite in ipsis elementis: ⁊ hec est iteꝝ cōpositio ⁊ ordo queꝫ videmus modo: ⁊ si iterum nulla ordinatio precessit mundū ꝯstitutum: ⁊ si daretur oppositum tunc sequeretur ꝙ ordo ⁊ inordinatio compositio ⁊ incompositio esset idem ⁊ vnius rōnis: q᷑ nos inuenimus nunc in mundo ꝯstituto omnia elementa per suas formas essentiales moueri ad loca sua diuersa sm̄ diuersitatem suaꝝ formaꝝ mouentium: ⁊ ita fuit ante mundum: ⁊ non inuenimus ꝙ aliqua moueant᷑ ad eundem locum nisi que sunt homogenea in forma: ⁊ per omnem eundem motum ꝓbamus ipsa mota esse ante mundum quando illi dixerunt inordinatum habere motum. ergo ordo ⁊ inordinatio sunt idem qđ est impossibile. cōmuniter etiam ex his simul possumus dicere illis qui inordinationē ⁊ ꝯstitutionem ꝯfusionem motuum elementoꝝ dixerunt esse ante mundi cōstitutionem: mirabile enim fuit ꝙ posuerunt inordinationem durare tempore infinito quādo dixerunt tēpus infinitum fuisse ante mundum ⁊ mundum incepisse a quodā infinito tēpore sm̄ principiū sue durationis. Inordinatio enim ⁊ incōpositio sunt res innaturales: ordo aūt ⁊ compositio sunt res naturales his sensibilibus elemētis patet autem ⁊ naturali ratione. qm̄ nūlla principia plus durant q̄ꝫ innaturalia ⁊ sunt longioris temporis sicut sanitas q̄ꝫ egritudo: ⁊ tunc impossibile est dicere ꝙ motus inordinatus ⁊ incōpositus duret tēpore infinito: natura enim reꝝ est vt diximus ꝙ vniuersaliter inuenit᷑ in rebus vnius nature ⁊ longissimo tempore: ⁊ sꝫ dicta eoꝝ ꝯtrarium erit naturale ad naturale qđ est modo: sm̄ eos enim sequit᷑ inordinatio ⁊ incōpositio: sicut res innaturales: eo ꝙ durauerunt tēpore infinito: ⁊ ordo ⁊ cōpositio

Tex.c.23. / Tex.c.24.

ignis recipit partitionē in subtilius ſm dicta iſtoꝝ: his aūt habitis diſputemꝰ ꝯ alia parte ignē eſſe elm̄tū eē dicētium eo ꝙ ſibi attributa ſit figura prima ſicut forma ſpecifica vel cōiūcta forma ſpecifice. dixerunt enim iſti ꝙ ſicut aialia hñt proprias figuras ſuas formas ſpecificas ꝯtentes ſine qbus nō ſaluaē ſpecies aialis: ita hꝫ ignis figuram pyramidis ſine qua ignis non eſt ignis. Dico igiē ꝙ ſi hec ita ſe hñt. cum pyramis nō diuidaē in pyramides: ſed in ptes quaꝝ neutra eſt pyramis videbiē tunc ꝙ ignis nō diuidi poſſit in ptes q̄rū vtraqꝫ ſit ignis ſicut nec aial diuidiē in ptes quaꝝ vtraqꝫ ſit animal. Cū igiē ignis diuidiē ps ignis nec eſt elemētū eo ꝙ non eſt ignis nec eſt ex elemēto alio eo q̄ eſt aliqd pmi corporis ꝗ aliqd corpꝰ eſt accipere ꝙ nec eſt elm̄tū: neqꝫ ex elm̄to qđ ridiculū eſt. Et ex hoc cōuertētes nos ad eos q dixerūt ignē eſſe elemētū eo ꝙ eſt ſubtiliſſimū corpoꝝ. Iuducto cō nē prius inducta: qa cū omne corpus ſit diuiſibile ſequiē neceſſario ꝙ ignis habeat ſubtiliꝰ ante ſe: ⁊ ſic elemēti erit elemētū ⁊ vſqꝫ in infinitū eo ꝙ ſm dicta illoꝝ diuiſum ſubtile ex ſpiſſiori elemētū eſt ad ipm. Adhuc aūt accidit ⁊ ex hac opinione ꝙ vnū numero corpus ſit omne elm̄tū per cōparationem ad diuerſa per ſubtile ⁊ groſſum: qa vni cōparatū eſt ſubtile: alij cōparatū eſt groſſum vel ſpiſſuꝫ ⁊ ſic idē corpus ad aliqđ cōparatū eſt ignis: ⁊ ad aliqđ cōparatū eſt aer ⁊ ad aliqđ cōparatū eſt aqua ⁊ ad aliqđ comparatū eſt terra. Ampliꝰ aūt vniuerſaliē loquendo dicēdū ꝙ oēs illi errant qui dixerūt elm̄tū eſſe corpꝰ vnūquodqꝫ ſiue ſit medium ſiue extremū: vnius eni corporis eſt vnus motꝰ nālis ⁊ cōpoſita non hñt motū aliquē ſimplicium corpoꝝ que ſunt in ipſis ⁊ qa vnum elm̄tū ſequiē tūc vnū ſolum eē oium elm̄toꝝ motuꝫ. Viſus aūt teſtificaē ꝯtrū illius. qꝛ in his que videmus nos quattuor elm̄ta. Videmus ꝙ q̄libet corporū habet motū vnū nālē ꝫ diuerſuꝫ ab alterius motu: ⁊ quedā mouenē ſurſum ⁊ quedā deorſum. Si aūt oia eſſent vnū vel ex vno corpore oium eſſet motꝰ vnus. ⁊ iſte motꝰ eēt in omni corpore tāto velocior quāto haberet plures partes pmi corporis ſimplicis cuius iſte eſt pprio motꝰ: ⁊ ſic deberēt corpora ſpiſſa ſicut terra ⁊ aqua que plurimas hñt partes: ſic iſti dicunt velocius aſcendere q̄ ipſe ignis. Nos aūt videmus huiꝰ ꝯtrm̄ qa corpora multa ſpiſſa videmus velocius incedere deorſum cuius nulla eſt cā: niſi qa ſunt ꝯtrarium elementum igni. Propter iſtas ergo ſnias ⁊ cōnes intuētes ⁊ propter illud qđ pbant de mathematicis induximus in pniſſis ⁊ ppter illud qđ nunc vltimo induximus ex teſtimonio viſus ꝙ motus naturales ſūt multi: īdicatur expreſſe ꝙ nō eſt poſſibile vt elementum ſit tm̄ vnum.

Tex. cō. 49. Tex. cō. 50 Tex. cō. 51.

Cap. 4m. Utrum elementa ſunt generabilia vel corruptibilia ſm totum vel ſm partem tm̄.

Tex. cō. 52.

Reanuus igiē qđ ex dictis ſequiē ꝙ cū elemēta nec ſint infinita per numeꝝ nec vnū tm̄ ꝙ ſint plura vno finita nūero. Sed mecūqꝫ queramuſ de numero eoꝝ determiato: opꝫ inqrere an elementa ſint pma corpora ſempiterna oīa an ſint generata ⁊ cadētia ſub corruptiōe pmoꝝ eni ſimplicium quedā ſūt perpetua: quedā aūt gñabilia: ⁊ ideo non pōt ſtatim ſciri determiate nūerus elm̄toꝝ niſi prius ſciaē in quo genere ſint ſimpliciū corpoꝝ vtruꝫ. ſ. in genere ppetuorū ⁊ imortaliū corpoꝝ aut in genere corruptibili. Quādo eīꝫ illud fuerit declaratū nobis tunc facilius ſciē ſūma numeri eoꝝ ⁊ cuius ſunt nature. hoc eni generaliē pſcire opꝫ ſiue elemēta ſunt athomi ſiue ſimilia corpora: ſiue ēt figurata pyramidibꝰ: ſiue per priorītateꝫ ſimplicitatis accepta ſiue aliter quocūqꝫ mō accipiaē. Sciendū igiē qa non eſt poſſibile vt elemēta dicātur eē icorruptibilia: ſi per diſſōnē ſupra poſitā accipiaē: oīa eni elm̄ta ſm partes oēs remouenē per corruptionē: ⁊ hoc pbaē per inductionē. Videmus eni ignē ⁊ aerem ⁊ aquā ⁊ terrā vtruꝫ reſolui: ⁊ hoc ſiue accipiaē ptes ſm cōpoſitionē quātitatis: ſiue ēt ſm cōpoſitionē qualitatꝫ: ſiue etiā partes accipiaē īdiuiſibiles que vocanē athomi: ſiue ēt partes accipiaē diuiſibiles. gñaliter eni loqmur quo ad quēcūqꝫ modū partiū qui pōt eē vel fingi in elm̄tis. Cūꝫ eni videamus elm̄ta reſolui ⁊ corrūpi ſm partes queramuſ iteꝝ vtrū illa reſolutio vadit in infinitū aut ſtat in aliq̄ icorruptibili ⁊ quocūqꝫ hoꝝ deē ducemus ad īpoſſibile: qꝛ ſi reſolutio vadit in īfinitū ita ꝙ per reſolōnē ſemp eſt aliqđ accipere nō reſolutuꝫ ppter qđ elm̄tuꝫ in toto dicaē corruptibile eē tūc opꝫ neceſſario ꝙ tp̄s reſolōnis: qđ ſ meſurat extrū ſucceſſiue reſolōnis ad actū infinitū qa ſi mutatio aliqua ē infinita opꝫ ꝙ tp̄s meſurās eam de neceſſitate ſit īfinituꝫ: ⁊ hoc eſt ideo qa quelibet ps prius elm̄ti ſucceſſiue accepta hꝫ ſuā reſolōnē in tp̄e parte nia ⁊ alia. Nihil aūt corrūpiē per reſolōnē niſi qđ eſt gñatū gñatio igiē partiuꝫ ſucceſſiua ē infinita ſicut reſolutio ſꝫ gñatio ſemp eſt extra reſolōnē corruptionis ꝗ tp̄s generatiōis eſt extra tēpus corruptiōis. Cūꝫ igiē vtrūqꝫ ſic infinitū ſm eundē terminuꝫ qui eſt finis: ergo duo infinita ſm finem tempora quoꝝ vnū eſt eſſe alterū qđ eſt impoſſibile oīno. Scđm eni eos qui dicūt eterna eē ⁊ mūdum ⁊ tēpus non eſt poſſibile duo eſſe tempora infinita quorum vtrūqꝫ ſit infinitum ſm alterum terminorum ⁊ tamen vnū ſit extra alterum: qa ſic ſe habet ſm iſtos preteritū ad futurum ꝙ in pſenti diſtinguunē ⁊ vnum eſt extra alterū: ſed ꝙ duo ſunt infinita ſm eūdem terminum ⁊ finita ſm eūdeꝫ ⁊ vnum ſit extra alterum eſt oīno impoſſibile ⁊ ſic eēt in propoſito qa tēpus generatiōis infinite incipit a quodā determinato nunc: ⁊ ſic tempus corruptionis infinite ⁊ vnuꝫ ponitur extra alteꝝ: ⁊ per hoc ꝙ gñatio totius elm̄ti quo ad oēſ partes ipſiꝰ poniē extra corruptionē elm̄ti quo ad oēs parteſ ipſius. Si aūt tp̄s vnius icluderēē ſm viciſſitudinē ītra tp̄s alterius: tunc non eſſet vtrūqꝫ infinitū qa ſic ſe habet tēpus gñationis ad tp̄s corruptionis ſicut determiari hꝫ in ſecūdo de gñone ⁊ corruptiōe. vbi pbaē ꝙ tātū eſt tp̄s gñatiōis ī circulo obliquo: quātū eſt tp̄s corruptiōis in motu eiuſdeꝫ circuli ⁊ qa nō quieſcit circulus afferēs ⁊ deferēs equaliē generās: ideo nūqꝫ ſꝫ tātū qeſcāt per infinitū tp̄s gñatio ⁊ corruptio tā elm̄toꝝ q̄ elemētatoꝝ. Qđ autē nō poſſunt eē duo tēpora infinita quoꝝ vnum ſit extra aliud: ⁊ ſint infinita ſm eūdem terminum: facile probatur ſi ad memoriam reuocentur ea que habita ſunt in fine pmi libroꝝ iſtoꝝ: qa ſi nos accipiamus tēporalia iſta hoc eſt generabile ⁊ corruptibile: tunc eni pe ꝑpetuum generabile ſm infinitam potētiaꝫ actiuam ad eē extra illaꝫ aūt nō pōt eſſe in eodē potentia paſſiua ſm nō eē infinitā qa aliter idē eſſet ſemp ⁊ ſemp nō eēt que nō poſſunt ſimul ineē: ſicut eſt in tēporibꝰ ipſoꝝ ⁊ hic latē ſuperius in fine pmi libri pbata ſunt. pꝫ igitur ꝙ tempora duo iſnita ſimul nō ſunt quoꝝ vnū eſt extra aliud: etiā deceat corruptio in infinitum ire. Cū ergo gñatio vadit in infinitum ꝙ tunc vnum tp̄s infinitū eſt extra aliud tp̄s infinitū: ⁊ hoc eſt de nūero impoſſibiliū: qđ ſequiē ꝯtra multos phos qui dixerunt generationē corpoꝝ infinitam eē ⁊ precedere: tamē corruptionē eorūdem corpoꝝ infinitā. Si aūt dicaē ꝙ reſolutio ſtat in aliquo qđ reſoluitur gratia cuius elm̄tū nō totum dicitur reſolui ⁊ corrumpi tūc opꝫ ꝙ aut ſtet in indiuiſibili ⁊ corruptibili ſicut dixerant Democ. ⁊ Leucip. aut ꝙ ſtet in aliquo diuiſibili qđ tamen eſt incorruptibile ſicut dixit Empedo. Ille eni dixit ꝙ quedā elm̄toꝝ partes ⁊ pcipue ignis nō ſunt corruptibiles in quibus ſtat reſolutio elementoꝝ: ⁊ tm̄ ille partes non ſint indiuiſibiles. Dicamꝰ q̄ ꝙ impoſſibile eſt vt ſtet reſolutio in athomo ppter omnia incōuenientia que adduximus ſupra cōtra eos q athomos eſſe poſuerunt: neqꝫ iteꝝ poſſibile eſt vt ſtet reſolutio in parte diuiſibili ita ꝙ nulla pars diuiſibilis non reſoluatur ⁊ reſolutione corruptionis: conceditur enim ꝙ cum omnes partes ſimul ſunt ꝙ non poteſt reſiſtere corpus reſolutioni corruptionis: tum tamē tunc ſic maioris virtutis ad reſiſtēduꝫ q̄ quando eſt diuiſum in partes multas minores: eſt enim corpus maius minus reſolubile per corruptioneꝫ q̄ corpus minus. Si igiē corpus maius ſuſcipit reſolutionē corruptionis: tūc multo dignius eſt vt corpus minus capiat reſolōnē corruptionis. Si quis autē forte diceret elementū nō corrūpi nec in toto nec in parte: cōtrarium huius teſtificentur viſus: qa nos videmus ꝙ ignis ſm duos modos corrumpiē: ſ. a contrario enim corrumpiē per ſe: ⁊ corrumpiē etiaꝫ ⁊ finiē in ſeipſo per materie proprie defectum: ⁊ tunc etiā corrumpiē a contrario ſꝫ hec corruptio ſit per accidens qa. ſ. ꝯtrarium non poteſt agere in ipſum vincendo q̄diu nutriē ⁊ ꝯuenit in materia ſibi conuenienti: ⁊ ſi ignis ita corrumpitur qui habet fortiorem actiuam virtutem inter cetera elemēta tunc oportet ꝙ q̄libet elementoꝝ corrumpatur. Corrumpitur igitur omne minus citius per contrarietatē maioris

locis vincentis super ipsum: et quanto est minus tanto est fm potentius resistere contrario: et magis citius corruptibile: et sic habetur propositum. ¶ Scias autem quod sunt quidam modernorum qui se magnos reputant huic sententie que fm veritatem est Aristo. contradicentes et quasi cõcordãtes Empedo. dicunt enim elementa non fm totum esse corruptibilia dicentes quod natura loci et ordo cõseruat ea fm totum: quod absque dubio falsum est: quia locus non conseruat sed continet: vt locus ad quem est motus prout enim motus est ad locum sic conseruat locatum: sicut nos diximus in quarto libro physicorum. prout autem locus est superficies contrarietate distincta: sic locus agit ad corruptionem locati sed hoc accidit loco: et non conuenit ei inquantum est locus. Ordo etiam nõ conseruat elementa fm aliquid incorruptibile quod sic in ipsis: quia licet elementa se contingentia in vna qualitate conueniant: in altera tamen sibi repugnant et agunt et patiuntur ab inuicem: et ideo ordo non facit quod minus sint corruptibilia fm totum: et huius signum est: quia inueniemus precipuos in philosophia viros loquentes de diluuio cuiuslibet elementi super aliud: sicut patet in enumeratione diluuiorum que habetur in principio Timei Platonis: et ideo tenendum est quod licet elementum esset fm totum corruptibile non corrumpi autem fm totum propter equalitatem causarum generationis et corruptionis: sicut optime declarabitur in fine secundi de generatione et corruptione. quia hic nõ est tempus loquendi de illo. Sic igitur ostensum sit quod elementa sunt generabilia fm totum et cadentia sub corruptione.

*Nec natura loci neque elementorum ordo potest conseruare ea ne corrumpi possint.*

¶ Cap. 5^m. Ex quo sicut ex subiecto generationis sit generatio elementorum.

*Tex. cõ. 53.*

Vlterius igitur habita hac conclusiõe quod elementa fm totum sunt generata: et fm totum sunt generata et fm totum cadẽtia sub corruptione. dicimus quod tunc sequitur necessario aut ipsa esse generata ab eo quod est actu corpus: aut ex eo quod est actu non corpus potentia habens corporeitatem: et si sunt generata ab eo quod est actu corpus: aut illud est aliud corpus ab eis quod est elementum ad ipsa quatuor que vocamus elementa: aut generantur ex corpore eo quod generantur ex inuicem. Iste enim questiones sequuntur conclusionem prehabiti capituli quod scilicet elemẽta sint generabilia fm totum. Si enim fm partem essent generabilia et corruptibilia: tunc generatio eorum esset per modum recompensationis et dissolutionis partium fm quantitatem: et quereretur vtrum ex corpore aut ex non corpore generarentur. Resumamus autem partem primam diuisionis prime. Si enim aliquis dicat elementa ex non corpore generari. oportet quod non corpus quod dicit generari aliquid ponat quod sit subiectum generationis: eo quod sicut motus non potest esse sine substantia ita nec mutatio. oportet igitur quod non corpus quod est subiectum generationis sit ens non corpus separatum scilicet ab omni corporeitate fm actum: quod tamen potentia habet dimensiões corporeitatis: et hoc est ponere materiam primam entem sine corporeitate et accidentibus: sic autem posita est indiuisibilis et non implet locum: ad hoc tamẽ quod ipsa inducit corporeitatem per generationem. oportet preexistere locum in quo generetur corpus quod generari dicitur ex non corpore. Sequitur igitur dicentẽ elementa generari ex non corpore quod ante generatum corpus sit locus vacuus: et sint dimensiones separate a materia: quia per tales dimensiones separatas dicitur esse vacuum et inane: hoc autẽ sequitur impossibile: ergo impossibile est dicere corpus elementi generari ex non corpore nullam omnino corporeitatem habentem. Nec potest dici quod non corpus ex quo fit generatio dicat absolute non ens: quia tunc generatio non haberet subiectum omnino. Et ideo omnes antiqui cõsenserunt in hoc quod ex nihilo fit omnino. Cum igitur omne generatum: aut sic generatum ex re que non habet aliquam corporeitatem: aut ex eo quod est actu corpus: et non possit fieri generatio ex eo quod nullam habet omnino corporeitatem. oportet quod dicatur fieri generationem corporum primorum que sunt elementa ex re que corpus est in actu. Si autem hoc dicatur videbitur iterum sequi impossibile. quia nos videmus quod omne generatum corpus: et id ex quo generatur sint in eodem loco: sicut videmus aer qui per generationẽ accipit formam ignis quando est generatus est in loco ignis. Si igitur elementa fm totum generata sunt ex corpore actu existente: tunc illud corpus vnde fm totum generãtur omnia elemẽta erit in eodem loco in quo sunt elemẽta: et penetrat ipsum per totum: igitur quando generãtur elementa ex ipso: tunc duo corpora sunt in eodem loco: quia in concauo lune fm hoc erat corpus quod erat ante elemẽta: et erat subiectum generationis eorum: et in eodem concauo sunt elemẽta quatuor generata. ergo in ipsa generatione oportuit quod ambo essent in loco vno. Si autem daretur quod ille locus in quo generata sunt elementa ante generationem fuit incorporeus: ita quod in ipso non fuit aliquod corpus: tunc sequeretur esse vacuum actu: et sic sequeretur quod dimensiones loci separẽtur a corpore generato. Ita quod dimensiones in nullo essent subiecto omnino: hoc autem iam superius ostendimus esse impossibile. ¶ Est autem huius questionis solutio expedita in fine primi physicorum. vbi diximus quod subiectum generationis est corpus nõ determinatarum dimensionum: et ideo cum dicitur corpus generatum ex corpore ponitur subiectum generationis per accidens: quia non fit corpus ex corpore per se: quia tũc fieret actus ex actu et non ex potentia. Quando autẽ dicitur quod corpus fit ex eo quod potẽtia est corpus: tũc ponitur subiectum generationis per se: et illi accidit esse corpus: eo quod materia a corporeitate non diuiditur sicut alibi est ostẽsum. Et hoc dicẽdo nõ sequitur esse vacuum: quia id vnde generatur corpus: corpus est per accidẽs: et sic implet locum nec sequitur duo corpora esse in eodem loco: quia idem potentia est corpus corporeitate generati: et nõ duabus corporeitatibus. et est vna quidem fm essentiam corporeitatis in generato: et eo ex quo fit generatio: sed duplex fm esse: et hoc alibi est explanatum. Accipiemus ergo membra secũde diuisionis. Si enim generatio elementi fit ex corpore: et hoc dicatur esse corpus aliud ante elementa: tunc sequitur statim aliquod corpus fuisse ante quatuor corpora que nos elementa vocamus: et tunc esset illud vnum elementum ad ista quatuor et ista non essent prima corpora: adhuc autem illud corpus quod sic ante elemẽta esset ponere: aut esset graue vel leue et alias habens proprietates elementorum: aut nullam haberet qualitatem elementi alicuius. Si autem non haberet qualitatem alicuius elementi separatum est a qualitatibus sensibilibus elementorum: et a motu qui est per grauitatem et leuitatem: et per alias virtutes sensibilium qualitatum. separatum autem sic a sensibilibus non retinens nisi quantitatem est mathematicum corpus: cui nec motus determinatus habetur neque locus determinatus ad quem mouetur. In quocunque enim loco esse dicetur debite sibi ad illum moueretur naturaliter vel violenter: et si moueretur violenter: tunc haberet motum accidentalem extra naturam: et si talem haberet motum: tunc oporteret quod haberet alium motum naturalem qui esset essentialis sibi: sicut patet ex omnibus antedictis: et hoc est contra hypothesim: quia positum est esse separatum a sensibilibus qualitatibus et a motu. Si enim diceretur in loco naturaliter esse vel accidentaliter: tunc oporteret quod differret ab aliquo quatuor elementorum: et hoc est iterum contra hypothesim: quia positum fuit esse aliquod corpus ante elementa et extra ea: et si tale est: nihil tunc potest generari ex ipso: quia ex mathematicis nihil generatur: eo quod non alterantur qualitatibus sensitiuis: puta sicut dicto modo in loco. tunc oporteret quod id quod generatur ex eo esset in eodem loco: quia sicut supra diximus quod generatur et ex quo fit generatio sunt simul in eodem loco: et sic duo corpora essent in eodem loco: et quia iam ostensum est et certificatum quod non fiunt elementa ex non corpore: neque ex corpore alio ante se existente: relinquitur vt dicamus quod elemẽta generantur ex se inuicem: et ideo nullum corpus est ante ea: precipue cum ostenderimus quod generatio eorum non est per aggregationẽ athomorum vel corporum homogeneorum.

*Documentum.*

¶ Cap. 6^m. Vtrum generentur ex se inuicem fm latitudinem sicut exit apertum ex occulto.

*Tex. cõ. 56.*

Habito autem in precedenti capitulo quod elementa generantur ex inuicem: consequẽs est querere fm quem modum ex inuicem generentur. Et ideo inducamus modos quos dixerunt antiqui vt videamus si aliquis sit conueniẽs inter eos. Dicamus ergo quod si elementa generãtur ex inuicem: aut generantur sine alteratione et transmu-

tatione sicut dixerunt Empedo. et Democ. fieri generatiõe aut generarentur ex inuicem sine alteratione et trãsmutatione per modũ quez dixit Plato: qui dicit corpora desolui ad superficies: aut est alius modus quo generant adinuicez preter dictos: ita q fiat ipsorũ alteratio et transmutatio adinuicem. Inuestigemus ergo primũ modũ. Iz eni Democ. non posuerit elñta esse ista quatuor que elñta vocamus: et Empe. posuit ista quatuor elñta eẽ tamẽ conuenerũt in hoc q vterqz negauit alteratione verã eẽ et verã generationem eo q Empe. nõ in toto alterari dixit elñta sed poti⁹ per parua cõgregari adinuicẽ. Ex primo quidẽ dicẽdũ est contra istos q isti ignorauerũt propter sermones suos: qa ignorãtia maior esse nõ põt q aliqs intendat affirmare aliqd eẽ et affirmet per talẽ sermonez ex quo sequit ipm non eẽ: ita etiã isti intẽderunt probare esse veram generationẽ que exitus est de nõ eẽ in esse. et induxerũt talem sermonẽ ex quo sequit elñta nõ generari abinuicez sm verã gñationẽ sed sm fallacẽ que videt esse et non est: eo q sm istos res generata nõ erit de nõ esse ad esse sed poti⁹ de esse occulto ad esse manifestũ sicut fit in ortu filiorũ et in partu mulierum: qa filius qui clausus fuit in occulto exit ad apertum: et nõ erit de nõ eẽ ad esse. In vera eni gñatione nõ egreditur res ante existẽtes in occulto et apparẽt sic dicũt ignez occultum in lapide egredi ad apertũ propter scissuram lapidis vel sicut effundi liquorẽ clausuz in vase: qa res que vere gñatur: gñatur ex mã sua que est potẽtia generatũ et non actu: et generat per alterationẽ qualitatũ actiuarũ et passiuarũ et per substãtie trãsmutationẽ. Quicũqz ergo ponũt nõ fieri rem ex potẽtia: nec per alterationẽ et transmutationem: et confitent q ex nihilo nihil fit sm naturã necesse est q dicant aut forma generati actu est intus aut est a datore extra: et siquidem dicũt eã actu eẽ intus: tũc ponunt latentiaz formarũ et generationẽ nihil esse. nisi exitum occulti actu existentis ad apertum sicut Demo. et Empedo. et Anaxa. dixerunt. Qui autẽ ponunt a datore formarum esse formas: sicut Plato dicunt formas omnes dari a causis separatis et extrinsecis. due aũt opiniones medie sunt iter istas. s. forma generati fiat ex nihilo vel ex potentia. Conueniunt aũt plũi in hoc q non fiet ex nihilo sm naturam: relinquit ergo illa que est q educantur oẽs ex materia in qua sunt potentia per alterationem et transmutationem substantialem ex sermone aũt eorũ qui ponũt latentiam formarũ accidũt multe res irrationabiles quibus per dispositionem cõtradici nõ potest sm dicentes enim latitationem et q gñatio est exitus entis in actu de occulto in apertum: sequit q quando res latens est in aliquã quãtitatem actu. Et deinde manifestatur inuenitur spissa et coartata in minori quantitate nihil adducitur ei de extrinsecis sibi que prius nõ habuit: ita q nec noua quãtitas que sit leuitas vel grauitas que prius nõ habuit: et hoc ineuitabiliter sequitur cõtra omnes illos qui ponunt generationez esse per modum exeuntis de occulto ad apertum dicunt eniz hi q aqua actu ens occultata est in aere: eo q nõ dicũt aquã ex aere generari: nisi quia egreditur per apertuz etiam prius occulta erat in ipso. Nos autẽ videmus et cognoscimus per motum aque q maior est grauitas quãdo egressa est ex aere q quando latet in ipso quia si tante grauitatis eẽt quando est in aere sicut quando egreditur ipsa moueret deorsum. Cum igitur nullam omnino sustineat alterationem et transmutationem: oportet q illam grauitatem det ei sola translatio de loco occulto ad locum apertum: et sic omnis res occultata leuior debet esse q manifesta: qd est omnino absurdũ. Amplius autem corpora occulta in aliis que illi dicunt esse eis permixta eo q occultationem mixturam esse dicebant non accipiunt maiorem locum q sit locus suus sibi debitus per naturam. Sed nos videmus q quãdo aer fit ex aq in qua latet vt dicunt aduersarii locum maiorem accipit q fuit ille in quo latuit: omne enim subtilius vult habere locũ maiorem q grossius: et hoc quidem manifestum et planum in alteratione et transmutatione liquorum in aere: humiditas enim si claudatur fortiter in vase vt vaporet intus tunc inflatur et querit locum maiorem. et ideo scinditur vas si nõ haberet respiraculum sicut patet in vtribus in quib⁹ absqz respiratulo clauditur mustum qui franguntur propter musti euaporationem. Si autem sic se habet res vt dictum est: et concedatur nobis q res non augetur per vacuuz qd igre

Tex. co. 57.

Tex. co. 58.

diatur in ipsum et facit distare partes suas abinuicez: ita q in ipso vacuo expandantur corpora: hoc enim vacuum non esse concedũt auctores latitationis: tunc manifestum est q non est possibile q corpus occultum vel manifestum accipiat locum maiorem q qui primo debetur sibi ergo aer in aq habet locum tãtum quãtum habet extra aquam: et aqua nõ sufficit eum retinere sicut ostensuz est per vas qd scinditur quando vaporat humor in ipso: quia nihil aere potenti⁹ est qui etiam scindit ferrea vasa ne eum aqua in qua constringi dicitur. Nos autem nõ videmus ita scindi aquam: ergo aer actu non latet in aqua: nec aliud corpus in alio corpore. Amplius autem sequitur adhuc istos q tãdem aliquid remaneat ex omni corpore ex quo nullum aliud corpus valeat generari. Cũ enim vnum corpus latet in alio non potest nisi q corpus intus latens sit infinitum sm vltima quia infinitum sm vltima in nullo corpore includi potest oportet ergo q abscindatur generatio vnius ex alio: aut in vno corpore finito inclusa sint elementa infinita numero: iz sint finita per vltima. Constat enim q cum exit inclusum ab includente q aliqua quantitas sui egreditur: sicut si dicatur ex terra exire aqua tunc oportet aliquantam aquam ex terra extrahi. et secunda generatio extraheret iterum aliquantam: et sic deinceps: ergo si finita fuit aqua in terra tandem tota extraheretur: et sic ex terra manente non potest amplius fieri aq qd est absurdum: aut oportet dicere q infinita aqua infuit terre qd est adhuc absurdius quia ex infinitis per numerũ quorum quodlibet est finitum sm vltima constituitur vnũ infinitum sm vltima: sicut probatum est in libro physicorũ: et tunc sequeretur q infinitum sm vltima et esset actu: et cum hoc esset inclusum in corpore finito sm vltima qd oĩno non est intelligibile. Sic enim manifestum est et certum q elemẽta non fiunt ex elementis: alia per separationem et egressionem latentis ad manifestum.

Tex. co. 59.

Cap. 7m. In quo probatur q non generantur elementa ex seinuicem sm mutationem figurarum: vel sm resolutionez figurarum vel superficierum.

Tex. co. 60.

Relinquitur autez ex prehabitis q elemẽta generantur adinuicem per aliquaz alterationẽ: et de hoc remanent adhuc duo modi quos tangere debemus: aut eniz hec alteratio est per figurarum mutationem aut per resolutionez figurarum ad superficies. Dico autem mutationem figurarum sm q cera variata per figuras alterari dicitur quando fit rotunda et quando fit quadrata: sicut eni vnã numero materiaz dixerunt inducere figuras diuersas ex quibus fit ignis et aer et aqua et terra: quia hoc persuasum habebant q ex figuris sperice essent differentie elementorũ. Resolutionem autem figurarum voco quemadmoduz refertur dixisse Plato q figura ignis cõstat ex tribus superficiebus triangularibus et resoluitur in eas: figura autem terre ex octo superficiebus quadratis et in ipsis resoluitur: ita q corpora non habent differentias specificas nisi ex istis superficiebus. Qd si elementa dicantur differre abinuicem ex alteratione vnius per figuras que dent elementis esse in specie et rationez tunc sequitur necessario q oportet ponere elementum esse athomum quia si detur oppositũ scilicet q elementum est diuisibile: tunc diuisiõe figure que datur elemẽto specifica differentia diuidetur: sicut si ignis diuidatur diuisione pyramidis diuiditur autem pyramis in non pyramides sed in ea que dicunnr in geometrica duo sertatilia quorum vtrũqz in tres diuiditur pyramides: ergo ignis nõ diuidetur in ignes: sed in ea que non sunt ignis oportet ponere q primus ignis qui est elementum est athomus. Eadem autem ratione neqz pars terre erit terra: quia quadratum in quadrata non diuiditur: et hanc vocabant figuram frigoris. eo q terra est frigida. Si fiat autem alteratio elementorum adinuicem per resolutionem figurarum in superficies ita q superficierum differentia sit causa differẽtie elementorum: tunc sequitur q impossibile sit q quodlibet elementuz fiat ex quolibet: qd iz concederent quidam ex ipsis: tamen esse inconueniens probatur per visuz. Videmus eni q non est necessarium q sit vnum elementum qd sit cõmune per mutationem et alterationem in quodlibet elementuz et non aliud quia visus testificatur in hoc in quo omnia elementa

Tex. co. 61.

menta cadum sub visu: quia est transmutatio cuiuslibet in quodlibet. vnum ergo inconuenientium qđ sequitur cõtra istos est q̄ dicunt de visibilibus hoc cuius contrarium nobis nuntiat visus: quia tempore calido videmus terram & aquam resolui in ignem & aerem: & tēpore frigoris videmus econuerso fieri. causa autem huius erroris est quia principia rerum non acceperunt vera & bona acceptione q̄ principia geometrica que eterna sunt naturalibus corruptibilibus attribuerunt: sed potius quasdam sententias falsas a doctoribus suis de principijs hereditauerunt: & ad illas retorquere volebant omnia ea que fiebant in rebus naturalibus: & ideo omnium rerum principia posuerunt entia nõ separabilia per corruptionem: illud vero non est ita quoniam si nos de proximis principijs loquamur: tūc principia sensibilium corruptibilium sunt sensibilia & corruptibilia: proxima enim materia & proxima forma corruptibilium corruptibilis est. etiam principia proxima rerum sempiternarum & incorruptibilium sempiterna: & incorruptibilia sunt sicut principia celestium corporum. similiter autem principia prima corporalia sunt incorruptibilia sicut prima materia & prima forma. sicut ostensum est in fine primi physicorum: & vt vniuersaliter dicatur oportet q̄ principia rerum homogenea & similia & naturalia sint his quorum sunt principia: & tunc geometrica non erunt principium naturalium neq̄ econuerso.

*Proxima principia rerum corruptibilium sunt corruptibilia secundum Auerroim hic cõ. 61.*

Platonici autem & quidam alij antiquorum propter dilectionem dictorum suorum qui nimis extollebāt mathematica propter incorruptibilitatem & necessitatem quam inuenerunt in ipsis: & ideo dixerunt ea esse principia naturalium: fecerunt id quod facere consueuerunt qui ponūt sermones impossibiles vt non fuerunt in principio absq̄ magna consideratione impossibili supposito. & cum supposuerūt impossibilia pro principijs: oportuit eos studere vt verificarent & probarent ea que dixerunt que erant contraria veritati ne viderentur succumbere: & ne sententie suorum doctorum quibus imbuti erant annullarentur. Nos autem dicimus q̄ in quibusdam rebus magis manifesta sunt nobis principia q̄ ea que ex principijs efficiuntur: sicut mathematicis propter qđ in illis ex principijs primis oportet procedere potius q̄ ex principiatis. in quibusdam autem econuerso est: quia completa que facta sunt vltima notiora sunt nobis sicut in naturis composita complete manifestantur sensui: & ex illis oportet nos iudicare de principijs ipsorum qualia sunt: & ideo ex complemento nature qđ est compositum factum vltimum in natura & ex fine illius completi qđ est actio compositi naturalis & essentialis. sicut est motus eius oportet nobis accipere iudicium de principijs eorum: & nõ per iudicium principiorum principiorum que sunt incorporalia venire in iudicio nature eorum que completa sunt & in iudicium finium suorum omnis enim scientie est complementum & finis secundum ea que propria sunt illi scientie: complemētum enim artis que imitatur naturam & complementum nature est res facta: illa enim est vltima intenta a natura & arte mechanica cuius finis est operatum: & hoc vltimo operatum tam in arte q̄ in natura est res sensibilis cadēs sub visu. ex illa ergo oportet accipere iudicium de principijs nature qualia esse debeāt.

*Tex. cõ. 62.*

Reuertentes autem ad propositum iudicamus impossibilia que consequūtur ad dicta eorum dicamus ergo q̄ cum ipsi concedunt q̄ non omne elementum alteratur ad quodlibet sed potius aliquod est ad qđ alia alterātur quasi ascēdant ad illud & illud non alteratur ad alia. & hoc forte ponunt esse terram tūc sequitur necessario q̄ terra sola sit elementum quia secundum hoc terra est vltimum ad qđ fit resolutio aliorum & illa non resoluitur ad aliud secundum estimationem eorum hec enim fuit elementi dispositio supra posita.

*Tex. cõ. 63.*

Amplius secundum ea que dicunt sequitur in elementis esse triangulos superfluos ad transmutationem elementorum hoc autem nõ est rectum neq̄ conueniens eo q̄ natura nunq̄ abundat superfluis neq̄ deficit necessarijs accidit autem triangulos esse vacuos in permutatione elemētorum adinuicem: eo q̄ elementa ex inequalibus numero triangulis componūtur. Si igitur dicamus ignem ex 28. esse triangulis & aerem ex tribus erunt superflui. 17. trianguli quando ignis mutatur in aerem & quando ecōuerso mutatur aer in ignem: tūc deficiūt 17. & sic est de alijs mutationibus elemētorum adinuicē que omnia secundum eos ex inequalibus numero triangulis constituūt.

*Tex. cõ. 64.*

Amplius autem isti nõ habent dicere q̄ generatio corporis sit ex corpore sed potius ex nõ corpore superficies enim non corpus est ex qua dicūt fieri corporum generationem: nec potest dici q̄ fiat ex superficiebus corpus nisi supponeretur vna & communis elementis materia cui aduenientes superficies sunt pro formis substātialibus in corporibus cõsumēdis & hoc modo isti nõ dixerūt sed superficies fieri trāsmutationem.

*Tex. cõ. 65.*

Amplius autem cogūtur iterum secundum dicta sua ponere q̄ nõ omne corpus homogeneum susceptibile est diuisionis in homogenea: et propter hoc cõtradicūt ei q̄ nature est suppositum in geometricis: ibi enim supponitur & lineam & superficiem & corpus in homogenea diuidi in infinitum: & sic cõcedūt primum sensibile qđ est cõtinuū per naturam cõtinui que est in eo esse diuisibile. Isti aūt cõtradicūt huic sentētie dicūt enim nõ esse sensibile diuisibile esse in similia siue homogenea toti ne cogūtur contradicere sue positiõi de figuris quia videntur q̄ quedam figurata figuris primis nõ possunt diuidi prima diuisiõe in homogenea: quia pyramis prima diuisiõe in pyramides diuidi nõ possunt: sed potius in serratilia: & deinde secundum diuisionem serratilia diuidi possunt in pyramides secundum sint inequales prime pyramidi. Dico ergo q̄ illi qui dant cuilibet elemēto aliquam ex figuris pro differētia cõstitutiua & specificatiua & diuersificant substātias primorum corporum per figuras adinuicem cogūtur necessario qđ dicūt q̄ prima corpora figuris distincta nõ diuidūtur diuisiõe cõtinui que est diuisio in homogenea figura enim pyramidum & figura sperica prima diuisiõe nõ diuidūtur in homogenea hoc est in pyramides & speras sicut sepe diximus. Si autem hec ita se habēt: tūc sequitur iterum q̄ pars ignis prima diuisione accepta nõ sit ignis: sed oportet q̄ sit corpus qđ est ante elementum ignis quia pars prior est toto & simplicior cū nõ sit elementū nec ex elemēto: oportet q̄ sit prius ipso: q̄ nihil est posterius elemētū nisi qđ est ex elemēto. Cum autē omne corpus sit elemētū vel ex elemēto: oportet q̄ ista pars per diuisionē ab igne accepta sit elemētum ad ea que vocamus elemēta: & sic elemēta illa nõ sunt prima que figurauerūt pyramides vel speras.

*Tex. cõ. 66.*

Amplius aūt vniuersaliter dico q̄ contra omnes illos qui studēt figuras corporibus adherere substātialibus differentijs sequitur impossibile necessario: nõ enim potest eē figura complēs superficiem corporis nisi que implet angulis suis capacitatem angulorum superficiei corporalis nec potest esse figura perficiēs corpus nisi que angulis suis corporalibus implet capacitatem angulorum corporalium & huius contrariū cogūtur illi dicere quia quedam figurarū superficialiū quādo componūtur nõ implent locū & capacitatem angulorum corporaliū & has tamē figuras illi attribuūt corporibus primis pro differētijs specificis. Quinque enim figuras attribuūt quinque corporibus: sicut diximus supra: figuram enim quatuor basiū cõtinētem equales triangulos & similes igni attribuūt. figuram aūt sex basiū quadratarum equalium terre dederūt figuram octo habētem triangulos equales & similes aeri dederūt: viginti vero basiū triāgulorū equalium concesserūt aque in illam que habēt duodecim pentagonus bases equales & similes celo attributam esse dixerūt. Nos autem ostendimus ista esse falsa & irrationabiliter dicta: cõstat enim corpus cõstitui ex corporeitate que fit ex trium diametrorum intersectiõe facta ad angulos rectos: sicut superius diximus in alijs locis ab isto: superficies autem includēs corpus fit ex intersecatione duorum diametrorū ad angulos rectos quarum vna est longitudo corporis: oportet ergo q̄ omnis figura que superficialiter includere habet corpus impleat quatuor angulos rectos: ita q̄ nec plus nec minus due enim linee secātes in superficie corporali faciant duos angulos rectos & equales duobus sicut probatum est in. 15. theoremate primi Euclidis. Dico ergo q̄ pauce sunt figure respectu omnium aliarum que tam ad punctum vnum impleant locum suum totum siue in corpore: siue in superficie: siue aliquid sit superfluum aliquid diminutum siue vacuū ex figuris superficialibus non sunt nisi tres que impleant capacitatem quatuor angulorum rectorum qui sunt capacitas superficiei corporalis vt diximus. Ille autem tres sunt trianguli non tamē quilibet triāgulus sed ille tm̄ qui est equilaterus & equiangulus & figura exagoni & figura

quadrati: circulus autem etiam in centro habet quatuor angulos rectos vel equos quatuor rectis. Sic ergo inter figuras angulosas non sunt nisi tres que impleant locum superficiei corporalis: quia quadratus quatuor habet rectos ad unum punctum coniunctos: et ideo locum implentes absque eo quod aliquid remaneat vacuum vel superfluum angulus unusquisque trianguli equilateri et equianguli: et sicut due tertie unius recti. Duodecim autem tertie anguli recti faciunt quatuor angulos rectos. consequens ergo est quod si sex trianguli equilateri et equianguli coniungantur in puncto unoquoque: quod sex anguli coniuncti sex triangulorum impleant spatia quatuor angulorum superficialium in quocunque enim corpore ita quod nihil remanet vacuum neque aliquid abundat superfluum. Exagonius autem aut equilaterus et equiangulus quemlibet angulum habet existentem tantum in quantum est unus rectus et tertia recti unius. consequens ergo est quod quando se tres exagoni applicantur sibi in puncto uno quolibet quod implent tres anguli eorum se contingentes spatium quatuor angulorum rectorum ita quod nec aliquid remaneat vacuum neque aliquid superfluum hoc autem in nulla aliarum figurarum angulosarum est invenire. si enim accipiatur pentagonus equiangulus et equilaterus angulus eius habet rectum et quintam partem recti. et ideo in nullo numero sibi possunt applicari pentagoni in puncto uno diametrorum se intersecantium quando minus vel plus faciant rectis quatuor: et sic est de eptagonis et omnibus aliis figuris superficialibus: ex figuris autem essentialibus hoc est corporalibus non sunt nisi due: quod corpus statuitur ut diximus ex tribus diametris intersecantibus se ad angulos rectos: et iste intersectiones necessario faciunt octo rectos quod diameter secans in profundum cum qualibet medietate duarum diametrorum se secundum latum et longum secantium faciunt angulum unum rectum: et cum quatuor anguli recti constituantur superficie ex duabus diametris se secantibus oportet provenire octo angulos rectos ex secatione tertie diametri cum duabus. non inveniuntur autem in figuris corporalibus ut diximus nisi due que impleant spatium hoc octo angulorum ita quod nec plus nec minus que sunt pyramis et cubus quem figuram corrupte quidam vocant figuram pyramidalem. eo quod proportionatur pyramidi quam vocant bracale. cum enim cubus quemlibet rectum angulum habeat tunc ubicunque accipietur punctum intersecationis trium diametrorum si sibi in eo applicentur unum cubi per angulos se contingentes in puncto illo cubi. et suis angulis rectis se contingentibus implebunt spatium octo corporalium angulorum ita quod nec remanet aliquid vacuum nec aliquod restat superfluum angulus autem pyramidis eo quod pyramis contrahitur in conum unius puncti non est rectus: sed est minus recto. Et hec propositio est inventa in geometria ita quod anguli sex pyramidis corporales sunt equales corporibus angulis quatuor cuborum: ergo anguli duodecim pyramidis equales sunt angulis octo cuborum sed octo cubi angulariter in uno puncto coniuncti impleant octo angulos rectos corporales: ergo duodecim pyramides coniuncte spatium idem implebunt ita quod nihil remanet vacuum et nihil restat superfluum. Si autem hec ita se habeant tunc non sufficiunt figure corporales implentes locum et spatium corporis: sed oportet ponere multo plures quam sint: quia elementa que sunt corpora simplicia sunt plura duobus. Male ergo attribuerunt elementa figuras supra inductas que in veritate spatium corporis non impleant: dictum ergo eorum est impossibile omnino. Amplius autem ex naturalibus rationes contra istos inducentes dicimus quod signum eius quod elementa nullam habent figuram essentialem est quod non videmus ea omnia figurari secundum figuram loci continentis: et variari figuram contentorum secundum varietatem figure continentis: si autem figura esset aliqua elementalis essentialis corrupta illa iam non esset figura: et sic elementum semper secundum totum corrumpitur quando corripitur a loco diverse figure quia autem figurantur elementa ad figuras continentium locorum precipue quia in aqua et aere quorum utrumque est male terminabile termino proprio et bene figurabile et terminabile termino alieno terra autem propter siccitatem quam habet magis videtur retentiva figure sue nisi forte subtilietur in pulverem: quia tunc propter subtilitatem partium facile figuratur figura aliena: ignis autem quando extra locum suum est magis videtur retinere figuram pyramidalem qui est per modum pyramidis: in loco autem suo habet sphericam figuram. Si ergo sic est tunc non est verum quod figura elementi remanet semper in dispositione sua quamdiu salvatur elementum sicut dicunt adversarii: si enim detur quod non figurentur figure continentis ipsum: sed retinet figuram semper tunc non sunt eiusdem figure continens et contentum: sequitur quod contentum non tangat semper ubique continens totaliter: et sic relinqueretur aliquid ex vacuum in medio quod est impossibile. Si autem ponatur tangere ipsum ubique sicut diximus tunc impossibile est dicere cum hoc quod retineat semper figuram suam remanente specie et natura elementi sequitur igitur quod est aqua vel aliud elementum quodcunque tamen variatum ad figuram continentis quoniam secundum dicta adversariorum non sit aqua nisi per essentialem figuram: et hoc est impossibile. Manifestum ergo est et certum per ea que dicta sunt quod in elementis non sunt alique figure determinate que sint eis essentiales quemadmodum figura attribuitur corporibus animatis sine quibus non salvatur species animatorum: hoc autem signat natura elementi quod sibi per naturam non debetur aliqua figura determinata que sit ei essentialiter: sicut enim locus recipiens et deferens omnia que moventur ad ipsum non possunt esse figure alicuius ut possit omnia recipere: ita etiam elementa cum sint substantia figurarum omnium elementorum non possunt per naturam habere aliquam figuram: cum enim nihil sit susceptibile sui ipsius si haberent aliquam figuram per naturam illam non susciperent in aliquo elemento ut ergo omnia possint formari et figurari in elementatis nullam debent per naturam habere figuram essentialem sicut enim philosophus dicit in hyle quod est materia prima que est susceptibilis omnium formarum quod nullam debet habere formam in actu quia quamcunque haberet in actu illius non esset susceptibilis in potentia: ita dicendum est in elementis quod non debent habere figuram aliquam et formam eorum que sunt ex elementis ut omnium figurarum in composito ex elementis sint susceptibilia. non enim est differentia inter hyle et elementa nisi quod hyle potentia est ad formas omnes tam elementorum quam compositorum ex elementis: licet formas mixtorum non recipiat nisi mediantibus formis elementorum. elementa autem eo quod tenent actu formas in potentia: quia non sunt susceptibilia suarum formarum que sunt forme prime materie prius eis advenientes: sed susceptibilia sunt formarum omnium consequentium sic ergo oportet intelligere elementa non figurata essentialiter aliqua figura ut rerum figuram in composito possint recipere unde elementa sunt sicut hyle eadem sub sensibilibus formis quibus mediantibus suscipit formas complexionales que ex commixtione sensibilium qualitatum causantur: et ideo possibile est quod elementa adinvicem alterentur quando separantur qualitates ipsorum ab ipsis secundum intentionem: et quelibet secundum medietatem alteretur ad alteram: sicut determinatur in fine primi perigeneseos in tractatu de mixtione: et ad hoc superflue sunt figure Platonis. Amplius autem qualiter erit possibile ut fiat ex elementis caro aut os aut similium aliquod que mixta sunt et continua cum secundum dicta istorum perfectiones corporum non sunt nisi figure que mixta sunt et continua: non enim possibile est ex compositione figurarum omne corpus permutabile secundum qualitates tactus: neque adhuc etiam possibile quod aliquid permutabilium fiat ex compositione superficierum et per applicationem et suppositionem multe superficies componuntur sicut tradiderunt Platonici elementa autem omnia componuntur per mixtionem qualitatum suarum: et non secundum applicationem superficierum. accidentia vero elementis sicut figura non sunt per talem adinvicem mixtionem qualitatum: propter hoc igitur omnia huiusmodi inconvenientia generaliter dicta quod si aliquis ingrat de dictis antiquorum que diversificant de elementis per scientiam certam que est per veram causam et per similes facientes fidem et non per sophismata sciet procul dubio antiquos nullo modo dixisse et probasse veram elementorum generationem: et quantum quidem studuerunt eam affirmare per talia qualia dicta sunt ab ipsis tanto magis negabant ipsam ex eisdem rationibus: quia eius quod probant non est vera intentio generationis.

Vide de hyle verius ab ipso Aristotele. 67.

Tex. co. 3. et 84. et 1. 8 phi. 8 generatione 3.

Tex. co. 67.

Tex. co. 68.

Cap. 8m. Et est digressio qualiter elementa sunt in commixto.

Surgit autem questio ex antehabitis in capitulo isto: superius enim in precedenti ante hunc librum figuras elementorum probavimus esse rotundas non tantum ex materia: sed et natura ipsorum cum naturalis motus ipsorum exigat hic autem

autem videmus contrarium venisse probando elementa figuras non habere sm naturam. Adhuc primam materiam propter hoc nullam dicimus formam habere vel figuras: vel omnes figuras & formas sit nata suscipere: elementa ası̄t sūt quedam materia elementorum: videtur ergo simile esse conveniens si elementa dicantur non habere figuras: eo ꝙ nata sunt recipere omnem figuram compositi ꝙ etiā careant qualitatibus activis & passivis ut sint nata recipere qualitates commixtorum. ¶ Adhuc aūt forte videbitur aliqui querendum de formis substantialibus elementorum: utrum maneant in commixto ex elementis vel non: si enim remanere dicantur tūc videbitur sequi necessario ꝙ compositum plures habeat formas substantiales: & ad hoc multa sequuntur inconvenientia: quorum unū & primū est ꝙ nihil suscipit multas substantiales formas: ergo nec compositū. Adhuc aūt qꝛ p multas formas substantiales poneretur in diversis speciebus. Adhuc autē qꝛ non esset vere unicum sed potius esset contiguum vel per accidens unum: que omnia absurda sunt. Si autem nō manent tūc videtur ꝙ cum materia mixti nullam habeat actu formam nec simplicis s. nec compositi ꝙ privatio ipsius adeo sit generalis privatio materie prime. si prima materia est simplex: ergo & materia compositi qđ omnino est absurdū. Adhuc sūt sm hec materia prima & cōmunis per multis efficeretur ppria huius vel illius materie: adhuc autem sm hoc tot formarum esset susceptibilis materia compositi quot formarum est susceptibilis forma simplicis elementi esset materia composita ex elementis susceptibilis forme simplicis elementi: & hoc est absurdum: & hec omnia necessario sequi videntur: qꝛ absq; dubio fundamentum firmū est materialis habitus & habetur in primo physicorum: ꝙ omnis materia omnium illarū formarum susceptibilis est a quibus est privata sm actum. ¶ Si aūt signis credere velimus tūc signum est elementum esse in composito sm suam formā: hoc qđ est ibi proprietas elementi que est virtus eius activa vel passiva sm qualitates elementares: eo ꝙ non possumus dicere compositum vel calidum vel frigidum vel humidum vel siccum: nisi in eo qđ est ex elementis. Cūm enim sciemus proprietatem nūꝗ esse sine proprio subiecto: oportebit ꝙ sm aliquem modum elementum insit composito sm formam substantialem. Adhoc autem in resolutione ipsum compositum non resolvitur ad materiam cōmunem elementorum: sed potius ad elementa ut videtur etiam: unde ꝙ elemēta sint in ipso aliquo modo sm actum. Si aūt hec omnia forte aliquis vellet solvere dicēs ꝙ elementa manent sm medietates suarum formarum & sm medietates alterantur adinvicem: sicut videtur dicere etiam Aristo. in fine primi perigeneseos: videtur hoc esse inconveniens: eo ꝙ forme substantiales non recipiunt intensionem & remissionem: & sic non possunt intēdi & remitti: sic ergo est difficultas in omni parte huius questionis: propter qđ etiā Averrois impingit crimen Avicen. dicens eum latuisse qualiter potentia & non actu elementa sint in composito: & ideo dixisse ꝙ sint in composito actu: & ideo dicit sibi fieri conclusiones omnium inconvenientium que ad hoc superius sunt inducta. Et dicit sibi ad errorem accidisse frequenter in naturis ex confidentia bonitatis sui ingenij quā habuit absq; magno exercitio in prehabitis: in cōmento autem libri perigeneseos Averrois consentit cum Avicenna dicens: ꝙ sint elementa salvata in composito cōmixto. sm esse primum & non scđm. Et ideo si Averrois hic contradicit Avicēne contradicit sibiipsi. Ad omnia aūt hec dicendum ꝙ est primum esse & scđm esse elementorum: est aūt primum esse elementorum qđ habēt ex primis formis substantialibus: scđm aūt est qđ habent coniuncta tam accidentibus naturalibus que sunt potentie sue naturales: & quantum ad hoc sm esse corrumpuntur excellentie ipsorum in unoquoq; sm medietatem: & ex his omnibus provenit qualitas que est actus mixti: quantum autem ad primū esse miscentur quidem substantie ipsorum & unaqueq; sm aliquid corrumpitur ad alteram: & sm aliquid manet. & manet meo iudicio confuso esse & nō distincto: & hoc vocat Avicen. manere sm esse sm actum diminutum & non perfectum: non manere aūt sm esse distinctū & perfectum: & ideo dicit Averrois ꝙ non manet nisi sm potentiā: & non est sm rem contradictio aliqua inter istos duos viros: tamen nullo modo manent sm figuras. forma aūt mixti compositi & actus eius est fluens ex mixtione tali elementorum: sicut distinctum a mixto: & determinatum in generali: & sic breviter loquendo actus de potentia formali non materiali dico: & est actus ille sm esse simplex: & tamen in se habet virtutes mixtorum a quorum virtutibus causatur & educitur: nihil enim prohibet unum simplex esse multarum virtutum sicut in scientia prime philosophie habet ostēdi: sic enim omnis forma se habet ad priores ex quibus fluit ex causis primarijs. Vivere enim sic se habet ad esse & sentire: sicut se habet ad vivere & esse: & p istud iam fere elucescit totius istius q̄stionis solutio. Jam enim patet qualiter materia compositi differt a materia prima: & qualiter unius & eiusdē non sunt plures forme prout forma est finis & perfectio ultima distincta sm esse. hoc non solūmodo intelligitur ꝙ unius & eiusdē nō sunt forme multe: qꝛ forme incōfuse & indistincte sunt in materia sicut potentia propria ad formam ultimam: hoc autem qđ dicit ꝙ forme substantiales non intenduntur & remittuntur: est aliquo modo verum & aliquo modo falsum: forme enim que sunt perfectiones ultime iam in natura non intenduntur neq; remittuntur: & ideo etiam non cōmiscentur: talem aūt formam non habet elementum sm ꝙ est elementum: cum elementum diffiniatur ad compositionem: sicut patet ex predictis: sed potius nominat formam materialem & imperfectā: & ideo est remissibilis & cōmiscibilis forma sua: & hec est etiā causa quare ea retenta sm aliquem modum suscipere est elementum adhuc alterius forme: qꝛ non retinet eam nisi susceptibile prout efficitur habitus confusus cum alijs formis elementorum. Qđ autem dicitur ꝙ deberet hic homo retinere figuras non sequitur: qꝛ sicut diximus elementa propter hoc ꝙ sunt elementa non habent figuras determinatas: qꝛ figura est concomitās figuram substantialem perfectam: & ideo nō est vere figura nisi in animatis corporibus: in lapidibus aūt est sm minus: & ideo salvatur etiam esse lapidis confracta figura generationis eorum qđ non contingit in animatis. In elementis aūt nulla est: qꝛ qđ elementum est ordinatum ad susceptionem omnis figure: & ideo si haberet & retineret figuram haberet elementum formam substantialem manentē: & nullo modo cōmiscibilem: & corrupta figura elementi non maneret elementum: sicut Platonici dixerunt: sed qualitates & forme illius sunt facientes ad materie determinationē: & ad aperiendum cōmunitatem suam in cōmixto: & ideo manere opꝫ sm modum qui prius determinatus est. ¶ Ad hoc qđ primo queritur de contrarietate dictorum modorum dicēdum ꝙ nunq̄ probavimus ꝙ elementum haberet figuram naturalem: sicut figura est cōsequens figuram perfectionis ultime: sed taliter habet figuram que est naturalis ex motu suo & loco suo: & hec figura est que non accidit ei inquantum est elementum: sed inquantū est mobile ad locū ex gravitate & levitate: & hoc fundat super hoc qđ dicturi sumus in libro metheororum: ꝙ s. alio modo movent elementa ad mixtum & alio modo ad locum: per motum enim ad mixtum levia moventur ad gravia & econverso: per motum autē ad loca levia recedunt a gravibus & econverso: per hoc ergo patet solutio questionum.

Margin notes (left): Aver. hic cō|mēto. 67. — Aver. p̄mo d|generatione. cō|mēto.

Margin notes (right): Quomodo intelligitur formas substantiales non intendi neq; remitti. vide p hoc ēt Com. hic. cō. 67. — Alio mō movent elemēta ad mixtum & alio mō ad locum. 3.

¶ Cap. 9m. Qꝛ rationes sunt inconvenientes quibus attribuunt figuras quasdam elementis quibusdam.

Positiones autem philosophorum quas induxerunt dando elementis figuras non sunt convenientes qualitatibus elementorum sm ꝙ mobiles sunt que sunt gravitas & levitas neq; cōveniant virtutibus eorum sm quas agunt & patiuntur que sunt caliditas & frigiditas: humiditas & siccitas: nec etiam conveniant motibus & actionibus eorum: dixerunt enim ꝙ ignis figuratur figura sperica: & aliquando dixerunt ꝙ figuratur figura pyramidis: eo ꝙ iste due figure sunt velocioris motus & maioris mobilitatis q̄ alique alie figure angulose: & causa huius est qꝛ cum spera iacet in loco aliquo non tangit de superficie plana super quā iacet nisi in pūcto propter qđ facile volvitur & movetur. Similiter autem de pyramide qui non stat super basim: sed iacet super superficiem rotundam que continet ipsam sm longitudinem que est a basi usq; ad angulum eius que est in cono. tunc enim eadem de causa facile & cito volvitur qua facile volvitur spera. Similiter autem est de pyramide quando volvitur super punctum anguli quod est in cono eius. qꝛ

Margin note (right): Tex. c. 69.

tunc facilime volvitur sicut trochos: eo q quasi nihil impe-
ditur a corporis superficie super quam volvitur. hec ergo est
causa quare dederunt igni has duas figuras: ac si argueret sic
q est spericum vel pyramidale facile movetur: ignis facile mo-
vetur: q est spericus vel pyramidalis: ⁊ est sillogismus ex dua-
bus affirmativis in secunda figura: ⁊ peccant in se qr equivocum
est medium qr velocitas ex causa sperice vel pyramidalis figu-
re est velocitas circularis motus ⁊ velocitas ignis ex ordinatione
ad motum rectum. Iste enim velocitates si per causas efficien-
tes ⁊ formales diffiniantur: sicut naturales ⁊ reales debent
esse diffinitione non sunt eiusdem rationis: ex eisdem autem
rationibus aptabant igni easdem figuras propter proprie-
tatem eius combustivam: dicunt enim q qr combustivum est
penetrativum combustibilis ⁊ incisivum partium suarum undique q
ideo debet habere figuram sphericam vel pyramidalem qr
spera est tota quasi angulus unus: eo q in quolibet puncto
figurato est quasi applicatio duarum linearum curvarum equali-
ter in circuitu: ⁊ ideo tota spera est quasi angulus quidem
unicus ⁊ non magis penetrativa est figura q plurium angu-
lorum figura. similiter autem pyramidem dicunt esse quasi an-
gulum acutum: qr in cono habet angulum acutum ⁊ superficies eius
applicantur tote in ea sicut in angulo: ⁊ ideo tota pyramis pe-
netrat ad penetrationem anguli acuti ⁊ dicunt q ignis pe-
netrat ⁊ adurit ex suis angulis: ⁊ hec iterum ratio peccat sicut
prima. Est enim ac si sillogizarent omne spericum vel pyra-
midale: eo q est vel totum angulus acutus est combustivum ⁊
inflammativum: ignis est combustivus ⁊ inflammativus: er-
go ignis est spericus vel pyramidalis. Medium autem quod est
omne combustivum ⁊ inflammativum non causatur ab eo quod est
ad esse totum angulum vel esse totum acutum angulum: nisi per acci-

Tex.c.70. dens sicut patebit infra. ¶ Dicamus ergo contradicentes his
qui erraverunt in acceptione motus: q quamvis enim dicte due fi-
gure sint velocioris motus vel mobilitatis sicut dictum est ta-
men non est ratio velocitatis motus earum sicut est ratio velo-
citatis ignis: quoniam motus ignis directe est sursum ⁊ circu-
laris: motus autem istarum figurarum est circularis: sicut diximus

Dubium superius. ¶ Si quis autem obijciens dicit q etiam spera vel
pyramis possunt moveri directe sursum ad minus secundum mo-
tum qui dicitur involutio vibrationis sicut si spera manu sur-
sum moveatur: tunc enim involvendo se ascendit: ⁊ hoc modo
potest spera habere velocitatem univocam cum velocitate

Solutio motus recti. ¶ Dicimus ad illud q essentiale est spere ⁊ py-
ramidi circulariter ferri per accidens recte moveri: quan-
do autem datur figura alicui mobili tanquam causa motus sui:
datur ei sicut causa per se: ⁊ non sicut causa per accidens: ⁊

Tex.co.71 sic patet qualiter peccant rationes ipsorum. ¶ Amplius autem
figura terre secundum ea que dicta sunt talis est qualis eam facit
frigus grandinis quod est vehementis constrictionis: frigus
autem vehementis constrictionis est faciens figuram cubicam
ut dicunt: eo q orbis non movetur de facili: ⁊ hoc convenit ter-
re inquantum quiescit in medio. Sed contra hoc dicimus q
terra non quiescit in omnibus locis equaliter: sed in uno lo-
co tantum qui est locus suus hoc est centrum mundi: ⁊ motus ter-
re sine omni quiete est ex loco propinquo ⁊ remoto extra lo-
cum illum dummodo nihil prohibeat ipsam. Male ergo apta-
tur ei figura facta ex frigido constringente: qr figura equa-
liter ordinatur ad quiescere in omni loco: ⁊ terra non quiescit
nisi in uno loco. Similiter autem habent hec omnia elementa
que quiescunt in locis suis: ⁊ extra loca sua non moventur: ⁊
precipue in loco propinquo ubi motus est velocior q in alio
aliquo loco: ita enim facit ignis ⁊ terra ⁊ omnia alia: cum er-
go figura frigoris faciat quiescere: oportet q ignis quiescens
in loco suo habeat figuram frigoris constringentis extra lo-
cum suum habeat figuram motus: ⁊ similiter terra ⁊ quod-

Tex.co.72. libet aliorum elementorum. Amplius autem si ignis adu-
stionis causa sunt anguli cum omnis angulus est cum omni
angulo conveniat in natura communi: q s. angulus est erit
omnis angulus causa caloris licet causet calorem secundum plus ⁊ mi-
nus secundum q est acutior ⁊ rectior ⁊ hebetior: cum ergo omnibus
elementis attribuantur figure angulose omnia elementa erunt
calida ⁊ urentia secundum plus ⁊ minus: elementum enim octo ba-
sium ⁊ elementum duodecim basium ⁊ viginti basium: ⁊ sic de alijs
omnia sunt angulosa: ergo secundum plus ⁊ minus adurentia: figura
enim orbis dividit ⁊ penetrat: sicut dicit Democritus eo q
ipsa est unius de numero angulorum: sicut supra dictum est: ⁊ sic
elementa propter angulos sunt adurentia non distinguuntur
per calidum in communi: sed potius erunt calida ⁊ differunt in
calido secundum plus ⁊ minus. Dictum autem hoc falsum est ⁊ vanum:
qr sic non possunt facere generationem elementa: q falsum sit
⁊ vanum patet ex hoc qr cum angulus ponitur causa caloris per
se tunc sequitur corpora geometrica esse calida ⁊ adurentia
eo q habent angulos per se ⁊ differunt in hoc q plus ⁊ minus
eo q quoidam habent angulos impartibiles acutissimos si-
cut est angulus contingentie qui indivisibilis est per lineam
rectam sicut probatur in .15. theoremate tertij Euclidis: quos-
dam habent angulos maiores acutos dissimiles ⁊ quosdam
rectos ⁊ quosdam hebetes: ⁊ sic deberent esse calida plus ⁊ mi-
nus per eandem rationem per quam ponunt spericum ⁊ pyra-
midale calidum. Si ergo sic est q in geometricis corporibus
sunt partes angulorum acutissimorum qui non dividuntur per li-
neam rectam sic ad minus inquiremus ab eis quare cor-
pora naturalia calefaciunt ⁊ adurant ⁊ causant angulos: ⁊ non faciunt
hoc mathematici minus enim quod facere possunt est q red-
dant de hoc causam: nec potest aliquis respondere ad hoc quod
corpora naturalia habent comburere per esse angulorum q
habent in materia corpora autem mathematica cum in solo
sint intellectu ⁊ imagine non habent comburere quod esse ac-
cidit angulis: cum per esse quod habent in materia non distin-
guntur sed potius per essentiam quantitatis: ⁊ ideo si per esse
accidit hoc: tunc hoc convenit angulo per accidens: ⁊ sic non est
causa combustionis nisi accidentalis: ⁊ sic potest fieri com-
bustio non ex angulis: ⁊ ita male ponitur angulus causa com-
bustionis. Reputamus etenim nos verum esse q acumen an-
gulorum facit combustionem per accidens: ⁊ ideo non dicimus
q angulositas faciat combustionem. Isti autem non dicunt q
dixerunt mathematica extra naturam habere esse ⁊ habe-
re angulos ⁊ esse mathematica causam eorum que sunt in na-

Te.co.73. tura. Amplius autem tali utimur ratione cum res adurens sit
orbis ⁊ ignis ⁊ pyramis sic adurens: oportet q ignis sit or-
bis vel pyramis ⁊ argueret sic: omne adurens est orbis vel
pyramis vel utrumque: ignis est adurens: ergo ignis est orbis
vel pyramis vel utrumque: nos enim diximus ad hoc q ignis
ponitur adurens: ⁊ orbis similiter ⁊ pyramis ⁊ propter pene-
trationem ⁊ separationem ⁊ divisionem partium adustarum di-
cimus ergo q etiam si concedamus q orbis ⁊ pyramis di-
vidunt ⁊ separant non est tamen necessarium ut semper sepa-
rent ⁊ dividant homogenea sicut dividitur continuum. qr non est
necessarium ut sit orbis divisus ex orbe vel pyramis ex pyra-
mide prima divisione: ostendimus enim superius q talis
divisio est extra rationem omnino: divisio ergo orbis ⁊ pyra-
midis non conveniunt igni qr dividitur in ignes ⁊ ignis elemen-
tum quod similiter in homogenea ⁊ qui vult q divisio sit or-
bis ⁊ etiam pyramidis in homogenea vult impossibile: si-
cut qui vult q cultellus dividatur in duo quorum utrumque sit cul-

Tex.co.74. tellus: ⁊ serra dividatur in duo quorum utrumque sit serra. Ampli-
us admirabile videtur omnibus ignem figurari figura spere
vel pyramidis eo q dividit ⁊ separat cum ignis magis es-
sentialiter conveniat unire ⁊ aggregare q dividere ⁊ sepa-
rare: separat enim ⁊ corrumpit id quod est etherogeneum si-
bi: unit ⁊ congregat homogeneum sibi sicut facit calor natu-
ralis in corpore hominis qui unit ⁊ generat ⁊ terminat ho-
mogenea corpori etherogenea segregat ab alijs corrumpit
⁊ reijcit ea: cum ergo aggregatio sit sicut generatio ⁊ esse ⁊
segregatio sicut corruptio ad non esse erit igni essentiale con-
gregare: ⁊ accidentale segregare. Quando enim congregat
⁊ unit homogenea sibi: tunc segregat ⁊ corrumpit que sunt
etherogenea propinqua ⁊ permixta cum homogenijs: ⁊ ideo
aggregatio est aliquando sine segregatione: ⁊ segregatio numquam
est sine aggregatione cum igitur sit principali intentione con-
greget ⁊ secundario segreget: ⁊ tunc ad minus quando figura-
tum ignem per convenientia sui operis oporteret q darent
ei figuram convenientem utrique operationi sue vel ad minus figu-
rarent ipsum secundum convenientiam operis principalis quod est con-

Tex.co.75. gregare: hoc enim dignius attribuitur ei quod segregare: sicut
iam dictum est. Amplius autem cum calidum ⁊ frigidum sint
contraria in suis virtutibus que sunt sue qualitates: ⁊ tunc
non potest poni figura aliqua ab eis frigida: qr si attribue-
retur ei figura aliqua oporteret q illa esset contraria figure
que est causa calidi quia contrariorum per se ⁊ essentiales cau-
se sunt contrarie. nulla autem figura alicui figure est contra-

Congregare convenit igni prima ratione vide in 2° de genere [illegible]

ria: ergo nō potest frigidū habere figurā: ⁊ hoc est maximū inconueniēs. si enim vni eorū attribuit̄ figura: tūc omnibus attribuenda est. vel si vnū non habet figuram que est causa sue virtutis: tūc nulli est figura aliqua: cū omnia contraria sūt eiusdem generationis: ⁊ ex eodem ⁊ vno genere fiant.

Tex.c.76. ¶ Quidam aūt eorū videntes necessitatem istam studuerūt vt ponerent aliquam causam frigiditatis in elementis ⁊ ui xerūt contraria veritati ⁊ inconuenientia. Dixerūt enim ꝙ grossities ⁊ magnitudo partiū facit frigus eo ꝙ magnū nō penetrat in poros. verū ⁊ si illud esset causa frigoris: tūc cum calidū ⁊ frigidū sint opposita oporteret ꝙ paruitas ⁊ subtilitas que bene penetrant in poros essent causa calidi. sequeretur ergo ex hoc ꝙ calidū ⁊ frigidum diuersificant̄ in essentia sm̄ diuersitatem magni ⁊ parui ⁊ non sm̄ figurarū diuersitatem. Amplius in eadē specie figurarū inuenit̄ magna figura ⁊ parua: sm̄ dicta aūt ab illis in eadem figure specie nō erit magnū attributū igni: sed paruū igni ⁊ magnū frigori. ergo figura per speciem figure non est causa ignis ⁊ adustionis: q̄r magna figura est causa contrarij qđ est infrigidatio.

Tex.c.77. ¶ Sic ergo per ea que dicta sunt satis est ostensum ⁊ certificatū ꝙ elementa abinuicem non distinguunt̄ per figurarū differentias sicut per differentias essentiales propter inconueniētia omnia supra inducta. Cū aūt corpora prima differant suis qualitatibus que sunt calidū frigidū ⁊ humidū ⁊ siccū: ⁊ propter suas virtutes que sunt grauitas ⁊ leuitas ⁊ ꝓpter suas operationes essentiales que sunt motus ipsorū: tūc dicimus ꝙ vniuscuiusqꝫ singulariter sūt qualitates ⁊ virtutes ⁊ operationes essentiales quesite in eis sm̄ naturas eorū ex quibus est ipsorū differentia inquirenda: si enim harū scimus differentiam veram absqꝫ ambiguitate sciemus differentias elemētorū abinuicem: sed nos de illis in parte queremus in libro sequenti: ⁊ in parte differemus vsqꝫ ad scđm librū perigeneseos sicut diximus superius vbi etiā assignabimus causam: q̄re quedam istorū vsqꝫ ad illū librū sunt differenda.

¶ Incipit liber Quartus de celo ⁊ mundo. In quo agitur de graui ⁊ leui.

¶ Tractatus primus de natura grauis ⁊ leuis sm̄ opiniōes antiquorum.

¶ Cap. pᵐ. Que intentio libri: ⁊ q̄liter procedendū est in eo.

Tex.c.1. Tempus autē nunc requirit vt queramus nūc de leui ⁊ graui ⁊ exponamus vtrūqꝫ per diffinitionē ꝓpriā: ⁊ ostendamus que sit natura vtriusqꝫ: ⁊ qua de causa elementa sunt informata virtutibus his: q̄r inquisitio de motibus localibꝰ elementorū: de quibus nos hic intendimus ꝓpria est per ꝯgregationem harū virtutū: ⁊ si bene cognouerimus distinctionem harū virtutū in elementis tūc sciemus numerū elementorū prout nobis competit particulariter certificari numerū verū eorū in hac scientia libri in qua querimus de mobilibus sm̄ locū sicut in principio primi istius libri de celo ⁊ mūdo retigimus. ¶ Cū nos aūt dicimus velle inquirere de causis leuis ⁊ grauis non intēdimus nisi de causis formalibus. eo ꝙ hec principia sunt perpetua: ⁊ non habēt causas efficientes naturales.

Tex.c.2. Vide Comē. pro hoc hic in cō. pmo. ⁊ pōdera q̄re dixerit talem. pro quo vide Comēta. in .2. c. de sub̄a orbis vbi pꝫ intelligētiā esse causam efficiētem ⁊ cōseruātem respectu celi ⁊ respectu motus eius. 3.

¶ Anteq̄ aūt inquiramus de his virtutibus oportet determinare quid significat̄ per nomina ista: vnde dicimus ꝙ nihil in natura vocat̄ graue vel leue: nisi res cui inest virtus actiua vt moueat̄ motu naturali recto: q̄r cū grauitas ⁊ leuitas sint nature grauiū ⁊ leuiū: ⁊ natura est principiū motus intrinsecū: oportet ꝙ leue ⁊ graue diffiniant̄ ad motū quem formaliter faciūt in graui ⁊ leui: non indigentes ad hoc motore extrinseco: sicut indigerent si essent virtutes passiue. Omnis enim virtus passiua motore eget extrinseco: per quē efficiat̄ in actu sicut est videre in principio potentia geometricante: qui nequaq̄ geometricabit sine doctore mouēte extrinsecus: geometer aūt habēs habitū ⁊ geometricans sm̄ actū non indiget extrinseco doctore mouente ipsum: ⁊ educente ipsum de potentia ad actū q̄r habens istū habitū agit cū voluerit: ⁊ omnino eodem modo in eo ꝙ est graue sm̄ actū sm̄ cōparationem ad motū descendendi: ⁊ de leui sm̄ actū sm̄ comparationem ad motū ascendendi. Ab antiquis aūt non inuenimus nomina propria posita que nominent has formas ⁊ suas operationes sicut actiones nominibus proprijs nisi aliquis velit in cōmuni vni ⁊ eidem nomini ⁊ dare formā ⁊ eius actione sicut frequentissime antiqui operam ⁊ virtutem nominant nomine eodem ꝙ aliquando quidem est frequentius nomen ꝓpriū operationis ⁊ secūdario conuenit habitui: eo ꝙ actio notior est apud imponentes nomina sm̄ sensum: aliquando aūt est nomen propriū habitus sed secundario conuenit actioni habitus illiꝰ. ⁊ hec impositio rarior est: q̄r accepta est ab eo qđ est prius sm̄ intellectū: ⁊ hāc prioritatem vulgus nō multū considerat in impositione nominū. Aliquando aūt inuenit̄ propriū nomen habitui ⁊ aliud impositū actioni eiusdē: ⁊ hec etiam impositio nominū conuenientissima est quando potest haberi: sed antiqui antiquiores ante nos non ita subtiliter distinxerūt: ⁊ vniuscuiusqꝫ nomen propriū adaptauerūt ⁊ si nos vellemꝰ fingere nomina tūc oporteret ꝙ nomē actionis deriuaret̄ vel demonstraret̄ a nomine habitus sicut a calido trahit̄ calefacere: ⁊ sicut dicit̄ agere ab actu: eo ꝙ sicut formaliter vel actio vel operatio cōueniūt rei in forma ⁊ essentia: ita etiam conuenientia debent esse in nominibus ⁊ differentia in hoc ꝙ vnū dicit formam inquirere: ⁊ aliter in motu ⁊ tempore: ⁊ tūc diceremus ꝙ leuis est leui re: hoc est agere sm̄ leuitatem ⁊ grauis est graui re hoc est agere sm̄ grauitatem sed q̄r non habemus ꝓpria nomina operationū istarū ideo intendentes alijs noībus dicimus ꝙ leuis est mouere sursum ⁊ grauis est mouere deorsum circūloquēdo significantes harū virtutū operationes ꝓprias. Oēs enim antiqui naturales ꝯceditur tractauerūt de graui ⁊ leui tanq̄ conficti essent ne hoc in scđo mobiliū esset tractandū de his: eo ꝙ viderūt hoc esse principiū motus nālis contracti ad materiam mobilis sm̄ rectū. ⁊ ideo tota supposita sūt ab eis tanq̄ fundamenta ⁊ prima de q̄bus tractatur: eo ꝙ conueniūt simplicibus corporibus: ⁊ per illa conueniunt omnibus alijs que componūtur ex illis: ꝫ aūt omnes antiqui de his fecerūt mentionem non tamen diffinierūt sufficienter aliquod istorū nisi paucissimi inter eos: q̄r non sūt loquuti nisi de graui ⁊ leui dictis sm̄ cōparationem exceptis paucis qui tetigerūt graue ⁊ leue absolute sed dixerunt de eis diminute qđ dixerūt: vel omnino dixerūt falsum nullatenus afferentes sermonem exquisitū ⁊ sufficientem de duobus istis. vtile autem reputo referre omniū sermonem eorū de duobus istis in primis ⁊ deinde inuestigare ea que querenda sunt de eis inquisitione perfecta: ⁊ post omnia tūc demum dicere sententiam nostram de istis.

¶ Cap. 2ᵐ. De distinctione simpliciter leuis ⁊ grauis a leui ⁊ graui per comparationem dictis.

Tex.c.3. Primū aūt de his que inquirenda sūt vtrū dicatur graue ⁊ leue absolute ⁊ sm̄ diffinitiones suas essentiales an dicant̄ in comparatione ad aliquid aliud tm̄. Comparatiue enim loquentes de graui ⁊ leui dicimus ꝙ aliquando ꝙ res vnius nature comparatur sm̄ grauitatem ita ꝙ vna alteri est equaliter grauis vel grauior altera q̄ altera: sicut gratia exempli dicimus es graue grauius esse ligno: cū tamen vtrūqꝫ sit vnius nature grauis aliquando autem dicimus esse in ligno: cum tamen vtrūqꝫ sit vnius nature. Aliquando autem dicimus leue absolute ⁊ graue absolute: ⁊ tūc sunt contrariarū naturarum. Primi autem philosophantes nihil omnino dixerunt de graui ⁊ leui absolute neqꝫ diffiniunt ea prout simpliciter opponuntur: sed diffiniunt graue ⁊ leue sm̄ comparationem dictam. Non enim inueniunt̄ diffinisse hoc prout sunt contrariarū naturarū simpliciū nec retulisse aliquid per hūc modū de ipsis: sed potius grauius ⁊ leuius diffinierunt prout prius diximus.

Tex.cō.4. Vt autem nos melius dicta antiquorū ⁊ facilius comprehendamus volumus diffinire ea sm̄ ꝙ absolute dicuntur diffinientes ea sic dicendo: ꝙ de numero corporū simplicium sunt que sempiterne mouentur ad medium: de numero eorūdem sunt que sempiterne mouentur ex medio sursum. Quecūqꝫ autem mouentur ex medio mouentur ad locum qui simpliciter est sursum: ⁊ non quo ad nos tm̄ ⁊ illa sunt leuia: ⁊ quecunqꝫ mouentur

Nota de nominū impositione diuersitatē multiplicem.

ad id qđ est medium mundi mouetur ad locũ qui simpliciter est deorsum: & illa sunt grauia. Sũt autem quidam vulgo in nullo differentes qui negant aliquid in mũdo esse simpliciter sursum: & aliqđ in mũdo esse simpliciter deorsum: errantes & viam vere scientie non inuenientes: tales autem fuerũt primi philosophantes qui parũ dignitatis adhuc habere potuerũt vltra vulgi conceptionem: & ideo dixerunt nihil in mũdo esse sursum vel deorsum simpliciter sed per comparationem ad nos tm̃. videtur enim isti mũdũ sphericum esse: sphericũ autem est simile per totũ & ideo dixerũt in eo nõ esse sursum vel deorsum sm̃ aliquam diuersitatem spere: sed si sunt in mũdo iste differentie non sunt in eo nisi sm̃ comparationem factam ad nos. Si autem isti verũ dicerent. tũc possibile esset q ambulãs in loco vno aliquo pedes haberet ad terram: & in alio loco ambulans pedes haberet ad aerem: in orientem enim ambulans pedes figit super terram & hemisperiũ inferius est subtus pedes suos per centrum vsq ad inferius celi hemisperiũ: & tũc sm̃ idem esse in occidente rũ pedes suos necesse sit inferius esse: oportet cõuerti pedes suos contra inferius hemisperiũ. & tũc conuertetur ad aerẽ: & caput eius conuerteretur ad terram: & sic ambulans in vno loco sicut in orizonte opposito modo ambulat q̃ ambulat in alio loco sicut in occidente: ita q non conuertantur pedes eius contra locũ pedũ priorem sed opposito modo eo q sic est inferius ad nos: aer enim qui est sub terra inferior est quo ad nos q̃ ipsa terra & celi hemisperiũ inferius est quo ad nos q̃ ipse aer: & ideo cũ homo ambulet conuertendo pedes inferius: tunc oportet q conuertat apud antipedes pedes ad aerem & non ad terram: hoc aũt inconueniens declinantes nos vocamus orizontem mũdi sursum. & dicimus q ipse locus qui est ibi est prior & dignior in natura simpliciter sursũ est respectu aliorũ locorũ: & similiter sursum vel deorsum dicta simpliciter priora sm̃ naturam sunt sm̃ comparationem dictis: ex illo aũt concludimus q si in mũdo est orizon & mediũ sm̃ naturam tũc oportet absq dubio in mũdo sit aliqs locus simpliciter sursum: deorsum: & hoc modo ostendimus simpliciter in primo superiorũ librorũ per hoc q motus localis rectus non potest esse infinitus sed ad aliquem finem necessario.

Tex. c. 5. Et hoc qđem confitentur multi antiquorũ lz nõ satis firmas ad hoc inducant rõnes: & illi etiam aliqualiter viderũt graue & leue dici absolute: firma aũt non est ratio eorũ eo q putauerũt celũ non esse nisi hemisperiũ: siue hemisperiũ & non conuenire totũ sed tm̃ continere de terra id qđ est super nos: non enim putabant celũ esse rotũdũ sed factũ esse per modũ semicirculi: dixeruntamen q superius illius est sursum & centrũ qđ est in medio diametri eius est deorsũ & ex dicto eo qđ sequitur q nõ vbiq iuxta circũferẽtiam est sursum eo q non vbiq est circũferẽtia neq vbiq in medio est deorsum sed sm̃ nostrũ hemisperiũ tm̃: & tamen si hoc concedamus tũc sequitur q est simpliciter leue qđ mouetur ad locũ simpliciter sursum: & simpliciter graue id qđ mouetur ad locũ qui simpliciter est deorsum id aũt qđ est sm̃ cõparationẽ ad aliqđ est graue vel leue est quãdo due res sunt equaliter vnius nature sm̃ causas magnitudinis & spissitudinis sue: & tamen earũ vna mouetur velocius altera siue inferius siue superius: illi aũt non possũt esse simplices: quia in simplicibus non potest esse q ille que sunt magnitudinis & spissitudinis eq̃liter differant in velocitate maiori & minori: omnia enim simplicia eq̃lia & eq̃liter spissa sũt equalis velocitatis: quando aũt fuerint diuersarũ specierũ sicut es & lignũ & huiusmodi & fuerint cõposita tũc potest esse q sint inequalia sm̃ velocitatem & tarditatem: magnitudinem aũt voco dimensiones equalis quãtitatis: & spissitudinem equalem dico que sũt equalis grossitiei vel subtilitatis sm̃ spissitudinem & raritatem: hoc est sm̃ equaliter habere partes propinque sm̃ finitũ vel remote.

Tex. c. 7. Sic ergo diffinitis graui & leui absolute sm̃ comparationem dictis dico q plures eorũ qui tractauerũt de his duabus naturis non tractauerũt de ipsis nisi sm̃ q dicũtur comparatiue dixerũt enim querentes de duobus quorũ mot⁹ est equalis in hoc qđ est ad eũdem locũ & inquirũt causam q̃re vnũ mouetur velocius alio descendendo: hoc aũt est q̃rere de graui & leui sm̃ comparationem dictis tm̃: & non absolute: & quando dixerũt graue & leue sm̃ comparationem dicta: tũc opinati sũt rationem distinctionis de differentia inter graue & leue absolute dicta. cũ tamen sermo distinctionis eorũ in his sm̃ comparationem dictis non sit cõueniens diffinitionibus eorũ sm̃ q absolute dicũtur.

Cap. 3m. De improbatione opinionis illorũ qui dicebant causam leuis & grauis esse compositam ex superficiebus & ex athomis.

Tex. c. 8. Ut aũt melius habeatur notitia dictorũ volumus ostendere sermones antiquorũ de graui & leui & exponere eos per rationes quas induxerũt: dicimus ergo q quidã antiquorũ dixerũt graue & leue vnius nature & eiusdem esse quantũ ad componentia: & illi graui & leui & econuerso distinxerũt in hoc q dixerũt quodlibet vtrũq ipsorũ compositũ sit ex similibus per naturam tamen graue differt a leui: q: graue componitur ex multis similibus: & leue componitur ex paucis ac si leue & graue non differant nisi per multitudinem & paucitatem componentiũ ea que sũt similia in natura: sicut gratia exempli dicitur differre grauius frustũ plũbi a minus graui: eo q lz vtrũq componatur ex similibus partibus plũbi cũ in grauiori est plus partiũ plumbi & in minus graui sũt pauciores similes partes: similiter aũt est de re grauiori & min⁹ graui: & hec qđem est opinio Platonis in timeo: sic enim dicũt de omnibus similibus in specie quorũ vnũ est grauius alio qđ grauius per hoc q est grau⁹. q: illius substantie habet partes plures: & minus graue per hoc q est minus graue quia eiusdem substantie habet pauciores partes. Idem aũt dixerũt de ligno & plũbo dicentes quippe nihil aliud plũbũ esse grauius ligno nisi q de partibus grauibus habet plus q̃ lignũ: opinantur omnia corpora componi ex similibus que sunt superficies: & naturam vnam & eandem esse omniũ eorũ: & de hoc quidem lz sic esse opinentur preter visum opinantur: q: visus testificatur quodlibet compositorũ resolui in plura que sunt diuersarũ specierũ: & etiam videmus quedam que de grauibus habent plus aliquando non descendere: & precipue in aqua non descendit lignũ magnũ & graue: & quedam de grauibus habent multo minus descendere in eadem q: paucos in aqua videmus submergi lapides. Testimonium ergo visus in vtroq est contra istos sm̃ hanc tamen scientiam: & per hanc causam distinxerũt inter grauius & leuius nihil dicentes de graui & leui absolutis: huius aũt contrariũ videmus: q: in rebus simplicibus inuenimus ignem esse leuem sempiterne leuitatis: siue comparetur ad aliud siue non. & ideo semper mouetur sursum & videmus terram & res compositas in q̃bus abũdat terra esse sempiterne grauitatis siue comparentur ad aliud siue non: & ideo semper mouentur deorsum: si aũt hec ita se habent tũc non est verũ q propter dispositionem paruitatis aut paucitatis triangulorũ superficierũ ex q̃bus elementa sm̃ Platonicos componũtur mouetur ignis superius. q: si esset sicut ipsi dixerũt: tũc ignis multus & magn⁹ deberet esse tardus in ascendendo eo q ex multis componitur triangulis: & ignis paruus in ascendendo deberet esse velocior: eo q ex paucis triangulis habet compositionem: huius aũt totũ videmus contrariũ: q: quanto maior est ignis tanto ascendit velocius: & quanto est minor tanto deprimitur facilius & ascendit tardius.

Tex. c. 9. Amplius aũt si corpus leuius est leue: ideo q: ex homogeniis paucis componitur & grauius: ideo est graue q: cõponitur ex multis homogeniis: & dicatur rum hoc q ignis & aer & aqua & terra componuntur ex triangulis & non differũt in grauitate & leuitate nisi sm̃ multitudinem & paucitatem triangulorũ: ita q quedam eorũ sũt leuia & grauia propter dictam causam tũc multus aer & magnus debet grauior esse aqua pauca & parua: q: multus aer sm̃ Platonicos ex pluribus triangulis componitur q̃ aqua parua: sed hoc ergo velocius descendit multus aer deorsũ q̃ parua aqua: & pauca aqua velocius sursum ascendit q̃ multus aer: hoc aũt est contra sensum: dicto ergo modo distinguũt graue & leue Platonici sm̃ dictũ modũ diffiniunt.

Tex. c. 10. Alii aũt non consenserũt in distinctionem hanc nec inquisiuerũt de causa leuis & grauis per modũ qui dictus est. sed distinguũt eam per aliam causam q̃ sit illa quã intenderunt dare Platonici: & melius dicunt illi q̃uis sint antiquiores Platonicis: & hoc rarũ est philosophantibus: q: posteriores

Posteriores perspicaciores esse consueuerunt. Com. meum propter hec coniectio. ii.

perspicaciores esse consueuerūt ꝙ priores eo ꝙ posteriores iuuantur rationibus eorum qui precesserūt eos. Nos etiam vidēmus ꝙ quedam corpora spissiora sunt aliis ⁊ huius causam melius possunt dicere antiquiores qui ponūt athomos ꝙ posteriores qui ponunt superficies ⁊ videmus ꝙ corpora dura valde que spissa sunt multum ⁊ constrictos habent poros esse grauiora ⁊ in permutatione sua ⁊ velocius descēdere licet habeant superficies pauciores. Sic ergo ostensum sit ⁊ certificatū ꝙ leue ⁊ graue non causat ex multitudine compositionis partium homogenearū vel paucitatem earūdem, quia si vtraque causaretur ex illis tūc graue ⁊ leue non essent inequaliter spissa sed tm̄ differrent multitudine ⁊ paucitate superficierum ⁊ essent equaliter spissa eo ꝙ superficies cū superficie alia non applicatur ita ꝙ aliquid remaneat vacuū inter duas superficies sed continue vnde omne corpus esset spissum ⁊ nullum rarū si ex superficiebus corpora componerentur. Si aūt comparationem volumus facere inter istas duas opiniones: tunc dicemus ꝙ illi qui componunt ex partibus indiuisibilibus ita ꝙ dicūt ea componi ex primis figuris superficierū que nō diuidūtur in homogenea figuris illis: sicut in tertio libro superiori ostendimus non possūt reddere causam differentie leuis ⁊ grauis neque in simplicibus neque in compositis: nō enī possūt dicere ꝙ causa huius differētie sit magnitudo ⁊ paruitas superficierū quia tūc quanto maior esset superficies tanto grauior esset in corpore cui componitur quod omnino impossibile ⁊ non intelligibile est ꝙ superficies differant propter grauitatem ⁊ leuitatem. Illi autem qui cōponunt corpora ex athomis corporibus tres dimensiones habentibus sicut faciunt Democritus ⁊ Leucippus possunt reddere differentiam grauis ⁊ leuis in simplicibus que quidē est intelligibilis licet sit falsa. Sed causa reddita in simplicibus que non esset in compositis: secundum illos enim differūt athomi per magnum ⁊ paruum: ⁊ dicunt ꝙ corpus simplex compositum ex magnis semper est graue vt terra ⁊ aqua compositum autem ex substantialibus ⁊ paruis athomis semper est leue vt ignis ⁊ aer. Sed in compositis non est possibile reddere hanc causam differentie: corpora enim composita ad sensum differunt ad modum quem dicemus ⁊ hoc est quia videmus multa corpora parua in quātitate ⁊ composita minoribus athomis sicut est es ⁊ precipue aurum esse grauiora corporibus maioribus compositis ex grossioribus athomis sicut est lana. Aurum enim plus habet de partibus aque ⁊ ignis cū sit calidū ⁊ humidū ⁊ liquabile ⁊ lana plus hʒ de partibus terre cū nihil horum accidit ei: athomi aūt aque ⁊ ignis minores sūt ⁊ subtiliores athomis terre secundum Democritum ⁊ Leucippū.

Cap. 4m. De improbatione opinionū illorum qui vacuū ⁊ plenum dixerunt esse causam grauitatis ⁊ leuitatis

Tex. c. 13.

Antiquorum autem alii diuersificati sunt in causa grauis ⁊ leuis ab his qui prenominati sunt dicentes vacuum esse causam leuis ⁊ plenum esse causam grauis cum autem ponentes vacuū sint bipartiti sicut diximus in quarto physicorum: ⁊ quidam eorum dixerunt vacuū esse separatum a corporibus: ⁊ quidam eorum vacuum esse imbibitum ⁊ profundatum esse in corporibus ⁊ ideo rara esse ⁊ porosa illa corpora sicut fuit Xutos philosophus quidam: quidam alii fuerunt illi qui vacuum causam esse leuis dixerunt de numero illorum qui posuerunt vacuum imbibitum esse in corporibus ⁊ profundatum in ipsis ⁊ hec opinio tres habuit diuersitates quarum vna fuit qui dixit ꝙ leue est quod constat ex maiori vacuo ꝙ ad minus leue siue habeat partes plures pleni siue pauciores siue equales. Alia autem fuit que dixit ꝙ leuius est quod constat ex maiori vacuo ⁊ pleno minori ꝙ aliud quod est minus leue ꝙ ipsum. Tertia vero fuit que dixit ꝙ leuius est cuius proportio sui vacui ad plenum maior est ꝙ proportio vacui alterius ad plenum quod est minus leue ꝙ ipsum: has autem omnes diuersitates suis locis in hoc capitulo intēdimus improbare sed postponere intendimus rationes huius secte que dixit vacuum esse causam leuitatis: dicunt autem omnes isti ꝙ vacuum quod est in corporibus impellit ea sursum sicut mouēs corpora ⁊ per hoc motum cum ipsis ⁊ hoc iterum dicunt esse verum donec forte se multa corpora magna in quantitate sunt leuiora aliis minoribus eo ꝙ in magnis de vacuitate est plus ꝙ in minoribus sicut patet ex magna spongia ⁊ paruo plumbo. Hanc enim dicunt esse causam ꝙ aliquando corpora leuiora sunt maioris spissitudinis hoc est quantitatis ⁊ mensure ꝙ illis sint cōposita ex equalibus in numero partibus corporibus minoribus ⁊ grauioribus que tot habent partes corporis per naturam sicut illa: ⁊ vt vniuersaliter dicatur isti dicerūt ꝙ causa leuitatis corporum ab aliis partibus corporalibus grauioribus equalibus sibi per naturam partium componentium est vt plus de vacuo sit in leui ꝙ in eo quod est minus leue licet sit compar in numero componentium ⁊ secundum hūc modum dixerunt ꝙ vna res est leuior vel grauior alia.

Tex. c. 14.

Illis autem contradicentes dicemus vacuum maius causam esse leuitatis diminute dicunt ⁊ si daretur eis ꝙ non dicerent falsum quicunque enim distinguunt causam datum datarum virtutum siue potentiarum per vacuū maius ergo esse causam leuis sed vt addāt ꝙ hoc est leuius quod habet de vacuo plus ⁊ de pleno minus siue de corporeitate minus ꝙ idem dicimus cum pleno si enim hec non addiderīt sequitur ex dictis eorum leue non esse leue: confitentur enim illi ignem omnem esse leuem eo ꝙ in ipso maius est vacuum ꝙ in alio quocunque corpore: ⁊ sequitur in expositione eorum manifestus error vt scilicet magnum aurum leuius sit igne paruo: eo ꝙ secundum ipsos plus inest ei de vacuo: accipiemus enim paruum ignem ⁊ constat ꝙ in illo est aliquid corporis pleni ⁊ multiplicia illius corporeitatis accipiantur in magno auro quantitercunque quantitatis voluero. Cum enim aurum multiplex sit ad ignem oportet ꝙ multiplex sit vacuum quod est in auro ad vacuum quod est in igne paruo: ⁊ sic aurum magnum leuius est igne paruo ⁊ est contra sensum: ergo falsum fuit ⁊ diminutum quod dixerunt vacuum profundatum in corporibus tm̄ esse causam leuitatis: vt autem melius pateant antiquorum positiones sciendum ꝙ quidam antiquorum vacuum esse in mundo isto omnino negauerunt licet concederent ipsum esse extra mundum: ⁊ illi etiam nullo modo penitus aliquid de grauis ⁊ leuis causa distinxerūt sicut Empedocles ⁊ Pythagoras. Quidam autem de numero eorūdem negantium esse vacuum distinxerunt inter causam grauis ⁊ leuis sicut multi alii philosophi verūtamen non dederūt causam grauis ⁊ leuis absolute ⁊ simpliciter dictorum ita ꝙ dicerent quare quedam simpliciter ascendūt sursum ⁊ quare quedā simpliciter descendunt deorsum ⁊ tales fuerūt qui dixerūt componi corpora ex superficiebus vel ex athomis ⁊ illi non potuerūt dare causam quare quedam corpora maiora in spissitudine siue quantitatis sint leuiora quibusdam aliis minoribus in quantitatis spissitudine sicut supra diximus de plumbo paruo ⁊ spongia magna: quāuis enim locuti sunt isti de causa leuis ⁊ grauis in corporibus inequalibus causam nullam dederūt ⁊ hoc quod dixerūt contrariatur ei quod videmus oculis: quia videmus maius corpus aliquando leuius esse paruo: ⁊ quo ad hoc sufficientius dixerunt ponentes vacuū quia illi ex dictis suis causam dederunt illius quod diximus sicut manifestū est ex predictis. Redeamus aūt ad propositum

Tex. c. 16.

dicentes ꝙ omnes illi qui tm̄ leuitatis ignis dixerūt esse vacuū aliquo tamen supradictorum modorum inconuenienter dixerunt si enim dixerunt causari leuitatem ignis primo modo ex multitudine scilicet vacuitatis que est in igne tunc necessario sequuntur eos sententie impossibiliū multorum a quibus exire non possunt. Et si dixerūt secūdo modo scilicet ꝙ causa leuitatis ignis est ex hoc ꝙ plus habet de vacuo ⁊ minus de corporeitate siue de pleno iterū sequitur impossibile: videmus enim ꝙ licet vniuersaliter comparando extem ignē ad equale quodcūque aliud corpus in igne sit plus de vacuo ⁊ minus de corpore siue pleno tamē sicut superius diximus in igne multiplici ad terram paruam est plus de corporeitate ꝙ sit terra parua: ⁊ tamen ignis magnus ⁊ multus leuior est terra parua ⁊ pauca ⁊ plus vel minus de pleno non facit graue vel leue nec etiam plus de vacuo facit leue vel graue sicut diximus supra. Adhuc autem dicentibus causam grauitatis ⁊ leuitatis esse plus de pleno vel plus de vacuo contingit non diffinire absolutum leue vel absolutū graue sed comparatū tm̄ ꝙ diffiniūt ipsum cū permixtione contrarii: quod enim habet plus de vacuo habet aliquid de pleno contra-

rio qd habet plus de pleno habet adhuc de vacuo cõtrario: si per illas diffinitiones graue ⁊ leue simplicia non distinguunt sed aut ad aliud impossibile: si enim grauius est in quo est plus de pleno cum in magno igne sit plus de pleno q̃ in parua terra sequitur magnum ignem esse grauiorem q̃ paruam terram qd est contra visum: si autem dixerũt q leuitatis maioris causa est habere intus plus de vacuo sequitur aliquid graue simpliciter qd simpliciter quo ad omnes partes sui magnas ⁊ paruas mouet deorsuz leuius eo qd simpliciter est leue ⁊ ſm omnes sui partes magnas ⁊ paruas mouet deorsum: quia sicut supra diximus sequeret magnaz terrã esse leuiorem paruo igne: ⁊ hoc est incõueniens quia leue simpliciter semper est leuius in oibus suis partibus q̃ sit id quod est simpliciter graue ⁊ motũ semp deorsum licz nõ econtrario: quia non omne leuius aliquo est simpliciter etiã leue ⁊ absolute. Res enim grauitatem habentes aliquãdo cõparant in leuitate sicut dicere cõsueuimus aquam leuiorem esse terra ⁊ aerẽ esse leuiorẽ aqua: cum tamen ⁊ aer ⁊ aqua habeant grauitatem in locis suis sicut infra ostendemus. Si aũt dixerũt ſm tertium modũ superius determinatũ esse causam leuitatis ⁊ grauitatis hoc est q proportio vacui ad plenoz in vno sit sicut proportio vacuĩ ad plenũ in alio. ad hoc q ſm equaliter leuia ⁊ grauia vel q sit proportio vacui ad plenũ in vno ⁊ tunc vnum illoꝝ erit leuius ⁊ alteꝝ grauius: dicemus q licz illud aliquo modo sufficientius sit q̃ duo modi prehabiti tamen per hoc euadere impossibilia non possunt: licz enim ex isto posset aliquo modo ſm hominẽ ⁊ ſm rem causari simpliciter leue ⁊ simpliciter graue tamen cõsequunt impossibilia multa q̃libet possumus dicere q simpliciter leue est cuius vniuersaliter quo ad omnes partes est proportio maior vacui ad plenũ q̃ sit aque vel aeris vel terre: ⁊ simpliciter graue est cuius quo ad omnes partes proportio minor est vacui ad plenum q̃ alioꝝ: sequitur tamen ex sermone illorũ impossibile alio modo in igne enim paruo ⁊ in igne magno equalis proportio vacui ad plenum: quoniam sicut se habet proportio vacui ad plenum in igne paruo: sic se habet proportio vacui ad plenum in igne magno. Si enim decupla in vno decupla est etiam in alio: ⁊ sic de aliis proportionibus. Similiter aũt se habet pportio vacui ad plenũ in terra magna ⁊ in terra parua. Sequitur igitur ex hoc vt que sunt equalis ſm pportionem sint equalia ſm grauitatem ⁊ leuitatem: ⁊ que sunt equalia ſm grauitatem ⁊ leuitatem: sint equalis ſm velocitatem ascẽdendi sursum vel descendendi deorsuz: ergo equaliter ſm velocitatem ascenderet ignis magnus ⁊ paruus: ⁊ equaliter ſm velocitatem descenderet terra parua ⁊ magna: ⁊ similiter est de aliis grauibus ⁊ leuibus paruis ⁊ magnis. Cuius aũt cõtrarium videmus oculis cuz aspiciamus ignem magnum velocius ascendere paruo ⁊ aurũ vel plumbum magnum velocius descẽdere paruo.

Tex. c. 17. ¶ Amplius aũt impossibile est dicere q vacuitas sit causa mouens sursum id quod vocatur leue nisi ita q etiam ipsa moueat sursum eodem motu. Cum aũt mouetur sursum non mouetur a pleno sed vacuo. Cum enim vacuum sit distantia tres habens dimensiones non potest mouere aliquid quando est pfundata in corpore nisi moueatur: ⁊ sic idem erit totum mouens seipsum totum qd est improbatuz in principio septimi physicoꝝ. Adhuc aũt etiam si non fiat vis in hoc: ⁊ si dicerẽt illi q de aptitudine vacui est mouere sursum: ⁊ de aptitudine pleni est mouere deorsum ea que componuntur ex pleno vacuo: tunc adhuc diminute dicunt isti causam leuis ⁊ grauis. Non enim sufficit inquirere ⁊ determinare ſm hec qualiter res componuntur ex vacuo ⁊ pleno: ⁊ sequunt motum alterius ipsoꝝ: sed opz inquirere quare non separatur vnq̃ vacuum a pleno simplicia enim que componunt aliqua separari habẽt ſm naturã: ⁊ si deberet vacuum esse separatuz a pleno ⁊ vacuum debet esse simpliciter motuz sursum ⁊ plenum simpliciter motũ deorsum: ⁊ hoc non dixunt quia sicut dictum est ante isti ponũt vacuum non esse separatum sed profundatũ in corpore falsum est etiã insuper quia si vacuũ esset simpler causa leuitatis simplicis tũc id qd nihil est esset causa eius qd principium est motus in natura.

Tex. c. 18. Amplius autem impossibile est vt ponatur vacuo locus ad queꝫ moueat vel ad quem moueatur: hoc est q si ipsa vacuitas non sit locus. Si enim vacuũ dicatur mouere vel moueri ſm locum: tunc opz necessario vt assignetur ei locus ad quem moueat naturalr vel moueatur ⁊ ille erit naturalis: ⁊ tunc sequitur q oppositus isti loco sit violentus ⁊ qualiter locus nãlis ⁊ violẽtus attribuatur vacuo impossibile est fingere volentibus. Amplius autem queratur ab his que causa sit motus ipsa vacuitas ⁊ qualiter mouet vacuitas seipsam hoc enim necesse est dicere si vacuuz mouet q vacuũ etiã moueatur: non enim possunt dicere q plenuz ⁊ corporeitas moueatur a vacuo ⁊ non vacuum: quia illa mouentur motu opposito motui vacui vt diximus superius. Qualiter autem dicatur causa motus vacuum non potest intelligi: quia non sunt in natura nisi quatuor cause quarum vacuum nulla est omnino: ⁊ etiam si esset causa non esset naturalis ideo opinio de pleno ⁊ vacuo omnino est irrationalis ⁊ falsa.

Tex. c. 19. ¶ Amplius aũt altercationes disputationum que sunt contra istos qui dicunt vacuum esse causam leuis: ⁊ plenum esse causam grauis: sunt etiam contra illos qui ponunt causam leuis ⁊ grauis athomos differentes per magnum ⁊ paruum sicut fecerunt Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ similiter contra eos qui ponunt causam grauis ⁊ leuis partes mensore que sunt linee ⁊ superficies: licz non omnia impossibilia que sunt contra vnam opinionem sunt etiam contra aliam tamen in hoc cõueniunt q accidit his omnibus tribus opinionibus q non possunt ex dictis suis assignare causam leuis ⁊ grauis absolute dictorum: sed assignant tñ causam leuis ⁊ grauis per comparationem acceptorum. Licz enim tertia pars eorum qui dixerunt vacuum ⁊ plenum esse causam leuis ⁊ grauis videtur dicere causam grauis absolutorum in hoc qd dicit q est illud leuissimum in quo est maxima proportio vacui ad plenum ⁊ hoc grauissimum qd habet econuerso proportionez: tamen absq dubio ſm rei veritatem non dicit quia nullũ est adeo vacuum dũmodo aliquid habeat de pleno q ipsuz nõ contingat accipi magis euacuari: ⁊ ideo ſm eos omni leui est accipere leuius ⁊ omni graui est accipere grauius. Sed graui simplici nõ est accipere grauius in natura: nec leui simplici est accipere leuius sicut nec albo simplici omnino est accipere albius quia simpler leue ⁊ simpler graue sunt in termino leuitatis ⁊ grauitatis nihil habentia de permixtione contrarii. Cum igitur illi non dicunt nisi causam leuioris ⁊ grauioris multi alii dicunt causam ipsorum sicut supra ostendimus: ⁊ quo ad hoc idem accidit omnibus tribus dictis opinionibus. Isti enim qui dicunt plenum ⁊ vacuũ causam esse leuis ⁊ grauis ponunt q materia ⁊ subiectum in quo radicantur iste virtutes que sunt leuitas ⁊ grauitas sit multũ quoddam eo q dicunt ipsa esse contraria scilicet vacuuz ⁊ plenum: dicunt enim q proximum subiectum leuis est vacuum: ⁊ proximum subiectum grauis est plenum que sunt multa ⁊ contraria. Qd aũt id impossibile accidat his tribus opinionibus sic probatur. Omnes enim cõuenisse in hoc q materiam ⁊ subiectum harum virtutum ponũt esse aut vnũ aut multa que sunt contraria: si autem ponunt materiã que est subiectum harum vnum in natura: sicut faciunt dicentes athomos aut superficies triangulas: tunc constat ex omnibus que superius diximus: contra has opiniones disputauimus q nihil erit graue absolutum nec leue absolutum omnino. Si autem materia horum dicatur esse multa ⁊ cõtraria sicut dicunt auctores vacui ⁊ pleni: tunc iterũ nil erit graue absolutum aut leue absolutum quia necesse est q illa contraria sint circa subiectum vnum in natura ⁊ forma: ⁊ sic iteraz sequitur q idem in natura ⁊ forma qd subiicitur contrariis differat in plus habendo de vacuo vel de pleno: ⁊ sic sit leuius vel grauius quia sic idem erit aliquando leue ⁊ aliquando graue: ⁊ cum vacuum semper ponatur esse permixtum pleno ⁊ plenũ vacuo nihil erit absolute graue ⁊ absolute leue. Si autem non sunt extrema in leuitate ⁊ grauitate: tunc etiam non poterunt inueniri media inter leue ⁊ graue absoluta: quia illa non sunt nisi per compositionem extremorũ: media aũt sunt causa quare sunt quedam res grauiores ⁊ quedam leuiores: ⁊ sic nulla res neq leuis est neq grauis: neq leuior neq grauior.

¶ Cap. 5m. De improbatione opinionis que dicit causam leuis ⁊ grauis esse rarum ⁊ densum.

Pater

Tex. cō. 20.

PReter autem dictas opiniones est opinio quarta de causa leuis ⁊ grauis illorum qui posuerūt magnitudinem corporis ⁊ eius paruitatem esse causam grauitatis ⁊ leuitatis vocantes magnitudinem ⁊ spissitudinem: grauitatem ⁊ leuitatem: ⁊ subtilitatem siue raritatem corporis paruitatem appellantes: ⁊ horum sermo lȝ sit vanus ſm rei veritatem dicendam de causa leuis ⁊ grauis tamen est sufficientior omnibus tribus opinionibꝰ inductis. Est enim valde receptibilis cordi humano eo ꝙ multum concordat ei qđ ſm sensuum attestationem cognoscitur. Nos enim omnia grauia ⁊ spissa videmus sicut terram ⁊ terrena corpora et omnia leuia videmus esse rara ⁊ subtilia ⁊ istud isti dicunt ꝙ nos videmus ꝙ quatuor corpora vocata elementa differunt in grauitate et leuitate ſm modum differentie eorū in grossitie ⁊ subtilitate siue densitate ⁊ raritate que isti magnitudinem ⁊ paruitatem appellant: sed tamen hic sermo istorum vanus est: quia absq; dubio si quis subtiliter consideret dictum eorum idem inconueniens accidit istis qđ accidit illis qui dixerunt vnum solum esse elementum siue id sit vnum de extremis sicut ignis vel terra: siue vnum de medijs sicut aer vel aqua: siue etiam quintum preter hoc ꝙ sit medium inter aquam ⁊ aerem ⁊ terram ⁊ ignem: dicunt enim omnes isti ꝙ illud elementum qđ dicunt esse omniū aliorum producit ex se aliam differentiam raritatis ⁊ spissitudinis siue grossitiei ⁊ subtilitatis: quia ad easdem res significandas vtitur. Hoc enim necessario isti dicunt ꝙ vnū sit adhuc primum elementum ſm naturam ante spissum et rarum: ⁊ postea manens in substantiali forma diuersimode raro ⁊ denso ⁊ efficiatur tunc graue ⁊ leue: ⁊ tunc idem accidit his impossibile qđ accidit illis qui omniū corporū materiam elementalem posuerunt vnam ⁊ hoc inconueniens est vt concedant ꝙ nulla res grauis est absolute neq; leuis absolute sicut nos ostēdimus supra vbi disputauimus cōtra eos qui posuerunt elementum esse vnumquodcunq; sit illud. Amplius autem si vnum ⁊ idem sit diuersificatū per rarū ⁊ densum tunc sequitur iterum ꝙ nihil mouetur ex sua forma sobtili sursum vel deorsum sed semper expulsū a suo contrario sicut frigidum expellit calidū ⁊ econuerso: quia tunc non potest dici ꝙ simpliciter per substantiam motū sursum fit ad locum sue generationis ⁊ conseruationis: sed potius vnum ⁊ idem est per formam elementalē: quia mouetur sursum quando coartatur a spissis partibus inferius ⁊ mouetur deorsum quando expellitur a raris partibus inferius eo ꝙ contrarie forme se mutuo expellunt. ¶ Sequitur etiam ſm istos ꝙ multa subtilia composita ⁊ coniuncta in vnum sunt grauiora rebus paucis coniunctis grossis que illi magna vocant. Si autem hec ita se habent tunc sequitur ex sermone illo ꝙ aer multus aut ignis multus sit grauior ꝙ̄ aqua pauca aut terra pauca. hoc autem impossibile esse ostensum est supra: ⁊ contingunt hec omnia impossibilia ex hoc ꝙ isti dicunt vnam materiam in forma esse elementi subiectam his contrarijs que sunt spissum ⁊ rarum vel vacuum ⁊ plenum: tunc enim sequitur ꝙ idem elementū mouetur sursum ⁊ deorsum: ⁊ hoc non potest esse ſm naturam: ⁊ ideo oportet ꝙ sit ſm violentiam: nec est euadere aliquo modo ex dictis inconuenientibus ei qui ponunt vnam materiam in forma esse elementi subiecta his cōtrarijs que diuersificāt corpora prima que nos vocamus elemēta: ⁊ ideo oportet ꝙ nos dicamus materiam primā non in forma elementi esse ante elementa per naturam: ⁊ non per esse: sed postꝙ̄ illa materia acceperit esse elementi per formam elementalem. tunc ad elementum simpliciter est ꝙ fertur sursum ⁊ aliud qđ fertur deorsū per virtutes que sunt in ipsis quarū vna est grauitas ⁊ altera leuitas. ita ꝙ ille forme simplices sunt priorum corporum simplicium: isti ergo sunt sermones ⁊ similes quos attulerunt primi loquentes de graui ⁊ leui ⁊ ſm modum qui dictus est retulerunt causam grauis ⁊ leuis.

¶ Sequitur Tractatus Secundus Quarti Libri.

¶ Tractatus Secundus Quarti Libri de Celo ⁊ Mundo qui est de graui ⁊ leui ſm veritatem.

¶ Cap. pᵐ. De ordine dicendorum eorū: ⁊ quare quedam mouentur sursum quedam deorsū qđ est principium considerationis grauium ⁊ leuium.

Tex. cō. 26.

ENumeratis talꝰ opinionibus ⁊ ostēsis inconuenientibus que accidūt eis trāseūdū est ad loquēdū de graui ⁊ leui ſm opinionē nostrā. Intendamus igit̃ distinguere vtrūq; ipsoꝝ per verā ipsorū diffinitionē ⁊ facere de vtroq; tractatū exquisitum qui sufficiēs sit ad sciēdū naturas ⁊ opa ⁊ passiōes ipsoꝝ sed qꝛ pncipiū cognoscēdi virtutes mouētes est ab operatiōibꝰ ipoꝝ quo ad nos ideo videtur nobis pmo esse determinanda questio quā ingrūt multi de operationibꝰ istaꝝ virtutū sunt eni queda que tm̄ mouentur deorsū ⁊ quedā que mouent̃ sursum ⁊ deorsum ſm aliquē modū sicut elemēta media cognita eni causa huius motꝰ cognoscemus leue simplr̃ ⁊ simplr̃ graue ⁊ leue cōparatum ⁊ graue cōparatū ⁊ per ꝯ̄ns naturas: sciemus eni totam ex istaꝝ virtutum quadruplici diuersitate ſm ꝙ cognoscibilis est in scia istius libri post determinationem. igit̃ huius questionis dicēdū erit de graui ⁊ leui ita ꝙ vtrūq; determinandum erit per ꝓpriam eius diffinitionē ⁊ declaranda sunt ꝓpria ipsoꝝ accidētia que sunt vestigia quedam cognitionis ipoꝝ. ⁊ qua de cā vnūquodq; ipsoꝝ accidit elementis ⁊ hijs que cōponuntur ex eisdem. Ad qōnē illaꝫ ergo qua queritur quare quedā corpoꝝ primoꝝ mouent̃ sursum ⁊ quedā deorsum dicemus rńdentes pmo ex causa finali que est vera rei perfectio materie ꝙ causa est qꝛ loca illa ad que mouētur corpora simplicia sunt perfectiōes ipsoꝝ cū eni vnūquodq; moueat̃ ad perfectionē que conuenit sibi: opꝫ ꝙ mobile ſm nām etiā ad locū quem aptitudie nature desiderat sicut ad finem perficientē moueatur. sed tamē sciendū est multiplicem esse perfectione. Perficit enim forma ⁊ perficit actus siue actio forme forma quedā perficit sicut finis eius que est in potentia. operatio aūt que est finis forme est ab ipsa sicut a causa: ⁊ hoc modo perfectio est motus eius qđ mouetur aliquo modo: vel forte verius est qꝛ est perfectio iperfecta que est via in perfectione forma aūt perfectio est simpliciter ⁊ aliqū est perfectio sola ⁊ aliquando cū accidētibus sibi inseparabilr̃ adiunctis sola quedā est ipsa perfectio gn̄ationis ⁊ gn̄ati cū adiunctis autē sibi accidētibus in subiāntialibꝰ est perfectio eius qđ mouetur ad locum a generante: qꝛ quantū dat ei generans de sua forma tantū dat ei de accidentibus inseparatis cōcomitantibus formā que sunt motus ⁊ locus: ⁊ huius exemplū dat Alpharabius in oleo lāpadis ꝙ quātū accipit de forma ignis tantū accipit de motu ⁊ loco ignis vsq; dum totū euolat de lampade. ergo modo locus est finis eius qđ mouet̃ ad locum: hoc aūt verificatur in exemplum aliorū motuum: sicut enim est in generatione ⁊ alteratiōe sic est in loci mutatione. Cum aūt sint tres motus sicut dictū est in quinto physicoꝝ. quorum vnus in quātitate: secūdus in forma qualitatis ⁊ tertius in loco generatio enim nō est motus sed mutatio tunc manifestū est ꝙ quolibet istoꝝ motuum est ex contrario in contrariū qđ est perfectio rei ⁊ forma ⁊ finis: ⁊ si est ad medium est ad ipsum sicut ad finem ⁊ sicut ad contrariū eius ex quo est motus: non enim est motus ad motum neq; ad qđcunq; aliud sicut diximus in quinto physicoꝝ sed ad id qđ est perfectio eius qđ est in potētia ⁊ finis hoc aūt idem patet ex consideratione mouentiū. Nō enim quecunq; mouent sed sunt motores determinati qui per se mouent in quolibet motu sicut in physicis determinatum est: in motu enim per se verum est ꝙ sicut alterabile qđ mouetur in alteratione est preter augmētabile qđ augetur ⁊ distinctum ab eo ita alterans per se distinctum est a per se agēte ⁊ taliter distiguere habemus in motu locali: qꝛ nō oē mouēs localr̃ mouet quocūq; motu locali. Si aūt hec ita se hūt ⁊ cōcessū fuerit ꝙ sursū ⁊ deorsū sunt ꝯ̄ria in loco existētia. tūc opꝫ necessario ꝙ mouētia ad duo loca per se sicut ad fines motuū suoꝝ sunt graue ⁊ leue pcipue cū id qđ p se mouet̃ sursū vel deorsū. ⁊ id qđ est graue potētia vel leue po-

Tex. cō. 22.

tetia: ex his enim necessario sequitur quod motus elementorum ad loca sua est motus ad formas suas & ad suos fines quia idem est motus ad formam & ad locum sicut docuimus in .8. physicorum: & idem est movens in ipso cum id quod movetur per se est in potentia ad locum cum autem in potentia per accidens tunc non est idem: & tunc etiam non indiget movente per se. sed potius movente quod est removens prohibens & tunc idem movet & movetur licet non sit idem quia leve vel grave inquantum est forma quedam & inquantum eadem forma habet esse in materia & ita hyle movetur: & tunc movens est motum per accidens sicut supra diximus quando aliquid se movet motu eius quia movet sic nauta movet se motu navis quam movet & hoc non est contra id quod in principio septimi est determinatum quia sic non movet continuum seipsum nec pars movet totum sed potius motor est distinctus a mobili non quidem per subiectum & esse sed per essentiam & diffinitionem: hec autem omnia manifesta sunt ex predictis. Secundum hunc igitur modum qui dictus est de motu locali qui ad suum locum est sicut ad finem & ad suum simile & ad simile eius quod movet intelligendum est id quod antiqui philosophi dixerunt quod scilicet simile tendit ad suum simile in motu suo quia id quod desiderat aliud non desiderat ipsum nisi per hoc quod similitudinem habet cum ipso contrarium quippe fugit contrarium & corrumpit ipsum & non intelligitur sic quod totum moveatur ad totum vel pars ad totum sicut quidam errantes dixerunt non enim terra movetur ad terram in quocunque loco fuerit si enim poneretur terra in orbe lune & esset aliqua eius pars inferius pars non moveretur ad totum sed totum potius ad partem eo quod forma extra suum ubi non est completum in eo quod non est conflictum in loco suo naturali qui est unum de accidentibus inseparabilibus forme perfecte: & ideo moveretur tunc terra inferius ubi inveniet perfectionem finis completa que est in loco forme tali debito: similiter autem est in igne ut generaliter loquatur in omni toto & parte que non habent secundum naturam diversum motum sed potius unicum & hoc quotiescunque totum & pars sunt homogenea secundum naturam: tunc enim secundum modum dictum pars movetur ad locum totius & econverso Amplius autem hoc ipsum taliter possumus demonstrare quia enim orizon est continens ea que moventur sursum & similiter medium quod est spatium inter superficiem aque continens est omnia que moventur simpliciter deorsum & continere est actus forme erit locus aliquid simile forme utrumque enim continetur & ad utrumque est motus eius quod est in potentia preterquam unum continet extra & alterum intra: & sic oportet quod aliqua pars ultimi superius & aliqua medii inferius est sicut forma rei dico autem aliqua pars ultimi superius propter hoc quod non totum continens corpus est forma sed potius forme contrarium: sed potius superficies ultima que includit et tangit id quod locatum est in ipsa & eadem superficies adhuc non est simile per hoc quod est superficies corporis continentis sed potius per hoc quod est terminus locati erret loris illa enim superficies si referretur ad id cuius est superficies habet formam contrariam locato que forte corrumpit locatum si autem referatur ad distantiam loci cuius ipsa est terminus secundum quod est locus habet in se proprietates & vires perficientes & conservantes & continentes locatum & si forte aliqua pars alterius corporis moveatur infra ipsam corrumperet hoc modo: orizon enim est locus ignis: & medium mundi est locus terre sicut diximus in quarto physicorum si autem locus ad quem est motus simile per naturam sicut forma dans esse quia id quod est in potentia habitata adhuc est simile illi ad quod est & per illam similitudinem movetur ad ipsum sic ergo iterum constat ad id quod per se movetur ad locum movetur ad ipsum sicut ad simile & sicut ad formam in locis extremis in mediis autem idem est omnino: aqua enim per hoc quod locatur in aeris ultima superficie similitudinem habet cum illo & aer cum ultima ignis superficie que est concavum ignis & similiter est descendendo: quia aer hoc modo similis est aque sicut locatum locatori aqua similis terre sed habens modum similitudinis adinvicem sic non habet ignis & terra sed distant sicut forma & materia cum enim locus sit in similitudine forme erit locatum per oppositum in similitudinem materie: & ideo locatum movetur ad locum sicut materia ad formam ignis igitur in numero elementorum tamen locus existens erit sicut forma tamen: & terra in corpore elementorum tamen locatum existens erit sicut materia tamen: nec erit ignis loco terre: & ideo terra non movetur ad ipsum nisi intelligatur de loco communi non proprio ad quem etiam corpus locatum non movetur nisi gratia alicuius partis eius sicut diximus glebam moveri in celum quia movetur in terra que est in medio celi.

Tex. 5.

Nota quod locus est conservativus locati.

¶ Obiicit autem Themistius hoc dicens quod non videtur esse causa id quod pro causa motus ad locum est assignatum si quis enim querat quare sanabile sanatur. & respondeatur quia aptum est sanari: vel quia aptum est moveri ad sanitatem nullam enim omnino taliter respondendo reddit causam. ¶ Et hoc quidem quod ostendit Themistius verum est in compositis in quibus multa sunt moventia ad sanitatem & multi modi sanationis sed in simplicibus perfecta responsio est quia in illis movens non est nisi unum & unicum habet finem: & ille redditur per aptitudinem moventis vel mobilis quando convertitur quare grave movetur deorsum & respondetur quia natum sit moveri ad hunc finem cum enim sit principium in ordine illo non habet ante se aliud per quod certificatur & sic inconveniens est in primis simplicibus motus ad locum responsio inducta ad questionem predictam.

Obiectio Themistii.

Solutio

¶ Cap. 2m. De convenientia & differentia motus localis simplicium corporum ad motus alios.

Ex predictis autem patet convenientia & differentia motus localis elementorum ad alios motus quoniam querit quare leve movetur sursum & grave deorsum similis est ei qui querit quare sanandus sanatur & non alteratur dicimus enim ad hoc sicut prius quod omnis res movetur ad perfectionem sibi convenientem: & ideo cum antiqui omnem motum alterationem putaverunt dixerunt verum quod omnis res ad conveniens sibi & simile & perfectum alteratur & non aliam sicut verbi gratia si accipiatur augmentabile per se: hic enim alterabitur ad magnitudinem & longitudinem qui terminus est sue quantitatis secundum naturam: & non ad aliud & in hoc aliud convenit res mote omnes quod omnis motus alteratio ab antiquis vocatur: quia alie sunt que alterantur secundum rationem et genus quantitatis: & alie que secundum genus & formam alterantur qualitatis & alie que alterantur per consequens ubi & loci tamen secundum quod dictum est omnes conveniunt in hoc quod alterantur ad conveniens quod est finis eorum & aliquid quod aliquod simile forme per naturam: & in loco id quod alteratur localiter hoc modo quod est leve alteratur ad sursum & quod grave est alteratur ad deorsum sicut ad finem convenientem sibi per naturam.

Tex. co. 24.

Cum autem in hoc conveniant omnes motus differunt tamen omnes motus alii a motu locali recto simplicium corporum quia motu locali recto simplicium est principium motus ex seipso & de intus sicut movens est grave & sicut movens est leve: sicut enim diximus in precedentibus in hiis quando sunt actu non moventur nisi sint extra locum violenter & tunc non habent movens extra nisi hoc quod removeat prohibens sed tamen id quod est grave tendit ad locum per moventem formam gravis & levis que sunt in ipso gravi & levi quando autem in potentia ad locum per se: tunc habet extra movens generans & id non movet nisi dando formam gravis & levis tamen & quantum largitur de forma gravis & levis tantum largitur de motu: & tunc iterum proxime movens est forma gravis & levis data a generante: & sic est iterum intrinsecum ei quod movet id quod movet sursum vel deorsum sicut patet ex hiis que sepius dicta sunt: in motibus autem aliis non est ita quod in illis movens non de intus in eo quod modo sed de foris sicut est in eo quod sanatur & in eo quod augetur licet enim aliquis quandoque sanetur per naturam sine medico vel aliquo movente: extrinsecus tamen in talibus sanans membrum non est intraneum membro sanato sed potius est sanans cor: & sanatum est aliud membrum cuius cor nulla pars vel forma est Et similiter est in augmento: quia licet aliquod aliud sit sibi intraneum: tamen augens propter quod est cibus nec est pars nec est forma membri aucti secundum quod augetur per ipsum sed potius advenit ei extrinsecus ita quod licet non sit extrinsecum animali: est tamen extrinsecum membro quod augetur per ipsum per hoc etiam patet solutio sophistarum que hic possunt obiici contra ea que diximus secundum hec que dicta sunt ea que alterantur & augentur permutantur ex seipsis hoc est essentialiter cum pacto motu alicuius moventis extra ipsa existentis: ita quod unum suscipit sanitatem & alterum nutrimentum debitum secundum naturam & sine illo extrinseco movente non movetur aliquo modo & hoc cognoscere possumus in hoc quod res una & eadem recipit sanitatem

Nota veri intellectum decreto de motu gravium & levium vide Commentatorem 4. celi 2. & 8. physicorum.

tatem ⁊ infirmitatem est tamen non posset intelligi ꝙ vna ⁊ eadem res moueat se ad vtrunq; istorum q̄a sm hoc idem essentialiter moueret ad contraria si est modo: sicut sananda ab infirmitate non recipit sanitatē: ⁊ si mouetur sicut infirmanda sanitatem tunc recipit infirmitatem ⁊ cū non possit idem esse sanans ⁊ infirmitatem faciens sm formā oportet ꝙ mouens ad vtrunq; istorum sit extrinsecum ei qđ mouetur: in graui aūt ⁊ leui nullo modo similiter est in eis principium mouens ⁊ manifestius ꝗ̄ in alijs motibus eo ꝙ est intrinsecū: ⁊ huius quedam causa est q̄a in hoc est materia ⁊ potentia grauis ⁊ leuis propinquissima est substantie perfecte grauis ⁊ leuis: graue enim ⁊ leue generanł cum substātia: q̄a ignis ⁊ terra non habent aliam generationem dantē grauitatem ⁊ leuitatem ꝗ̄ illam que dat eis perfectionem ⁊ substantiam: ⁊ ideo hic ⁊ potentia grauis est hic potētia terre ⁊ sm tempus que non antecedit vna aliā: ⁊ sm eē sunt propinquissime: quia materia in substātia est via in accidētia inseparabilia continuata illi substantie ⁊ signū illius est motus leuis ⁊ grauis qui statim cū substantia incipiēte incipit sine aliquo interuallo temporis: motus enī localis est rerum perfectarum sm substantiā: ⁊ ideo quantū inest de substātia tantū inest de mouente sm locum: ⁊ de ipsa loci mutatione: cū enim motus localis in omnib⁹ generatis est virimus eo ꝙ consequitur substantiam oportet necessario ꝙ ipse sm substantie rationem sit primus ⁊ proximus substantie: ita ꝙ inter substantiam ⁊ mouens sm locum ⁊ motū ipsū non est mediū: ⁊ q̄a ista sint coniūcta sicut non potuit motus localis habere mouens extraneum sed intraneum: alia etiam accidentia que accipiuntur per alterationē ⁊ augmētum non sunt ita propinqua substātie: ⁊ ideo oportet ꝙ habeat mouens extraneum extra substantiam mobilis: nō sic tamen est de motu processiuo qui est ab anima sicut est alibi dictum: ista ergo est conuenientia ⁊ differentia motus sm locum naturalem ad alios motus qui sunt alteratio ⁊ augmētum: ex dictis autem non sequitur ꝙ idem moueat seipsum essentialiter: ⁊ ꝙ idem sit mouens ⁊ motum sicut male dixit Plato: lʒ mouens enim totum sit idem mobili toto: tamen differt per essentiam ⁊ diffinitionē sicut superius diximus: ⁊ ideo non idem mouet se per se sed per accidens. Cōtra autē que dicta sunt opponit Joānes sophista. n. ꝙ si ita est ꝙ forma leuis ⁊ grauis datur cū substantia grauis ⁊ leuis ⁊ motus localis absq; interuallo temporis coniungitur his duobus: ⁊ tunc in his que generantur inuenitur actus quē nō precedit potentia sm tempus: quoniā motum sm locū nō precedit potentia ad motum in eodem mobili sed mot⁹ concomitatur potentiam: ⁊ hoc est contra Aristo. in. 9. pme philosophie vbi dicit ꝙ potentia tempore precedit actū in eodem generabili. Sed ad hoc dicendum ꝙ absq; dubio potentia motus sursum non precedit motum sursum in eodē sm formam sed in eodem sm materiā: vnde non precedit motum sursum in igne sed in solo elemento ex quo generał ignis. Similiter potentia motus deorsum non precedit motum deorsū in terra: sed in eis quo fit terra: ⁊ sic soluitur sophisma Joannis.

Joānis grāmatici sophisma. vide Cōmentatorem hic cō. 24. ⁊ 8. phy. cō. 4. ⁊ 3.

Cap. 3[m]. De causa efficiente motus grauis ⁊ leuis.

Tex. cō. 25.

Ex que dicta sunt magis apparebit si q̄si ad propositū reuertentes ꝯsideremus non tm̄ causam finalem sed etiam cām essentialem mot⁹ grauis ⁊ leuis: videmus enim oculis ꝙ aqua quando permutał per generans ad formā aeris ꝙ sic etiam permutał ex forma grauis ad formam leuis ⁊ cum illo continue eleuatur sursum ⁊ dicitur esse leuis: ⁊ est sm rei veritatem non q̄dem antēꝗ̄ eleuetur sursum: sed fit leuis eleuando sursū ⁊ est leuis quando est sursum: si autem hec ita se habent: manifestum est ꝙ aqua primo est potentia leuis: deinde a generante ipsā in forma aeris permutatur vsq; quo fit actu leuis: ⁊ tūc est sursum et ideo sursum esse non sequitur formam leuis tempore sed ordine cause: vnde etiā mouetur tantum in locū sursū quantum habet de forma leuis sm mensuram ⁊ qualitatem forme leuis ⁊ grauis ascendit altius vel descēdit profundius: sic ergo patet ꝙ omne qđ sic mouetur sm locum mouetur a generante: sicut a mouente primo ⁊ essentialiter: hec igitur causa motus terre ⁊ aque ⁊ ceterorum elementorū naturalium motorum ad sua loca quando nihil fuit prohibēs ipsa si sunt in potentia ⁊ motu ad locum essentialiter ⁊ per se: cū autem habent aliquid prohibens tunc non indigent mouente per se: sed per accidens qđ sit remouens impedimentum: ⁊ hoc quidem in simili videre possumus: quoniā quando per nutrimentum sanans mouetur ad sanitatem idē mouens dat formam nutrimenti membro nutrito ⁊ cū hoc accidens ꝙ consequitur nutrimentum qđ est sanitas ⁊ vnum non dat ante ⁊ reliquum post: ⁊ ideo in forma nutrimenti ⁊ sanitati tali non indiget nisi vno motore nisi aliquod sit prohibens: ⁊ si aliquod sit prohibens sanitatē non indiget nisi remouente prohibens illud quod est mouens per accidēs: ⁊ tunc nutrietur ⁊ saluabitur. Sed tamen est differentia inter prohibens in motu locali ⁊ prohibens in motu nutrimēti conferentis sanitatem: quia in motu locali aliquod est prohibens accidens qđ datur cū forma sicut motum ⁊ locum qđ non prohibet formam dantem grauitatem ei qđ mouebitur: sicut patet in eo qđ prohibet lapidem descēdere ⁊ nō prohibet ipsum a consecutione grauitatis: sed motum sanitatis collate per nutrimentum non potest aliquod prohibere nisi prohibeat vnum cum altero. Est tamen simile in hoc ꝙ in vtroq; motu ab eodem mouēte est forma ⁊ accidēs cōiunctum forme. sic enim omne qđ mouetur non mouetur a seipso vt a primo motore: sed potius a generante ipsum per se ⁊ ab eo qđ resistit ei prohibenti motū eius ⁊ remouet ipm a presentia eius: mouetur autē etiam ab eo aliquando per accidens qđ intendit contrarium eius sicut dicimus ꝙ imēsum frigidum expellit calidum aliquando: sed de tali mouēte non loquimur hic: sed potius de generante ⁊ firmante eē eius qđ mouetur sicut diximus in scientia libri physicorum qui precedunt libros istos sm ordinem scientie naturalis. In octauo enim physicorum determinamus ꝙ vnumquodq; corporū mobilium habet motum a quo non moueł nisi ab alio a se dicto donec perueniatur ad mouens primum qđ nullo modo mouetur: mouens enī aliud est a mobili eē ⁊ diffinitione vel diffinitione tm̄: sic igitur determinatū est iam sufficienter causa efficiens ⁊ etiam finalis mot⁹ omnis eius qđ mouetur sm naturam: ⁊ que sit intētio vniuscuiusq; elementorum in motu quo mouetur ad locum suū: quoniam intentio sua non est nisi assimilatio sui ad suam perfectionem que debetur ei sm naturam.

Cap. 4[m]. De diffinitiōibus simpliciter grauis ⁊ leuis vel per comparationem dictorum.

Tex. cō. 26.

Quia ergo de causis motus localis sufficienter habitum est nunc consequenter loquendū est de diffinitionibus leuis ⁊ grauis ⁊ de accidentibus que accidunt vtrisq; ⁊ de causis accidentiū. Incipiemus ergo in primis ⁊ differemus graue ⁊ leue diffinitiōe manifesta quo ad nos ad visum. Dicimus ergo ꝙ graue absolute acceptum ⁊ similiter est ꝙ subsidet quiescendo sub omnibus vniuersi corporibus. Leue aūt absolute ⁊ simpliciter acceptū est qđ natat quiescendo super omnia generaliter corpora que rectū habent motū absolute ⁊ simpliciter dicta intelligo grauia vel leuia ea que sm totū genus suū sunt grauia ⁊ leuia ⁊ in cōparatione ad omnia ⁊ talia sunt ea que nō simul habent leuitatem ⁊ grauitatem sm comparationē ad diuersa corpora sicut media habent elementa. Cum autē in prehabitis in primo istius tractatus capitulo diffinierimus graue ⁊ leue per mot⁹ suos: ⁊ hic differamus ea per suas contrarietates reputamus istas diffinitiones veritati propinquiores ꝗ̄ alias propter duas causas quarum vna est: quia actu graue ⁊ actu leue non mouentur nisi per violentiam qua remouentur a locis suis quietes autem ipsorum in locis suis nullam habent ante se violentiam. Secunda autem causa est: quia sicut diximus in q̄rto physicorum. lʒ quies sit priuatio motus: tamen res in qua quiescitur est finis mot⁹ ⁊ eius qđ mouetur: ⁊ ideo diffinitio data per motū quietis est data per finem perficientem que est cōuenientior: diffinitio ꝗ̄ illa que datur per motū qui est actus imperfectus ⁊ rei imperfecte vt in tertio physicorum ostensum est. Cum autem diffinimus has duas quietes vel virtutes per quietes vel per motus oportet ꝙ effectus vel operationes harū virtutum sumantur pro differentijs complentibus eas eo ꝙ no-

bis aliter differentie earum non manifestantur: sic ergo diffinitis leui ⁊ graui simpliciter dictis dicimus ꝙ gratia exempli ignis est semper leuis: qđ quidem probatur ex hoc ꝙ quecunq; quantitas eius vel pars eius accipiatur siue magna siue parua semper inuenitur moueri sursum si non fuerit aliud prohibens eam ⁊ econtrario. Dicimus terram esse grauem simpliciter eo ꝙ quecunq; quātitas siue pars eius accipiatur semper mouetur deorsum: ⁊ quanto maior est ignis tanto est velocior ascendendo sursum: ⁊ quanto est minor ignis tanto tardior est mouēdo sursum: ⁊ similiter est de terra per contrarium motum deorsum. Sic ergo diffinita sunt graue ⁊ leue absolute ⁊ simpliciter accepta graue ⁊ leue per cōparationem dicta habent vtraq; istarum virtutum per comparationem diuersam non enim habent eas per cōparationem sicut medij colores habent extremorum formas: quia si ita esset tunc media elementa essent cōposita ex terra ⁊ igne sed habent istas virtutes simplices non multiplicatas nisi per cōparationem ad elementa superiora ⁊ inferiora: quia cōparatione superiorum sunt grauiora ⁊ cōparatione inferiorum sunt leuia: cum tamen inclinatio eorum ad motum sit a virtute simplici nō composita nec tamen intelligendū ꝙ virtutes eorum sint relationes que secundum totū esse suum sint ad aliud: quia secundum hunc modum distinguerentur elementa per absolutum ⁊ relatū: ⁊ nō per qualitates eiusdem generis. Ad hoc autem si sic esset tunc relatio esset causa motus localis qđ falsum est omnino: ⁊ ideo sciendum has virtutes esse simplices qualitates in medijs elemētis: qđ probatur per hoc ꝙ sunt vnius simplicis loci sicut finis: quia aer mouetur ad locum concauū ignis qui est vnus locus simplex: ⁊ aqua mouetur ad concauum aeris qui est etiā locus simplex. Sed tunc questio incidit qualiter dicantur elementa esse media ⁊ virtutes eorum dicantur virtutes medie. Et ad hoc dicendum ꝙ media sunt ratione loci ⁊ quietis ⁊ motus sui: ⁊ non ratione compositiōis alicuius. ⁊ tale medium semper est simplex ⁊ non respicit extrema nisi per cōparationem: ⁊ hec est causa quare ista elementa dicuntur leuia ⁊ grauia per comparationem leue enim ⁊ graue dicitur de his per modum ⁊ modum. hoc est per diuersos modos comparationis: qui modi non faciunt diuersam rem sed potius diuersum modum comparationis ad extrema: videmus enim aliquod corpus simplex supernatans: qđ tamen est grauius igni qđ est aer: ⁊ non dicimus ipsum esse grauius igne nisi quia quelibet eius pars siue sit magna siue sit parua subsidet sub igne ⁊ econuerso videmus aliqđ simplicium qđ subsidet ⁊ tamen est leuius terra sicut aqua cuius omnis pars leuior est terra: ⁊ hec ista per comparationem grauia ⁊ leuia sunt: dicitur tamen respectu aliquorum simpliciter hoc est vniuersaliter grauia: ⁊ respectu aliquorum vniuersaliter leuia quando vnū comparatur alteri: aer enim in omnibus partibus vniuersaliter supernatat aque ⁊ sic dicitur vniuersaliter leuis quia omnis eius pars subsidet igni dicitur ad ignem vniuersaliter grauis. Similiter autem est de aqua quando cōparata fuit ad terram ex parte vna ⁊ ad aerem ex parte altera ⁊ ideo aqua in comparatione plurium est grauis quam leuis: quia in igne ⁊ in aere ⁊ in se est grauis vt infra probatur: aer autem respectu plurium est leuis quam grauis: quia in aqua ⁊ in terra est vniuersaliter leuis in se est autem aliquo modo leuis. Sed in igne est simpliciter hoc est vniuersaliter grauis. sic ergo diffinita ⁊ distincta sunt simpliciter graue ⁊ simpliciter leue ⁊ secundum cōparationē graue ⁊ secundum cōparationem leue.

Marginal note: Nō ꝙ medium est duplex aliud ꝙ cōponitur ex extremis: ⁊ aliud ꝙ comparatione.

Marginal note: Tex. cō. 27.

¶ Cap. 5m. Qđ ex scientia simplicium corporum scitur cā grauitatis ⁊ leuitatis in compositis ⁊ ea que accidunt eis.

Marginal note: Tex. cō. 28

Dicitur autem determinatis leuibus ⁊ grauibus absolute ⁊ per comparationem dictis facile inueniemus causas omnium accidentiū grauibus ⁊ leuibus quas antiqui per suas positiones inuenire non poterant sicut in physicis ostendimus: dicimus enim ꝙ quando grauitas ⁊ leuitas est in reliquibus corporibus cōpositis oportet ꝙ accidat eis grauitas ⁊ leuitas a corporibus primis que sunt in ipsis: vt si queratur de corporibus compositis in loco vno per naturam existentibus quorum vnum est grauius alio: sicut grauius est aurum quam argentum: dicemus ꝙ componitur ex pluribus partibus terrestribus aurum quam argentū ⁊ sic per multitudinem ⁊ paucitatem rerum grauium ⁊ leuium causabimus grauitatem maiorem vel minorem in compositis non enim diuersificantur nisi quedam eorum aut leuiora aut leuiora: ⁊ quedam sunt alijs grauiora propter multitudinem ⁊ paucitatem que est in eis de corporibus primis que consequuntur ista cōposita in grauitate ⁊ leuitate: si igitur hec ita habent quod sic cōpositorum quedam sunt grauiora quedam leuiora propter corpora prima: tunc necesse est nobis vt determinemus corpora prima: corpora enim composita sequuntur ea proculdubio eo ꝙ simplicia sunt quoddam principium consequendi cōposita compositum enim cognoscimus quando scimus ex quibus ⁊ qualibus ⁊ qđ ex componentibus ⁊ ita debuissent precedere auctores vacui quando enim vacuum ⁊ plenum dixerunt esse causam leuis ⁊ grauis: tunc fuisset conueniens vt predeterminassent simplex vacuum ⁊ simplex plenum vt scientia illorum esset via ad habendam cognitionem de graui ⁊ leui. His autē sic determinatis redeamus ad propositum tangentes causas accidentium grauis ⁊ leuis contrarie mee piorum in aqua ⁊ aere. Dicamus ergo in primis qđ etiā mirabilius videtur ⁊ desiderabilius ad sciendum inter oēs effectus grauis ⁊ leuis ꝙ nulli corporum compositorum ipsorum in quibus abūdat aeritas accidit in loco omni esse grauia vel leuia sicut nec aeri hoc autē contingit propter naturā ⁊ dispositionem corporum primorum ex quibus cōposita consistunt secundum naturam huius autem exemplum est in eo: quia videtur mirabile omnibus ꝙ lignū trium librarum in loco aeris inuenitur grauius quam plumbum duarum librarum eo ꝙ vehementius descendit quam plumbū in loco aeris ⁊ in loco aque est leuius quam plumbū eo ꝙ in aqua nō descēdit. Causa autē huius essentialis vera est: quia omne corpus simplex est graue preter ignem solum sicut ⁊ omne corpus simplex est leue preter terra solum.

Marginal note: Tex. cō. 29.

¶ Si igitur in loco aeris comparatur lignū plombi compositum lignū ex tribus grauibus hoc est aere aqua ⁊ terra ⁊ ideo si ponamus terre partes ⁊ aque equales esse in plumbo ⁊ ligno sed aeris partes multum abundare in ligno dico adhuc lignum tale in loco aeris esse grauius plumbo tanto eo ꝙ aeris partes abundantes in grauitate addunt super plumbum in aqua autem natabit lignum eo ꝙ aer in loco suo sit grauis: tamen est leuis in aqua: quia vincit super partes terre ⁊ aque ⁊ ideo cogitat natare lignum magnum vbi mergitur plūbum paruum terra enim proculdubio est grauis ⁊ omne compositum in quo terre partes abūdant graue est oibus locis: aqua autē grauis est in omnibus locis nisi in terra: quia natat aqua super terram aer enim grauis est in igne ⁊ in loco proprio: ⁊ aer qui est in aqua ⁊ terra est leuis super ista elementa ⁊ natat super ea.

Marginal note: Tex. cō. 30.

¶ Themistius autē ⁊ quidam sui sequaces non cōsentiūt in ea que dicta sunt cōtendentes aerem leuem eē in loco suo aliam assignantes causam quare lignum centū librarum grauius est in aere plūbo duarum librarum ⁊ in aqua est econuerso dicūt enim esse maiorem terreitatem in tanto ligno quam in tanto plumbo: quia aeritas in loco aeris non impedit motum inferius eo ꝙ aer mobilis est in eodē loco: in aqua autē non est mobilis nisi in superius: ⁊ ideo īpedit ne mergatur lignum.

Marginal note: Opinio Themistij ⁊ Ba. de Cōmentatore hic cō. 30.

¶ Sed isti non soluunt de eo ꝙ habet equales partes terre ⁊ aque cū plumbo ⁊ vincit in partibus aeris: hoc enim grauius inuenitur quam plūbum: sed forte illi negāt istud: dicunt etiam isti ꝙ contingit secundum hanc sententiam corpora media per violentiam quiescere in locis suis ex quo grauia sunt in eis: sed nos inferius huius solutionem dicemus in loco magis proprio. Nunc autē inducemus probatiōes ad hoc ꝙ aer grauis sit in loco suo ⁊ similiter aqua. Dico autem cōstanter asserens omnia corpora in locis suis esse grauia preter ignem solum ⁊ in quibus superabūdat ignis.

Marginal note: Impugnatio

¶ Et ideo affirmo aerem in loco suo esse grauem: signum autem sensibile hoc probans est ꝙ accipiatur vter subtilis coriij ⁊ comprimatur ita ꝙ nihil in ipso remaneat de aere: ⁊ ponderetur vel vertatur deorsum ⁊ si ponderatur obseruetur velocitas bracchij libre qđ descēdit: postea extendatur vter idem donec sit plenus aere vel vento aereo: ⁊ iterum proijciatur ⁊ ponatur in bracchio libre dico ꝙ plenus velocius descendit propter aerē attractum ⁊ plus ponderat maior enim attractio aeris est in vtre pleno quam non pleno ⁊ ideo ponderat plus. Sed forte hoc experimentū credetur esse falsum: quia si vter insuffletur spiritu hominis absq; dubio minus pōderabit vter plenus quam vacuus: ⁊ ideo forte videbitur aer leuis: sed nō est hoc ita quia spiritus

Marginal note: Nō signum sensibile ꝙ oīs aer est in propria spera grauis.

ritas hominis calidus est ⁊ agit in ipsum calor corporis ho minis: ⁊ ideo calor eleuat aerem: per consequens virē ⁊ fa cit videre leuiorem ⁊ similiter facit ventus calidus ⁊ aer ca lidus in quo sol diu proijcit radios suos: sed debet accipi aer in propria sua dispositione tunc enim necessario grauitatē fert vtri pleno qđ sic probatur in aerem enim ꝯstat fieri mo tum violentum eo ꝙ ipse est leuis ⁊ grauis: ⁊ ideo accipit i petum sursum ⁊ deorsum sed fortius ⁊ facilius accipit impe tum deorsum ꝙ sursum ⁊ velocius mouet deorsuz ꝙ sursuz ergo in loco suo abundat grauitas eius super leuitatē: ipsi ergo corpori in quo est aeritas affert ipse aer in loco suo gra uitatem. ¶ Hoc autem adhuc ⁊ aliter probatur quia nō est dubium aerem in igne esse grauez sed simpliciter quia oēs partes eius magne ⁊ parue graues sunt in igne: in aqua au tem ⁊ in terra constat ipsuz leue simpliciter: quia omnes ei partes supernatant aque ⁊ terre ergo in loco ꝓprio qui me dius est inter vtrūq; erit habens leuitatem ⁊ grauitatē sed in loco proprio mouetur ad aquam ⁊ terram vt infra osten detur ⁊ non ad ignem ergo lz in loco proprio habeat leuita tem ⁊ grauitatem sequitur tamen grauitatem in motu ad inferior: a ergo grauitas in eo vincit leuitatem. ⁊ sic constat propositum si ergo hec ita se habent tunc manifestum est ⁊ clarum ꝙ omne compositum in quo abundat aer sup aquā ⁊ terram possibile est vt in aqua sit leuius alia re: que tamē in aeris loco grauior est ipsa sicut diximus de plumbo ⁊ li gnoralis enim res non natat super aerem sed natat super aquam sic ergo ostensuz est per ea que dicta sunt ꝙ leue ab solute semper mouetur sursum ⁊ graue absolutum semper mouetur deorsum hoc enim significat leue absolutuz ⁊ gra ue absolutum quando non est qđ prohibeat ipsum a motu suo essentiali: in hijs enim virtutibus etiam per sensum in uenimus esse corpora prima: ⁊ ideo non est verum qđ opi nabantur quidam omnia corpora esse grauiora ⁊ non susci pere leuitatem nisi per comparationem.

¶ Cap. 6m. De natura leuis ⁊ grauis absolute dictorum: ⁊ ꝙ loca eorum sunt determinata.

Redeamus autem ad dicendum accidentia le uis ⁊ grauis absolute dictorum: sed anteꝗ pos simus scire accidentia leuis ⁊ grauis absolute oportet vt probemus adhuc esse leue absolu tum ad hoc autem inducamus ꝙ graue ab solutum semper intendit ad medium hoc enim quia oculis videtur omnes sic esse confessi sunt ex hoc autē per contrarium concedere oportet ꝙ sit aliquid leue abso lutum qđ semper intendit sursum in omnibus: ⁊ oportet ꝙ consequatur aliquem locum qui simpliciter est sursuz. Nos enim oculis videmus ꝙ omnia corpora terrena descendūt subsistendo sub omnibus sicut nuper superius probatum est: vnde mouentur deorsum quousq; consequitur medium qđ vnicum est determinatum: si enim non esset determina tum. tunc oporteret ꝙ graue moueretur super lineam re ctam in infinitum. ⁊ tunc oporteret ꝙ omni graui inuenire tur aliquod corpus oppositum terre qđ in aere ⁊ aqua ⁊ ter ra moueretur semper ascendens vsq; quo sit supra aerē: tūc procul dubio ignis est corpus illud: quia aliud corpus nō vi demus qđ ascendit in omnibus tribus elementis mouebi tur: ergo vsq; ad orizontem ⁊ ibi quiescit: quia aliud iudi cium non habemus ꝙ ignis sit in orizonte nisi quia vide mus ꝙ vnum numero corpus non mouetur ⁊ quiescit in eo dem loco aeris constat ꝙ non quiescit in eodem: ⁊ tūc aut mouetur in infinitum aut quiescit vltra aerem. aut ille lo cus est vacuus ⁊ nusꝗ omnino habet locuz ignis nisi per ac cidens constat autem ꝙ non mouetur in infinitum quia nō est infinitum sicut probatum est in tertio physicorum ⁊ si es set aliquid infinitum non moueretur ad aliquid infinitum sicut probatum est in fine sexti physicorum. similiter autem non potest esse ꝙ ille locus sit vacuus eo ꝙ nihil est vacuuz nec potest esse ꝙ ignis in nullo loco sit per se: quia si in nul lo loco esset per se tunc in nullo loco esset per accidēs qđ es se non potest: tum enim sit vnum de quatuor simplicibus cor poribus: oportet necessario ꝙ sit in loco aliquo per se ⁊ cum sit contrarium terre ⁊ hoc sit deorsum sub omnibus alijs sim plicibus corporibus oportet ꝙ ignis sit sursuz quiescens su per omnia alia simplicia corpora ⁊ mouetur tunc sursum ad

illum locum vsq; quo consequatur orizonta: hoc enim pro bat de necessitate ratio inducta de hoc lz enim non habea mus testimonium sensus: ignis enim in proprio loco nō est visibilis: quia non accidit ei lucere nisi quādo egreditur de loco suo proprio. ⁊ ideo dicit Alexander ꝙ ignis qui est apud nos vocatur ignis non esse eiusdem rationis cum igne qui est in loco suo proprio nec eiusdem effectus: hic enim est eo rum quasi corruptiuus ille autem generatiuus sm ꝙ calor eius adiungitur radijs solis quia solis proprium est moue re ignem: ⁊ ideo vt inquit ille ignis opponitur aque simpli ci: hic autem qui est apud nos non aque opponitur: sed ac cidenti aque qđ est congelatio vnde etiam congelatio non accidit aque simplici sed commixte egredienti de loco suo: congelatio enim est constrictio humidi aque per frigus do minās: ⁊ ignis qui est apud nos qui non sustentatur nisi in humido aliquo est ebullitio humidi per dominantem calo rem: huius etiam signum est ꝙ perspicuū non lucet nisi quā do fuerit spissum propter qđ etiaz lucens tegit corpora que post se sunt ne possint videri: ignis autē in proprio loco non est spissus sed rarissimum corporum dicemus autem plura de hoc in alijs locis. sed hoc sufficit ꝙ ignem in proprio lo co non scimus esse per visum sed per motum sursum: si au tem hoc est sm hoc tunc manifestum est ꝙ non est ei aliqua grauitas omnino: quoniaz si esset ei aliqua grauitas tūc re sideret sub aliquo simplicium corporum: ⁊ illud corpus sub quo resideret moueretur ad orizōta orbis lune: aut oporte ret ꝙ iretur in infinitum ita ꝙ infinita essent corpora quo rum quodlibet esset leuius alio ita ꝙ nullum esset leuissi mum simpliciter ⁊ hoc iamdudum improbatum est. Nos ergo cum non videamus corpus qđ simpliciter moueat sur sum nisi ignis solus pronuntiamus ignem esse leuissimū cor porum ⁊ quiescere super omnia corpora sursum que habent motum rectum: si igitur hec ita se habent tunc igni nulla est omnino grauitas ⁊ terre non est omnino leuitas cuz ipsa sit quiescens deorsum sub omnibus corporibus simplicibus: qđ autem quiescit sub omnibus mouetur simplici motu ad medium qđ quidem medium determinatum ⁊ vnitum est ad qđ omnia corpora habentia grauitatem mouentur sicut diximus multotiens: lz autem sepius demonstratuz hoc sit tamen bonum est hic adducere aliqua significantia illud. Qđ igitur medium mūdi ad qđ mouentur grauia ⁊ a quo mouentur leuia sit determinatum ⁊ finitum probatur mul tis signis quorum vnum est ꝙ motus localis rectus nullus potest esse ad infinituz quia id qđ non potest perfici per na turam in esse: ergo non potest incipere esse sed motus infini tus non potest perfici per naturam in esse ergo nō potest in cipere esse motus infinitus ⁊ hoc modo id idē probauimus in fine 7. physicorum: sed hic inducimus illud vt ex motu finito deorsum medium ad qđ est motus idem finitum esse demonstraretur localis enim motus per locum finitum de monstratur esse finitus. Translatio eniz localis nihil aliud est ꝙ permutatio eius qđ mouetur de loco ad locuz. Aliud autem significans idem est qđ si intelligamus duas superfi cies planas secantes speram mundi quarum vna secet eaz in centro ⁊ polis: ⁊ altera secet in concauo orbis lune. vide bimus enim grauia motu suo descendere deorsum perpen diculariter super superficiem inferiorem in quocunq; clima te fuerimus ⁊ describētia angulos rectos equales super eā: ea autem que sunt leuia videmus motu sursum perpendicu lariter incidere superficiei superiori: ⁊ describere angulos re ctos equales super eam: vnde oportet ꝙ moueantur a ter ra ascendendo: hoc autem non fieret si in infinitum mouerētur: equalitas enim angulorum in superficie superiori ⁊ inferio ri demonstrat finitum ⁊ equale esse spatium ab inferiori sur sum ⁊ a superiori deorsum: ergo medium ad qđ grauia mo uentur est finitum ⁊ orizon similiter: medium autē illud aut est medium mundi aut medium terre: quia aut mediū mū di differt ab eo sm subiectum ⁊ locum sicut supra in tertio li bro precedentium dictum est. Redeuntes ergo ad proposi tum dicamus si ita est ꝙ res eleuantur semper leues donec consequuntur orizonta vbi quiescūt ⁊ ex parte altera si res graues semper descendunt donec consequuntur mediū mū di in quo quiescunt tunc maxime a se distant in genere loci orizon ⁊ medium. oportet ergo ꝙ hec loca sint ꝯtraria ⁊ sunt

Marginalia: Rō ad idē. (beside "uitatem. ¶ Hoc autem adhuc"); Tex. cō. 31. (beside "Redeamus"); Tex. cō. 32. (beside "consequatur aliquem locum"); Vide Commētatorē hic c. 32. ⁊ 2. cap. ꝺ ꝯsa celi. (beside "loco suo proprio"); Tex. cō. 33. (beside "Qđ igitur medium"); Tex. cō. 34. (beside "Redeuntes ergo")

plus alijs contrarijs contraria cum maxime a se distēt ⁊ formarum distantia ⁊ subiectorum: cetera autem contraria nō distant nisi per formarum distantiam propter qḋ etiam dicitur a quibusdam rationem contrariorū ſm primā ⁊ principalem intentionem suam conuenire contrarijs in loco: et per posterius eam dici de alijs contrarijs: de hoc autem que rendum erit in prima phīa ſicut loca sunt contraria: ita corpora locata in eis sunt ꝯtraria. ⁊ ideo corpus aſcēdens semper per virtutem in loco contrarium est corpori descendenti ⁊ subsidenti semper per virtutem mouentem in loco: si autem hec ita se habent tunc vere leue ⁊ graue putum que dicitas virtutes habent simplices ⁊ similiter habent: sunt tn̄ duo corpora locata in extremis locis differētie sunt tn̄ due: cū autem alia leuia ⁊ grauia que non simplices ⁊ simpliciter habent leuitatem ⁊ grauitatē: oportet ꝙ alia loca que sunt intermedia horum duorum locorū contrarietatē habentia ad vtrūq; horū duorum locorum cū fuerint comparata vtrūq; ad mediū mundi se habet vt orizon ad orizontē se habet vt mediū in quibus locatur graue ad aliquod ⁊ leue ad aliquod que sunt aer ⁊ aqua: hec enim media duo sunt necessario: quia cū extrema distent maxime subiecto ⁊ forma non potest fieri medium vnum per mixtionem extremorum: oportet ergo ꝙ duo sint quorum vnū vni vicinius sit ⁊ alterum alteri vicinius sit.

¶ Cap. 7m. De habitudine locorum adinuicem in rōne forme ⁊ materie vt ex hoc sciatur numerus elementorum.

Numerum autem istorum locorum ⁊ istorū elementorū subtiliter inuenire non possumus nisi ostendamus istorum locorum habitudinem adinuicem: ad hoc autem ostendendū sūmamus propositionem satis notā: ꝙ .s. omne cōtinens se habet ad suum contentū in actu ⁊ similitudine forme ⁊ omne contentum se habet ad suum continens in proprietate ⁊ similitudine materie ⁊ referunt hec adinuicem per nobile ⁊ minus nobile ⁊ rationem perficientis ⁊ perfectibilis facti sicut forma ⁊ materia: in omni enim predicamento ⁊ in omni modo dicta generatiōe ſm quid. s. ⁊ simpliciter in corporibus generabilibus hec habitudo inuenitur: quia .s. vnum se habet ad alterū sicut actus ad potentiam: ⁊ sicut forma ad materiam: in qualitate enim tam essentiali ꝙ̄ accidentali vnus quidem terminorum motus est in parte potentie ⁊ alter in parte actus: quia aliter nō fieret motus de vno in alterum. Similiter autem est in quantitate ꝙ vna est in parte materie ad alteram: ⁊ altera in parte forme: sic ergo oportet esse in loco ꝙ vnus locus se habebit ad alterum sicut forma ad materiam: sed locus superior cum sit continens inferiorem habebit se in actu ⁊ similitudinem forme ad inferiorem: ⁊ ideo continet ipsum ⁊ terminat ⁊ influit ei esse ⁊ alias nobilitates multas nihil omnino recipiens ab ipso. In hac autem vnitate materie inueniuntur etiam locata in istis locis que sunt graue ⁊ leue que referūtur adinuicem sicut forma ⁊ materia: ⁊ hoc cognoscere possumus ex eo ꝙ graue ⁊ leue sint a locis causata sicut superius diximus ⁊ in prima philosophia probauimus: quoniā ſm distantiam a celesti corpore causaē graue ⁊ leue: ergo qḋ potentia est deorsum cū fuerit actu deorsū est graue: ⁊ qḋ potentia est sursum cum fuerit actu sursum est leue: potētia autem ens sursum ⁊ potentia ens deorsum est idem per naturam: ergo graui ⁊ leui est materia vna ⁊ eadē per subiectū ꝫ sit differens in esse ⁊ ratione. Verūtamen potētia ens sursum ⁊ potentia ens deorsum non est per hunc modum vnū: sicut corpus vnum ⁊ potentia est sanum ⁊ potentia est egrū: quoniam corpus qḋ dicitur corpus potentia sanū est susceptibile sanitatis per se ⁊ substātialiter sicut finis ⁊ perfectionis sed quando dicitur potentia egrum non est susceptibile egritudinis per se substantialiter: sed accidentaliter sicut eius qḋ non intenditur: ⁊ sicut corruptionis sed cū dicitur materia vna leuis ⁊ grauis que potētia est vtriusq; est ipsa susceptibilis vtriusq; equaliter sicut finis ⁊ perfectionis: quia aliter forme iste non essent extremorum in loco ⁊ simplicium corporum eque existentium ſm naturam: vnde intentio corporis ad sanitatem non est vna cum intentiōe eius ad egritudinem: sed vna quodāmodo est intentio materie ad graue ⁊ leue ſm rationem vtramq; formam desiderat vt perfectionem ⁊ vt finem: loca autem in quibus sunt graue ⁊ leue sunt sicut finem motus sursū ⁊ deorsū: ⁊ ideo ꝫ vnus sit formalis ad alterum neuter tamen est via vel forma alterius. Redeuntes ergo ⁊ magis appropinquantes proposito dicamus ꝙ corpus formale simpliciter qḋ .s. est continens tm̄ ⁊ non sit contentum aliquo elementorum est id qḋ mouet ad locū qui est continens tm̄: ⁊ ideo oportet ꝙ sit virtutis simplicis que est leuitas absolute accepta mouens simpliciter omnia corpora rectum motum habentia. Corpus autē qḋ est in similitudine materie est contentum tm̄ ⁊ est in loco cōtento tm̄: ⁊ ideo est potentie simplicis que est grauitas mouens sub se omnia corpora deorsum. Distinctio autem mediorum corporum adinuicem est sicut distinguitur leue absolutum ⁊ graue absolutum hoc est per similitudinē forme ⁊ materie: ⁊ ideo oportet ꝙ vtrūq; horum habeat ⁊ leuitatē aliquam ⁊ grauitatem aliquam comparatiue dictam quādo aqua quiescit sub omni corpore preter terrā ⁊ terrena: ⁊ aer quiescit super omnia corpora preter ignem ⁊ ignea: magis igiē appropinquantes ad ꝯclusionem quā intendimus: dicimus ꝙ si corpus vnum quiescit simpliciter super oīa corpora ⁊ corpus vnum de numero simplicium quiescit simpliciter sub omnibus corporibus oportet de necessitate ꝙ sint duo alia corpora media que quiescūt super aliquod corporū simplicium ⁊ quiescant sub aliquo corporum: ⁊ hoc quidē necessariū est ex eo qḋ diximus superius: quia cōtrarietas que in formis est tn̄ non in subiecto per diminutionem formarum extremarum ⁊ cōmixtionem vnitam que est formarū facit vnum vel plura media: cum autem contraria ſm locum habeant substantiā plenam ⁊ formarum ⁊ subiectorum oportet ꝙ medium inter ea cōstituatur ex duabus diminutionibus subiecti .s. ⁊ formarum ⁊ tunc ille due diminutiones cōstituent duo media ſm locum: si aūt hec ita se habent: tunc necessarium est vt numerus elementorū sit quatuor. Cum autem elementū sit equiuocum de elementis quatuor formaliter differentibus: ⁊ de materia prima elementorū non significo per elementū materiam primam: quia illud elementum tn̄ est vnum in quatuor elementis ꝓpter que etiam generantur adinuicē ipsa elementa sicut ostenditur in .2. lib. perigeneseos. ¶ Quis ergo generatio oīum elementorū sit abinuicem tamen quodlibet eorū ſm esse differt ab alio que differentia a locorum differentia causatur vt diximus. ¶ Cū autem naturam elementorū sic determinauimus tamē aliter considerantes media ⁊ extrema dicimus ꝙ quāuis extrema in loco sint duo formaliter: differentia tamē non est cōueniens vt media inter ea dicantur vnum vel plura sicut in extremos colores non est incōueniens vnam esse vel plures vt ostēdemus inferius ꝙ media elemēta ꝫ sint duo formis suis substātialibus ⁊ subiectis: tamē sunt vnū in forma quadam que est ꝙ sint grauia in locis suis ⁊ ita appropinquant magis terre ꝙ̄ igni ⁊ magis materie ꝙ̄ forme: hec igitur est conclusio intenta de numero elementorum nec est credendum Themistio dicenti non posse demonstrari naturā elementorum ex ratione grauium ⁊ leuium ⁊ ex consideratiōe locorum in quibus elementa locantur.

¶ Cap. 8m. In quo probatur ꝙ media elementa sunt in locis suis magis grauia ꝙ̄ leuia.

Ut autem plenius ea que diximus intelligātur oportet non adhuc redire i isto capitulo ad cōsiderationem grauium ⁊ leuium in locis suis. Dicimus ergo ꝙ vtrūq; mediorum que habēt leuitatem ⁊ grauitatem simul habeat grauitatem in loco suo plus ꝙ̄ leuitatem: cum habeat actum ⁊ motum tam leuitatis ꝙ̄ grauitatis actus grauitatis in eis est similior naturali motui: ⁊ actus leuitatis in eis est similior motui violento: quia leuitas que est in eis non est nisi tm̄ in loco elementi qḋ quiescit: terra autem grauitatē simpliciter habet in omnibus locis. Uerificatio autem huius est: quia ad sensum patet ꝙ si auferetur aqua aer descenderet ad locū aque qḋ quidē non consurgit tm̄ ex necessitate illa ꝙ non potest esse vacuum sed ex inclinatione grauitatis que est in aere similiter descenderet aer ad locum terre si auferri ponerettur terra: si autem ignis eleuaretur nō moueretur aer sursum nisi violenter expulsus vnde patet non descendere ex necessitate ꝙ nihil est vacuum: quia si propter

illud

Nō qḋ forte tñs i loco ē p ma vide Au rois hic c. 35

Tex. cō. 35.

T. c. Ave.

Eliā equoce dr de forma ⁊ de quo or corporib9 simplicib9 vt de 2. de gñone cō 6. ⁊ 3. celi cō. 31.

Tex. cō. 38.

Tex. cō. 39.

illud descenderet ad locum aque: tunc propter idem ascenderet ad locum ignis si intelligeremus ignem auferri: similiter autem est de aqua que descenderet ad locum terre: si terra auferetur & non ascenderet ad locum aeris vel ignis: si aer vel ignis auferri poneretur nisi forte aqua violenter impelli sursum diceretur: granitas ergo aeris se habet ad leuitatem eius sicut duo ad vnum. est enim in loco suo grauis & in loco ignis grauis non leuis nisi in loco alieno ad quem tamen inclinatur per grauitatem naturalem: grauitas autem aque se habet ad leuitatem suam sicut tria ad vnum. quia in loco suo est grauis & in duobus locis superiorum elementorum. sed in loco terre non absolute leuis est: quia non ascendit a terra licet terra profundetur sub ipsa vt supra diximus. Duo enim media elementa magis habent de grauitate quam de leuitate. Probatur autem illud multis exemplis quorum vnum est quia videmus composita ex igne & aere & paruo terrestri quorum proportio est quod in eis est de aere multum plus quam de alijs duobus elementis motu suo descendere sicut faciunt fulgura & a sub descendentia. ¶ Secundum autem spiritus animalis qui est aereus secundum philosophorum traditionem & mouetur in animali deorsum licet a calore naturali calefactus moueatur sursum. ¶ Tertium est in omnibus compositis in quibus necessaria est aeris compositio: quia nisi aer ad terram moueretur non posset commisceri aque & terre in composito: ignis enim qui est in composito introducitur radijs solis & non per motum ignis deorsum. ¶ Quartum est quod licet aer sit calidus & humidus: tamen in eo plus est humidum quam calidum sicut scitur ex diffinitione humidi que ponitur in .2. perigeneseos in principio ex humiditate non habet ascendere sed descendere & ratione huius dicitur sua superficies esse vna cum superficie aque & non dicitur esse vna eius superficies cum superficie ignis. licet enim cum igne conueniat in qualitate vna que est caliditas: ratione enim illius fluit ad situm terminatum & hoc est plus in terra quam in igne quia ignis propter sui raritatem non bene terminat corpora mota ad ipsum: hec etiam est causa quare aqua non dicitur habere eandem superficiem cum terra licet conueniat cum ipsa in qualitate vna que est frigiditas: quia ratione frigiditatis terminata non est superficies a superficie vel terminat ipsam sed potius ex humiditate causatur quod terminari habet & illa communis est aeri & aque & ex siccitate non quailbet sed incorporata & solida corpora reddente est quod terminat: & ista est fortior ratio omnibus quare aerem oportet habere motum grauis in loco suo & similiter aquam. ¶ Quintum autem est illud quod superius posuimus de natura corporis subtilis habente in se aerem qui velocius descendit & plus ponderat sicut diximus: quia autem superficies aeris & aque est vna: ideo aqua velociter mouetur ad aerem & aer econuerso ad aquam patet quod per facilia ingenia: si enim sumatur vas solidum concauum cuius sit orificium aliquantulum strictius quam eius venter sit: quia formatum in modum ventose & ponatur in eo ignis candele vel alicuius alterius & subuertatur & equaliter ponatur super aque superficie ita quod nusquam aerem possit attrahere aqua in vase eleuabitur velocius ad aliquam partem vasis sequens aerem: & si quis hoc visibiliter probare voluerit faciat vas ex vitro perspicuo solido similiter autem ex eadem causa trahit ventosa. Assignatur autem huius cause multe: dicit esse Alexan. causas duas quarum vna est quod ignis in vase vel ventosa rarefacit aerem & ideo petit locum maiorem & expellit aerem in parte vt solus impleat concauum vasis qui cum subito extinguitur per humidum aque ascendentis: tunc constringitur infrigidatus in locum minorem: & esse eo quod nihil est vacuum attrahit aquam vel carnem hominis in locum quem aer vacuum relinquit: & quia hoc verum probatur per ventosas que fiunt ex cornibus in acumen perforatum quod non igniuntur sed ex ipsis extinguitur aer qui intus est: & tunc ex necessitate illa quod nihil est vacuum sequitur caro vel aqua & eleuatur ad aerem qui est in parte vasis. Aliam causam huius assignat idem Alexan. dicens quod cum ignis primo mouet aerem ad superficiem vasis tunc aer mouet aquam motu violento attractionis propter superficierum similitudinem: aqua autem fortius mouetur quam moueatur aer quia sepe contingit hoc quod impetus fortior est in eo quod mouetur quam in eo quod mouet primo sicut diximus in octauo physicorum.

Non fortiorem rationem quare aer in proprio loco grauitat.

Digressio quam mouet Commentator in .4. phi. co. 39.

subito ergo consequitur aqua aerem & expellit ipsum in parte: & non expulsum comprimit inspissando in locum paruum ex hac necessitate. quia non est vacuum implet partem vasis. Licet autem contra ista aliquis obijciat Themistius tamen dicta sua in hac parte non sunt magni momenti: & ideo pretereunda secundum dicta enim componitur iste motus in vase ex tribus motibus & ex tribus causis: quarum prima est motus ignis aeris igniti ad superiora vasis: sed est constrictio vel motus aeris extincti in minorem locum tertium vero est motus aque in partem vasis ex similitudine sui ad aerem quia leuis est & grauis: & ideo sursum per paruam violentiam eleuabilis & ideo etiam si vas aere plenum applicaretur ad terram & exurgeret aer ita quod vas non posset alium aerem vel aquam attrahere: tunc oporteret alterum duorum accidere quod scilicet aut frangeretur vas: aut quod aer esset imobilis in vase nec posset extingui: quia terra non sequeretur aerem aliquo modo ita quod in vas eum aretur cum ipsa sit simpliciter grauis & nullam habens leuitatem qua facili violentia posset eleuari: sed de igne credo aliud esse: quia iste faciliorem patitur violentiam propter sui raritatem: & forte etiam terra redigeretur in puluerem minutissimum & esset subtilis: aliud esset quia subtile quandam habet similitudinem cum humido sicut patet consideranti diffinitionem subtilis que datur in secundo perigeneseos & in fine primi eiusdem libri vbi agitur de mixtione sicut ergo sciendum est de istis elementis: quia sicut terra non eleuatur sursum quando eleuatur ab ea aqua eo quod est simpliciter grauis: ita etiam ignis non descenderet deorsum quando aufertur ab eo aer eo quod est simpliciter leuis & nulla omnino est ei grauitas neque in loco suo nec in loco alieno: sic ergo determinatum sit quod ex corporibus simplicibus vnum est graue quiescens sub omnibus corporibus. et vnum est leue simpliciter quiescens super omnia corpora: & duo sunt media habentia grauitatem & leuitatem ex comparatione: sunt enim illa grauiora & in locis suis & in locis corporum illorum super que quiescunt propter similitudinem materie sue ad illud corpus ad quod inclinatur in locis suis & cum inclinentur ad graue sicut dictum est quod similiora sunt simpliciter graui quam simpliciter leui: hec enim est causa quare per motum inclinantur ad ipsum: si autem hec ita se habent: tunc oportet quod illud corpus ad cuius locum inclinantur sit simpliciter graue: quia si ita non esset tunc oporteret illud iterum inclinari ad aliud: & hoc procederet in infinitum cum autem vnum est simpliciter graue & aliud simpliciter leue: tunc sunt duo contraria secundum locum que necessario habent duo media: & sic sunt quatuor elementa. ¶ Obijcit autem Themistius contra ea que dicta sunt diximus quod si media corpora ex grauitate sua mouentur ad locum terre: tunc non quiescunt in locis suis nisi violenter. Nullum enim corpus quiescens in loco suo naturaliter mouetur ab ipso naturaliter sed potius mouetur ad ipsum motu naturali. ¶ Et dicendum est Themistio quod grauitas quam habet corpus in loco suo est equiuoca ad grauitatem quam habet extra locum suum sed per causam efficientem diffinitione physica diffiniatur: quia sicut alibi diximus motus elementi a loco suo est motus corruptionis ipsius & non generationis: frigiditas ergo que est ex distantia ab orbe generans graue aliquod in loco elementi alia est ab ea que est in maiori distantia ab orbe in extremo elementi eiusdem vbi contingit elementum inferius & illa dat ei maiorem grauitatem & inclinationem ad locum simpliciter grauis elementi: & sic non sequitur quod dicit Themistius.

Obiectio contra dicta.

Solutio

¶ Cap. 9m. In quo ostenditur imperfectum esse dictum antiquorum in causa leuis & grauis supponentes materiam elementorum vnam siue plures.

HIs autem sic expeditis ostendamus insufficientiam dicti antiquorum in causa leuis & grauis: viderunt enim antiqui materiam simplicium corporum esse vnam & materiam compositorum esse non vnam sed plura composita: & ideo diuersificati sunt in causa leuis & grauis: qui enim dixerunt ipsa esse simplicia dixerunt materiam vnam ipsorum esse compositam asserebant eorum autem qui dixerunt materiam vnam esse variosque diuersificati sunt: quia quidam dixerunt naturalem causam esse vacuum: quidam autem plenum. & quidam figuras triangulos & alias figuras de qui-

Tex. co. 40.

bus supra determinauimus: quidam autem athomos: oes autem istos sequitur vnum inconueniens: et illud est qd supra induximus quod si omnia corpora sunt mota indeterminate aut sursum aut deorsum equaliter per leuitatem et grauitatem que habent comparata: et nihil erit leue absolutum vel graue absolutum: quia tunc talia corpora non tendent deorsum ex natura: sed propter dispositionem adiunctam sue materie quod si plus haberet de pleno quam alia corpora eiusdem materie. aut quia maiora haberent corpora aut superficies quam alia corpora eiusdem materie: vel quia plures habent athomos quam alia eiusdem nature et materie corpora. hoc autem vanum est eo quod non causare possunt ex isto graue et leue absolute dicta: et est falsum etiam secundum rei veritatem: quia nos videmus quedam corpora siue sint magna siue parua incedere semper sursum: et quedam alia incedere semper deorsum quocunque modo varientur: si ergo corpus aliquod est causa leuitatis que semper mouet sursum: hec non erunt eiusdem nature cum eo qd incedit semper deorsum: et sic falsum dicitur: antiqui enim dixerunt vnum esse materiam vnam vtentes nomine materie pro substantia perfecta eo quod causam formalem non ad plenum apprehenderunt. secundum autem eos qui dicunt vnicam materiam esse grauis et leuis que sit plenum vel vacuum sequitur quoddam elementorum mediorum velocius descendere quam terra que est extrema in loco: in aere enim multo sunt trianguli multi vel athomi multi coadunati et multum plenum: et in terra parua et paruum: de omnibus his ergo aer multus deorsum moueri debet velocius quam terra parua nos autem non videmus aliquid ex parte aeris siue fuerit multum siue paruum moueri deorsum velocius quam terra moueatur: vnde constat illos falsum dicere qui talem causam ponunt grauitatis similiter autem est econtrario de leui qui in aere multo est de vacuo plus quam in igne paruo: et sic aer multus velocius ascenderet quam ignis paruus similiter autem plus est de triangulis et athomis et pleno in igne magno quam in terra parua secundum dictum eorum ergo terra parua velocius ascendere deberet quam ignis magnus que omnia sunt absurda: ergo et insufficientia et falsa sunt omnia dicta antiquorum ponentium grauis et leuis substantiam vnam. Sed secundum nostrum dictum est sufficientis: quoniam loca finita causa sunt quod locata sunt finita: finita autem sunt extrema loca per hoc quod propter centrum et circumferentiam que nullo modo possunt esse plura quam duo in mundo: et inter hec duo necesse est esse duo media sicut diximus locus enim differunt se ad corpora: quedam enim corpora sunt causa locorum: quedam non loca corporum sunt causa: quedam enim corpora sunt locorum causa sicut perfecta substantia causa est sui accidentis et potissimum inter illa est spera celestis que est propter suam distantiam causat loca: quedam autem corpora in suis formis et speciebus causantur a locis: et hec sunt elementa sicut nos sepius diximus et in sequentibus dicemus. Non enim est causa quare pars vniuersalis materie hic accipiat speciem terre: et alibi speciem aque: et alibi speciem aeris: et in extremo speciem ignis: nisi quia caliditas et frigiditas ex tanta vel tanta distantia ab orbe causata inuenit in loco hoc vel alio et inducit in eas formas diuersorum elementorum. ¶ Contra qd forte si quis obijciat quod accidentia non sunt cause substantiarum et ideo locus cum suis accidentibus non potest dare formam substantialem alicui elemento. Sciat quod dimi note sunt forme elementorum et materiales et quasi in proximo iuxta accidentia: et ideo locum cum virtute orbis potest inducere formas elementorum: in alijs autem corporibus que sunt ex elementis que sunt mineralia et vegetabilia et alia causatur forma a pluribus quia et locus facit et celum intelligentia et operantur plura ex hijs in animalibus quam in plantis et plura in plantis quam in mineralibus. Isti autem qui posuerunt causam leuis et grauis comparatione dictorum tm ex vnica materia que participatione alicuius siue pleni siue triangulorum siue athomorum dicatur leuior et grauior acceperunt loca ista sicut supra lineam rectam: et quia non est linea recta qua non est accipere longiorem: ideo non est accipere qd non habeat grauius se neque leue qd non sit aliquod leuius se. Si enim diceretur quod non est grauius aliqd terra sed possibile est vt sit aliquid grauius hoc nihil est omnino: quia qd in principijs nature et is rebus perpetuis possibile

Obiectio et solutio dicta.

Solo Commentatoris hic. c. 40.

esse est ipsum est in actu sicut diximus in tertio physicorum. quod si etiam aliquis vellet dicere quod proportio maior vacui ad plenum facit leue simpliciter et proportio maior pleni ad vacuum facit graue simpliciter sicut diximus supra hoc iterum nihil valet: quia cum proportio fundetur super quantitatem sicut non est accipere statum in quantitate ita non est accipere statum in proportione: et ita non est accipere aliquam proportionem vacui ad plenum quando sit accipere maiorem et minorem ea: et similiter est de proportione pleni ad vacuum: ergo non est accipere corpus leue quo non sit leuius neque graue quo non sit grauius vsque ad infinitum quia quantitas nihil facit secundum formam substantialis: et ideo est accipere substantiam qua non potest esse leuior: et est accipere substantiam qua non potest esse grauior: et ita secundum nostra dicta stat numerus elementorum per naturam suorum locorum a quibus causatur numerus suarum substantialium formarum: et ideo dictum nostrum est sufficiens. ¶ Si autem dixerunt quod materia grauis et leuis non est vna: sed due quocunque modo vocentur ille dicemus contra hoc quod tunc talis debet esse distinctio mediorum elementorum adinuicem qualiter est distinctio extremorum in loco. Causa enim diuersitatis aque et aeris erit ex distinctione ignis et terre secundum istam positionem qui enim ponit duas materias diuersas ignis et terre esse vacuum et plenum: et dicit ignem moueri sursum propter abundans in eo vacuum: et terram moueri deorsum propter abundans in eo plenum: ille proculdubio dicit quod leuitas aeris causatur ex multo igne qui est in eo et parua terra: et grauitas aque causatur ex multa terra que est in ipsa et pauco igne: sequitur autem ex his quod aliqua tam magna aqua posset accipi in qua plus sit de igne quam sit in paruo aere: et tunc aqua multo velocius deberet descendere quam aer paruus rarus: similiter autem in aere multo est plus de terra quam in aqua pauca et tunc aer multus velocius deberet descendere quam aqua pauca: huius autem contrarium videmus omnino secundum sensus experientiam. Amplius si non sunt ea que isti dicunt tunc necessarium est quod sicut ignis mouetur sursum propter multum vacuum qd est in eo: et terra deorsum propter multum plenum qd est in ea eadem de causa aer mouetur ad proprium locum suum supra aquam. s. quod in eo sunt res vacuitatis et repletionis et plus de vacuo sed minus quam in igne: et similiter aqua mouetur ad locum supra terram non ex se: sed quia sunt in ea res quedam vacuitatis et pleni et plus de pleno sed minus quam in terra: et ex hoc sequitur quod omnia elementa sunt eiusdem forme et substantie: sed differunt in ea per plus et minus: si autem dicunt quod sunt quedam diuersarum formarum substantialium ipsa elementa: sed tamen is tercepta in eis vacuitas maior et minor facit in ea leuia et grauia tunc proculdubio sequitur inconueniens primum. s. quod aer multus mouetur velocius deorsum quam aqua pauca et multa ascendit sursum velocius quam aer paruus sicut diximus prius: hoc autem est inconueniens: ergo positio antiquorum omnino est falsa et insufficiens ex quo tales sequuntur abusiones.

Tex. co. 41.

¶ Cap. 10m. De solutione questionum antiquorum quarum quedam natant super aquam et quedam super aerem.

OStensis autem his opus est primum admittere duas questiones de graui et leui que antiquis ambiguitatem afferebant. Dicimus enim quod quamuis figure omnino non sunt cause motus sicut superius ostensum: tamen figura ad facilitatem motus facit per medium aeris vel aque sicut diximus in quarto physicorum in tractatu de vacuo: quia acutum facilius penetrat quam latum per medium. Inquiramus igitur hic de quo antiqui philosophantes requirebant et est vna questio eorum quare corpora terrestria lata vel concaua natant super aquam sicut ferrum latum et plumbum tenue et latum et vasa concaua et clausa: longa autem et stricta non concaua merguntur sub ipsa etiam si sunt minora et plus memorata sicut acus vel aliud tale corpus. Secunda autem questio erat quare aliqua corpora parua natant super aquam sicut furfures et quedam merguntur sub ipsa quedam autem natant super aerem sicut illa que similia sunt stipulis et stupis lini: quedam autem non natant sed merguntur sub aere. Iste ergo sunt antiquorum questiones ¶ Ad primam autem istarum Democritus inconuenientem aptauit solutionem:

Tex. co. 42.

hem dixit eni3 vapores latos ⁊ spissos egredi a fundo aque ad superficiem qui obuiantes latis corporibus in aqua vndiq3 per lataz superficiem fulciunt ea ⁊ insiliunt ⁊ non sinunt ea deprimi ⁊ mergi quando autem obuiant corporibus stricti ⁊ rotundis non tangunt ea nisi quasi in puncto: ⁊ ideo non impediunt a mersione. ¶ Contra istud autem dicimus quia tam vapor talia corpora teneret super aerem natantia q̃ super aquam reprehensibilis etiam quia cum aqua sit magis spissa q̃ vapor magis deberet ea tenere aqua q̃ vapor ne mergerentur. Adhuc autem nihil dicit hic in rotundis concauis que natant super aquam. Adhuc autem si verum esset qd̃ dicit deberent huius corpora natare etiaz sub aqua depressa ⁊ leuari a fundo: cuius contrarium videmus oculis: quia talia corpora postq̃ mersa sunt non redeunt a fundo neq3 natant inter fundum ⁊ aque superficiem. Sciuit

Tex.c.43.

autem Democritus q̃ ad dicta sua sequeretur inconueniens: ⁊ ideo visus est confortare dictum suum debili ratione dicens. vapores in aere diffundi ⁊ rarefieri: ⁊ ideo nõ posse sustentare corpora lata grauia in aere sed in aqua vapores congregantur ⁊ inspissantur ⁊ ideo confortantur ⁊ valẽt corpora grauia portare ⁊ eleuare plus q̃ in aere: non autem necesse est vt contra hoc disputemus: quoniam ad visum patet aquam esse spissiorem omni vapore ⁊ q̃ aqua per se non portat portari non potest aliquo modo a vapore in aqua eleuato. ¶ Dicamus autem nos soluentes questionem inducam q̃ corporum continuorum quedam sunt facilis diuisionis: ⁊ quedam difficilis. aer enim citius diuiditur q̃ aqua ⁊ quanto fuerint aliqua corpora subtiliora ⁊ rariora tãto facilius diuiduntur: quanto vo fuerint spissiora tanto diuidũtur difficilius. ⁊ difficilius penetrantur: quia omne penetrãs per alterum diuidit ipsum. Similiter autem diuidentium ⁊ penetrantium quedam diuidunt ⁊ penetrant faciliter ⁊ quedam difficiliter. Quanto enim aliqua fuerint acutiora ⁊ grauiora ⁊ duriora tanto diuidunt ⁊ penetrant facilius ⁊ quanto fuerint obtusiora ⁊ minus grauia ⁊ molliora: tanto diuidunt ⁊ penetrant difficilius ⁊ tardius. Dico autem diuisionem facilem per transitionem ⁊ penetrationem: quanto enim facilius aliquid diuidit tanto difficilius penetrat ⁊ pertransit: ⁊ potentia optime diuisionis actiue congregatur ex tribus dictis. s. acuto graui ⁊ duro: quantum deficit de his tribus tãtũ deficit de bonitate potẽtie diuisionis similiter autem bonitas potentie diuisionis passiue congregatur ex humido ⁊ raro ⁊ quanto fuerit humidius ⁊ rarius tanto facilius diuiditur: ⁊ inquãtu3 de his duobus deficit tãtũ deficit de bonitate potentie diuisionis passiue. Reuertẽtes

Tex.c.44.

ergo ad solutionem questionis dicimus q̃ aer facilius impellitur ⁊ diuiditur q̃ aqua: ⁊ aqua facilius diuiditur ⁊ impellitur q̃ terra: quia quanto aliquid fuerit subtilius ⁊ humidius tanto facilius recipit impulsionem ⁊ diuisionem ⁊ penetrationem. Si ergo hec ita se habent tũc dicimus q̃ corpora late figure tenuia non grauia multum l3 sunt dura terrestria tamen quia non diuidunt bene propter defectũ acuminis ⁊ defectum grauitatis natant super aquam: neque non ideo de facili sicut aer diuiditur: quia cũ iacent super aquã tangunt late aquam ⁊ multam aque superficiem nõ ita possunt comprimere sicut paruam: ⁊ natant super aquam ⁊ non profundantur velociter sub aqua ⁊ huius signum est q̃ cum merguntur non cadunt sub aqua sequendo superficiem latam sed potius inclinantur super latus strictũ ⁊ super aquã diuidunt illud corpora autem longa stricta eo q̃ non tãgũt aque superficiem nisi parum non comprimunt sub se multã aquam: ⁊ ideo facile diuidunt eam ⁊ cito merguntur sub aqua: lata autem huius ⁊ stricta non natant super aerez eo q̃ aer subtilior aqua existens facilius diuiditur: ⁊ ideo talia penetrant per ipsum ⁊ cadunt ad terram. Amplius autez considerandum in coniunctione eorum que faciunt bonitatem penetrationis passiue: aliquam enim paruam potentiã potest habere q̃ tardarat impulsione ad penetrandum sicut si sit hebes aut non satis graue: aut non satis durum ⁊ coniungenda sunt penetrantia. vnde ad bene penetrabilia: quando enim illa coniuncta fuerit tunc velocius erit valde penetratio: similiter oportet fieri compenetrationem actiuarum passiuorum in penetrando: si enim virtus penetrandi corporis grauis impellentis est maior q̃ sit virtus corporis cõtinui qd̃ penetratur ⁊ impellitur tũc penetratur per ipsu3 ⁊ impellitur per ipsum ⁊ descendit per ipsum velociter. Si autem virtus corporis grauis per naturam in penetrando est debilior virtute resistendi in continuo corpore per qd̃ fit penetratio: tunc natat super ipsum ⁊ non mergitur sicut ferrum tenue ⁊ latum natat super aquam. Concaua autem corpora natant: ideo quia aere plena sunt sicut ⁊ ligna ⁊ rara ⁊ porosa propter multos etiam poros: natat etiam lapis porosus similis adusto furfures autem natant super aquam cũ tamen grauia merguntur q̃ sunt furfures quasi palee rare ⁊ concaue. Ea autem que volant in aere sunt rara multum ⁊ aere plena: ⁊ ideo eleuantur ⁊ non facile penetrant aerem quemadmodum plume auium: hec igitur de antiquorũ opinionibus ⁊ rationibus ⁊ questionibus sufficiant.

## ¶ Cap. vltimũ. Et est digressio declarans generationem elementorũ per motum orbis ⁊ centri quietem.

Tex.c.45.

Cum aũt hec omnia dicta sint sm Aristo. ⁊ peripatheticos antiquos. Est tamen via generationis ⁊ numeri elementorum a posterioribus inuenta breuis ⁊ bona ex propositionibus notis in sensu probata. Est enim per se notum q̃ ex motu est calor ⁊ dissolutio partium in omni materia susceptibilis est passionis eo q̃ ex quiete est frigiditas partium ⁊ constrictio in materia eadem. Cum igitur celi motus sit perpetuus: ⁊ materia quatuor elementorum sit susceptibilis passionis: oportet necessario q̃ materia quã continue tangit concauum celi calefiat in summo ⁊ dissoluatur ita q̃ partes eius rarificantur in summo: ita q̃ vna non fluit ad aliam nec ex alia. Talis autem rarificatio conducit ad desiccationem vehementem necessario: ⁊ ideo id qd̃ proximum est spere de materia quatuor elementorũ siue de materia prima est ignis: q̃ ignis est corpus calidum in summo ⁊ siccum vltimo rarefactum. Corpus autem longissime distans a motu ⁊ quiescens est centrum: ⁊ ideo ex quiete est vltimo frigidum frigiditate constringente: ⁊ ideo humidũ exprimente ab ipso ⁊ hoc est terra: q̃ incenditur a motu sperico sicut circa qd̃ fit motus sicut dictum est in tertio librorũ superiorum. mediorum autem locorum quicquid ⁊ recedit a motu primi corporis ⁊ recessu non perfecto est calidus nõ vehementer dissolutiuus ⁊ exiccatiuus ⁊ ideo generatiuus aeris: quia aer est corpus calidum ⁊ humidum: ⁊ ex calore habens humidum spirituale emanans a medio aeris ad circunferentiam suam. locus autem cẽtro spere plus appropinquans ⁊ non habens in eo calidum dissolutiuum remanet frigidus non quidem vltimata frigiditate: ⁊ ideo non exprimit humidum ex parte materie que est in ipso: ⁊ ideo generat aquam quia aqua est elementum humidum ⁊ frigidum habens humiditatem non spiritualem fluentem ab extremis aque ad medium ipsius: ⁊ ideo est spissius aere: que duo media elementa secundario intenduntur a natura quia nisi esset terra que centrum est circũposita: terra dissolueretur in motus superiorum: ⁊ non esset perfecte perfectio eorum que sunt sm generationem. ¶ Sic igitur determinatum sit de graui ⁊ leui: ⁊ de accidentibus proprijs que accidunt vtrisq3: ⁊ distincta sunt vtraq3 in ea que dicta sunt absolute: ⁊ in ea que dicta sunt comparatiue ⁊ diffinita sunt ⁊ demonstrata per demonstrationes necessarias ⁊ conuenientes huic materie ⁊ sufficientes. Sic ergo in hoc completus liber noster de celo ⁊ mundo. Cum deo annuente omnia diximus in eo que fuerunt nostre intentionis in hac materia.

¶ Explicit liber de celo ⁊ mundo Alberti magni.

## ℭ Incipit liber de generatione et corruptiõe. Cuius tractatus primus est de generatione et corruptione in cõmuni simplr̃ dictis.

ℭ Cap. pm. De pͦhemio in quo declaratͬ que sit intẽtio libri.

*Ordo libri et intentio*

Cum due sint cõsiderationes de mobili simplici: quarum vna est de mobili simplici sm̃ simpliciorẽ potentiam eius ad motũ que est potentia ad locum vel situ que habita est in scientia librorum celi et mundi. Altera est de simplici mobili sm̃ minus simplicẽ potentiam ad motum eius que est potentia ad susceptionẽ forme tam substantialis q̃ accidentalis: que tractãda est in libris istis qui dicunt de generatione et corruptione. Cõstat q̃ scientia ista tertium obtinet locum partis prime que pars prima est de naturalibus vniversalibus. ℭ Cum eni habitũ sit de mobili in genere in scientia libri physicorum: de mobili autẽ simplr̃ sm̃ q̃ potentiã habet ad renouationẽ situs qui nihil variat in substã mobilis in libro de celo et mũdo sequitur hec tertia cõsideratio mobilis simplicis sm̃ motum qui est ad formam variantẽ esse mobilis: et in hoc completa est prima pars vniversaliũ naturalium: q: mobile in vniversali nõ habet plures cõsiderationes.

*Obiectio*

ℭ Si autẽ aliquis dubitat et dicat q̃ nulla scientia põt esse de hoc: q: generabilia et corruptibilia sũt variabilia: et de hoc scientia nõ põt esse: cum ois scientia sit de necessarijs: et necessariũ simpliciter dictum sit imutabile et eternum sicut dicit Arist.

*Solo p qua vide. 4. meta. t. cõ. 22.*

ℭ Sciat de subiecto corruptibili rõnes esse incorruptibiles: que rõnes principia sunt scientiarũ: et sic de talibus nõ in numero acceptis: sed in rõnibus talibus esse sciam et demõstrationẽ. ℭ Nec obstat qd̃ dicit Heraclitus. s. q̃ diffinitiones in materia si bone sunt debent esse materiales: q̃ aliter logice sunt et ex transcendentibus et vane oẽs. ℭ Materiales autẽ dicunt que sunt de forma accepta cũ materia. Forma autẽ talis semper in mutatione cõsistit nec de ea aliqd certi concipi vel dici põt ppter in subiecto cõtinuã mutationem physicus autẽ nõ abstrahit: et ideo physicus scientiam de hoc habere nõ põt.

*Abstractio duplex.*

ℭ Hec eni rõ Heracliti decipit in equiuoco: q: abstractio duplex est. s. vniuersalis a particulari: et secũda est illa que est diffinitio per ea que nõ cernũt materiam aliquam sensibilẽ a qua sm̃ esse dependeant: sed equalr̃ habẽt esse in omni materia. Et prima quidẽ abstractio ois est scientie: q: nulla scientia est quin abstrahat vniuersale a particulari: q: sue demõstrationes et cõclusiones de vniuersali sunt: sz aliquãdo illa diffiniti nõ possint nisi cernãt sibi materiam sensibilẽ extra quã nec nomen nec rõnem retinent nisi equiuoce: sicut caro neruus et os et oẽs plante et animalia et partes earum: q: nulla caro est que non sit medium in tactu cõposita ex cõtrarijs: et similr̃ de alijs naturalibus est intelligẽdum. ℭ Nihilominus tñ physicus loquẽs de carne nõ loquit de carne hac individua: sed potius de carne sm̃ rõnem carnis qua ab hac idividua abstrahit: vel si descendit sub carne ad carnẽ iconis vel hominis non tñ venit ad aliqd individuum de quo tradat demonstrationẽ et scientiã. ℭ Abstractio autẽ que est per diffinientia que rõnẽ nõ habẽt ab hac vel illa in specie cõsiderata materia est mathematici sicut circulus quẽ cõsiderat mathematicus nõ ereus est nec ligneus sed quantus tñ: et ideo vna est sua rõ in oi materia non equiuoca: q̃ nihil est de sua rõne nisi q̃ sit figura plana vna linea cõtenta: et hoc saluat in oi quanto: hoc autẽ hz determinari in 6° physicorum.

*Nomen libri*

ℭ Dicit autẽ hic liber de generatione simplr̃ et corruptione duabus rõnibus quarũ vna est verior: q: de gñõne simplr̃ et de corruptione simplr̃ agit in eo. Dico autẽ generationẽ simplr̃ vniuersalẽ: q: de gñõne que est mutatio in vniuersali agit in primo libro de generabili in vniuersali qd̃ est simplex corpus qd̃ gratia sui generat: vel q̃ generatur quicquid generat determinat in scdo. Que autẽ dicunt in primo libro preter hec ppter illa dicunt: ppter distinctionẽ eni gñõnis ab alijs motibus qui sunt ad formas accidẽtales agit ibi de alteratione et augmentatione: et ppter gñõnẽ corporis simplicis qd̃ est elementũ agit ibi de tactu et de facere et pati et de mixtione. Alia tñ rõ est que nõ adeo est ad ppositũ lz a quibusdã fuerit assignata. s. q: videlicz agit de generatione et corruptione in libro primo. Est eni cõsideratio generationis in primo et generationis cõtracte ad corpus simplex cõsideratio est in scdo. Generationis autẽ cõsideratio est duplex. s. sm̃ essentiã et sm̃ esse. Ea autẽ que est generatio sm̃ essentiã est generatio simplex dicta: que autẽ est sm̃ esse et nõ sm̃ essentiã est generatio quoqz quidẽ sm̃ esse quale determinat in alteratione et sm̃ quãtũ in augmẽtatione. Motus autẽ gñõnis quo tangitur in tactu et facere et mixtione in quibus manẽt essentie sm̃ esse primum: sz sit in talibus alteratio sm̃ esse contrariorum. In hoc autẽ libro sicut et in alijs Arist sequimur nõ dimittẽtes et ea que ex alijs et ex nobis vtiliter videbuntur addenda esse.

*Tex. c. 1.*

ℭ De generatione autẽ et corruptione sm̃ causas naturales siue naturaliter generatorum et corruptorum in hoc libro dicendũ est et vniuersaliter nõ descẽdẽdo ad generationes huius vel illius dicẽdum est hic: q: scientia vniuersalis est ante particularẽ cause etiã earum hic dicẽde sunt et determinãdo eorum determinationes siue diffinitiones in cõmuni. Amplius q: motus sunt vniuersales ad formã alteratio et augmẽtatio. Dicendũ est etiã de ipsis qd̃ sint et verũ extimãdũ sit q̃ vna sit natura alterationis et generationis aut semota siue diuersa sicut per nomina distinguunt: q: nomen alterationis significat motũ in qualitate generationis autẽ nomen sonat mutationem in substantia.

ℭ Cap. 2m. De opinionibus antiquorum circa genus generationis et corruptionis.

Antiquorum quidem ergo quidã generationẽ simplicẽ dicebãt idẽ esse alterationi. Alij vero dicebãt aliud esse alterationẽ et aliud esse generationem. Dico autẽ simplicẽ generationẽ que pure et vere est vniuersalis generatio mutatio. s. in substã vniuersalr̃ de qua intẽdimus hic: siue etiã simplicem generationẽ que est generatio elementi. de qua in scdo huius voluminis loquimur: q: ergo hi antiqui diuersificati sunt circa genus gñõnis et alterationis ponẽtes ea in genere vno vel diuersis: ideo primo dicat de opinione eorum. ℭ Quicũqz eniz principiũ oium vnũ aliquid dicũt quicquid sit illud: et oia dicũt generari ex illo vno saluato in substã et rõne illis etiã necesse est dicere q̃ generatio sit alteratio: et q: sit in principali et substãtiali gñõne opz dicere alterum. Isti eni dicũt vnũ subiectũ saluari in substã et rõne sicut terrã vnã vel ignẽ vnũ vel aerẽ vnũ vel aquã vel mediũ inter ignẽ et aerẽ vnũ mutari et talis mutatio cui subijcit idem saluat in substã et rõne alteratio est: et ideo sm̃ eos generatio est alteratio. ℭ Quicũqz autẽ ponunt q̃ principia materialia sunt plura sicut Empe. qui quatuor posuit elemẽta. Et Anax. qui oia homogenea. i. similia in partibus ponit sicut sanguinẽ carnẽ lignum et os etc. quorum partes sunt similes et habẽt nomẽ totius. Et Leucippus et collega eius Democritus qui ponit infinita corpora idiuisibilia respersa in vacuo. Hi oẽs aliud dicũt generationẽ esse et aliud alterationẽ: q: eorum principiorum cõgregatio sm̃ eos sit generatio: alteratio autẽ dum totum cõgregatũ variatur sm̃ qualitates vere vel apparenter. Dico autẽ vere vel apparẽter: q: quidã ipsorum qualitates sm̃ rem esse ponebant: quidã autẽ non nisi apparentiam vt infra patebit in positione Democriti et Leucippi. ℭ Sed tñ Anaxag. ignorauit veritatẽ sui sermonis: cũ eni posuit principia materialia esse multa que cõgregatione et segregatione generationẽ et corruptionẽ faciũt sequebatur generationẽ nõ esse alterationẽ: et ipse tñ dixit q̃ generatio et alteratio sũt idẽ: forte ideo q: nullus eorum vere cognouit formale principiũ: et q: latet primo res deinde cõgregatione et segregatione homogeneorum incipit apparere: et hec est rei generatio et latẽtia corruptio: latentia autẽ et apparẽtia nõ dicit mutationẽ nisi in accidẽte: et ideo dixit iste generationẽ esse alterationẽ et cõtrariat dicto suo: q: sm̃ eũ generatio fit cõgregatione homogeneorum que latebãt: et alteratio variatione passionũ circa idẽ in quo apparẽtia homogenea iã ductũ cõstitere eãr: multa autẽ Anax. dixit elementa materialia quẽadmodũ alij. Empe. n. pͤncipia materialia corporea q̃tuor elemẽta esse dixit: s

tum addidit his duo formalia mouētia.s.litē ꝛ amicitiam tūc ser in vniuerso ponit principia sed Anax.ꝛ Leucippus ꝛ Democritus ꝯueniūt in hoc ꝙ mālia dicūt īfinita esse prīci pia. Anaxago.eni oīa omiomera.i.similia ꝗ̄tis ponit eē mā lia: quoꝝ pars synonyma est toti.i.eiusdē rōnis ꝛ noīs cū to to: sicut os ꝛ caro ꝛ medulla q: quelibet pars ossis est os: ꝛ quelibet pars carnis est caro: ꝛ sic de alijs. Democritus āt ꝛ Leucippus dicunt ꝙ hec omiomera ꝛ alia componanť ex athomis siue corporibus indiuisibilibus que īfinita sūt mul titudie ꝛ figuratiōe siue forma que morphea dicit: q: trigo niā sunt ꝛ trigona ꝛ rotunda ꝛ pentagona: ꝛ sic in infinitum. Res aūt que cōposite sunt differūt his athomis ex quibus sunt positione ꝛ ordine athomoꝝ: q: aliā positionē habēt tri gona cū rotundis ꝛ quadratis ꝛ similibus in vno qđ fit celū ꝛ aliā i alio qđ fuit terra: ꝛ similr aliā habēt sꝫ ꝙ a dextris vel sinistris siue prius siue posterius cōponūt trigona vel rotū/ da: ꝛ ideo differētiā hāc accipiunt generata ſm istos duos modos: hec ergo est opinio antiquorum circa genus altera tionis ꝛ corruptionis.

¶ Cap.3m. De comparatione antiquorum.

Si aūt comparanť dicta antiquoꝝ qui plura di cunt esse mālia principia: sic dicta Anaxag cō traria sunt ſm aliqđ dictis Empe. q: Empe/ doclei.i.illi qui sunt de secta Empe. dicūt prī ripia mālia ꝛ simplicissima esse quatuor elemē ta.s.ignē aerē: aquā: ꝛ terrā: ꝛ ex his fieri poste riora ꝛ minus simplicia ea que dicunť partes omiomere.s. carnē. os: ꝛ alia de numero partiū que inueniunť in cōposi/ tis. Anaxagorici aūt dicūt econuerso.s. ꝙ partes omiomere sunt priores ꝛ simpliciores ꝙ̄ quatuor illa que dicit Empe. s.ꝙ̄ ignis aer aqua ꝛ terra: ꝛ hec quatuor dicit Anax. ꝯstitui ex illis. Sunt eni omiomere partes pāspermia vniuersalis semina mālia hoꝝ quatuor corpoꝝ: licet eni sint qa tuor corpo ra omiomera: tn̄ nō sunt partes omiomere: quia per se sunt ꝯstituta ſm partes omiomeras. Anaxa. dicit esse elementa oium corpoꝝ: q: pars māle principij est totius ꝛ omiome/ rū est principiū etherogenij.i. dissimilis in partibus sicut ho mo manus ꝛ pes: q: nec in homines homo: nec manus in manus: nec pes in pedes diuiditur.

¶ Cap.4m. De eo qđ necessario sequitur ex dictis eorum.

His habitis ostendamus qđ prius diximus.s. ꝙ his qui ex vno māli p̄cipio saluato in sub/ iecto omnia dicunt ꝯstitui necesse sit dicere ge nerationē ꝛ corruptionē esse alterationē: cū eni dicit manere subiectū vnū ꝛ idem in mutatio/ ne: sic dicit ꝙ sicut mutať alterari: q: sic non mutať in forma substātiali. sed de subiecto saluato in substā tiā ad subiectū alterius accidētis sed tale subiectū saluatū. Dicūt ponētes illud principiū māle ergo sequiť ex dicto eo/ rū ꝙ generatio sit alteratio. His aūt qui genera mālia mul ta faciūt necesse est dicere ḡnationē aliā esse ab alteratione: q: ipsis necesse est dicere ꝙ multis mālibus ꝯuenientibus fit ḡnatio ꝛ dissolutis eisdem fit corruptio. Sed alteratio non fit sed sine segregatione ꝛ ꝯgregatione partium mālium cū res alterať variať in accidentibus: ideo enim q: ḡnatio est ꝯgregatio partium mālium ꝛ corruptio est segregatio. Di/ cit eni Empe qđ aā formalis nō est nisi mixtura: eo ꝙ ipse formā perfecte nō cognoscit nec cognouit sed principiū gene ratoꝝ posuit materiale ꝛ segregatio mixture illius est nomē corruptionis. Illud igitur sequitur positionem ipsoꝝ: ꝛ ideo manifestum est eos sic dicere.

¶ Cap.5m. De perfectione dicti eoꝝ qui plura vno dicūt ele menta vt Empedocles.

Habito aūt eo qđ est proprium ex dictis eoꝝ cō/ siderare ꝯtingit ꝙ his qui dicunt ꝙ plura mā/ lia sunt principia: accidit etiā ꝙ dictuꝫ eoꝝ est imperfectum ad construendum suam intētio/ nē q: sicut habituꝫ est ipsis est necesse dicere ꝙ generatio sit aliud ꝙ̄ alteratio: ꝛ tn̄ impossibi/ le est ſm ea que ab eis dicūtur hic per causaꝫ ostēdetur: hoc autē qđ dicimus recte est facile videre. per simile enim pro/ bamus alterationem esse differētem a generatione q: sicut videmus in quantitate esse motum quiescente.i. manente substantia.i. subiecto ſm esse ꝛ rationeꝫ qui motus vocatur augmentū: ita videmus eodem modo quiescente substātia ꝛ subiecto motuꝫ esse in qualitate que est alteratio: sed in ge neratione non quiescit substantia ꝛ subiectum idem ſm esse ꝛ rōnem: ideo differunt generatio ꝛ alteratio sed hoc nō po test causari ex dictis eoꝝ qui plura ponunt principia mālia qđ sic probatur: q: si nō fiat alteratio in primis qualitatibus que sunt differentie elementoꝝ: sꝫ in frigido ꝛ calido sicco ꝛ humido nō potest fieri alteratio in scdis que causantur ab illis.s. in albo nigro molli ꝛ duro sed dicit Empe non fit al teratio in primis ergo nec in scdis. Dixit eniꝫ Empe. ꝙ ter ra est res frigidā dura nigra: ꝛ sol.i. ignis est res alba calida ꝛ ꝙ vnum elementum non imutat alterum. Licꝫ congregenť in vnum mixtum: ergo elementum non imutat elementum extra mixtum nec in mixto ſm qualitatem puta actiuaꝫ vel passiuam: ꝛ ideo terra semper manet terra ꝛ nunꝙ̄ mutatur in ignem: vnde necesse est eum sequi ꝛ in qualitatibus scdis ꝛ ḡnatis nullam fieri alterationem: q: non alteratur ethero geneuꝫ: nisi q: in eo alteratur homogeneū: nec homogenea pars alteratur nisi alterato elemento qđ ꝯstituit in ipsum: ꝛ ideo elemento non alterato non alteratur homogeneū: nec etherogeneum similiter non alterat album nec dulce nisi rō/ ne alterationis in sua causa que est ca. fri. hu. ꝛ si. ꝯstat ergo ꝙ ex dictis Empe. alteratio causari non potest: tum tamen necesse sit sibi ponere alterationē a generatione differenteꝫ: ꝛ infra insufficiens est dictum eius: hoc aūt pꝫ in alia rōne. ¶ Manifestuꝫ est enim ꝙ in omni alteratione vna mā siue vnum subiectum supponiť duobus ꝯtrarijs sicut in loci mu tatione qđ idem est sursum ꝛ deorsum motum in quantita/ te idem augmentum ꝛ diminutum. Sed Empedo. nō dixit idem esse calidum ꝛ frigidum ſm subiectum vt habitū est: ergo ex dicto suo non causatur alteratio. Amplius pꝫ ꝯclu/ sio rōne ꝯsequentie q: ista se ꝯsequunť si est alteratio est sub iectuꝫ idē sub duobus ꝯtrarijs saluatū est alteratio sed ſm Empedo. nō est subiectū vnū sub duobus ꝯtrarijs saluatū: nec econtra: ergo non causat alterationem.

¶ Cap.6m. De eo qđ Empe. dicit contra seipsum ꝛ contra id qđ apparet sensu omnibus.

Tex.c.2.

Empedocles ergo non est tm̄ iperfectus in suo dicto sed ꝯtraria videt dicere ad ea que appa/ rent omnibus ꝛ ad seipsoꝫ. Dicit enim duo in simul quoꝝ vnum est ꝙ nullum elementoꝝ trā smutatur in alteꝝ eo ꝙ non admittant differē tias suas que sunt qualitates prime quas ipse dicit esse in terra graue ꝛ durum ꝛ frigidum ꝛ in sole.i. igne albū ꝛ calidum: scdm est ꝙ ipse dicit qđ quatuor elementa qn̄ mutanť in vnum chaos siue in vnā materiā ꝛ sunt iterū distincta ab illa natura per litem ꝛ amicitiam ꝛ hoc non po test ipse dicere ꝙ in vnā.s. ꝯueniant nām nisi q: possunt amit tere suas qualitates: nec potest dicere ꝙ iterum exeant ab il la natura mixta: nisi q: possunt acquirere qualitates: ergo elementa possunt alterari ꝛ transmutari: nec magis est rō: quare magis tunc possunt alterari ꝛ trāsmutari ꝙ̄ modo. er go ꝛ modo possunt alterari ꝛ transmutari vt terra fiat ignis vel aliud elementū: ꝛ hoc est qđ apparet omnibus ¶ Cū er go ꝯtrarium huius dicat Empedo. dicit contra se ꝛ contra apparens. Incertuꝫ aūt est etiam dictū huius viri in hoc ꝙ ſm illum suū dictum nemo potest scire vtrum vnum princi/ pium sit multoꝝ: aut econuerso multa sint principia vnius: inquantum eni quatuor ꝯgregata per amicitiam ꝯstituunt vnum sic multa.s. quatuor sunt principia vnius: inquātum aūt iterum per litem quatuor exeunt ex vno vnum est prin/ cipium multoꝝ: ergo nescitur ex dicto suo vtrum ſm vnum sit elementum ꝛ principium primum vel quatuor: hec ergo sunt dicta a sermonibus eoꝝ qui circa genus generationis errant ponentes eam esse alterationem vel motum ſm situ qui fit congregatione ꝛ segregatione.

Tex.c.3.

¶ Cap.7m. De eo ꝙ sermones antiquoꝝ insufficientes sūt circa id quod subijcitur generationi.

Tex.cō.4.

Uniuersalr itaqꝫ de generatione ꝛ corruptione simplici elementoꝝ dicendū verum est aut nō est: ꝛ quomodo est: ꝛ de alijs motibus simplici bus puta de augmētatiōe ꝛ alteratione: ꝛ erit nr̄a intētio hic dicere vtruꝫ ḡnatio est ex illo ex quo dicebāť eē āntiqui: vt sicut remouimꝰ erro/

re eorum quae errabant in eo ex quo est generatio sive quod subijcitur generationi. hoc enim est necessarium cum antiqui non fecerunt

Tex.c.5.

Videtur aūt multis antiquis nō sic debere determinari sed potius qd dicēdum sit q generatio simpr z aliqua gnātio p hoc q id qd generat vel corrūpitur sit magis sensibile vel minus sensibile: qd qdem eni in magis sensibilē trāsmutatur māam gnari inquiūt simpr sicut si aliqd trāsmutat in terrā quādo aūt trāsmutatur in imanifestā māam sicut in ignez tūc dicit simpr corrūpi z gnātione aliqua generari. Determinant aūt q ens z non ens sunt penes sentiri z nō sentiri quēadmodū scibile qdez sit ens ignotū aut sit nō ens. Sensus enim in eo q certificat de re veritatē quādam hz disciplinē siue scie: nō tamē ideo disciplina imediate oritr ex ipso: qa sensus certificat pmam materie: disciplina aūt per eam rei essentialez. quēadmodū igitur phi illi existimabāt q viuere z esse sit sentire vel posse sentire: ita existimabāt de rebus q sint que forti sensu sentiūtur z q nō sint que sunt quasi insensibiles z fm aliquē modū prosequitur veritatē. s. qa vident q id qd comprehēsuz est: est sicut ens: z id qd non comprehēditur est sicut nō ens: z in hoc sensus hz veritatē quādam disciplinē. Sed nō verū est q dicūt simpr esse qd est multū z nō esse simpr cuius pceptio in sensu est parua: qa verius sunt que rōne q que sensu percipiuntur: z ideo contingit q aliter determinat de generatione simpr z aliqua generatiōe fm opionez z aliter fz veritatez: z sic de corruptione simpr z aliqua corruptione. Ignis eni qui magis est spiritualis z aer sūt minus fm sensum: ideo fm dicta viron que simpr corrūpunt corrumpūtur in hoc z dicunt simpr generari quādo trāsmutat in tangibilem māam sicut in terrā cū fm veritatem sit ecōuerso qa ignis z aer sunt magis hoc aliqd z substātia z spēs q terra sicut appet ex pus dictis. Qd igitur gnātio simpr sit corruptio alicuius siue aliq cū dicta est hoc eni est pp hoc q differt mā ita qua sunt dicte trāsmutationes. s. q aut est substantia aut nō: aut q hec est substantia magis: illa vo nō: aut fm opinionem antiquoz q hec magis est sensata materia ex qua z in quam est transmutatio: hec vo minus.

Cap. 27m. De generatione simpliciter z generatione fm quid quando sunt in vna transmutatione.

Dicunt iterū hec qdez generari simpr: hec autem aliqd siue fm qd solū tertio mō qui nō est aliqs dictoz modoz quibus dicunt res ex adinuicē generari in substantijs vel accidētibus: sed fm modū quē nūc dicemus qui non est in vna transmutatione. Nūc aūt paulo ante determinatū est qre ɔtingit q nō simpr dicimus generari eādem rē z corrūpi: sed potius si alterū est simpr reliquū est fz qd: cū tū omnis gnātio vnius sit corruptio alterius z ois corruptio vnius sit gnātio alterius in his que trāsmutātur adinuicē. Sz nolumus hoc nūc querere. Sz querimus nūc quare qui dicit z fit sciēs nō di simpr gnari sed dicit fm qd generari qa dicit gnari disciplinatus. Ille aūt qui dicit nasci substātialr dicit simpr gnari. Solo aūt huius qōnis determinata est in pdicamētis: qa dictū est ibi q quedam significāt hoc aliqd. s. particularē subaz z quedā signāt siue significant quale: z quedā significāt quātū. Quando gō mutatio fit in ea que nō subam significāt dr illa gnātio quedā siue fm qd. Sz quādo fit mutatio in id qd significat subaz dr generatio simpr. Sed tū hoc nō est ɔ̄riū supradictis: qa gnātio simpr z gnātio quedā est in oibus pdicāts fz qd in alio ordine dr qui supra est explanatus: puta in suba dr gnātio simpliciter si gnāt ignis sed nō simpr sed fm qd si gnāt terra. In q̄litate aūt simpr dr gnari si gnatur disciplina: ex eo igit qd est hoc simpr gnari si gnāt disciplinatū. Illa aūt nō simpliciter sed partiz hac rōnē gnātiōis z partiz nō. In oibus vo substātijs fm veritatē z opionē dem est z et dem est q causa mālis qre gnātio sit cōtinua est subm qd trāsmutat in ɔ̄ria semper: qa ideo generatio vnius est corruptio alterius z corruptio vnius est generatio alterius.

Cap. 28m. Et est digressio qualiter generatio simpliciter z fm quid sit simpliciter in accidentibus fm alios.

Est aūt hic attendēdū q oē accidens z pcipue physicū quale est passio vel passibilis q̄litas duplex hz eē. s. māle z formale. sicut vbi gratia. albedo eē māle hz ex dispōnibus subiecti in quo ē sicut ex calido terrestri dissoluēte humidum vt in calce: vel ex frigido cōstringente partes pspicui diuisi sicut in niue: habet aūt esse formale cuius lux est hypostasis z essentialis cāmissa superficiei dense vel rare vel



Esse cōposita z si ɔ̄riuz non habeat ɔ̄riū substātia q est pprie subiectum. Sed de talis phūs hic ɔ̄riū: sz ɔ̄sidera q̄z ista sunt solo no Alexādri qd Cōmentator vt ipparet. 5. ph. cō. 10. Z.

Tex. cō. 18.

Tex. cō. 19.

Tex. cō. 20.

Oē accidēs physicū vt passio z passibilis q̄litas hz duplex eē. Z.

adusto vel humido sm q dicit Aristo. q color est extremitas perspicui in corpore terminato. i. in corpore qd nō transit visus: sicut est terra vel lignū qd visus nō trāsit sicut trāsit vitrū vel aerē vel aquā: & forte gnatio que differt in accidentib⁹ ab alteratiōe in eisdē q gnatio est in vtroq₃ eē mālī & formali: sed alteratio est pncipalr sm eē formale tm & hoc ideo videt qa gnatio vt docet nos Arist. in pma phia ē eē compositi: & sicut differunt termini mutationis sic debēt differre mutationes: & ideo oportet q generatio quo quātum ad terminū similitudinē quādam habeat cū gnatione simile. Sūt tn plerique etiā phici qui gnationē quo dicunt esse alterationē & econuerso & verum est qd dicūt l₃ motus sit alius & alius vt videtur sicut iam patefactum est.

[Tex. co. 16]

¶ Cap. 2m. Quare gnatio est semp ex corrupto aliquo.

His habitis nūc inquirere redeūdo ad ppositū opz quare semper gnat aliqd ex corruptis: quēadmodū eni ingrunt physici corrūpi dicit res quādo venit ad insensatū simr dicit q gnat ex nō ente sui ex corrupto quando venit ad sensatū sicut ex insensato: sine igit per nō ens supponat aliqd subm qd est ens nō sensatū sicut se h₃ veritas: siue non ens sensatū nullū relinqtur sub₃ sicut dicit falsa opinio eor: semper generatio fit ex nō ente & corruptio fit in nō ens. Huius aūt cā est qa est gnatio ex 2rio qd necesse ē cōcipi: & iō ex gnatio decētet cōtinue est & nunq₃ deficit gnatio eni talis entis & corruptio talis nō entis gnatio ē talis entis.

¶ Cap. 3m. De solutione trium questionum. s. vtrū nō ens ex quo est generatio sit pura priuatio vel non: & an materia generationis sub duobus cōtrarijs sit vna vel plures: & an res generantur ex adinuicem.

[Tex. co. 22]

Sed tūc iterū queret aliqs vtrū hoc nō ens qd priuat id qd simplr dr esse siue formalr ens siue sensatū ens siue subalter ens: hec eni sic plibs simus silr et dicunt sicut pura priuatio vel alterū 2rior: puta si dicimus māle esse nō ens et formale corpus ens: vtrum tūc terra & graue i. subm eē 2rio supponat per nō ens: & ignis & leue supponatur per ens in qd est generatio. aut non sit ita: sed forma terre & cōtrarium vnum qd est graue sit ens & forma ignis & leue similr: sed sola mā vtriusq₃ forma priuata sit nō ens ex quo est generatio. Queret aūt iterū aliquis an mā gnatiōis est vna sub duob⁹ 2rijs an alia. Et iterū queret aliqs 2nter an generatio fiat ita q generent res ex adinuicem vna ex alia & econuerso sicut p₃ in elemētis quor vnū gnatur ex alio & econuerso: aut generant ex adinuicem vt ex cōtrarijs: qa tunc nulla eēt questio. vtrū non ens supponeret alterū 2rior: qa certū esset q nō supponeret: hoc aūt precipue dubiū est in simplici gnatione elemētor: qa illis pmo insunt 2ria & gratia illor insunt oibus alijs s. terre aque aeri & igni. Solo aūt oium illorum est q in gnatione supponitur cōtrariū alterū & ex adinuicem fiūt gnationes super mām vnā que est subm mutationis: & hec materia est vna subiecto & eēntia mālī s₃ duplex sm eē: qa aliud eē h₃ sub vno cōtrarior & aliud sub alio cū esse sit actus forme in mā: & ideo duar formarū cōtrariarū vnum eē in vna mā esse nō potest. Sciendū eni q mā h₃ diuersam rōnem & nomē sm q cōparat diuersis. In transmutatiōe eni cuius ipsa est pncipiū aliquo mō tria sunt. s. terminus a quo & terminus ad quem: & ipsa ē trāsmutatio & hoc duplr cōsideraf. s. put est motus qdam: & put est ipsa generatio vnius & corruptio alterius vna mutatio existēs penes terminor diuersificata. Si igit trāsit terminus a quo ipsa necessario in priuatiōe que dicif non ens supponit 2riū. qa nō est motus nisi de cōtrario ad cōtrariū. vnde Arist. in. 5. physicor dicit q de non albo fit albū & nō de quolibet non albo: qa non de lineis sed de nō albo qd est nigrū vel mediū inter albū & nigrū: mediū autē cōparatū extremo est extremum: si aūt cōparaf ad terminū ad quē tunc supponit priuationem cū aptitudie quā ichoationem forme alibi diximus ad recipiendū formā. Debes enim scire q priuatio duplr est dicta. s. actiue & passiue hoc est priuās & priuata: priuatio aūt priuata habuit habitū aliquādo: sed corrupta sunt in ipsa principia habit⁹ relicta tn suba sic cecitas est priuatio habitus: & iō ab ipsa nō est regressus ad habitū. Est aūt alia priuatio priuās 2rium habitui: & hēs habitū 2rium aliquo mō: & hoc est conti-

[Nō qdo ex de trāsmutatio pōt cōcipi in rōne mot⁹ & in rōne generatiōis vi de p B Albertum. 5. phi. co. & tex. 54.]

[Priuatio duplex.]

nue desiderās habitū & formā: sicut diuinū & optimū: sicut turpe desiderat bonū & femina marem: & hec est priuatio que supponit in nō ente: quādo dr q gnatio est ex nō ente i ens. Si aūt cōparaf ad ipsam mutationē: vt est mot⁹ tn: tūc vocatur mā phica que est in potētia qa sicut dicit Arist. in. 3. physicor. Mot⁹ est endelechia existentis in potētia sm q est in potētia. Si aūt cōparaf ad motū put gnatio vni⁹ est corruptio alterius tūc ipsa est actu informata forma 2rij qa nihil corrūpit nisi actu ens: de his ḡ dubitabilib⁹ intātū dcm sit.

¶ Tractatus Secundus de Alteratione.

¶ Cap. pm. De differentia alterationis & generationis.

[Tex. co. 2]

De generatione autē & alteratiōe dicamus qd differūt. Nos eni dicimus has trāsmutatiōes eē alteras ad inuicē. Prima ḡ differētia est istar trāsmutationū penes id in qd trāsmutantur. Qm eni aliud est subm: & aliud est passio siue qlitas subti opz eū trāsmutatio fit penes vtriq₃ istor q sit altera & altera. Alteratio eni est quado manēte subto s₃ formā & subam qd sensatū est: qa in illo magis trāsmutatio apparet trāsmutatio fit in talib⁹ subti passiōib⁹ siue qlitatib⁹ que sūt vel 2rie vel medie: puta corp⁹ aliquādo sanū est: & fit laborās siue īfirmū manēs idē ī subto & suba & metallū totūdū est & fit angulare manēs idē sm rōnē & spēm metalli: quādo autē totū trāsmutaf sm eē in totū sicut semē totū in sanguinē vel in carnē est generatio vel corruptio. Maxime autē apparet ista gnatio si fiat trāsmutatio ad sensacē ex insensato: sensatū dico tactu siue tāgibile: aut et sensatū oib⁹ sensib⁹ vel pluribus si generaf aq aut corrūpif in aerē. qa aer est valde isensatus. In his aūt gnationib⁹ & corruptiōib⁹ si alique passiones eedē sunt siue cōes vtrisq₃ 2rijs. s. generato & corrupto non oportet illas transmutari. verbi gratia: si ex aere fit aq diaphanitas & humiditas manent.

[Tex. co. 14]

¶ Cap. 2m. Et est transgressio declarās qualiter manent cōmunes qlitates duob⁹ eētis in terminatiōe adinuicem.

Et huius qdem cām assignat Auerrois esse q illar cōiū passionū neutrū elementum est subiectū essentiale nec ipse eētiales sunt substantie sed cōtingūt vtriq₃ subto. Sed quecūq₃ subiecto eētialia illa mutanf. Et hoc h₃ dubitationē: qa humor aeris est eētialr plus aque: & tamē manet cū aer mutaf in aquā & econuerso: & forte Auerrois vocat eētialē sube qd est ei⁹ inquatū in spē & forma et nō couenit ei rōne generis sui: qa hoc est pprium speciei et mutaf cū ipsa: contingens vo vocat qd inest gratia generis vtriq₃ terminor mot⁹ qa hoc nō h₃ cōtrariū in qd mutef. Sciendū tamē q talia cōmunia mutanf in eē & non in eētia: sicut enim essentia albi saluaf in albiori & albissimo: ita essentia humidi in humidiori & humidissimo: nō tamē idē est esse albi & albioris & albissimi. & hoc mō sm eētias suas talia manēt sed nō sm eē idē in vtroq₃ terminor motus.

[Qualitates symbole manēt s₃ eētias eadē i gnato & corrupto & variantur s₃ esse. 3.]

¶ Cap. 3m. Qr nō sit alteratio essentialiter generatio: & quomodo sit alteratio.

[Tex. co. 16]

Redeamus igit ad ppositum & dicamus q cū nō est mutatio ex hoc toto in hoc totum s₃ manente toto subiecto saluato fit in accidente variatio: tunc est alteratio. Alterationis eni & ois motus qui est in accidentibus subm primū est cōpositū in mā & forma: & non materia sola: vbi gratia musicus hō corruptus est hō aūt imusicus gnat⁹ est: hō aūt subm vtriusq₃ manet ad id saluatum in ratiōe & forma subali: si igit hominis passio nō eēt sm musicā dispōnē & imusicā: sed esset musica & imusica aliqd de eius ratiōe & cū huius qdē eēt generatio huius aūt corruptio: ideo hois sm esse hominis est hec passio. Sed si cōsideratur cōgregatū ex suba & accidēte sm esse congregati sm q alia est rō & eē musici hominis. & alia hominis per se: tunc musica etiā eēt essentialis homini musico: & ideo hominis sm esse musici est talis mutatio generatio & corruptio s₃ hec est corruptio quo & generatio quo que pprie est alteratio si ad subm mobile & nō ad totū esse congregati referatur: qa passiōes huius manēt in suba & forma: & ideo alteratio est sm talia.

¶ Cap.

¶Cap. 4m. Et est transgressio declarans qualiter alteratio uno modo est secundum tertiam speciem qualitatis tantum: et alio modo secundum communes rationes motuum abinvicem.

Oportet autem hic digressionē paulisper facere quia in .7. physicorum probat Arist. alterationē non esse nisi secundum tertiā speciem qualitatis que est passio vel passibilis qualitas inferens vel illata cum enim omnis alteratio fiat agente activo aliquo et manifeste per ipsum mobile non agat aut aliquod physicum aut mediantibus activis qualitatibus que sunt qualitates prime corporum quod illis solis vel cateris ab eis fiat alteratio. Quinque enim exigunt ad hoc quod alteratio fiat physica. scilicet agens extra mobile per qualitates activas et qualitas addens super essentiā materie sine subiecti: et quod ipsa per excellentiā corrumpat subiectum et quod sit preter essentialia variatio licet eam: et quinto hoc sit contrariorum actu pugnans. Et per primum horum autem excluditur alteratio que est in prima specie qualitatis quia virtus et scientia non causatur ab aliquo extra id quod eis informatur. preterea et habitus virtutis quedam commensuratio quedam est medium. Similiter et habitus sanitatis non est sine ratione eius quod est ad aliquid: quia sic mensura est ad aliquid: ita et id quod in quadam consistit commensuratione: in ad aliquid autem non est motus cum quod per motum est: habeat necessario prius et posterius: ad aliquid autem vult simul esse natura. Preterea que attingit proprie virtuti perfecta sunt et perfectio est per formas alterationis. Absurdum autem est dicere quod penes naturalem potentiam et impotentiam fit alteratio. Cum omne quod alteratur et movetur per naturalem potentiā motiue subiicitur alterationi vel et alterantibus resistit. Preterea naturalis potentia vel impotentia fluunt ab essentia et non variantur nisi essentialibus variatis: et ideo per quartam conditionem physice alterationis excluditur: et et per quintā excluditur quia non habet contrarium actu eius repugnans sed potius privative oppositum. Quarta et species sit habet contrarium et est perfectio omnium artificialium et est coniunctum forme substantiali naturalium: quia nullum corpus est quod non habeat propriam figuram: ut dicit Arist. in metaphysica: et ideo excluditur ab alteratione. Sciendum est quod non addit essentiā aliquam supra quantitatem materie propter quod dubitat auctor sex principiorum. utrum figura acciones sit a natura vel arte licet autem Arist. dicat quod rarum et densum sunt principia omnium passionum et ideo videatur quod secundum eas materie debeat esse alteratio: cum in ut dicit Arist. in 4° physicorum. nihil addant supra situm partium materie. et ideo ut videantur esse vera que dicta sunt. Sciendum quod rarum et densum non sunt principia activa passionum sed potius prima disponentia ut passiones in materia et in partibus materie introducantur quia rarum est leve: et calidum: et densum est frigidum: et grave sed activa rari et densi et omnium aliorum sunt calidum et frigidum: ideo secundum ista sola et contraria ab eis est alteratio unde quod hic dictum est: et in secundo de anima dictum est de alteratione in rationibus dicta et non propria neque physica: communis enim alteratio est secundum omnem qualitatem que facit alterum et non aliud.

¶Cap. 5m. De distinctione omnium motuum abinvicem.

Tex. cō. 24.

Redeamus ergo ad propositum et dicamus quod generatio ab omni motu distinguitur quando enim secundum quantitatē est transmutatio contrarietatis: tunc est augmentum vel diminutio quia quantitas secundum essentiā que generis est entis accidentalis non habeat contrarium tamen secundum quod est terminus naturalis constantium et rationum magnitudinis eorum ut dicit Ar. in 2° de anima sic habet contrarium quod est perfectum et diminutum: et sic motus est in quantitate: quando autem mutatio fit secundum locum: tunc est allatio sive loci mutatio ideo quia quod secundum locum movetur non semper mutat locum sicut patet in celestibus omnibus: et ideo proprie allatio dicitur in communi: quando autem motus fit secundum passionem tunc dicitur alteratio. quando autem nihil manet subiecti compositi cuius alterum contrariorum sit passio et accidens sed est ex toto in totum universaliter: tunc est generatio et corruptio.

Et ideo quantitas habet contrarium. vide etiam ab ipso 5. physicorum longius.

¶Cap. 6m. Qualiter hyle subiicitur generationi et qualiter aliis motibus.

Tex. cō. 24.

Yle autem quod est prima materia quidem principium et proximum et proprium subiectum generationis et corruptionis susceptibile: sed modo alio non proprie nec prime est et quod subiicitur aliis transmutationibus omne enim quod substat oportet quod habeat vim substandi ratione primi substantivi quod est materia: et ideo et compositum quod est subiectum accidentalium transmutationum ratione materie habet vim substandi: sed tamen compositum est proprie substans accidentibus quia accidens est post esse et esse est perfecti et compositi: ideo etiā compositum causa et subiectum est accidentium et cum diffiniuntur accidentia cadit subiectum in diffinitione eorum sicut patet in simmo et claudo in quorum unius diffinitione cadit nasus. Alterius autem crus que composita subiecta sunt de generatione igitur sive est sive non est: et quomodo de alteratione determinatum sit hoc modo.

¶Tractatus Tertius de Augmento et Diminutione.

¶Cap. pm. De differentia augmentationis ad alias transmutationes.

Tex. cō. 25.

De augmentatione autem reliquum est dicere quid differt a generatione et alteratione. et deinde quomodo augmentantur que augmentantur et diminuuntur que diminuuntur. Querendo autem primum differentiam augmenti ad alias transmutationes queremus utrum in alio differt ab eis quam in hoc quod est in alio genere ab ipsis. Verbi gratia. ex potentia substantia in actu substantiam transmutatio vocatur generatio. Quod autem circa magnitudinem ex potentia in actum vocatur augmentum vel diminutio. Que autem circa passiones ex potentia in actum vocatur alteratio: utraque enim istarum transmutationum ex potentia in actum est utrum igitur tamen in hoc est differentia: aut etiā motus transmutationis differt. Illud enim quod alteratur non ex necessitate etiam secundum locum movetur. licet necessario mobile est secundum locum: non tamen necessario: et similiter quod generatur necessario mobile est secundum locum: non tamen necessario movetur secundum locum sed id quod augetur vel diminuitur necessario movetur aliquo modo secundum locum: sed non ita moveatur secundum locum sicut id quod fertur in locum: quod enim fertur secundum locum movetur secundum rectum sursum vel deorsum totum alterat locum et venit de uno loco in alium. Sed quod augetur vel minuitur manens in uno loco secundum totum alterat locum non tamen in hoc movetur sicut spera vel circulus quia spera vel circulus movetur secundum locum manens in loco equali secundum totum: et movetur renovatione situs in partibus sed quod augetur secundum partem crescit in locum maiorem et id quod diminuitur decrescit in minorem. Quod igitur hec transmutatio que dicitur secundum augmentum differt ab aliis non solum differentia accepta in eo circa quod est: sed etiā secundum modum qui dictus est manifestum est.

Tex. cō. 26.

¶Cap. 2m. De eo quod augetur utrum sit actu corporeum aut non.

Tex. cō. 27.

Redeamus igitur et queramus circa quid est transmutatio augmentationis et diminutionis: videtur autem esse circa magnitudinem quantum ad id quod augetur: utrum scilicet illud quod augetur sit potentia habens magnitudinem et corporeitatem vel habeat potentia quodammodo et actu alio modo quemadmodum diximus de eo ex quo fit generatio. et sic dicatur quod augmentatio est ex eo quod potentia est corpus et magnitudo: et actu neutrum horum penitus. Cum hoc possit esse duplex. Queratur utrum id sit separata quedam ab aliis rebus secundum se materia que potentia est magnitudo et corpus vel sit non separata secundum locum ab aliis rebus sed sit aliis rebus quasi imbibita et infusa licet tamen secundum essentiam et esse sint distincta ab eis sicut est aqua in spongia: aut horum utrumque est impossibile: et tunc oportet quod sit materia que habeat magnitudinem et corporeitatem. si vero dicatur quod est primo modo. scilicet materia sine magnitudine et corporeitate separata secundum locum ab aliis: tunc ipsa erit aut indivisibilis nullum per se habens locum sicut punctus aliquis: aut est vacuum quoddam ab omni forma distinguente aut est corpus insensibile secundum autem horum esse non posse determinatum est in physicis licet enim quidam dixerunt non augeri corpus nisi per interceptionem vacui inter partem et partem sicut patet in rarioribus corporibus: tamen hoc quod dicunt non est verum ut in physicis ostensum est: unde materiam ex qua fit augmentum esse non contingit ut vacuum quoddam. Quod autem primo modo sit sicut indivisibilis punctus esse non potest: sicut enim illud quod generatur semper est in loco aliquo. ita etiā id ex quo fit generatio: et ex quo fit augmentatio semper est in loco quodam: ergo illa materia erit secundum se in loco aliquo vel per accidens. scilicet quia est in alio quod est in loco. Nos posuimus quod non est in alio sed sit semper separatum. ergo secundum se erit in loco: ergo non erit divisibile indivisibile ut punctus: quia illius nullus per se est locus. Si autem dicatur tertium. scilicet quod est corpus insensibile: hoc erit contra hypothesim quod nullam penitus habeat magnitudinem et corporeitatem. Si autem dicatur quod hec materia ex qua fit augmentum non est in loco ab alia re separata: sed ei imbibita sive infusa sicut aqua in spongia cum tamen sit sine magnitudine

Tex. cō. 28.

et corporeitate: et sit distincta in esse et essentia ab illa re in qua est ita ut nihil eius sit sicut pars essentialis vel accidentalis forma eius: sic contingent multa impossibilia. Dico autem verbi gratia quod sicut est in augmentatione ita per eandem rationem est in generatione. Cum ergo generatur aer ex aqua sicut vas non transmutatum a sua substantia est: ita non erit aqua transmutata in sua substantia: sed erit ex ea materia ex qua fit aer qui est maioris quantitatis quam aqua et hoc est falsum. Adhuc secundum hoc est infinities aer generatur ex aqua et econverso quod iterum est impossibile. Adhuc etiam aer non videtur sic generari ex aqua sicut exiens a manente aqua: quia nos videmus aquam transmutari: ergo ille modus est contra hoc quod oculis nos videmus in generatione fieri. Quod ergo melius est dicere inter omnia

Tex. cō. 29

hoc est ut dicamus quod materia ex qua fit generatio et augmentum est non separata a quantitate et qualitatibus: et est sicut supra diximus una subiecti essentia in utroque contrariorum: ratione autem esse non una: unde non debemus dicere quod materia sit puncta aut lineae aut superficies corporis propter easdem causas quas diximus. s. quia ista separata esse non possunt. Illud autem est materia cuius illa sunt omnia ultima determinata ipsam scilicet puncta lineae et superficies et ipsam numquam possibile est esse sine passione et morphea sive forma quae est figura quae figura quantitas est terminata: unde materia verissime est id quod est terminatum quantitate et qualitate distinctum et forma substantiali perfectum. Generatur igitur alterum ex altero: sicut et

Tex. cō. 30

supra in aliis libris determinavimus ex alio dicto ente actu quod est eiusdem generis quod grece dicitur homogeneos aut quod est eiusdem speciei omiomeris dicitur: verbi gratia. ignis ab igne et homo ab homine. et hoc est generans efficiens sicut autem ex materia duram ex duro non generatur sed ex contrario non duro: quod est molle. Quoniam autem sicut iam dictum

Tex. cō. 31

est materia est substantia corporalis erit ipsa materia talis corporis quod est cum passione et mobile quia corpus nullum est materia contrariis quia materia in toto motu salvatur secundum esse materiae licet non salvatur secundum esse absolute: sed non salvatur in toto motu secundum omne corporis licet possit salvari secundum essentiam corporeitatis: unde eadem est materia et magnitudinis et passionis et ratione quidem et esse separabilis a qualitatibus singillatim secundum actum tamen numquam separata ab eis. quia etiam aliter penes passiones essent separabiles quod est falsum. Manifestum igitur ex quesitis nunc quod augmentatio non est ex eo quod potentia habeat id quod est omne idest materia est separata a quantitate et passionibus et hoc esse impossibile dictum est prius. Amplius talis transmutatio non est propria augmentationis sed generationis: quia in eo ex quo fit generatio non salvatur quantitas secundum esse idem: quod autem augetur nullam amittit quantitatem secundum esse. nec secundum essentiam. Augmentatio enim est existentis et salvate secundum esse magnitudinis additamentum: diminutio autem eiusdem minoramentum ideo id quod augetur oportet habere magnitudinem aliquam in esse salvatam quapropter si materia secundum veritatem non est sine magnitudine oportet esse augmentationem ex actu magnitudinem habente et potentia maiorem in actu maiorem magnitudinem si enim non esset salvata in eo quod augetur aliqua magnitudo secundum esse sed esset potentia tunc tunc esset generatio non augmentatio.

## Cap. 3m. Et est digressio declarans quid augetur.

Ad intelligentiam autem dictorum et dicendorum scias quod privatio potentia et actus sunt principia motus in omni genere motus: est autem subiectum motus semper in genere substantie: quia sicut se habet accidens ad substantiam quae fluit ab ipsa: ita etiam principia motus accidentium fluunt a substantia et oportet quod substantia sit subiectum motus illius sed differunt. quoniam sicut supra diximus si generatio accipiatur: sicut ut mutatio simplex secundum quod ipsa est principium entis generati subiectum ibi non subiicitur nisi gratia materiae sed in accidentium motibus quocumque modo sumantur id quod subiicitur est ens completum in materia et forma substantiali cuius causa supra dicta est: quia videlicet est accidens quod sequitur esse. et ideo est post compositum cuius perfectio et actus esse est quod est a forma. In motu autem augmenti et diminutionis subiectum est quantum illud quod augetur et licet quantitas secundum quod reducitur in genus non habeat contrarium: sicut in predicamentis est determinatum: tamen secundum quod ipsa est terminus magnitudinis et ratio quantitatis eorum quae fiunt per naturam. ut in secundo de anima libro dicitur sic habet duo contraria. s. perfectum in quantitate et imperfectum et secundum hoc fit in ipsa. s. circa ens quantum per naturam constans potentia et actus: quia imperfectum potest esse maius per naturam et est privatio perfectionis in quantitate et movetur ab actu minoris debite quantitatis ad maiorem quam habeat potentiam.

## Cap. 4m. Et est inquisitio qualiter aliquo fit augmentum.

Tex. cō. 32

Hiis breviter prelibatis redeamus ad propositum suscipiendo questionem quasi a principio et querentes modum augmenti: quo ad hoc quod queramus causam augmenti: ut inveniamus quali aliquo ente aucto fiat augmentum et diminutio: circa primum: supponamus autem duas conditiones quae secundum sensum in augmento salvantur: quarum una est quod eius quod augetur quecumque pars minima signabilis videtur esse aucta et similiter in diminutione videtur pars quelibet diminuta: secunda vero est quod adveniente aliquo extrinseco fit augmentum et recedente aliquo de intrinsecis fit decrementum. Hoc habito incipiamus querere quia si augmentum fit aliquo extrinseco adveniente hoc necessario aut erit corporeum habens magnitudinem aut erit incorporeum non habens quantitatem penitus. Si autem incorporeo fiat augmentum tunc illud quo fit augmentum est a magnitudine et quantitate separatum: et eadem ratione erit separatum ab aliis accidentibus et a forma substantiali: ergo aliquod commune materiale erit per se separatum nullam habens formam omnino: impossibile est autem a magnitudine materiam esse separabilem quemadmodum nos diximus. Si autem est corporeum cum ipsum non augeat corpus nisi intret in ipsum videtur quod duo corpora erunt in eodem loco proprio. s. quod augetur et quod auget. hoc autem etiam est impossibile sicut in physicis ostensum est.

## Cap. 5m. De falsa solutione quorundam et de conditionibus augmenti.

Tex. cō. 33

Non contingit autem questionem istam solvere dicenti quod id quod augetur accipit maiorem tumorem: et non oportet quod aliquid adveniat ei: quia cum ex aqua generatur aer nihil advenit et tamen materia subiecti maiori tumore est sub forma aeris quam sub forma aque: et ideo est aucta: hoc enim non augmentatio sed generatio eius est in quod est transmutatio illa: verbi gratia aque. Neutrius autem hoc est augmentatio quia aqua non manet ut augmentari possit. Aer autem non fuit sed nunc primum est generatus. unde aut nullius hec augmentatio est: aut si est alicuius tunc erit augmentatio materiae quae communis est amborum s. eius quod generatur et eius quod corrumpitur: verbi gratia corporis si corpus dicatur utriusque communis materia: sed nec aqua est aucta nec aer sed aqua quidem deperiit aer autem generatus: corpus autem commune utrisque secundum hoc erit auctum. Sed etiam hoc est impossibile. quia una conditio augmenti est quam supra posuimus: quia oportet quod id quod augetur salvetur in toto augmento secundum esse substantiale et rationem: et similiter id quod diminuitur. Sed quia hanc conditionem habet augmentatio cum aliis motibus communem ideo non numeratur inter propria. Sunt igitur hec tria in augmento necessaria quorum unum est: quia eius quod augetur quecumque pars signabilis efficitur maior verbi gratia: si caro augetur quelibet pars carnis augetur sub forma carnis signabilis efficitur maior secundum est quod adveniente aliquo fit augmentum et tertium est quod id quod augetur salvetur et maneat in esse substantiali et ratione: cum autem aliquid simpliciter generatur aut corrumpitur: tunc non manet in tota transmutatione secundum esse substantiale

Tres conditiones vere augmentationis.

substantiale & rationem: cum autem alteratur aut augetur aut diminuitur manet secundum esse & rationem id idem quod aut augetur aut alteratur sed vel passio eadem vel magnitudo eadem manet. quia in alteratione non manet eadem passio in augmento autem non vnius rationis manet magnitudo. si ergo augmentatio erit predicto modo: sed cum materia accipit maiorem tumorem vt cum ex aqua aer fit tunc continget quod augmentatio nullo adueniente fit: & quod diminutio nullo recedente fit: & quod id quod augetur vel diminuitur ratione in esse & substantia quod falsum est quia dictum est quod istas condiciones oportet manere: quia suppositum subiectum est quod augmentatio fit talis. hoc enim non habemus hic probare: sed in libro de anima vbi agemus de nutritiua & augmentatiua: & ostendemus quod operatio earum est super cibum.

Cap. 6m. De solutione questionis quid est quod augetur: et preambula est solutioni questionis prius habite.

Tex. co. 34. Atque istam autem questionem soluamus oportet soluere aliam a cuius solutione solutio huius questionis dependet. Queret enim aliquis etiam quid sit illud quod augetur. scilicet verum id est quod augetur cui apponitur aliquid verbi gratia crus aut manus cui apponitur cibus: quia illud cui apponitur sit maius: vel illud quod apponitur augetur sicut cibus. Quare autem ambo hec non dicuntur aucta: fit enim vtrumque maius. scilicet & quod apponitur vt cibus: & cui apponitur quod est: verbi gratia crus aut manus. Quod autem ita esse videatur patet in simili quando cum misces vinum cum aqua vtrumque efficitur maius: & simile videtur quando vnitur cibus membro: quia vtrumque maius efficitur: hec autem solutio est: quoniam vnius. scilicet eius quod augetur substantia manet in esse & ratione. Alterius autem. scilicet quod auget substantia non manet; verbi gratia cibi: & ideo non augetur: quia augmentatio est motus existentis & manentis quo motu ad debitam deducitur quantitatem: & similiter dicitur in mixtione quia id dicitur auctum quod manet in esse & operatione. & ideo vinum dicitur auctum & non aqua: quia post mixtionem aqua non facit aque opus. scilicet infrigidando sed vinum facit vini opus scilicet inebriando & letificando. & ideo vinum manet non aqua: vnde & vinum auctum est & non aqua: quia & tota mixtura non aque est sed vini quod manet similiter autem est in alteratione: tunc enim fit alteratio quando vnum subiectum vt caro vel aliud manet saluatum & existit in eo passio aliqua que prius non erat. Illud autem quo fit alteratio efficitur in augmento sicut est id quod alterat & conuertit ipsum duplex est. scilicet alterans non alteratum: & alterans alteratum. Alterans autem non alteratum est quod nihil passum est: & cuius substantia non est altera effecta. hec autem est vis anime nutritiua. scilicet vel augmentatiua. Alterans autem alteratum est sicut membrum quod nutritur & augetur. hoc enim alterat cibum conuertendo in sibi simile & alteratur ab ipso: quia confortatur ab ipso & reficitur & in illo est principium motus nutrimenti & augmenti: quia sic augmentatur & alteratur hoc autem ideo dico quia etiam cibus ingrediens cum generatur in aliam speciem: quia in speciem carnis vel ossis: & fit maius capiendo quantitatem membri nutriti & aucti: & corpus nutritum & auctum fit etiam maius: quia mouetur in maiorem quantitatem: sed cibus ingrediens cum generatur in alia specie corrumpit in propria: & ideo principium mouens ad alterandum & crescendum non est in hoc. scilicet cibo sed potius in membro: & ideo membrum est quod augetur & non cibus: quia membrum manet & in ipso sic in alterante & mouente est principium motus augmenti & alterationis.

Cap. 7m. De solutione questionis ante habite. scilicet qualiter aliquo fit augmentum quo ad id quod augetur.

Tex. co. 35. Quoniam autem de his questum est sufficienter oportet nos temptare inuenire ante habite questionis solutionem seruantes omnem augmenti considerationem. scilicet quod augmentum fit eo manente quod augetur in esse & ratione substantiali: & quod augmentum fit adueniente aliquo & recedente aliquo fit diminutio. Adhuc autem secundum quodcunque signum id est partem sub forma membri signabilem que sensata est ita quod sensibilibus qualitatibus distincta & distinguibilis sit per sensum in id quod augetur est facta maius in augmento: & minus in decremento. Seruabimus nihilominus exclusionem inconuenientium supra dictorum. scilicet quod corruptio non est vacuum quod augetur vel diminuitur: & quod due magnitudines non possunt esse in eodem loco proprio: & quod augmentum non fit in partem incorpoream. Causam autem augmenti suscipimus dicere distinguentes prius quot modis dicitur vnumquodque dicamus quod omiomera id est membra dissimilia augentur per hoc quod omiomera id est similia membra que in compositionem eorum veniunt augentur eo quod dissimilia ex similibus componuntur: deinde dicimus quod caro & os & vnaqueque partium talium que pars omiomera est: est duplex quemadmodum vnumquodque aliorum que speciem siue formam habent in materia que sunt omnia similia in partibus in quorum diffinitione cadat materia: vel ignum lapis & neruus & cartilago & huiusmodi physica corpora vel partes similes physicorum corporum vnumquodque istorum dicitur materia & species hoc est in materia consideratum vel quod stat sub forma habens esse & actum forme. Dicamus ergo quod quecunque pars secundum formam accepta corporis similis augetur: sed non quelibet secundum materiam accepta augetur adueniente aliquo & recedente aliquo quodlibet secundum formam diminuitur & non secundum materiam. Oportet autem hoc per simile intelligere quemadmodum si quis mensurabit eadem mensura sicut vtre de corio facto molli aqua: tunc enim vter se habet sicut membrum dictum secundum formam & aqua influens & effluens se habet sicut pars dicta secundum materiam: & ideo causa materialis influens & effluens partibus formalibus aliud & aliud generatur materialiter manentibus semper partibus secundum formam dictis. Sic igitur vtique augmentatur materia carnis sed non vnicuique parti materie aliquid aliud generatur: sed hoc quidem defluit: hoc autem aduenit: parti autem dicte secundum formam & speciem aliquid aduenit quecunque minima secundum sensum accipiatur. Quod autem sic pars dupliciter accipiatur secundum materiam & formam magis quidem manifestum est in anomiomeris: hec ita enim habent coniunctionem ad formam quod diuisa ab actu forme etiam nomen amittunt. Verbi gratia in manu patet enim in illis manifestius quod pars est alia materialis alia formalis quia caro mortua minus amittit de ratione sua & nomine quam mortua manus quia manus mortua nec nomen nec rationem habet manus sed tamen hec caro dicitur aliquo modo caro licet non proprie: & ex hoc manifestum est quod augmentum sit proportionatum his partibus desuper dictis. Quapropter contingit aliquo modo verum esse quod quecunque pars signata carnis aucta est quia formaliter ex alio modo non contingit esse. quia materialiter non est verum. Et totum factum est maius aliquo adueniente quod vocatur cibus & contrarius est aucto quando est dissimilis sibi ante digestionem & dissimulationem & per decoctionem virtute nutritiua & augmentatiua transmutatur & efficitur similis & in eadem parte specie cum parte que augetur. Verbi gratia si sicco velut ossi aduenit cibus humidus transmutatur a virtute ossis & fit siccum: & tunc vnitur ossi & cibat ipsum & auget: vnde conuenit vno modo simile simili augeri quia in fine nutrimentum est simile & alio modo conuenit contrarium contrario augeri: quia in principio nutrimentum dissimile est.

Tex. co. 36.

Tex. co. 37.

Tex. co. 38.

Cap. 8m. Et est digressio determinans qualiter quelibet pars secundum formam augetur: sed non quelibet pars secundum materiam.

Ad euidentiam antedictorum sciendum quod membrorum siue partium que sunt in homine: quedam sunt formalia habentia & continentia materiam: & quedam materialia debiliter recipientia formam: & quedam sunt media inter materialia & formalia. Continentia materiam sunt dissimilia ad actum anime vel virtutis anime ordinata: que etiam dicuntur organa vel partes organice sicut caput oculus vel auris vel manus pes &c. huiusmodi. Materiales autem partes debiliter recipientes formam sunt actus vite ani-

Que sunt membra formalia

Que materialia.

me vel sensus nisi participantes et ad nullum officium ordinate sicut caro est et adeps et vniversa pinguedo. Media autem sunt triplicia s. propinquiora forme et propinquiora materie et per equidistantiam inter formam et materiam: sicut in neruis arterijs et panniculis propinquiora sunt formalibus quia neruus quo diffunditur sensus et motus per totum corpus a cerebro vel vicario eius qui est nucha descendens per spondiles colli et dorsi: vene autem sunt per quas diffunditur a corde spiritus vitalis. Et panniculi quibus nobiliora membra inuoluuntur: vnde licet ista similia sint membra tamen sunt principaliter ad actus anime causata qui sunt sensificare mouere nutrire viuificare et huiusmodi. Quedam autem magis sunt iuxta materiam sicut os et cartilago que sunt ad sustentandum et fortificandum membra. Quedam autem sunt quasi per equidistantiam mixta sicut musculi qui componuntur ex neruis chordis et a carne. Omnis tamen pars stat sub forma vult ergo philosophus q formalia omnia sunt sicut vas vel vter de corio molli cui si multum influit extenditur et quanto plus effluit contrahitur: ita etiam membra formalia se habent ad multam vel paucam carnem: quia caro non creatur a natura nisi ad hoc q caro suppleat concauitates que sunt inter membra principalia et officialia et neruos et venas et arterias et panniculos et chordas et ligamenta et ossa et cutem: et ideo supplens concaua multum ingressum diffundit formalia et egressum diminuit et similiter adeps et pinguedo hec autem que diximus sententia est Auicen. in primo libro canonis maioris de medicina.

An mã fl. effluat.

¶ Si autem tu queris vtrum materia istorum membrorum que diximus formalia: quia est in eis actus forme effluere possit cum sit ex contrarijs et in contrarijs agentibus et patientibus continua fiat deperditio: deperditioni autem sit necessaria restauratio et ita etiam videtur in his esse influxus et effluens materie: et non solum caro videtur effluere et influere. Amplius si vna pars materie effluit eadem ratione et alia effluere potest: et si ponatur effluere nihil videtur debere accidere impossibile quia dicit Aristo. q falso et non impossibili posito quod accidit est falsum et non impossibile: accidit autem ex hoc q tota materia que nunc est in aliquo effluere potest: et sic id idem numerum potest in toto effici aliud secundum materiam quam fuerat prius et vna forma nunc successiue potest esse in duabus materijs et alia multa inconuenientia ex hoc videntur sequi. Ad hoc si additur cuicunque parti signate sensibili minime in partibus omiomeris id minimum quod additum est: oportet etiam esse signatum aliquod sed minus minimo in nullo genere accipi potest: ergo in genere partis omiomere id minimum quod additur est equale minimo cui additur et eadem ratio est de singulis minimis: ergo ex hoc videtur sequi q omne quod augetur aliquo adueniente in quolibet augmento crescit in duplum propter hoc et his similia forte dixit Alexander q dictum id. s. augmentum partis omiomere est secundum formam et non secundum materiam fuit inuentum ab Aristo. non per viam rationis probantis sed quia pauciora ad hoc videbantur sequi inconuenientia.

Ratio Alexandri pro quo vide Auerroem hic co. 38.

¶ Et si verum dixit Alexander tunc dictum istud potius est fuga inconuenientium quam veritas. Dixit enim Alexander q si augmentum est per additionem aduenientis alicuius: q tunc augmentum fit per accumulationem aduenientis cum eo cui aduenit. Accumulatio autem non est nisi secundum partes materie et videtur augmentum esse secundum materiam. Cuius etiam dedit idem Alexan. rationem: si enim fiat augmentum aliquo extrinseco adueniente: oportet id aduenniens subintrare in partes eius cui aduenit: quare propter hoc dedit natura corpori q augetur vias que sunt vene et pori et spongiositatem. Constat autem q subintratio est in materiales partes: et ita iterum augmentum secundum materiam fieri videtur. Addit etiam Alexan. q augmentum fit per modum mixtionis aque cum vino: vt dicit Aristo. que mixtio absque dubio secundum partes est materie et non forme. Figura enim non miscetur nec quantitas que sunt ex parte formalium membrorum.

Improbatio Alexandri.

¶ Hec autem et his similia determinare volentes prius dabimus rationes duas istius dicti quod dixit Alexan. non esse proprium et postea soluemus ad obiecta. Ratio autem prima hec est q sicut habuimus id quod augetur in quo sicut in aucto principium est motus augendi et augmentandi: sed principium huius motus absque dubio non est nisi in parte dicta per speciem et formam: ergo et hec ratio euidens est quia principium primum motus quod non augetur nec quod alteratur est in principio motus secundum q augetur et alteratur quia secundum habet a primo q ipsum principium motus. Constat autem q vis anime que est primum principium operatur vt est in parte formali que est organica vel habens opus organicum sicut diximus prius. ¶ Secunda ratio est q augeri et pati non idem sunt vt iusta habetur: sed id quod augetur virtute quam habet agit in cibum augentem et conuertit ipsum et vnit cum sibi ergo secundum idem non erit pati: actio enim a forma est: pati autem est materie: ergo quod augetur per suam actionem est formale et non materiale. Est ergo dictum istud probatum necessarijs rationibus et non est nisi fuga inconuenientium.

Solutio ad obiecta.

¶ Soluentes ergo ad primum sine preiudicio diximus q formalis pars que augetur habet materiam sibi determinatam in qua formatur que est ex humido radicali et seminali sumpta: sicut est humidum ex quo formantur membra organica et totum corpus physicum cui anima prius infunditur. Formantur autem membra ista per virtutem formatiuam que est in semine diffusam in omnibus partibus que virtus inquam postea remanet in membris et operatur in nutrimentali humido similitudinem membri quod nutritur. Est enim humidum quoddam ex primo semine diffusum in omnibus partibus ex semine primo formatis cui additur humor ex nutrimento sumptus et per virtutem membri quantum possibile est assimilatur et additur parti materie: et tunc multiplicata materia extenditur quantitas membri et figura et sic fit augmentum: forma tamen saluatur in primis radicalibus et concedo q deperditio fit in illis: sed non fit restauratio per equiualens humidum sed per extraneum quod est nutrimentale: et ideo deperditione continue facta desiccatur humidum in quo fuit calor velut in subiecto proprio: et tunc refrigescit et corrumpitur indiuiduum: que tamen corruptio differt per humidum nutrimentale quod additur humido seminali.

Exemplum lampadis.

¶ Et huius exemplum est in lampade vbi humor est imbibitus lychnio et alius humor circumfusus vndique lychnio nec potest fieri q humor imbibitus in lychnio non continue secundum aliquid sui consumatur sed additur ei circumfusus quo retardatur eius consumptio et nutriatur flamma. Et si in lampade esset diuersus humor diuersorum elementorum quorum vnus esset minus conueniens igni lampadis sicut humor esset aquaticus et alius vnctuosus in lychnio conueniens nutrimento ignis: tunc esset magis simile: quia humor seminalis imbibitus radicalibus partibus primus multo conuenientior est calori naturali quam nutrimentalis humor. Et ideo semper attrahit ipsum et consumit: et tandem consumpto isto humore etiam calor refrigescit: et ideo plene non fit restauratio in ipso. Tamen si aliquid est simile in partibus habens humorem radicalem terrestrem et aquaticum sicut plante et quedam animalia sicut cancri quedam membra formalia aliquandiu recrescunt eis ex humido nutrimentali: sed hoc non diu fit: quia calor amittit suum vigorem sui humido extraneo et in talibus virtus formatiua propter similitudinem partium non est distributa in membris sed in vno membro quod est cor vel id quod est in loco cordis in animalibus et radix in plantis et ex isto formantur omnes partes.

Cur in membris animalium magnam diuersitatem habentium membra secundum formam abscisa non recrescant.

Sed in animalibus magnam diuersitatem habentibus in membris non potest hoc esse quia formatiua virtus non per eadem principia quibus vtitur in manu potest aliquid formare in pede: et ideo virtus formatiua que format humorem nutrimentalem in simile membro quantum potest non sita est in vno membro in talibus animalibus: et ideo membra formatiua in alijs abscisa non recrescunt. Caro autem que nihil aliud facit nisi q replet vacuitates istas est maxime materialis: et crescit et decrescit sicut in febricitantibus et conualescentibus: per hoc patet solutio ad sequens quoniam non tota materia effluit salua vita indiuidui quod augetur et nutritur. ¶ Solutio autem sequentis patebit vbi ostendetur q id quod aduenit non retinet suam quantitatem dum additur quantitas quam potentia habet non actu: et ideo cum non adducat secum quantitatem suam: nec vt maius nec vt

minus

minus se habet ad id cui additur sed potius vt materia influens vasi qd extenditur proportionaliter ad influxum eius maiorem vel minorem. Nec est dicendum sicut quidam sen serunt q humidum sub maiori quantitate fit q̃ siccũ: et ideo cum minimum humidum fit tantum quantum minus siccũ: tunc cum conuertitur minimum humiduz nutrimentale in minimum siccum membri tunc non efficit tãtuz sed minus: quia sm hoc sequeretur q ad minus in decupla vel vigesima proportione cresceret semper id quod crescit qd absurdum est: et ideo prima via est tenenda: quia illa est vera et inter phos approbata bene tamen concedo q augmentũ nõ per accumulationem partis cum parte fit sed potius per cõuersionem venientis ad id cui aduenit in cuius materia extenditur quantitas et figura subintratio tamen est ibi sed non sicut dicit Alexander q remaneat nutrimentuz q̃si infixum foraminibus: sed foramina sunt vt in ipsis diuisuz nutrimentoz vndiq supponatur virtuti membri et facilius cõuertatur in membri materiam cum plurimum nutrimentũ tangat vndiq plurimi membri et virtute membri hoc eniz ingeniata est natura sciens q diuisa citius et facilius et vtilius conuertuntur q̃ vnita mixtionem autem talem qualẽ subsequenter determinabimus non negamus in augmento fieri nec oportet q miscibilis sic quantitas vel figura quasicut diximus anomiomera quorum proprie est quantitas et figura non augentur nec per anomiomera et ideo in omiomeris est mixtio antecedens: et ideo consequenter est extensio quantitatis et figure in aliis de hiis ergo dictum sit.

Cap. 9m. Qualiter est illud adueniens quo fit augmentũ.

Tex.cõ.33.

Rdeamus ergo ad propositum tum enim habitum sit de eo qd augetur q adueniente aliquo augetur tunc quereret aliquis quale oportet esse id adueniens quo augetur quod augetur. Manifestum autem est quoniam oportet esse potentia id quod auget quia conuertit in id quod augetur verbi gratia si caro augeatur: tunc adueniens oportet esse carnem potentia: actu autem aliud q̃ caro: quia forte panis vel cibus alius vel humor ex alio per digestionem aliquam separatus: corrupto autem hoc qd est actu tunc assumit formaz aucti membri et sic id est caro tũc iam caro generatum est. Non generatur ex potentia carne caro noua sm se separata qa hoc est generatio et nõ augmẽtatio: sed fit hec caro que augetur que prius existit sm formam in membro qd ad se conuertit cibum quo fit augmentum. Non est enim hec compositio sed eius qd ex nutrimento nascitur cum forma nouiter generata vt cõstituatur hoc aliquid qd ex nouo producitur: sed conuertitur nutrimentum in id quod prius erat. et nunc est quia in membruz formale animati corporis qd est caro vel vena vel neruus vel aliud simile tuius formam recipit ipsum sicut vas aquã qd extenditur per influxum eius.

Cap. 10m. Quid patitur auctum ab augente.

Tex.cõ.35.

Ed tunc aliquis quereret quid patitur id quod augetur verbi gratia membrũ homogeneum ab eo qd auget vt a cibo: cum autem mixtio sit ne mixtura nuper sit vna de qua ita loquemur que est miscibilium alteratorum vnio quando vz vnumquodq mixtorum a virtute sua alteratur et omnia veniunt in medium hec eni est mixtura physica de qua scrutantur medici phi. Alia eni est mixtura vulgaris dum dicimus vinum esse mixtum quando multo vino modica aqua infunditur: que tamen a vino assumitur et conuertitur in vinum et talem micturaz dicimus corpus qd augetur pati a cibo quo fit augmentum: quia cibus a victute corporis aucti conuertitur in corpus auctum sicut et ignis copiosus augetur tangens vrenda et conuertens ipsa ad speciem suã quã multiplicat extendendo ea adurendo ita etiã in eo qd augetur quod est actu caro vel aliud corpus tangibile et facit actu carnez de potentia carne que aduenit ei per cibum facit autem in eo qd est similis eaz ipso: quia vnitur ei in speciem quã prius habuit et nũc habet et habebit: si eni seorsum produceret potentiam in actum siue formam substantialem: tunc esset generatio non augmentum: sicut eniz dupliciter potest produci ignis in vrendis sm q existente iã igne augeatur in vrendis vel q existens ignis generetur in vrendis. sed primum est augmentatio et 2m generatio.

Cap. 11m. Et est digressio ostendẽs quis proprius modus augmenti et quis improprius.

Ed obseruandum est augmentuz dici dupliciter s. proprie et improprie proprie quidem augetur qd est animatum habens virtutem anime que dicitur vis augmentatiua que per calorem naturalem extẽdit vbiq sm omnes diametros ad rectos angulos se intersecantes q̃rum vna desursum venit deorsum secunda a dextro mẽbro in sinistrum tertia ab ante membri in retro eiusdem precipue cum extendit in quantitatez diametri aduenientis a sursum in deorsum. Improprie autem augetur qd per naturalem calorem conuertit in se aliquid qd non est vbiq additum ei nec est animatum et sic ignis augetur per vrenda apposita vnde vrenda non penetrant vbiq ignem: nec materia omnibus partibus additur nec alie quedam conditiones augmenti saluantur: sed tamen hoc ita patet q nihil inferiorum elementorum augetur per superiora nec etiã aer per ignem nec econuerso. Sed redeamus ad id vnde recessimus ostẽdendo vtrũ particulare quãtũ aut vle augeat.

Vide pro ista diuisiõne Commentatorem 3o celi cõ. 32.

Cap. 12m. Vtrũ augetur quantuz vniuse vel particulare.

Tex cõ. 40.

Uantũ aũt vle nõ auget in augmẽto sic nec in gñatiõe gñat aial vle in gñe qa nec hõ nec aliqd singulor siue singulariũ est aliorũ: gñat autẽ hoc ab hoc per se et hõ ab hoie et aial ab aiali per 2ñs: et in augmẽtatiõe hoc q̃tũ p se augetur et p 2ñs q̃tũ in gñe siue vlr. Caro autẽ et os et alia omiomera aut manus aut crus et alia anomiomera augmẽtant adueniẽte aliq̃ q̃to: qd tñ nõ ẽ caro q̃ta aut manus q̃ta actu sz augetur isto adueniẽte qd po ẽ vnũqdq. s. caro et quãtitas opz eni in augmẽto id qd aduenit gñari et carnẽ et q̃tũ sic ebet augete sed sm q solum est potentia caro vel aliud membrum simile nutrit quantum eniz ad id qd auget et nutrit non differunt cibus et augens nistratione: quia vna essentia cibi est faciens vtrũq sm vniuersum esse: quia sm q potentia caro nutrit sm autẽ q potentia quanta auget: nec sufficit vt sit po quanta et non potentia caro: q augmẽtũ nõ ẽ sine cibo nec opus augmẽtatiue sine opere nutritiue vtutis.

Cap. 13m. Quare res semper nutrit et non semper auget.

Tex.cõ.41.

Deo etiam res nutritur quãdiu saluat in esse indiuidui et diminuitur similiter: sed nõ semp augmẽtatur et nutrimẽtum cum augmentatione ex parte cibantis et augentis id idem est in essentia et subiecto esse autẽ est aliud: sm eniz q est adueniẽs potẽtia quãta caro est augmẽtũ carnis: sm id aũt q solũ potentia caro est nutrimẽtuz.

Cap. 14m. Qualiter augetur species sine materia.

T. cõ. 44.

St autem qd nutritur et auget spẽs siue forma considerata sine materia influente et effluente non qdẽ sm esse sed sm q augetur et nutritur. Est autem in materia sicut potentia in materialis que nõ est materia sed potius cõtinẽs materiã sicut vas et forma. Si aũt aduenit per tibuz aliqua mã que po est forma mãlis. i. in actu mẽbri formalis: et ista mã po quãta sicut cibus q est po quãta et caro: tũc hee forme siue spẽs mẽbrorũ imãles existẽtes erũt maiores: et quãtitas et figura extẽdit per id qd aduenit q est po quãta caro. Si aũt mẽbrũ formale in virtute cõuertẽdi cibũ laxat et nõ põt amplius extendere sic vis vini debilitat cum multotiẽs aqua mixtũ fuerit et tãdẽ efficit aquaticũ non valens ad nãm vini conuertere in equaz tunc quantuz recipiet diminutionez: sed tñ species siue forma continẽs mãm influentem et effluentem manet quãdiu saluat indiuiduum.

Tex cõ. 42.

Cap. 15m. Et est digressio declarans quare res non semper augetur cum semper nutriatur quãdiu viuit.

Prima cõ.

Ttendẽdũ q res auget quoda tẽpore nõ semper et cã vna que cõsistit in tribus partibus collectis Quorũ vnũ est in humida semiali hoc eni nõ est infinitũ extẽsibile per humidũ additum ita vt aliqd eius sit cũ qlibet pte humidi additi sed potius in certa quãtitate. que rõ est ma

gnitudinis generati quantum fm posse nature potest produci: quando tantum producta sunt membra quantum potest produci pari seminale humidum ex quo formata sunt tunc stat augmentum. Secundum particulare est in calido naturali qd est finitum ⁊ non potest facere plus q̄ est mensura sue essentie: ⁊ ideo quando hoc fecit stat augmentum. Tertia causa tangitur a philosopho in littera quã prosequimur scilicet q̄ extraneum humidum semper retinet aliquid de natura extranei sanguis enim de lactuca generatus frigidus est ⁊ caro erit frigida ⁊ sic de aliis ex cibo generatis ⁊ ideo continue debilitatur in eo calidum ⁊ tandem ita stat q̄ non valet extendere ⁊ ita stat augmentum. Sz quando stat augmentum non necessario stat nutrimentum quia fortioris caloris est facere duo q̄ vnum fortissimus ergo calor in humido molli ⁊ mollibus membris simul facit nutrimentum ⁊ extensionẽ debilior autem in siccioribus membris ⁊ humido non adeo obediente retinet vnum qd est nutrire ⁊ admittit reliquum qd est extendere: precipue fm diametrum qui venit a sursum membri in deorsum ⁊ precipue in membris duris que sunt ossa primo loco ⁊ post hec sunt nervi: nec tamen post statum augmenti continue icipit diminutio naturalis quia in qualibet habitudie corporis sunt quatuor tempora scilicet principium augmentum status ⁊ declinatio ⁊ ideo res aliqua stat acto aucta ⁊ tunc siccato humido naturali ⁊ infrigidatis membris per inductũ humidum extraneum qd inducitur sicut aqua in vinum nervi contrahuntur ⁊ corpus incurvatur ⁊ indurãtur alia membra ⁊ frigiditate constringente corrugantur ⁊ hec est diminutio naturalis sequens augmentum ⁊ statum in isto hec igitur de augmentatione fm presens negocium sufficiãt. Adhuc enĩ loquendum de ipsis erat in scientia de anima sic quedaz de ipsis sunt dicta in physicis.

## Tractatus Quartus de Tactu.

### Cap. p̄m. Que sit intentio tactus ⁊ qualiter introducit.

Finitis autẽ ex p̄missis simplicibus motibus esset iam dicendũ de generatione contracta ad materiaz que est generatio simplicium corporum sed antecedenter oportet determinare ea que in generatione elementorum sunt sicut cause: quoniam oportet dicere de materia super quã est transmutatio cõmunis elementorum ad mixtionem ⁊ etiaz de ipsis elementis fm contrarietates que insunt eis vtrum sint vel non sint ⁊ quot sint ⁊ vtrum vnũquodqz eorum est sempiternum intransmutabile sicut dicit Empedocles: aut generantur equaliter ⁊ si generantur vtrum generantur adinuicez omnia eodem modo sicut dicunt phi Aut aliquod eoruz est principiuz qd est ante ea ex quo generantur ⁊ in qd resolvũtur sicut diversi dixerunt vt Democritus athomos Anaxagoras homogenea ⁊ Heraclitus vaporem ⁊ huiusmodi. Quis ergo ista inquirere habemus in secũdo huius voluminis: oportet vtiqz prius dicere antecedentia haruz questionum de quibus nunc indeterminate dicitur a philosophis Omnes autem qui elementa ⁊ ea que sunt ex elementis dicunt generari segregatione ⁊ congregatione dicunt ea facere ⁊ pati adinuicem. Aggregatio autez est mixtura quedam ⁊ ideo de mixtione oportet primo dicere quia qualiter fit mixtio ⁊ quid sit non est adhuc manifestum determinatum: eum autem que alterantur aggregantur ⁊ segregantur nihil horum suscipiant nisi sit aliquid agens ⁊ patiens: oportet etiam prius dicere de actione ⁊ passione. Illi enĩ qui dicunt plura elementa esse dicunt ea generari ex adinuicez per facere ⁊ pati. Similiter illi qui dicunt tñ vnum elementum esse primum necesse est dicere quid sit facere ⁊ pati ⁊ in hoc recte dixit Diogenes cuz dixit q̄ si omnia non essent ex vno materiali subiecto non essent adinuicem agere ⁊ pati. verbi gratia non esset possibile q̄ calidum infrigidaret nec rursus frigidum calefieret nisi haberet vnum subiectũ qd transmutatur fm contraria hec: quia caliditas ⁊ frigiditas separata a materia non transmutantur adinuicem: sed manifestum q̄ subiectum vtriusqz transmutatur fm hec ⁊ alia contraria. Quapropter in quibus inest facere ⁊ pati necesse est horum vnam esse subiectam naturaz que est materia susceptibilis contrariorum: hz autem bene dixit in hoc Diogenes tamen in hoc non dixit verum q̄ omnia talia esse dixit: quia non omnia suscipiunt formas contrarias sed sola illa que ex inuicem sunt. s quorum materia est vna ⁊ forma contrarie: ideo ergo esse facere ⁊ pati est idem: sed si de facere ⁊ pati est videndum anteq̄ queratur de generatione elementorum oportet etiam prius determinare de tactu qa ista non possunt etiam vere ⁊ principaliter facere ⁊ pati adinuicem non possunt se tangere quapropter non est possibile misceri adinuicem ea que non possunt se tangere ergo de trib⁹ his determinandum est s. quid tactus ⁊ quid mixtura ⁊ qd factio. Sed in principio dicamus de tactu quia est necesse q̄ quibus est mixtura q̄ illa se tangant sed non convertitur tum ergo primum natura sit a quo non convertitur consequentis primum inter tria predicta erit dicendum de tactu.

### Cap. 2m. Quot modis dicitur tactus: ⁊ qd sit tactus.

Dicamus igitur incipientes q̄ tactus dicit multifariam sicut fere vnumquodqz nominũ physicorum: ⁊ hec quidez dicuntur anomiomere sive equivoce fm casuz ⁊ fortunam: hec autem dicuntur per prius ⁊ posterius: ita q̄ altera dicuntur ab aliis prioribus eis fm nominis rationem: ⁊ sic etiã existit de tactu vz q̄ dicitur proprie vel trãsumptive: ⁊ proprie dictus aliquando dicitur cõmuniter nõ habens omnes conditiones se tangentium. Aliquando autem dicitur proprijssime omnes habens conditiones se tangentium. Principaliter enim vna conditio tactus est q̄ tactus est in habentibus positionem: positio autem nõ est aliquorum nisi quibus convenit locus. Mathematicis enim quibus datur positio convenit locus ⁊ tactus per similitudinem quandam ad naturalia nulla enim vere sunt nisi materialia fm se accepta in his mathematica fm esse suũ. Vñ etiam in his habent positionem: ⁊ ideo etiam in his habẽt tactum ⁊ locum nec accipiuntur fm abstractionem ⁊ essetiam hic quia talis consideratio non est naturalis: sed mathematica: ⁊ ideo locus ⁊ tactus fm q̄ principia sunt nature convenit mathematicis per posterius. Adhuc vltimum essentie ⁊ vltimum virtutis motive sive active ⁊ vltimũ speciei quidez generatur ab activo ⁊ motivo in eo q̄ patiẽ sunt in vltimo termino quantitatis sive corporis quanti qd est superficies ⁊ informat ipsum virtus ⁊ species contrarij ⁊ ipsz terminat essentiam potentie materie: ⁊ hoc est fm esse materiale. Vltimum autem qd est terminus quanti non informatum virtute ⁊ specie contrarij est mathematicum nõ fm esse consideratum: ⁊ ideo non contingit ei locus ⁊ tactus nisi fm huius vltimum naturalibus autem contingit complete fm vltimuz terminans in quo est virtus motiva ⁊ species contrarij agens ⁊ ideo naturalibus contingit primo et mathematicis per similitudinem incompletam ad naturalia contingit autem sic posterius locus ⁊ tactus mathematicis sive sumantur separata cuius acceptio est fm imaginẽ sive alio modo sumantur scilicet non separata fm esse in naturalibus considerata: sed cum sint separata non contingit eis locus ⁊ tactus nisi quia sine dimensiones nõ possunt imaginari vbi finire ⁊ in loco positere ideo dicunt duo philosophi Averrois ⁊ Boetius q̄ lz ab aliis abstrahantur: tamẽ a loco abstrahi non possunt ⁊ hoc verum est prout locus qd terminus est eius qd continetur loco: sed etiam relati ad locum sicut celum est in loco qd refertur ad locum circa quem movetur: quia aliter motus eius non esset motus localis: si ergo diffinitur tãgere sicut prius diffinitũ est in quinto physicorum scilicet tangere est vltima habere simul sic vtiqz tãgunt se adinuicem fm primam conditionem tactus quecũqz determinatas id est finitas habent magnitudinem ⁊ positionem habent ⁊ simul habent vltima. Dico autez simul vltima vt nihil sit medium eorum in loco.

Cap.

¶ Cap. 3m. De tangentibus se physice.

Tex. c. 44. [Q]Uoniam autem positio est in his que habent locum: ⁊ quicquid vere habet locum habet differentias loci fm suū genus: quicquid autem habet primas loci differentias habet que sunt sursum vel deorsum. ideo omnia que se inuicem tangunt grauedinē habent aut leuitatē ita ꝙ ambo illa habent quodāmodo sicut media alia: aut alterum diuisum sicut extrema: omnia autem talia sunt actiua ⁊ passiua adinuicē. Quapropter manifestum est quoniam hec proprie ⁊ physice tangere nata sunt adinuicē quorum diuise sunt magnitudines ⁊ simul habent vltima que mouētur ⁊ manēt adinuicem per virtutem illorum vltimorum. Oportet autem attendere ꝙ locus est saluatiuus locati ad quem est motus corporis per id qđ est generans corpus vt dictum est in physicis: sic etiam celum non est in loco sed mobile fm motum rectum: ⁊ potentia est in magnitudine vna: ⁊ diuisum est in alia per actum generationis elementi: vnde potentia continuum diuisum est actu ex cōtinuo per superficies elementorum propter qđ continua facta sunt tangentia. vltima autem elementorum illorum informata sunt virtutibus motiuis ⁊ speciebus cōtrarijs: ⁊ ideo leuia ⁊ grauia que sunt prima contraria in materia causata ex raro ⁊ denso. ⁊ ideo cum vtrunqz tāgat vtrūqz necesse est vtrūqz moueri ab vtroqz: ⁊ ideo vtrūqz mouet ⁊ mouetur.

¶ Cap. 4m. Qualiter se habet mouens ⁊ faciēs adinuicem: ⁊ qualiter tangunt immobilia.

Tex. c. 45. [Q]Uoniam autem non omne mouens etiam mouetur sed aliquid monētibꝫ mouet: motum aliquod autem mouet ipsum existens imobile ab alio ⁊ hoc dupliciter: aliquod enim simpliciter a nullo mouetur sicut mouens primum: aliquod autem mouentium non mouetur ab eo qđ mouet sicut sol mouet terram ⁊ non mouetur ab ea licz moueatur ab alio. Manifestum est ꝙ fm existimationem quorūdam talis diuisio non est etiam in faciente quia quidam dicunt ꝙ actus mouentis est quoddam facere ⁊ econuerso. actus facientis est quoddam mouere. Sed tamen illi non bene dicunt: quia differunt mouens ⁊ faciens: ⁊ oportet nos ea determinare. Si enim non dicimus ꝙ faciens per suam speciem opponitur patienti: tunc tum contraria nata sunt fieri circa idem: oportet ꝙ faciens sit patiens tum tangat ipsum: ⁊ hoc est faciens physicum: ⁊ tunc non omne mouens est faciens: quia est perpetuum mouens quod non mouetur ⁊ est mouens qđ non tangit per vltimum sui ⁊ neutrum illorum aliquid patitur: vnde tunc mouens superius est ad faciens sed faciens est mouens motum qui est passio: cū passione in seipso quia cum tangitur a passiuo contrario necessario etiam patitur ipsum: licz forte passiuū non excellat ipsum. factio autem talis ⁊ passio solum sunt fm ꝙ res alteratur a contrarijs sicut verbi gratia per calidum ⁊ album ⁊ alia huiusmodi mouere: ergo est in plus ꝙ facere. Manifestum est igitur quoniam immobilia quocunqz duorum modorum dicantur: vno modo tangunt alio modo non tangunt tangunt enim per vltimum virtutis ab essentia sua egredientis. sed non tangunt per vltimum terminum sue quantitatis quia si sunt immobilia similiter vltimum non habent hoc modo dictum. Si autem sunt immobilia ab eo qđ mouent sicut astra non mouētur a centro terre quod mouent: sicut etiam non habent vltimum simul cum vltimo eius quod mouetur. ¶ Attende tamen ꝙ facere potest esse abstractum in genere fm ꝙ actio siue factio est quocunqz modo procedit actus ab agente in id quod subijcitur ei quomodocunqz modo. vt id in quod fuit actus agentis: ⁊ sic est genus facere: ⁊ includit in se mouere: sicut patet in predicamentis: fm autem ꝙ hic dicimus de facere contrarium est ad agens physicum ꝙ nunqz inde principium habet factionis cum mouente in mobili quocunqz duorum modorum dicto: ⁊ ideo in physicis vbi omnia fm esse considerantur distinguitur inter mouens ⁊ faciens sicut iam dictum est.

¶ Cap. 5m De tactu improprie dicto.

Tex. c. 45. [H]Ic ergo determinato de eo quod est tangere. scilicet ꝙ sicut vniuersaliter positionem habentium quorum vnum est mouens excellendo: ⁊ alterum motum cuius virtus excedi[illegible] cum tamen vtrūqz moueatur ⁊ moueat: ⁊ sic in his quibus per se est agere ⁊ pati constat ꝙ tactus ⁊ multum siue frequenter est etiam tangens tactu immutante id a quo tangitur quia fere omnia que sunt in conspectu nostro circa locum actiuorum ⁊ passiuorum mouent mota in quibus necessario videtur esse tactus ita id quod tangitur ⁊ tangat immutando id quod tangit. contingit autem improprie alteri fm qđ dicimus ꝙ id quod mouet solum tangit id quod mouetur ab ipso preter hoc ꝙ retangatur vel remoueatur ab ipso sicut sol tāgit terrā. Sed omnia que sunt vnius generis que dicunt homogenea mouēt mota necesse est ꝙ tangant tacta vnde si quid mouet manens immobile aliquo duorum modorum dictorum. tunc illud tangit solum id quod mouetur: ⁊ non retangitur ab eo sicut anima corpus mouet ⁊ primus motor celum mouet. ⁊ astra mouent terram: ⁊ hic est tactus improprie: quia ⁊ non metaphorice loquentes dicimus ꝙ tristitia tetigit nos: sed nos tetigimus tristitiam de tactu quidem igitur fm ꝙ est in naturalibus determinatum sit hoc modo: de facere autem ⁊ pati dicemus deinceps.

¶ Tractatus quintus de facere ⁊ pati.

¶ Cap. pm. De subcontrarietate dicti antiquorum contra facere ⁊ pati. ⁊ ꝙ simile a simili non patitur fm antiquos.

Tex. c. 46. [S]Uscipimus autem a Prioribus Philosophis sermonē de facere ⁊ pati subcontrarios eo ꝙ simul possunt verificari si debite intelligantur: fuerunt enim multi qui dixerunt ꝙ nullum simile agit in suum simile in specie nec idem in se agit eo ꝙ non esset ratio in similibus vel eisdem quare vnum ageret ⁊ alterum pateretur ⁊ ideo nullum talium agit vel patitur: quia agere ⁊ pati simile: ⁊ fm vnam rationem se habent ad similia: dissimilia autem specie ⁊ differentia dicunt facere ⁊ pati fm naturam adinuicem. ¶ Si autem tu obijcias eis ꝙ paruus ignis ⁊ magnus ignis ⁊ paruum lumen sicut candele: ⁊ magnum lumen sicut solis lumen sunt similia in specie ⁊ tamen vnum corrumpit ⁊ assumit aliud: dicūt illi ꝙ hoc fit inquantum vnum contrariatur alteri: paruum enim vt dicunt contrariatur magno: ⁊ multū contrariatur pauco.

¶ Cap. 2m. De dicto Democriti: ⁊ ꝙ simile a simili patiatur.

Tex. c. 47. [D]Emocritus autem tenet sectam huic subcontrariam dicit enim ꝙ non agit nisi simile in simile. ⁊ idem in idē tui est idē ⁊ altera differētia nō cōtingit agere vel pati adinuicem: ⁊ si contingit ꝙ altera ⁊ differentia specie agunt ⁊ patiuntur abinuicem hoc non contingit fm ꝙ sunt altera specie: sed fm

ꝙ idem subiectum existit ambobus differentibus specie. sed hec agunt ⁊ patiuntur abinuicem. Hec sunt enim que ab antiquis dicuntur de agere ⁊ pati quantum ad actiua ⁊ passiua.

¶ Cap. 3m. Qualiter sermones isti sunt subcontrarij: quia ambo habent aliquid veritatis: ⁊ que est causa deceptionis eorum.

Tex. c. 48. Hoc autem modo dicentes si quis consideraret causas dicti eorum videntur dicere sermones subcontrarios: quia vtraqꝫ secta aliquid veritatis habet. ¶ Causa autem quare contradicunt est: quia opportunum fuit eis considerare totum quod est in actiuis ⁊ passiuis ⁊ non considerant nisi in parte simile enim in specie ⁊ omnifariam ⁊ omnimodo sm materiam ⁊ formam indifferens rationabile est non pati a sibi omnifariam in materia ⁊ forma simili. Neutrum est actiuum vel passiuum ab altero: si enim possibile esset aliquid pati ab omnifariam sibi simili cum simile sit causatum ab vno ⁊ eodem: vt habetur in prima philosophia pateretur idem a seipso: ⁊ si hec sunt ita tunc nihil erit incorruptibile nec immobile si simile in simile sm simile est actiuum: omne enim quod est mouebit seipsum ⁊ nunqꝫ erit immobile. Tex. c. 49. ¶ Adhuc autem ab altera parte omnifariam sm materiam ⁊ formam alterum non mouebit nec facit in alterum ab ipso omnino quod nullatenus est idem: sicut albedo non patitur a linea sm ꝙ est linea: nec econuerso linea ab albedine nisi sm accidens: puta si linea sit subiectum albedinis vel nigredinis: quia tunc est vnum subiectum duorum differentium contrariorum: quecunqꝫ enim non sunt contraria nec ex contrarijs illa non sunt nata ꝙ se faciant extra naturam forme sue ⁊ inducāt aliam formam sed hoc faciunt sola contraria que se mutuo expellunt ab eodem susceptibili.

¶ Cap. 4m. Qꝫ faciens ⁊ patiens sunt eadē genere ⁊ materia ⁊ contraria specie ⁊ forma.

Tex. c. 50. Quoniam igitur non quodcunqꝫ innatū est facere ⁊ pati: sed tm̄ ea que contraria sunt. Aut contrarietatem habent necesse ꝙ faciens ⁊ patiens genere ⁊ materia similia sint ⁊ eadem specie autem ⁊ forma dissimilia ⁊ contraria: naturale enim est ꝙ corpus patitur a corpore ⁊ sapor a sapore: ⁊ calor a calore per se: sꝫ per accidens sapor vel calor transmutātur per hoc ꝙ mutatur esse eius in subiecto: ⁊ similiter calor ⁊ alia accidentia: patet ergo vniuersaliter ꝙ id quod est alicuius generis patiatur ab alio quod est eiusdem generis secum: quia contraria posita sunt in eodem genere predicamētali cōmuni: ⁊ etiam naturaliter sunt circa eandem materiam que est genus quod dicitur subiectum primum. Huius autem causa est ꝙ omnia contraria sunt in eodem genere vt diximus: ⁊ contraria sola faciunt ⁊ patiuntur adinuicem: ergo ea que sunt eiusdem generis faciunt ⁊ patiuntur adinuicem. Quoniam autem faciens ⁊ patiens genere quidem sunt eadem ⁊ similia: specie siue aūt siue forma sunt dissimilia. Tex. c. 51. ¶ Quecunqꝫ autem talia sunt contraria manifestum est: quoniam aut talia que sunt actiua ⁊ passiua sibi adinuicem contraria ⁊ media sunt que sūt actiua ⁊ passiua. ¶ Et etiā patet ex hoc ꝙ vniuersaliter omnis generatio ⁊ corruptio est ex contrarijs ⁊ medijs: generatio autem ⁊ corruptio non sunt nisi per actionem ⁊ passionē. Ideo etiā rationabile est ꝙ ignis calefaciat per suam formam que est caliditas ⁊ frigiditas sicut aqua frigefaciat per hoc qđ est frigidum: quia tunc ista sunt contraria: ⁊ ideo actiua ⁊ passiua. ¶ Et adhuc huius alia ratio est: quia scilicet omne faciens intendit sibi assimilare patiēs qđ non intenderet si passum esset sibi simile omnino: vnde faciens ⁊ patiens sibi contraria sunt: ⁊ generatio per quā patiens assimilatur agenti est contrarium. Quapropter necesse est ꝙ patiens transmutetur in speciem faciētis: sic enim erit generatio ex contrario in contrarium.

¶ Cap. 5m. Qualiter ambe secte dicunt veritatem sm aliquid.

Tex. c. 52. Et ex his patet ꝙ sm viam rationis ambas sectas contingit verum dicere: cum tamen non eadem dicant ⁊ vtranqꝫ sectam aliquo modo tangere naturam: quia dicimus quandoqꝫ ꝙ subiectum patitur qđ substat passioni ⁊ suscipit esse ab actiuo: verbi gratia dicimus ꝙ homo sanatur ⁊ ꝙ homo calescit ⁊ ꝙ homo infrigidatur ⁊ sic de alijs. Quandoqꝫ autē dicimus ꝙ contrarium transmutatur sicut id quod in transmutatione abijcitur sicut dicitur ꝙ factum calesit ⁊ ꝙ laborans siue infirmus sanatur. Eodem modo etiā deficiēte: quia quādoqꝫ dicimus subiectum facere rationem speciei que est in ipso sicut dicimus hominem calefacere: quandꝫ autē dicimus contrarium facere sicut dicimus calidum calefacere: vnde vno modo materia patitur: ⁊ alio modo contrarium patitur. Respicientes autem philosophi ad materiam que eadem est vtriqꝫ contrariorum ꝙ etiam patitur qꝫ abijcitur in patiendo dixerunt ꝙ contrarium a contrario patitur: ⁊ sic ambe secte sm aliquid verū dixerunt.

¶ Cap. 6m. Quot modis dicitur faciens: ⁊ quot modis dicitur patiens.

Tex. c. 53. His habitis determinemus quot modis dicitur faciens ⁊ patiens: suscipiendum autem est ꝙ facere ⁊ pati dicitur multipliciter sicut mouere ⁊ moueri: dupliciter enī sicut supra diximus dicitur mouens. videtur enim hoc verissime mouere in quo est primum principium motus: principium enim est prima causarum que ita mouet ꝙ hoc quod mouet non habet ab aliquo ante se: sed mouet imobile existens: ⁊ rursus vltimum mouens post qđ nihil est nisi quod mouetur tm̄ hoc modo ab alio ante se ⁊ mouet id quod est post se ad generationem. Similiter autē est dupliciter faciens: dicimus enim ꝙ medicus artifex sanat infirmum: vel alius potus vel cibus sm primum mouens in hoc motum nihil prohibet esse immotum: quia medicus aut non mouetur ab alio aut si mouetur hoc erit per accidens. s. non inquantum medicus: sed inquantum est susceptibilis alicuius contrarij: ⁊ quicquid sit de medico tamen in quibusdam. s. que separata sunt a materia necesse est principium mouens esse immobile ⁊ hoc dupliciter scilicet omnino immobile si nullam habet omnino materiam cum eo qđ mouet sicut in precedenti capitulo de tactu dictum est. ¶ Ultimum autem mouens post qđ non est aliquid nisi id qđ mouet tm̄ necesse est semper mouere motum ab alio priore. In actione autem recreatur ad primum agens in quo est primum principium actionis: id quidem est impossibile sm illud agens: quia in ordine agentium vltimum est post qđ non est nisi patiens ipsum: ⁊ est patiens cū hoc qđ agit quodcunqꝫ enim non habet eiusdem rationis materiam cum passibilibus que sunt elementa: ⁊ elementata ista faciunt ita ꝙ sunt impassibilia ab eis que sunt. ¶ Et huius exemplum in arte est ars medicine: ipsa enim est faciens sanitatem ⁊ nihil patitur a sanato cum non habeat materiam eandē cum sanitate cum materia que est subiectum artis medicine sit alia medici ⁊ alia que est subiectum sanitatis sicut humores vel complexio egri hominis. ¶ Exemplum autem facientium ⁊ simul patientium in arte est cibus: quia ipse faciens sanitatem patitur a sanato: quia aut calesit aut infrigidatur aut aliquid aliud patitur: ⁊ cum hoc simul

est faciens alterando complexiones ad sanitatẽ. ¶ Est autem in hoc ordine antecedentium ars medicine principium in quo principium est actio. Ultimum autem agens qđ tactum est cibus qđ patitur cuȝ hoc qđ agit.

Tex.c.54. ¶ Quecunqȝ ergo agentia non in materia que sic eiusdem generis cum partibus habent formam: ꝛ hoc cuȝ sint de numero agentium siue effectiuorum sunt impassibilia. Quecunqȝ autẽ agentia specie agunt que in materia vnica est cum passiuis ista sunt passiua cum hoc qđ agunt. Nos enim dicimus ꝙ materia vna est vt ita dicamus cuilibet contrariorum que est sobiecto vna: ȝ ſm esse differat propter hoc dixi vt ita dicam: ꝛ ipsa est vt genus non ꝙ predicabile sit sed sicut genus dicitur subiectum primum qđ substat duobus contrarijs vel pluribus. contrariorum autem vnum est in actiuo ꝛ alterum in passiuo: ꝛ ideo vna est materia actiui virtuti ꝛ passiui: ꝛ ꝙ per materiam calidum potest esse calefit necessario quando appropinquatur sibi calidum calefaciens ipsum. Et ideo sicut dictum est: hec quidem de natura frigidorum sunt impassibilia ꝛ sicut dicimus supra esse in motione ita se habet etiam in factione. In mouẽtibus enim primũ mouens est imobile: ꝛ similr̃ in effectiuis primitus faciẽs est impassibile.

¶ Cap. 7m. Et est digressio soluens ea que videntur cõtraria de facere ꝛ pati.

Attendendum hic ergo ꝙ contrarietas distinctionem facientiuȝ in dictis virorum magnorum. Quidaȝ enim dicunt ꝙ agẽs patitur. sicut ꝛ nos supra diximus in capitulo de tactu. Alij autem ꝙ aliqđ agens est impassibile sicut nos dicimus hic. Alij iterum ꝙ mouens superius est agens ꝛ agens est communius ipso ꝛ hoc quidem nos in capitulo de tactu diximus. Alij econuerso ꝙ omnis motus in actione ꝛ ois actio in motu est ꝛ firmatur sicut dicit auctor sex principiorum. Sunt etiam magni viri dicentes ꝙ non vere agit aliquid nisi prima causa ꝛ omne ſcđm agẽs non vere agit. ¶ Ad omnia autem determinata hic scias ꝙ res per aliam intentionem agit ꝛ per aliam mouet siue sic causa prima siue de numero secundorum mouẽtium vel agentium: dicitur enim mouens quando infuit motum tñ: motus autem de se nihil mutat de forma subiecti quod mouetur: si motus esset cum mutatione subiecti: tunc verissimus motus verissime mutaret: ꝛ hoc est falsuȝ ꝙ verissimus est motus localis qui nihil mutat de formis subiecti qđ mouetur primum subiectum motus est primum celum quod nullo modo susceptibile est alterationis ſm formas subiecti. Faciens autem propter hoc ꝙ est faciens siue agens: quia influit ei id qđ facit ſm ꝙ subiectũ mutatur ſm aliquam formam: ꝛ sic dictum est ꝙ mouens est generalius ꝙ̃ faciens qr mouens aliquando mouet ꝛ facit ꝛ aliquando mouet: quia omnis factio motio quedam est. sed non conuertitur: quia aut id quod infuit formam aliquando habet materiam ꝛ aliquando non: causa enim prima non habet materiam ꝛ corpus habet materiã. Ideo aliquãdo faciens impossibile est pati aliquando autẽ possibile ꝛ tunc quando tñ facit absqȝ possibilitate patiendi: dicit vere facere ꝛ hoc solũ esse vere est factiuũ quando aut habet mãm: aut habet vnicã in genere eodem cum passiuo: aut non: ꝛ primo quidem modo non patitur faciens a passiuo. Ideo quia non tangit ipsum nec est susceptibile formarum contrariarum que sunt in passiuo sicut facit celeste corpus in elementa vel elementata vel ars medicine in egrum corpus: econuerso autem non patitur omne qđ agit: ꝛ sic dictum est ꝙ omnis passio magis facta abijcit a substantia ꝛ ꝙ actio ꝛ passio sunt inter contraria. ¶ Si autem modus agendi vel mouendi respiciatur tunc agens est mouens ꝛ econuerso: qđ vtrũqȝ est influens ei aliquod circa quod est motus vel actio: ꝛ quia hec rationem aliqn animalium sapit. Ideo in rationali phisice parte motus in actione ꝛ actio in motu firmari dicitur: ꝛ in hoc modo mobile est patiens precipue ſm verbum grecum patiens qđ est recipere: quia sic recipiens ab aliquo est patiens. Aristo. tamen in libro ethicorum vult ꝙ actiuum principium sic omnium operum voluntariorum pertinentium ad mores ꝛ factiuum principium sit artificialium: sed sic non sumitur actio ꝛ factio generaliter ſȝ potius in materia ciuili tñ.

Re oper hẽ iectionẽ agit ꝛ g alias mouet.

¶ Cap. 8m. Ad quam causam reducatur faciens: ꝛ ad quam patiens.

Tex.c.55. His habitis ad propositũ redeamus determinantes ad quã causam reducitur agẽs: ꝛ ad quã causam reducitur patiẽs. est eniȝ effectiuum siue factiuuȝ causa que dicitur vnde principiuȝ motus id est efficiens que dicitur vnde principium motus: quia motus ad materie transmutationem sicut agens siue patiens. ¶ Causa enim que dicitur cuius gratia que dicitur causa finalis non est factiua que lȝ moueat efficientem non tamen mouet materiam. nec mouet sicut principium vnde finitur motus mobili: sed potius per intentionem ꝛ rationem: quia ipsa videlȝ est ratio quare efficiens facit: ꝛ quid per facere intendit cõsequi: ꝛ hoc patet quia finis inducitur per motum ꝛ factionẽ: ꝛ habito eo quiescit agens: ꝛ ideo sanitas qñ eger fit sanus a medico est nõ factiua nisi per metaphorã dicat. s. qr ratio est quare medicus facit: qr facit ꝛ illius pbatio est: qr quando faciens est ſm actum faciens: tunc aliqđ generatur in patiente: sed talibus habẽtibꝰ siue formis sicut est sanitas presentibus ſm actum non generatur aliquid nec fit sed est iam in patiente quiescens: species enim ꝛ fines sunt habitus quidam quiescentes: siue in quibus quiescit materia sicut autem factiuum ad agentem causam reducitur ita econuerso passiuum in eo qđ passiuum reducitur ad materiam: quia passio est imperfecta: quia speciem recipit facientis. Que autem sunt passiua siue actiua habent speciem in materiam sicut ignis in materia habet calidum si autem esset calidum separatum: tunc non pateretur ſm formaȝ: calidum impossibile est esse separatum: lȝ hoc dixerint quidam: si autem quedam alia talia sunt que sunt separata in illis vtriqȝ verum erit qđ dictum est ſm ꝙ agũt impossibilia entia. ¶ Sed de hoc in prima philosophia erit locus determinare: quid ergo sit facere ꝛ pati in quibus existant: ꝛ quare ꝛ quomodo dictum est hoc modo.

¶ Cap. 9m. Qr antiquissimi dixerunt ꝙ modus actionis ꝛ passionis est per poros.

Tex.c.56. Cum autem diximus quendaȝ motũ actionis ꝛ passionis qui sumptus est in genere ex parte actionis ꝛ passionis rursus dicemus in specie aliquãdo qui erit sumptus ex parte actiuorum ꝛ passiuorum: sed qualiter veniat agens ad patiens vt imprimat ei formam suam ad quam intendit ipsum patiens transmutare: visum est autem aliquibus ꝙ vnumquodqȝ qđ patitur patiať per foramina parua que greci poros vocant. Ita ꝙ vltimum faciens qđ est proximum patienti ingrediatur per illos poros in patiens ꝛ vndiqȝ contingat ipsum: ꝛ ideo vndiqȝ patitur patiens ꝛ non in vno loco tñ: ꝛ qr visus ꝛ auditus ſm eos etiam effunduntur super visibile per media que sunt inter videntem ꝛ rem visam. Ideo dixerunt etiam ꝙ per poros eorum corporum que sunt media sensuum: videmus autẽ ꝛ audimus ꝛ ſm alios sensus sentimus oĩa: dicunt etiam ꝙ ideo plus videmus per aerem ꝛ aquaȝ

⁊ per alia corpora transparentia: sicut est vitrum ⁊ cry-stallus: quia illa corpora plus habent poros qui pori quidem inuisibiles sunt propter paruitatem: sed magis spisse positi sunt: magis secundum ordinem positi: ita ꝙ porus in transparentibus sit iuxta porum ⁊ magis recte per illa transiens est porus. In alijs autem corporibus sunt tortuosi pori ⁊ inordinati ⁊ ideo non transit ea visus. Antiquissimi ergo illa determinauerunt vt dictum est.

¶ Cap. 10m. De opinionibus antiquorum magis descendentium ad speciem circa modum actionis ⁊ passionis.

Agis autem descendentes ad species agentium ⁊ patientium sicut Empedo. non solum dicunt poros esse in facientibus ⁊ patientibus: sed etiam dicunt miscere ea solum quorum pori adinuicem sunt commensurabiles vt vnum in alium ingredi possit: ita ꝙ plurimum vnius sit in plurimo alterius ⁊ econuerso: ⁊ quia non omnia talia sunt. Ideo non omnia omnibus misceri possunt. Viam autem que maxime est naturalis de omnibus naturalibus passionibus vno ⁊ simili sermone enuntiauerunt Democritus ⁊ collega Leucippus quia fecerunt principium qd est secundum naturam sicut supra diximus in sermonibus eorum de generatione. quidam enim antiquorum sicut Melissus opinati sunt ex necessitate vnicum tantum ⁊ totum esse ⁊ imobile: dico autem totum ens esse vnum continuum: dixerunt enim illi ꝙ vacuum non est aliquid in rerum natura dixerunt enim non posse aliquid moueri nisi sit vacuum extra res a rebus separatum in quo moueatur hoc qd mouetur: dixerunt etiam ꝙ multa alia esse non possunt: quando non est aliquid segregans in terra: vacuum autem dixerunt esse segregans. Et quia posset eis dici ꝙ multa sunt se tangentia ita ꝙ in terra non sit vacuum segregans. dixerunt ꝙ hoc nihil differe quia continuum ⁊ contingens idem dicebant esse: quia continui partes secundum ipsos contingebant. Dixerunt etiam ꝙ nihil differe dicere ꝙ sint multa: ⁊ ꝙ sit vnum ⁊ ꝙ dicatur esse vacuum: quia continuum ⁊ contiguum sunt vnum secundum ipsos nec multa sunt nisi sint diuisa: nec diuiduntur nisi per vacuum sed non est vacuum: ergo nec multa sed omnia continua sunt. ¶ Si enim dicatur ꝙ ens vbiqz hoc est in omni puncto est diuisibile. sic possibile est accidere ꝙ nihil sit vnum de rebus naturalibus sed multitudo componitur ex vnis: ergo nec multitudo erit igitur tunc totum erit vacuum in quo nec multa sunt nec vnum. Si autem dicatur totum ens continuum secundum aliquid esse diuisibile ⁊ aliquid non. hoc vtiqz videtur esse fictitium cum non sit magis ratio quare in vno puncto diuidatur quam in alio vsqz ad quantum enim erit diuisibile ita ꝙ non ibi fiet diuisio: ⁊ quare aliquid de vniuerso ente ita habet ꝙ diuiditur ⁊ separatur per vacuum: aliud autem ita habet ꝙ est plenum ⁊ non diuiditur ita ꝙ vnum ab alio separatur per vacuum. Amplius sic etiam necessarium est accidere ꝙ non sit motio aliqua.

¶ Cap. 11m. Et est digressio ponens modos antiquorum de poris: ⁊ ꝙ ens sit vnum ⁊ immobile.

Ttendendum hic ꝙ rationes philosophorum de poris fuerunt iste: videbant enim ꝙ totum passibile suscipit formam agentis: ⁊ quia antiqui formalem causam non bene intellexerunt. Ideo videre non poterant quo aliter agens communicat patienti virtutem forme sine materia sua: ⁊ ideo opinati sunt agens per particulas materie intrare in patiens: ⁊ quia intrinseca est ei forma agentis. Ideo posuerunt ꝙ poros intraret: ⁊ quia non esset possibile quia poros non habet ⁊ difficulter passiue quia paucos vel non proportionatos agenti poros habet. Et omnes isti supponebant esse vacuum intra corpus in poris corporis ⁊ extra corpus in spatio qd separat vnum corpus ab alio ne tangat ipsum nec continuatur ei. Melissus autem dixit nihil esse vacuum ⁊ ideo destruxit omne antecedens ad vacuum: vnde sic arguebat si diuidatur continuum discretio erit inter diuidenda que erant partes continui: sed non est discernens nisi vacuum: ergo vacuum est: sed hoc est falsum: ergo non est discernens inter discreta: ergo totum remanet vnum indiuisum. Qd autem non sit segregans siue discernens nisi vacuum sic probat: vacuum opponitur pleno ⁊ ens non enti: sed omne ens est plenum ens: quia dicebat plenum idem ꝙ rem plene i. perfecte existentem: ergo nihil entium est vacuum. Plenum autem a pleno non segregatur propter qd plenum: ergo segregabitur per vacuum: sed vacuum non est: ergo res a re non segregabitur: ergo res rei permanet continua. Qd autem esset ens immobile sic arguebat. Si res moueretur aut est continua rei aut non est si est continua sed mota secundum locum vna parte continui mouetur totum continuum: ergo vna re mota in mundo mouetur quicquid est in mundo qd est inconueniens: ergo res non mouetur que est continua rei. si autem non est continua: ergo cum mouetur de loco ad locum aut mouetur in plenum aut in vacuum: si mouetur in plenum: ergo duo corpora erunt in eodem loco qd est falsum. Si autem in vacuum ergo vacuum est qd falsum est. ergo ens est vnum continuum ⁊ immobile.

¶ Cap. 12m. Qd dementie est simile dictum Melissi.

Abitis his redeamus ad propositum dicentes ꝙ ex his vtriqz sermonibus patet ꝙ transcendunt sensum discipuli Melissi ⁊ desperauerunt tamquam ac si non esset conueniens sensum sequi contra rationem. Et dixerunt omne qd est vnum esse ⁊ imobile ⁊ infinitum: si enim finiretur tunc finiretur non scilicet ad plenum qd est ens sed vsqz ad vacuum: sed quia vacuum non est ideo nihil finitur ad ipsum. ⁊ ideo ens est infinitum. Isti ergo propter has causas ita nuntiauerunt de veritate rerum ¶ Amplius autem in sermone per rationem videtur eis hoc contingere que dicunt: sed si res ipse inspiciantur dementie simile videtur esse dictum eorum ⁊ plus quam dementes sunt: nullus enim vnquam dementium tantum egressus est metas rationis ꝙ ignem ⁊ glaciem extimauerit vnum esse: sed dementes aliqui inueniuntur qui propter assuetudinem decepti dicunt bona que in sensu bona apparent pro eo ꝙ sunt delectabilia secundum sensum esse vera bona ⁊ ꝙ nulla differentia sit inter illa.

¶ Cap. 13m. De comparatione dictorum que dixerunt diuersi philosophi de facere ⁊ pati: ⁊ quis inter eos melius dixerit.

I autem comparantur dicta antiquorum de facere ⁊ pati: tunc Leucippus extimatus est habere sermones meliores alijs in hoc ꝙ confitetur ea que ad sensum vera sunt. vnde non destruit generationem nec corruptionem nec motum nec multitudinem entium: ⁊ hoc quidem dicit: quia confitetur ea que conueniunt his que in sensu apparent: conuenit autem cum his qui dicunt vnum esse omne quod est sicut dicit Parmenides ⁊ Melissus: qui dicit ꝙ bene sequitur ꝙ motio non est si vacuum esse non dicatur. Sed in hoc differt a Melisso ⁊ Parmenide: quia illi destruxerunt consequens scilicet vacuum esse ⁊ concludunt oppositum antecedentis: scilicet motum non esse. Sed Leucippus ponit antecedens ⁊ infert consequens. s. motum esse ⁊ ex

Tex. c. 57.

Tex. c. 58.

Tex. c. 59.

Tex. c. 60.

hoc concedit vacuum esse: vacuum autem dicit esse sicut privationem: et ideo simpliciter quidem est non ens: quia non est aliqd entium sicut nec privatio tamen est ens quia entis est sicut privatio respectu habitus: unde plenum dicebant esse principaliter ens sed vacuum non esse principaliter: sed tamen non dicebant ꝙ omne tale qd est sicut plenum esset unum sed potius talia infinita sunt multitudine et indivisibilia divisione physica propter parvitatem sui tumoris sive sue quantitatis: et quia hec feruntur sive ambulant in vacuo et dicuntur athomi dicunt enim vacuum esse sicut diximus: et dicunt ꝙ hec cum stant congregata faciunt generationem et dissoluta abinvicem faciunt corruptionem: et secundum ꝙ existit undique tangentia faciunt actionem et passionem. et secundum ꝙ unum subintrat in alio faciunt augmentum. et secundum ordinem situm et figuras faciunt alterationem: et secundum ꝙ quodlibet intrat in quodlibet faciunt mixtionem: dicunt enim Democritus et Leucippus ꝙ secundum ꝙ talia sunt non sunt unum. et ꝙ generationem faciunt secundum ꝙ sunt composita et complicata: confitentur tamen etiam ꝙ ex eo qd secundum veritatem est unum qd est id qd omnino est indivisibile actu et potentia nunquam fit multitudo nec ex vere multis que discreta sunt et non actu nec potentia coniungibilia sicut indivisibilia nunquam fit unum compositum ex illis numeri utrunque horum est impossibile: dicunt etiam isti duo viri. s. Democritus et Leucippus ꝙ patitur res per poros: sicut dicit Empedocles et alij de numero illorum philosophorum. et dicunt ꝙ omne pati et omne alterari hoc modo generatur et fit ita ꝙ fiat eis dissolutio et corporis per interpositionem vacui: quia vacuum interponitur rebus res intercipiendo. ita ꝙ pars huc pars autem illuc feratur. Similiter dicunt fieri augmentationem corporibus solidis patulis subintrantibus in rem que augetur. ¶ Fere autem contingit Empedoclem dicere qd dicit Leucippus in hoc ꝙ indivisibilia necesse est eum ponere. Dico autem fere quia Leucippus ponit athomos segregatos ambulantes in vacuo et athomos in corpore qd constat que indivisibilia inter porum et porum faciunt divisionem. Sed Empedoclem contingit alterum horum dicere. s. athomos que dividunt inter porum et porum quia aliter in omni re pori essent continui hoc autem est impossibile. Tunc enim corpus solidum nihil esset preter poros: sed totum esset vacuum: ergo nihil esset quia vacuum est sicut non ens ut dicit Leucippus: necesse est ergo athomos esse se tangentes inter poros media autem athomorum esse vacua que Leucippus dicit esse poros: fere ergo Empedocles dicit sicut Leucippus de facere et pati. Modi ergo secundum quos ut dicunt antiqui hec quidem faciunt: hec autem patiuntur fere sunt qui dicti sunt. Dico autem fere propter Platonem de quo infra faciam mentionem et manifestum est quid et quo modo de his dicunt.

[Tex.c.61.]

[Tex.c.62.]

¶ Cap. 14m. Qui philosophorum magis ex dictis suis possunt causare illa que sensus confitetur esse.

[Tex.c.62.]

Ue autem in physicis et ad sensum confitetur quedam plus sequuntur quedam positiones et quedam minus verbi gratia minus enim sequitur ad positionem Empedo. quomodo erit generatio et corruptio: quia hoc ex dicto suo non est manifestum. Democrito enim et Leucippo ponentibus prima principia esse corpora indivisibilia que differunt formis sive figuris manifestum est qualiter fiunt: eo ꝙ confessa sunt in naturis: quia constantibus his res generantur et dissolutis corrumpuntur et alterantur et patiuntur et augentur sicut supra diximus. Empedocli autem non contingit esse manifestum qualiter hec fiunt: quia ipse bene causabit ex dicto suo generationem et corruptionem eorum que fiunt ex elementis sed cum ponat illa esse non ex alijs nec ex invicem non ponit ipse ex dicto suo causam differentie unde generetur elementorum coacervata quantitas: quia athomos non ponit nec ponit ꝙ sit aliquod elementum unde generatur ignis vel aliquod aliorum elementorum sicut Plato in timeo scripsit aliqua elementa esse horum corporum. s. ignis aque et aeris et terre. In tribus enim differunt ut non eodem modo Plato et Leucippo dicat: quia Leucippus quidem dicit prima esse solida corpora athomalia. Plato autem dicit planities sive superficies indivisibiles. Et Leucippus dicit ꝙ unumquodque corporum athomorum terminatur infinitis figuris. Plato autem dicit ꝙ figure planitierum sunt terminate et finite. quia generantur omnes ex triangulo modo supradicto. Sed tamen utrique tam Plato quam Leucippus dicunt indivisibilia que figuris sunt determinata ex quibus fit generatio congregatione et corruptio segregatione. Et Leucippo quidem duo modi erunt quibus fit actio et passio. s. per tactum agentis et patientis et per vacuum qd est porus. Platoni autem unus istorum modorum relinquitur: quia superficies mathematica non est porosa et ideo non fit actio secundum eum nisi per tactum: et nos in prioribus sermonibus tertij libri celi et mundi diximus de planitiebus. Qd autem contingit dicere de corporibus indivisibilibus nunc dimittatur.

[Tex.c.63.]

¶ Cap. 15m. Utrum indivisibilia sint principia et cause actionis et passionis sicut dixerunt Democritus et Plato.

[Tex.c.64.]

Icet autem nos hic disputemus utrum vacuum sit causa actionis et passionis qd antiqui ponebant in corporibus porosis: tamen digressio non faciemus ad inquirendam de ipsis indivisibilibus parum tamen digrediemur: quia non inquiremus de natura indivisibilium: sed nisi utrum sit causa actionis et passionis. Dicimus enim quod unumquodque horum indivisibilium necessarium est etiam dicere impassibile dicunt enim antiqui ꝙ passio non fit nisi per vacuum qd est in poris corporis: ita ꝙ vacuum pororum causa sit actionis et passionis. Et nos dicimus ꝙ nec causa est actionis nec passionis nec etiam dispositio. ¶ Omne enim qd est causa actionis vel passionis est durum vel frigidum vel aliqua qualitate dispositum. Sed vacuum cum sit privatio et non ens respectu pleni nulla earum qualitatum est dispositum: ergo nec activum nec passivum: hoc autem dicimus quia etiam dictum eorum de indivisibilibus sit inconveniens dicunt enim ꝙ caliditas datur sola inter activas qualitates figure circulari athomorum. quia ponebant celum esse ignem purum: quia videbant esse circulare. Si enim dant calidum circulari figure: necessarium est ꝙ alicui figurarum angulosarum sicut quadrilatere vel alij dent frigiditatem. Si autem concedant has duas qualitates esse in athomis: sic etiam debent concedere consequentes earum esse in eis quales sunt gravitas et durities: levitas et mollities: et alie huiusmodi qualitates. Est autem iterum inconveniens dictum Democriti cum concedit in athomis unum esse gravius altero sicut apparet in radio solis quia unus athomus descendit magis quam alius: si enim unus est gravior altero: quia leve est leve per caliditatem que rarificat partes materie sue et facit ipsum leve. ¶ Cum autem talia sunt si diceretur ꝙ non pateretur ad invicem esset hoc impossibile patitur enim leviter calidum a multo calido non inquantum sunt similia in calido sed inquantum excedens est magis calidum et excessus est plus frigido permixtum. ¶ Similiter iterum dicit esse Democritus necesse est ꝙ dicat etiam molle esse in athomis. Molle enim naturali impotentia resistendi tactui passivum est et hoc inquantum est humido infusum sit subactivum dico autem subactivum: quia per humidum activum qd non simpliciter activum est sicut calidum et frigidum. Et propter hoc dictum iterum sequitur athomos esse activos et passivos et ex omnibus his dictis que perfecte dicit Democritus vel sequitur ex dictis suis ut habitum est. Necesse est ꝙ Democritus dicat ꝙ athomi sunt activi et passivi et hoc ipse concesserit propter duas rationes tamen hoc impossibile est et inconveniens. In athomis enim aut ponitur figura sola aut cum figura qualitas activa aliqua aut passiva. Si ponitur in eis figura sola tunc non erunt activa nec passiva: quia figura neutrum est: quia aliter mathematica agerent et paterentur. Si autem cum figura in athomis ponitur qualitas aliqua aut una erit illa in quolibet athomo aut plures: si una cuiuslibet athomus sit principium ut dicunt illa erit immobilis ab ipso ita ꝙ calidum semper est calidum et frigidum semper est frigidum: ergo una natura materialis non erit athomis subiecta:

[Tex.c.65.]

[Tex.c.66.]

[Tex.c.67.]

[Tex.c.68.]

ex materia variatur de ꝯrario in contrariũ qḋ ſm dicta nõ faciunt athomi qḋ eſt impoſſibile: ſemper enim erit vna nã materialis ſubiecta ꝯrarijs. Si aũt multe qualitates inſunt vni athomo que quidem ſint actiue ⁊ paſſiue ille ſine dubio erũt ꝯrarie: qꝛ actio ⁊ paſſio erũt iter ꝯraria: ergo ꝯraria ſunt in eodẽ indiuiſibili: ergo ꝯraria inſunt eidem ſm idẽ qḋ iterũ eſt impoſſibile: vnde ſi patiatur athomus ſm ꝙ infrigidatur ſm id patietur ⁊ aliud .ſ. calorem qḋ falſum eſt. Et eodẽ modo eſt de paſſionibus alijs actiuis ⁊ paſſiuis: ergo licz ipſe indiuiſibilia dicat eſſe actiua ⁊ paſſiua ſequitur tamen ea eſſe nec actiua nec paſſiua. Illud aũt inconueniẽs nos ſimpliciter tm̃ ꝯtra Democritũ. Sed etiam ꝯtra Platonem qui dixit indiuiſibiles planities eſſe pricipia: dixit enim Plato non eſſe vacuum indiuiſibilibus planitiebus: ⁊ qꝛ ſm eos non fit rarũ niſi vacuũ interponatur partibus corporis ſequitur ꝙ non ente vacuo non generatur aliquid rarius vel denſius: ſunt autem rarum ⁊ denſum prima ꝯtrarietas ex parte materie. cum ergo ille non ſint conſequentes etiam nos ſunt ergo nulle ſunt in corpore qualitates actiue vel paſſiue ergo nec agit nec patit aliquid indiuiſibiliũ quãdo vacuum non ponitur eſſe in ipſo. Si aũt dicat aliquis ꝙ athomi parui ſunt indiuiſibiles ⁊ magni non ſunt indiuiſibiles hoc erit incõueniens: verũ enim eſt ꝙ rõnabilius ⁊ facilius magna diuidunt ꝙ̃ parua. qꝛ magna facilius diſſoluũtur ꝙ̃ parua ideo qꝛ magna componunt ex multis ⁊ paucis ex paruis: ſed indiuiſibile dicit vniuerſalr̃ ſndiuiſibile: qꝛ nõ eſt paciuũ: ⁊ ideo diuiſio magis eſt ex iſtis magnis ꝙ̃ paruis: ſed tamen exiſtit vtriſqꝫ. ¶ Amplius aũt aut etiam illa oĩa indiuiſibilia ſolida exiſtunt vnius nature ſicut ſi eſſent ignea vel terrea: aut ſunt diuerſarũ naturarũ: ſi aũt ſunt vnius nature ſiue vnius ſpeciei ſm quãtitatẽ quid erit tũc diuidens ⁊ diſcontinuans ipſos athomos: quare non accidit eis ſicut in aqua: cum enim vna pars tangat aliam ſtatim ꝯtinuatur ei ſimplr̃ enim cum vnus athomus tangit alium ſtatim cum eo debet continuari: poſterior enim non differt a priore niſi in natura formali. Si aũt ſunt diuerſarũ naturarũ ſiue ſpecierũ quales ſunt ille ſpecies: cum enim ille nature faciant athomos diuerſos ⁊ diſcontinuos ipſe ſunt ante ea ſm naturam: ergo ille nos magis ſunt ponende cauſe ⁊ principia rerum que ſiunt ex athomis ꝙ̃ figure athomorũ quas pricipia dixit eſſe Democritus. ¶ Amplius hoc videt eſſe inconueniens ſuper hoc ꝙ ea que differunt natura ⁊ forma agunt ⁊ patiuntur abinuicem cũ ſibi approximant: nature ergo ille erunt principia actiõis ⁊ paſſionis ⁊ non figure.

¶ Cap. 16m. Utrũ indiuiſibilia mouentur in vacuo ſicut dixit Democritus.

Uis etiam Democritus hic dixit ĩdiuiſibilia ferri ⁊ moueri in vacuo: queramus qd̃ ea moueat: aut eñ indiuiſibile mouetur a ſe vel ab alio. ſi ab alio tunc ipſum eſt paſſiuum: ergo nõ principium actionis: ſed potius mouẽs ipſum eſt principium actionis ſi aũt mouet ipſum ſe vnũquodqꝫ aut diuiſibile erit aut ſm aliud mouet: ⁊ hoc eſt contra hypotheſim aut ipſum eſt indiuiſibile: ⁊ tunc cũ moueri ſuum ⁊ mouere ſint ad formam agendo ⁊ patiẽdo erit hoc ipſum indiuiſibile ſm id agens ⁊ patiẽs: ſed actio ⁊ paſſio ſunt ꝯtrariorũ: ergo idem indiuiſibile in eodem habebit contraria qḋ eſt impoſſibile. Adhuc ſm hoc materia ꝯtrariorũ nõ tm̃ erit numero ⁊ ſubiecto vna ſed etiam in potẽtia diſpoſita qḋ eſt impoſſibile: ergo nõ mouetur in vacuo.

¶ Cap. 17m. Q poꝛi nõ ſunt cauſa actionis ⁊ paſſionis.

Is habitis de corporibus indiuiſibilibus veniamus ad opinionem de poris ⁊ oſtẽdamus ꝙ non ſunt neceſſarij ad actionẽ ⁊ paſſionem: quodcũqꝫ eñ dicit ꝯtingere paſſiones ex hoc ꝙ actiuum mouetur in poris paſſiui. ſed cum hoc dicunt ꝙ res etiam adhuc patitur cũ impleti ſunt pori neceſſe eſt eos concedere ꝙ pori ſunt ſuperflui: ſi enim aliquod totum ita patitur qḋ in poris tangit ipſum actiuum qḋ ſubintrauit in ipſum: tunc id patitur per tactũ actiui ⁊ non propter porum: ergo etiam ſi nõ habeat poros ſed ſic totum continuum ens patietur eodem modo propter tactum actiui. ¶ Amplius autem quomodo contingit ſm iſtos dicere de videre ⁊ inſpicere ⁊ de alijs ſenſibilibus cum per tranſparentia fiant ſenſus. Non enim poſſunt dicere ꝙ ſentiens ſm tactum tranſeat per tranſparens vt perueniat ad rem ſenſatam: qꝛ quidam ſenſus fiunt per diſtãtiã. Nec iterum poſſunt dicere ꝙ ſenſus fiat per poros ſi plenus eſſe dicatur quiſqꝫ pororum: plenos enim poros nihil differt aut poros habere qꝛ totum corpus tranſparens ſic erit plenum. Si autem aliquis dicat ꝙ pori corporũ tranſparentiũ ſunt vacui: aut ergo poſſunt in ſe recipere corpora aut non: ſi poſſunt recipiant ergo tunc ſequitur idem qḋ prius .ſ. ꝙ nõ ſemper contingat videre per tranſparens qꝛ impletis poris nihil videtur. Si aũt pori corporũ tranſparentium tales ſunt ſm magnitudinem: qꝛ nos poſſunt ſuſcipere corpus implẽs ipſos poros: hoc ridiculoſum eſt .ſ. vt dicatur paruum foramen eſt qḋ porus dicitur ſicut vacuum magnum aut ſpatiũ non ſit vacuũ ſed impletur corpore ſubintrante in ipſum: qꝛ qualecunqꝫ eſt vacuum id habet ſuum proportionabile implementũ. Eſt etiam contra rationem hanc vacui pori: qꝛ vacuum nihil eſt niſi regio ſiue ſpatium corporis alicuius ſuſceptiuũ qua propter manifeſtum eſt: qꝛ ſi omni corpori in tumore ſue quantitatis ſimile erit vacuum ſi vacuũ eſſe ſupponatur: vniuerſaliter autem ſuperfluum eſt dicere propter actionem ⁊ paſſionem eſſe poros: aut enim faciens facit ſm tactum aut nõ ſm tactum: ſi non ſm tactum facit ergo non facit intrinſecus in poris tangens: ergo porus non eſt cauſa paſſionis. Si aũt faciat ſm tactum ergo ꝙ̃uis nõ ſint pori dũmodo actiuum tangat paſſiuum: ⁊ ſint innata agere: ⁊ pati adinuicem fiet actio ⁊ paſſio Quoniã igitur ergo ita dicere eſſe poros vt quidam eos eſſe exiſtimant aut mẽdatiũ eſſe aut inutile ad cauſam actionis ⁊ paſſionis manifeſtum eſt ex dictis.

¶ Cap. 18m. Q pori nõ ſunt cauſa diuiſionis corporum.

Stendemus autẽ ꝙ nec ſunt cauſa diuiſionis corporum: cum enim omne corpus ſit diuiſibile ⁊ phyſicum ⁊ mathematicũ. Cũm athematicum poros non habeat ridiculum eſt poros dicere cauſam diuiſionis: qꝛ corpora poſſunt ſeparari ſm illud ſm ꝙ ſunt diuiſibilia: hoc autẽ non eſt vacuum in poris: qꝛ aliter mathematica non erunt diuiſibilia.

¶ Cap. 19m. Et eſt digreſſio determinãs qualiter pori faciũt ad actionem ⁊ paſſionem. ⁊ qualiter ad diuiſionem.

Ttendendum hic ꝙ corpus mathematicum non habet poros: phyſicum aũt non omne neceſſe eſt habere poros: ſꝫ tm̃ id ex quo aliquid reſpirat vel ſubintrat ⁊ ideo corpus humidũ aut poros non habet cum in ſe terminari nõ poſſit: aut ſi habet continue delẽtur pori eius: pori aũt in quibus ſunt ad facilitatem faciunt paſſionis: ſed paſſionis non ſunt cauſa: ſic ſimiliter ad facilitatem faciunt diuiſionis tamen diuiſionis non ſunt cauſa. Si autem vacui dicerentur eſſe pori: tunc adhuc minus eſſent cauſa diuiſionis ⁊ paſſionis.

¶ Cap. 20m. Qualiter actio ⁊ paſſio ſunt ſm veritatem.

Uia autem nos iam diximus opinionẽ aliorum circa actionem ⁊ paſſionem. Dicamus quomodo exiſtat generare ⁊ facere in patientibus ſm veritatem: facere enĩ propter generari ⁊ pati propter generari. Dicamus autem de facere ⁊ pati accipiẽtes pro principio actionis ⁊ paſſiõis id qḋ multotiens dictum eſt: hoc autem eſt ꝙ vnum eſt poteſtate ⁊ aliud actu eſt. Cum enim omne qḋ eſt poteſtate ſit receptiuum forme alicuius per hoc ꝙ eſt poteſtate receptiuum autem alicuius forme eſt receptiuũ ipſius alio quodam agente in ipſum: conſtat omne id qḋ eſt in potentia eſſe paſſiuum quia hoc eſt paſſiuũ formam aliquam quam recipit ab alio. id autem qḋ eſt actu principiũ eſt actionis: quia actio ipſius eſt ab actu eius ⁊ non diceretur actio niſi eſſet ab actu: ⁊ ideo actus ſm ꝙ eſt principium actionis perficit actum: qḋ per ſe ⁊ non per accidẽs eſt actiuum: id eſt qḋ eſt actiuum ⁊ generatiuum illius forme quis ipſum eſt in actu: vnde patet ꝙ potentia eſt principium paſſionis ⁊ actus eſt principium actiõis: tale autem corpus quod poteſtate eſt paſſibile eſt ⁊ non innatum compati: tamen non pati .ſ. ſm vnam partem pati ⁊ ſm aliam non

Tex.c.69
Tex.c.70.
Tex.c.71.
Tex.c.72.
Tex.c.73
Tex.c.74.
Tex.c.75.
Tex.c.76.
Tex.c.77.

pati sicut dixerunt qui poros indiuisibilibus corporibus interceptos in corporibus esse dixerunt. Hij enim dixerunt q in poris patitur corpus: sed non in partibus indiuisibilibus que interponuntur poris: sed potius poris est corpus passibile vbiq3 id est in omni parte est passibile inquantum est in potentia et minus vel magis passibile inquantum est in potentia magis et minus. Et si aliquis dicat potentiam inesse magis passibilibus: hoc non erit verum nisi vno modo qui est sicut in metallis vene neruales in terra vel in lapide sunt extense que passiue sunt a proprio actiuo quod agit ad formam vel ad speciem metalli in vena illa et non in lapide vel in terra circunstantibus quia non nisi in vena illa inuenit suum proprium passiuum: sed tunc vena vel foramen non est causa passionis sed potius dispositio materie que a tali actiuo passibilis est et non ab alio. Id autem quod totum est continuum non est passibile a seipso quia non est ratio quare vna pars eius agat et alia patiatur quia partes continui sunt homogenee. Similiter autem que non appropinquant sibi in se vel in alijs non agunt et patiuntur in se adinuicem. et dico quod propinquare sibi in alijs quando primum agens et vltimum patiens non sunt immediata sed est quoddam in medio quod agit et patitur: sicut quando ignis calefacit corpus nostrum: tunc enim aer patitur ab igne et agit in corpus nostrum. et sic est innatum facere et pati.

Tex.c.78.

Cap. xi^m. Quod nullum corpus tum sic diuisibile tum indiuisibile: et tamen passibile. et tum impassibile secundum diuersas partes eius.

Tex.c.79.

Quod autem quidam existimant aliquam rem aliquando pati quod in principio diximus: hic enim determinandum et ostendendum. quoniam est falsum: si enim concederent quod corpus vel magnitudo non vbiq3 esset diuisibilis sicut illi dixerunt quod diuiditur in poros et non diuiditur in corporibus indiuisibilibus que poris interponuntur: tunc esset verum quod corpus non vbiq3 in omni parte sua est passibile. ideo etiam si esset verum quod nihil esset continuum: quia continuum iam continue ad indiuisibile non tamen est ex indiuisibilibus. Si autem est mendacium hoc quod dicunt sicut supra ostendimus et omne corpus diuisibile: tunc nihil differt dicere quod diuidatur vel quod sit diuisibile vel quod tangat vel quod sit tangibile: iam enim in poros tunc diuidatur: tamen est diuisibilis in partibus que poris interponuntur quia ille non sunt indiuisibiles et similiter est tangibile in illis: et ita secundum totum est diuisibile et tangibile et passibile. Si enim corpus potest segregari secundum superficies in quibus est tactus vt inquiunt quidam Platonici: si nondum est diuisum est tamen diuisibile et posito in esse non accidit impossibile. Similiter etiam si diuisibile sit in partes posita diuisione in actu nihil sequitur impossibile.

Cap. xx^m. Quod actio et passio non fiunt per poros scissis corporibus.

Tex.c.80.

Quod autem vniuersaliter passio hoc modo fiat in rebus que quidam dicunt quod generantur scissis siue separatis corporibus per poros est inconueniens. Destruit enim hic modus alterationem in qua tamen saluantur actio et passio. Uidemus enim quod idem corpus continuum manens quandoq3 quidem est humidum liquidum et quandoq3 coagulatur sicut glacies et aqua fluida et patitur hec aqua sine diuisione: et sine compositione et sine conuersione suarum partium et absq3 tactu diuerso in ordine componentium partium: quia eodem modo remanent saluate in continuo sicut Democritus dixit fieri alterationem ex diuerso ordine athomorum: non enim ipsum continuum traductum in alteratione nec transpositum diuerso situ partium in toto nec transmissum per liquefactionem quando ex humido fluido fit coagulatum: et ideo alteratio fieri potest eodem modo in materie partibus manente continuo. Si autem dicit aliquis quod iste partes continui non transponantur vt diuidantur: tamen indiuisibilia ex quibus fit continuum mutantur in tali alteratione quando fit coagulatum ex humido: quia tunc amittit indiuisibilia liquida fluida et acquirit indiuisibilia dura et coagulata: hoc patet esse falsum. Indiuisibilibus enim tumor indiuisibilium corporum non vere insunt dura et coagulata quia talium passionum indiuisibilia non sunt susceptiua vt diximus sed totum secundum vnum modum manens in partibus et situ partium in toto quandoq3 est humidum et quandoq3 coagulatum et durum: ergo si diuisione pororum est alteratio et si diuidantur res et transponantur partes non manet continuum vnum: et ideo tunc non est alteratum sed corruptum.

Tex.c.81.

Et ideo hic modus destruit etiam augmentationem et diminutionem: quia si partes actiui intrant poros passiui: tunc id in quod intrat non erit maius secundum vnamquamq3 partem que fuit vna additio augmenti sed tantum erit appositio sibi facta in poris et id quod intrat non transmutat totum quia partes inter poros inter se causantes eodem modo manent quo prius et etiam non erit transmutans secundum se: quia id quod augetur non conuertit ad se quod intrauit in ipsum: sed tantum pori eius sunt pleni illo corpore quod intrauit: dictum est ergo quid est generare et facere et pati secundum veritatem: et quomodo quidam inquiunt quod contingit et non est verum quod ita contingat vt dicunt. Relinquitur autem videre de mixtione secundum eundem modum artis: quia mixtio tertium erat eorum que sunt que supra proposuimus pertractanda ante generationem elementorum.

## Tractatus sextus de mixtione.

Cap. p^m. De intentione tractatus: et de ratione eorum qui dixerunt non esse mixtionem.

Tex.c.82.

# Scrutandum est quid sit

Mixtio et quid est miscibile: et hoc est querere qua ratione quodlibet de numero entium existit: secundo que contingunt misceri. In tertio queremus quomodo est mixtio. Amplius ante hec omnia queremus vtrum est mixtio et an mendacium est mixtionem fieri per materiam: dicunt enim quidam quod non est impossibile. Quedam alijs misceri vetantes hac ratione: quia cum conueniunt ea que misceri debent aut maneant sicut prius in forma et specie aut non maneant eodem modo in forma et specie ante et post: sed corrumpuntur vel ambo vel alterum eorum. si maneant eodem modo in forma et specie ante et post: tunc magis sunt mixta postquam coniuncta sunt quam fuerunt ante commixtionem. Si ambo vel alterum non manet sed corrumpitur: tunc est generatio et non mixtio que enim nullatenus sunt entia et manentia non sunt mixta sed corrupta.

Cap. 2^m. Que sit differentia mixtionis ad alios motus: quia ab hoc dependet solutio prius habite dubitationis.

Tex.c.83.

Antequam soluamus hanc dubitationem dicemus quod per ea per que probant isti suam intentionem: videtur quod iste sermo eorum querit quomodo mixtio differt a generatione et corruptione: et in quo differt miscibile a generabili et corruptibili. Manifestum enim quod si est mixtio: tunc oportet eam differre a generatione et corruptione et alijs mutationibus que sunt ad formas s. ab augmentatione et quando ista differentia erit manifesta tunc soluetur questio. Est autem differentia mixtionis ad generationem quia materia et forma sunt principia entis generati. et materia non dicitur misceri generabili sed potius efficitur in actu per formam ipsius sed materiam in qua generatur ignis non dicimus misceri igni vel forme ipsius nec dicimus misceri ligna cum exardet quia nullo modo manet ligna nec dicimus materiam ignis misceri particulis ignis vel ipsi igni sicut dicimus quod vnum miscibile miscetur particulis alterius miscibilis et ipsi miscibili sibi coniuncto sed dicimus materiam ignis. s. ligna vel aliud corrumpi et ipsum ignem generari: ergo mixtio nec corruptio est nec generatio secundum eundem modum autem non dicimus cibum misceri corpori: quia cibus transit in corpus quod manet secundum formam: sed neutrum miscibilium ita manet ad modum corpus cibatum s. indiuisum specie nullo modo alteratum: et sic patet quod mixtio differt a nutrimento et augmento. differt etiam ab alteratione. si enim nos consideremus in artificialibus cera non miscetur figure sigilli nec figura miscetur quantitati siue tumori quia vtrumq3 indiuisum manet indiuisum et a specie nullo modo alteratum: et si consideremus in naturalibus cum non dicimus quod albedo misceatur corpori quod est album or passiones et habitus formarum accidentalium nullatenus possibile est mixtas esse rebus in quibus sunt sicut in subiectis: quia non diuiduntur nec plurimum particulare accidentium potest esse cum plurimo particulari subiecti nec in vnum alterat actiue alterum nec passiuum vtrumq3 ab vtroq3 si videntur ambo saluata.

Similiter si consideremus accidentia inter se vnum nõ misceatur alteri: quia si misceretur tunc ea que maxime distant maxime miscerentur: quia mixtio est contrariorum: maxime autem distant accidens corporale ⁊ accidens spirituale: ⁊ tamen non miscentur quia disciplina ⁊ album non dicitur misceri nec aliquod aliud accidens eo ꝙ non separatur a subiecto quia omnia miscibilia primo sunt separata ⁊ post mixtionem separari possunt ⁊ ideo non bene dixerunt quidam qui dixerunt ꝙ omnia scilicet substantia ⁊ accidentia aliquando simul fuerunt mixta quia non omnis res omni rei miscibilis est: sed oportet ꝙ vnum miscibilium separabile sit ab alio. passionum autem ⁊ vniuersaliter accidentium nullum est separabile.

¶ Cap. 3m. De solone prime dubitationis. s. an est mixtio.

Tex. c. 84.

His autem prelibatis soluemus questionem dicentem. quoniam entium hec quidem sunt potentia hec quidem actu: vnde mixta postꝗ̃ mixta sunt contingit aliqualiter esse ⁊ aliqualiter non esse in mixtura ipsa: sm actum enim animal ab omnibus mixtis siue miscibilibus generatur siue fit ab ipsis sed ipsum est potentia alterutrum eorum si duo sunt siue quodlibet eorum si plura conueniunt ad mixturam que quidem fuerant anteꝗ̃ miscerentur alteratis ipsis sm qualitatem partitis ipsis siue ipsis diuisis in quantitate: ita ꝙ plurimum vnius sit cum plurimo alterius: hoc enim qualiter in mixto manerent miscibilia que sunt supra habitus sermo qui videbatur probare non esse mixtionem. Nos enim videmus ꝙ ea que miscentur conueniunt ex prius separatis ⁊ postꝗ̃ conueniunt rursus aliquando separabuntur quia leuia ascendunt aliquando ⁊ grauia descendunt vt in celo ⁊ mundo determinatum est non ergo manent mixta inalterata ⁊ non diuisa sicut corpus ⁊ album nec alterum nec ambo corrumpitur omni modo sicut in generatione ⁊ corruptione. Saluatur enim virtus eorum ⁊ ideo que ad hanc questionem pertinent sõ relinquuntur.

¶ Cap. 4m. Et est digressio determinãs qd mouet ad mixtionem: ⁊ ꝙ mixtio est naturalis.

Attendendũ hic ꝙ dubitatio ista est super duo fundata. s. qualiter veniant ad mixtionem elementa: ⁊ qualiter manent in mixto: ⁊ de primo scias ꝙ sm dicta philosophorũ primũ mouens elementa ad mixtionem est immiscibile ⁊ hoc est totum mundum mouentia ⁊ ordinãtia quemadmodum docet Aristo. Spera enim solis in qua fons caloris est nata mouere ignem: ⁊ spera lune nata est mouere aquam per qd mare ingreditur ⁊ egreditur ad quãtitatem ⁊ etatem lune. Spere autem quinque planetarum. s. Saturni Jouis Martis Veneris ⁊ Mercurij mouent sperã aeris: vnde motus aeris moti sunt diuersi sicut diuersus est valde motus dictorum planetarum: ⁊ est in aere frigus congelatiuum ex spera Saturni: ⁊ estus est spera Martis: ⁊ temperies in frigido ex spera Veneris: ⁊ cõmiscibilitas ⁊ passibilitas facilis ex spera Mercurij. Spera autem stellarum fixarum que est octaua in qua sunt multe imagines ⁊ figure mouent terram vnde etiam in ipsa figurantur imagines multe in generatis ꝫ ergo leuia nõ descendant ex se nec grauia ascendant ex se: tamen ex motoribus vniuersalibus mouentibus ⁊ ordinantibus mundum aliquando descendunt leuia per quendam modum ⁊ ascendunt grauia per modum alium quem infra dicemus: huius autem exemplum conueniens est in qualitatibus actiuis ⁊ passiuis corporis animati. Non enim in homine vel alio animato semper mouetur sm naturam calidum per naturam ⁊ motum ignis nec agit actum ignis omnino: sed potius mouetur ad id ad qd dirigitur ab anima ⁊ agit ad terminum ⁊ finem iniunctum. Aliquando sicut dicit Arist. contra Empedo. in secũdo de anima. ¶ Cum igitur motus celi sicut motus sapiẽtis sit sicut dicit Messalach in libro de spera mota ⁊ cum ad motũ celi reducatur omnis motus qui fit in elementis ⁊ elementatis sicut dicit Auerrois supra octauo physicorum. Ideo dictum est ab Aristo. ꝙ opus nature est opus intelligentie: ⁊ hoc dictum sit mouente in genere primo corporum: quia mouens ante hoc est motor orbis qui planes ⁊ applanes vocatur ab Aristo. in vndecimo prime philosophie. s. diuinum ⁊ ethicum. si autem queratur de motore coniuncto dicit ꝙ calor solis sicut dicit Arist. in libro metheororũ mouet terram ⁊ aquam ⁊ eleuat inde duos vapores quoniam quantum dat terre de natura aeris cum facit ipsam vaporosam tantum dat ei de motu ⁊ loco aeris ⁊ terre sic vaporaliter accepte naturale est ad aerem ascendere ⁊ ibi cum aere miscetur ⁊ in ea sunt quedam partes ignite ex calore solis ⁊ similiter de aqua vaporali. Similiter autem aer frigido spissatus tendit ad terram nec hoc est contra naturam aeris sic accepti. Et sic patet quare in medio loco regionis sunt partes ignee ⁊ aeree ⁊ aquee ⁊ terree ⁊ mouentur ad se inuicem descendendo ⁊ ascendendo. Sunt etiam quedam partes ignis in vaporibus pluuialibus ⁊ in rore descẽdẽtibus quas vapores accipiũt in regione aeris calefacta que dicitur estus: sicut patet a subcadente ⁊ in omnibus alijs vaporibus huius autem signum est ꝙ aque pluuiales sunt vaporose calide stiptice: ⁊ sic iterum cum pluuia ⁊ rore ⁊ alijs descendunt partes ignite ad locum mixtionis. Ex his patet ꝙ ad mixtionem non mouet violentia sed natura: ⁊ ideo mixtio est naturalis.

2° de aia. 41. ⁊ 42.

8° phy cõ 15. ⁊ 46.

Aque pluuiales sunt calide vaporose et prece.

¶ Cap. 5m. Et est digressio declarans qualiter elemẽta manent in mixto.

De secũdo autem quesito. s. qualiter mixtibilia sunt in mixto attẽde ꝙ sicut dicit Auic. duplex est esse elementorum. s. primum ⁊ scdm̃ primũ autem est esse quod habent in operatione qualitatum suarum que sunt propter ipsis ⁊ fluunt ab essentijs ipsorum que sunt calor frigus humiditas ⁊ siccitas. Dicendum ergo ꝙ quo ad esse scdm̃ nõ manent elementa omnino primum autem esse dupliciter dicitur liberum ⁊ integrum vt ita dicam ⁊ ligatum ⁊ partitũ: liberum autem ⁊ integrum voco quando ignis vel aliud elementum accipitur per se sicut sunt elementa in suis speris ⁊ locis naturalibus. Ligatum autem voco quando non est ab alio alteratum ⁊ aliud alterans ⁊ diuisum in ipsum ⁊ econuerso ita ꝙ plurimum vnius sit cum plurimo alterius: ⁊ sic manent elementa in mixto quo ad esse primum. Et ideo dicit Arist. ꝙ virtute manent virtute inꝗ̃ que fluunt a tali essentia elementi quam habet in mixto.

¶ Cap. 6m. Et est digressio ex dictis declarans differentiam mixtionis ab alijs motibus.

Et ex hoc vlterius pꝫ differẽtia gñatiõis ⁊ mixtionis: quia in gñatione ꝯtrariũ agit ad sui contrarij destruẽdũ ita ꝙ corruptũ ꝯtrariũ nullo modo saluatur nec pmanet in mã corrupti: nec pmanet in mã gñati: sed in mixtis ꝯriũ non agit ad destructionẽ oĩmodã ꝯrij sed alterat ipsum: ita ꝙ partim saluatur in mã alterati: ⁊ partim in mã alterãtis. verbi gratia calidum in mixto alterat frigidũ ⁊ alteratur ab ipso: ⁊ ideo frigidi pars est in mã calidi inquantũ eã alterat ⁊ partim in ppria ⁊ econuerso est de frigido: ⁊ ideo quodlibet alterat aliud. ¶ Et si tu queras vtrũ tãta est caliditas mixti quãta est simplicis: dico ꝙ si tu queris de quãtitate essentie calidi nihil phiberet tantã esse: sed est diffusa partim in mã ppria: ⁊ partim in alia. ¶ Si tu queris de actiuitate cõstat ꝙ nõ est tanta in ipso mixto sicut in simplici quia caliditas sit remissa frigido alterante. Et similiter est de alijs qualitatibus: ⁊ hoc ꝯcordat sermonibus Galeni ⁊ Auic. dicẽtium: quia nihil phibet equalem esse caliditatem in essentia in sicco ⁊ humido: sicut in iuuene ⁊ puero ꝫ sit in pueris minus acuta propter humorem: vnde patet ꝙ elemẽti simplicis ⁊ mixti essentia sit vna sm esse differt: ⁊ qualitas est vna sed differt in acuitate ⁊ actione. Et hoc etiam patet quare mixta separabilia sint sed nõ redeunt necessario separata ⁊ omnis dicta ⁊ dicenda ex his erunt magis facilia.

De siccitatibus mixtorum ⁊ simplicium vide pro hoc 3° celi cõ. 6 ⁊ 8° meta. cõ. 5° in fine commẽ. 3.

¶ Cap. 7m. De modo mixtionis sm opinionẽ antiquorum.

Tex. c. 86.

Redeamus ad propositum continuam post dicta tractantes questionem. s. quomodo est mixtio vtrum. s. sit sm quantitatẽ solũ vt quidã dixerũt aut sm qualitatem ⁊ quãtitatem sicut veritas se habet. Est autem dupliciter sm quosdam antiquorum sm quantitatem solum. s. in cõparatione ad sensum nostrum vel sm naturam: dixerũt enim

quidam

quidam mixtionem esse diuisionem quantitatis miscibilis tñ vel sm nostrum sensum non esset perceptibile que pars a qua parte discerneretur preter hoc q partes vnius miscibilis alterarentur a partibus miscibilis alterius sed remanet que pars distincta sm se et sm operationem. ¶ Alij dixerunt q quodlibet miscibile diuiditur in minima nõ quo ad nostrum sensum tñ sed quo ad naturaz miscibilis. s. q nõ fit accipere minus qd seruet naturam et operationem miscibilis quia sicut dictum est supra physicum corpus in eo qd est physicum non diuiditur in infinita. Conueniunt tamen ambe iste opiniones in hoc dicunt mixtione tñ esse sm quãtitatem diuisibilez in minima quo ad non vel simpliciter diuisorum vel compositorum corporum adinuicem vt minime partes vnius sint iuxta minimas alterius. Queramus ergo verum nec ad sensum fit mixtio quando enim ea que miscentur diuiduntur in ita parua et ponuntur adinuicẽ hoc modo vt sensui non sit manifestuz distinguere inter partes vnius et partem alterius tunc mixta sunt sm quosdã. Queramus ergo vtrum hoc verum sit an nõ sit sit sed mixtio est vt dixerunt alij quando in minima simpliciter diuiso corpore quelibet pars eius est secus quãcunqz partẽ alterius. ¶ Dicitur enim sit a quibusdam verbi gratia in natura minima sunt grana seminum sicut si diceremus ordeum mixtum cũ frumento iz illa sensu sint discernibilia: tamen sunt minima sui generis in corpore physico et ad similitudinem istoruz dicunt mixtionem elementorum quando in minima simpliciter diuiso elemento quelibet pars vnius est iuxta quãlibet partem alterius. ¶ Est autem cõmunis obiectio ɔtra istas opiniones: quia cum omne corpus sit diuisibile si corpus corpori est miscibile demonstratione mixture est q quelibet ps permixta sit omiomera hoc est vnius rõnis cũ toto mixto et q sit quelibet pars hoc est diuisibilis mixti ps intra quãlibet partem mixti alterius. Quoniam autem mixtio non est

Tex.c.8.26.

idem q corporis in minima diuisio manifestuz est: quia ea in que diuiditur corpus alterũ nec sunt omiomera illis: nec etiam compositio partium est idem q mixtio alterius: quia vt dictum est partes cõpositi non sunt omiomere vñ mixtio est aliud q̃ compositio manifestum est ergo q mixtio non est diuisio sm parua saluata sm esse et essentiaz: sed oportet esse alterata abinuicem talis enim coniunctio diuersorum compositio erit sed non confusio siue commixtio: quia non habebit eandem rationem cum toto pars nec pars cũ parte: qd tamen dicimus oportere fieri si aliquid est mixtum. s. q partes sint omiomere toti et adinuicem quia sicut quelibet pars aque est aqua ita quelibet pars confusi siue commixti est ipsum confusum siue mixtum vt patet in carne et osse mixtis: quia quelibet pars carnis ẽ caro: et quelibet ps ossis est os. Si autem mixtio esset idem q compositio sm parua in esse et essentia saluata nihil horuz contingeret. Est etiam propria ratio contra illos qui dicunt mixtionem esse sm minima compositionẽ quo ad sensum nostrum: quia si hoc esset verum vnum et idem esset mixtuz ei qui non videt acute: et alteri esset non mixtum qui acute videt: et etiam lynceos oculos habere dicitur: quia fert lynx animal acute videre. est enim ratio propria contra illos alios qui dicũt idẽ esse mixtionem: qd sm minima simpliciter diuisorum compositionem quia tali diuisione non fit mixtio: quia in minima simpliciter impossibile est diuidi corpus ita q in eis stet diuisio. Si autem minima essent physica sicut dicit Democritus. tunc esset congregatio et non mixtio: aut ergo mixtio non erit cum hi duo modi stare non possunt: aut rursus dicendum est a nobis quomodo contingat generari siue fieri mixtionem.

## ¶ Cap. 8m. De modo mixtionis sm veritatem: et que sint facile miscibilia.

Tex.c.8.27.

Renotandũ itaqz (vt sepe diximus) q entiuz quedam sunt actiua: quedam autem ab his passiua: hec ergo conuertuntur adinuicem et passiua adinuicem: quia vnumquodqz illoruz conuertit et alterat reliquum vt diximus. ita. s. vt in mixto quorum eadez est materia quo ad potentiam et formam et actiua sunt adinuicem et passiua adinuicem quia vnumquodqz illorum conuertit et alterat reliquum vt diximus: ita. s. vt in mixto contrarietas vniuscuiusqz saluetur partim in se et partim in altero: quorum autẽ non est materia vna quo ad rationem potentie hec faciunt et manent impassibilia quemadmodum supra est determinatum. et illorum non est mixtio adinuicem et ideo ars medicine facit sanitatem et non miscetur ei: et etiaz que non habent aliquam materiam ex qua sunt sed tñ materia in qua sunt non miscentur sicut passiones et habitus et cetera accidẽtia non miscentur: et ideo sanitas non est mixta corporibus sanis quia optime miscibilia sunt quecunqz actiuorum et passiuorum habentium materiam de qua sint vnam facile sunt diuisibilia per inuicem: ita vt vnum facile penetret per alterum sed tamen multa taliuz composita paucis et magna cõposita ex paruis non faciunt mixtionem proprie dictam sed faciunt augmentationem dicentes quia paruum et paucum qd deficit a virtute alterandi magnuz et multuz corrumpuntur: et sic transit in naturam dominãtis. Ideo gutta vini mille millibus amphoris aqua infusa non miscetur: quia species et forma vini soluitur et corrumpitur: et gutta vini nihil alterans aquam transit in totam aquam. ¶ Quando autez potentie miscibiliuz adequantur equaliter tunc vnũquodqz miscibilium equaliter dominatur et vnumquodqz ad alterum tanq̃ ad dominans sm aliquem modum transmutatur et vnumquodqz et sui ipsius natura sm quid transmutatur nec tamen aliquid generatur q̃ essentia et virtus miscibilium manens iz sm esse varietur sed fit inde medium cõmune qd participat virtutes et essentias omnium miscibilium et coniunctorum et efficitur ipsoruz locus vnus per actuz medij vnum sicut patet in carne que est ex elementis et media sm qualitates elementales: quia aliter non sentiret excellentias et est in actu medij. quia nec ignis nec aer nec aq̃ nec terra et est ipsius locus vnus.

Tex.cõ.88.

Tex.c.8.89.

## ¶ Cap. 9m. Et est digressio determinans qualiter virtutes contrariorũ equantur in mixto.

Attendenduz hic quomodo auctores precipui dicunt esse equatas equaliter potentias miscibilium in mixtura: hoc eniz videtur stare non posse cum eorũqz que equatas equaliter habẽt potentias tanta sit virtus resistendi quanta et agendi: et ita quoniaz habent equatas equaliter potentias nec agent in se inuicem nec patientur in se inuicem ¶ Adhuc autem obijciunt contra hec Auicen. et abbreuiator eius Algazel q sm hoc mixtũ equaliter habet de omnibus elementis quis ergo erit motus illius mixti et aut quis locus: quilibet enim motus sm triplam erit sibi tã violentus q̃ naturalis. et similiter est de loco. Sequeretur etiaz de hoc q omnis mixtio omnium mixtorum esset vna commixtio: sicut eniz mixtio carnis esset omnibus equatis equaliter ita etiam et mixtio ossis: et sic et similibus ex qualitate et quantitate sunt os et caro qd absorduz est. ¶ Unde intelligẽda sunt premissa sic q sit dupliciter equalitas scilicet rei sm qualitatem et virtutis similitudinẽ in intentione et equalitas proportionis ad quoddam alterum rei autem equalitas sm dicta auctorum physicorum in nullo potest esse commixta: proportionis autem equalitas est ad alterum qd est generatuz constituere in specie et forma quia omnis mixtio naturalis propter generationem est et ad generationem ordinata: et tunc equalitas pportionis est qd trãsit ibi de quolibet quantum sufficit ad illius rei propter quã mixtio est generationem: vocatur autem a phis prima equalitas arithmetica que est equaliuz in quantitate. secunda vo vocatur equalitas sm medietatem geometricam que est similiuz in qualitate et equalium in quantitate: hec enim agunt et patiuntur adinuicem ita q de qualibet qualitate in altero est quantum sufficit alterationi que est ordinata ad formã speciei carnis vel ossis vel hominis vel equi vel huiusmodi talium. Si autem aliquis dicat q sit aliquid commixtũ equaliter: et ideo equaliter sentiat excellẽtias sicut caro hominis ipse dicit falsum: quia Aristo. dicit q abundat terra in carne et aqua et ideo etiam illa equalitas non est simpliciter sed ad formam hominis ordinata: sed verum est q corpus hominis magis accedit ad equalitatem celi per recessum ab actu excellentie contrariorum: et ideo melius inter animalia sentit sm tactum et prudens est solum inter animalia sed de hoc sermo habebitur alibi.

Eq̃litas duplex.

A medietate pma eq̃litas appellat ponderalis: scda iustitialis.

¶ Cap. 10m. Ex quibus est mixtio ⁊ que bene ⁊ que male miscibilia sunt.

Tex. co. 89.

Redeamus autem ad propositum determinantes ex quibus est mixtio. Manifestum est ergo ex dictis quoniam sunt hec miscibilia sola que cunque de numero facientium sive agentium habent contrarietatem: quia hec sunt adinuicem passiua: ⁊ hoc est primum qd requiritur in miscibilibus. ¶ Secundum autem est qd facit ad facilitatem mixtionis q sint parua: quia paruis parua facilius commiscentur magis eo q facilius ⁊ citius transeunt per se inuicem multum enim a multo tardius hoc operatur. quia nō vndique sibi cito potest contingi. ¶ Et tertium est q sint bene determinabilia adinuicem quando diuiduntur ⁊ sint abinuicem passiua. quia bene terminabilia faciliter diuiduntur abinuicem in parua: ego autem voco bene terminabile bene diuisibile in parua: verbi gratia humida humidis optime sunt miscibilia inter omnia corpora: ⁊ ideo fiunt lubrica sive viscosi: quia illorum partes vt in quarto metheororum dicitur coniacent sicut catene propter humiditatem eis subtiliter secundum qd apprehendit vndique humiditas ⁊ non sunt ei sibi sicut est in elemento qd aque admiscetur quia lubrica simul iuncta vel lubricum humido compositum auget quantitatem sive tumorem: sed non miscetur ei sic q quelibet pars eius alteret qualibet humidi ⁊ alteretur ab ea ad mediam naturam mixti. pessime autem miscibilia sunt ea quorum alterum solum vehementer passiuum est ab altero preter qd agat in ipsum: vel non tantum agat quantum patitur: ⁊ alterum econuerso est tm̄ actiuum: tunc enim ex his non est mixtum vel paruum miscetur sicut contingit in plumbo vel stagno qd liquidum alijs metallis infunditur. qd infusum est auro ⁊ argento que bone commixtionis sunt vehementer actiua cum ipsum econtra sit male mixtionis ⁊ vehementer passiuum euaporat ⁊ effumat totum: ita q nec coloris in auro nec substantiam relinquit infusum autem eri qd minus est actiuum: ⁊ minus bene commixtum effumat ita q non relinquit nisi colorem ⁊ forte parum substantie que infuit post eruptionem ⁊ simile est de mixtura vel commixtione oris hominum alloquentes balbutiendo qui vna littera prolata aliam obsistente non sonant sed vnam sonant ⁊ ab alia incipiunt quasi modum sonandi quia incipientes i. ante capientes sonum sunt litterarum ⁊ ideo non sonant vnas ⁊ aliam si vnam sonant aliam tangunt. ita q potius est modus sonandi primam q̄ distincte proferatur. Et similiter contingit in dictis miscibilibus: quia vnum est quasi susceptibile qd est vehementer actiuum ⁊ alterum quasi species vel mouens eius stagnum enim remanet sicut passio aliqua sine materia in re propria quia plane euanescit materia ⁊ recedit a mixto cum miscetur colorans ipsum solum: ideo autem hec contingunt in alijs similibus.

¶ Cap. 11m. Et est epilogus dictorum declarans quid est mixtio.

Habitis autem tribus questionibus supra tactis epilogando. Soluamus quartam que prima fuit in enunciatione que etiam liquido soluitur ⁊ intelligitur ex dictis. Manifestum est enim ex his que dicta sunt q mixtio est ⁊ quid est ⁊ quare est quia propter generationem ⁊ finem: ⁊ propter diuisionem ⁊ actionem ⁊ passionem contrariorum ⁊ propter causam efficientem. Manifestum est etiam que sunt miscibilia quoniam sunt illa que quasi abinuicem sunt passibilia ⁊ bene determinabilia et bene diuisibilia quia illa necessarium est esse incorporata in mixtione: nec tamen adhuc eadem sunt simpliciter que prius que etiam alterum est. Manifestum etiam est q compositio minimorum non alteratorum non est mixtio: q mixtio non est ad sensum sed miscibile est quodcunque bene determinabile eius passiuum est ⁊ actiuum adinuicem ⁊ in rasi miscibili id quod miscetur ad omiomerum est miscibile. Mixtio autem ipsa est miscibilium alteratorum vnio in vnum actu miscibilium ⁊ aliis est miscibilium separatim acceptorum.

¶ Explicit Liber Primus de Generatione ⁊ Corruptione.

¶ Incipit Liber Secundus de generatione ⁊ corruptione elementorum.

¶ Tractatus Primus de principio materiali ⁊ formali ⁊ numero elementorum.

¶ Cap. pm. Que sit intentio Libri.

Tex. c. pm.

In superiori libro egimus de mixtione ⁊ tactum de facere ⁊ pati quomodo existunt in his que transmutantur sm̄ naturam. Amplius autem diximus de generatione ⁊ corruptione que simpliciter sunt generatio ⁊ corruptio quomodo vtrique eorum est ⁊ propter quam causam. Similiter autem dictum est de alteratione quid sit ⁊ quam differentiam habet ad generationem ⁊ corruptionem. Relinquitur autem in hoc libro secundo considerare de corporibus que vocantur elementa antequam consideremus in particularibus libris de generatione ⁊ corruptione corporum specialium sicut lapidum metallorum plantarum ⁊ animalium que omnibus substantijs que consistunt per naturam generatio ⁊ corruptio inest non sine corporibus que sunt sensibilia sm̄ se. Sensibilia autem dicuntur corpora que sentiuntur per tactum quia prime qualitates tangibilium cause sunt omnium aliarum sensibilium qualitatum. prime autem in qualitatibus tactus sunt quatuor qualitates prime. s. calidum humidum frigidum ⁊ siccum: ⁊ hee differentie sunt elementorum: vnde elementa sunt antonomatice dicta corpora sensibilia: ⁊ per ea contingit generatio ⁊ corruptio omnibus generationibus ⁊ corruptionibus.

¶ Cap. 2m. De opinionibus que sunt circa principium materiale elementorum.

Tex. c. 2.

Dicemus autem primo de principijs generationis elementorum ⁊ postea de generatione eorum ⁊ de generationis perpetuitate: tangendo autem principium generationis elementorum prius tangemus principium materiale ⁊ postea formale: ⁊ de principio materiali sm̄ nostram consuetudinem primo recitabimus opinionem antiquorum et postea improbabimus easdem: ⁊ deinde nostram supponemus sententiam. Fuerunt autem quidam qui materiam que subijcitur elementis ⁊ forme elementali dixerunt vnum aliquod corpus esse qd actu separatur ab elementis ⁊ inuenitur separatum loco ante ea. Et dixerunt quidam q hoc est aer ⁊ alij q hoc est ignis. ⁊ tertij q hoc est medium inter hoc aere subtilius ⁊ igne grossius. Et alij dixerunt q hoc principium est plura per naturam. Quidam dixerunt q ignis principium est ⁊ terra: ⁊ quidam q est duo dicta: ⁊ tertium q est aer. Alij dixerunt q tria predicta sunt ⁊ quartum q est aqua: vt dixit Empe. dicunt enim iam vnum dicentes q̄ plura q his congregatis ⁊ segregatis ⁊ alteratis contingit generatio ⁊ corruptio in rebus generabilibus ⁊ corruptibilibus.

¶ Cap. 3m. De improbatione dictarum opinionum ⁊ de opinione Platonis.

Tex. c. 3.

Quoniam autem bene habent dicere prima principia ⁊ elementa esse illa ex quibus transmutatis aut sm̄ congregationem. vel sm̄ aliquam aliam transmutationem contingit generatio ⁊ corruptio sit eis concessum. Sed illi peccant qui dicunt vnam materiam esse vnam corpus ⁊ hanc separabilem a forma omni elementali ⁊ esse aliquando actu extra omne elementum. Impossibile enim est q corpus sensibile sit sine contrarietate. quia aut habebit partes propinque aut remote: si habet eas propinque tunc erit spissum ⁊ graue ⁊ tendet ad locum terre: ⁊ si habet remote tunc erit rarum et leue ⁊ tendet ad locum ignis. Cuius autem est motus ⁊ locus illius est forma quam motus ⁊ locus sequuntur ergo est de forma terre vel ignis habens contrarietatem vnius eorum. s. vel frigidum vel calidum: siue sit finitum siue infinitum qd dicunt quidam esse principium elementorum: non ergo separatum est vt dicebant sed sub forma vnius elementorum vt ante Plato scripsit in Timeo nullam habet determinationem. quia nihil dixit manifeste ⁊ determinate Plato de principio materiali vniuersorum: non enim dixit manifeste si id qd vocauit

Tex. co. 4.

cauit pandareos .i. receptaculum omnium separatur ab elementis ita q aliquando sit sub forma elementi actu aliquando non: nec etiā videtur eo manifeste qd dicit q nihil est subiectum materiale his que vocantur elemēta prius ens eis: quia si esset subiectum qd esset prius elementis: hoc enim manet sm formam quā prius habuit quando ad formā elementi transit sed ipse dicit q subiectum elementorum se habet ad elementa sicut aurum ad opus operatum ex auro qd est anulus quia monile vel aliquid huiusmodi: sed tamē recte hoc verbum qd dicitur quia vbi subiectum sm formam substantialem manet sicut aurū in operibus auri ibi est alteratio ꝛ figura solum ꝛ non generatio. sed et materia elementorum dicitur generati elementum ꝛ quorum generatio ꝛ corruptio est ex aliquo impossibile est enuntiari siue nominari ab illo ex quo sunt per generationem: quia caro nō est terra ꝛ os non est ignis: ꝛ tamen anulus est aurum quod dam: sed cum Plato inquit q longe verius elementū habet nomen materie ex qua est q̄ forme que est in mā. Adhuc etiam Plato peccat in hoc q cum elemēta corpora sint solida ipse dicit q materia eorum dissoluitur vsqȝ ad planitiem quia impossibile est q materia prima que est sicut mater sit planities: dico autem materiā esse sicut mater: quia sicut mater imperfectum generationis principiū habet in se qd necesse est moueri a masculo formante ꝛ agente ita in materia est forma imperfecte: sed mouente ꝛ efficiēte extra ꝛ formante mouetur ad hoc q ducatur ad actum.

Tex. cō. 5.

¶ Cap. 4m. De opinione vera de materia elementorum.

Tex. cō. 6.

Nos autem dicimus esse aliam ab elemētis aliquam materiam vnam quatuor corporum sensibilium: sed dicimus hanc non esse actu separatam ab elementis omnibus simul: sed diuisim separetur modo ab vno modo ab alio ꝛ est semper cum contrarietate ꝛ ex illa sicut ex materia generantur corpora que vocantur elementata. de elementis autem certius determinatum est in tertio celi ꝛ mūdi: sed tamen sm modum quo ex materia generantur corpora prima non est dictum ibi: sed relinquitur hoc esse determinandum. Existimamus ergo materiam esse principiū primum elementorum inseparabilem quidem a forma elementali ꝛ subiectam contrarijs cuius probatio est: quia caliditas non est in materia subiecta frigiditati nec frigiditas est subiecta caliditati nec vniuersaliter contrarium est materia subiecta contrarij sed potius subiectum elementorū est subiecta materia huius vel illius ꝛ ideo principium primum illius est id qd est potentia corpus sensibile in generatione elementorū. Secūdo autem contrarietates distinguētes ꝛ determinantes materiam dico autem verbi gratia caliditas ꝛ frigiditas ꝛ huiusmodi. Tertio autem loco elemētum constitutum vt ignis ꝛ aqua ꝛ alia: hec enim elementa habent materiam cōmunem ꝛ contrarietates: quia adinuicem transmutantur ꝛ materia que fuit sub vnius forma efficitur sub forma alterius sicut ignis fit aqua vel aliqd aliud vnde non est verum qd Empedo. ꝛ alij dicūt. s. q adinuicem non transmutantur si enim non transmutatur adinuicem id qd semel est ignis esset in eis alteratio sola: sed hoc non est verum quia contrarietates transmutantur ꝛ cū eis fit transmutatio in forma substantiali.

¶ Cap. 5m. De inuestigatione plurimarum qualitatum elementorum sm quem sensum accipiantur.

Tex. cō. 6.

Si autem habemus dicere primum principium materiale elementorum anteq̄ loquamur de eorum transmutatione adinuicē non minus etiam habemus dicere principiū formale ipsorum hoc est qualitates distinguentes materiā elementorū sm quas illa corpora qualia sunt ꝛ habemus dicere quot sunt ille qualitates numero quia ille sunt etiam transmutationis elementorum. Alij etiam philosophi vtunt eis supponētes eas ꝛ nihil dicūt ꝑpter ꝑbationē. que he sunt ꝛ quare tot ¶ Qm ergo nos hic querimus principia corporis distincti per sensibiles qualitates qd dicitur corpus sensibile: qm sensibile corpus est tāgibile corpus aūt tangibile est corpus cuius sensus est tactus. Manifestū qm non oēs cōtrarietates faciant species siue formas sensibiles principia corporis sensibilis: sed solū ille conuenientes que sunt

Tex. cō. 7.

sm tactū: que ergo differūt sm cōtrarietatē ꝛ sm tāgibile cōtrarietates ille sunt qualitates prime ꝛ principia corporis sensibilis. Ideo nec albedo nec nigredo nec dulcedo nec amaritudo siue aliqua alia sensibilium cōtrarietatē aliquam facit elemētum ꝛ huius causa est: quia nec prime sunt nec actiue nec passiue ꝛ quia nō sunt prime. Ideo nō sunt primorū corporū que sunt elemēta ꝛ quia nec actiue nec passiue quia transmutarent ea que tangūt ꝛ ita non valerent ad generationem ꝛ corruptionem elemētorū: quamuis enim visus prior sit tactu: ꝛ ideo obiectum visus prius sit obiecto tactus tamen qualitas visus nō est corporis tāgibilis sm q tangibile neqȝ sensibilis sm q sensibile est ꝛ visum cōtingat eē natura prius: quia visus forma ꝛ dignitate prior est sensuū ꝛ etiā fine: ꝛ obiectum visus qd eiusdē nature est cū visus est prius obiectis sensuum aliorū ꝑpter lucē ꝛ lumen qd forma est formarū: quia per ipsum mouet celū materiā generabiliū ad oēm formā: tactus autē prior subiecto est quia ipse est subm oīum sensuum ꝛ sue cōtrarietates sunt cause oīum cōtrarietatum: ꝛ hoc pȝ quia nō sentimus sm tactum nisi id qd excellit qualitates cōplexionātes medium tactus qd est caro ꝛ ille sunt calidū frigidum humidū ꝛ siccum quarum nulla est in celo: ꝛ ideo celū non sm naturā est sensibile tactu sed potius elemēta in quibus sunt quatuor qualitates ex quibus fit cōplexio ꝛ tactus: quia ergo qualitates sensibilis corporis vt videamus que earum sunt actiue ꝛ passiue. Sūt autem qualitatū tāgibilium sex cōtrarietates. s. calidū frigidum humidū ꝛ siccum graue ꝛ leue durū ꝛ molle lubricū aridum asper lene ꝛ grossum subtile rarū enī ꝛ densum vt in physicis dicitur nō sunt q̄litates physice sed potius positio partiū materie. s. ꝑpinquū in denso ꝛ remotum in raro. Harū autē cōtrarietate graue ꝛ leue nec actiua nec passiua sunt sm enim nomina sua nec dicūtur in faciendo aliquid nec in patiēdo quia nō sunt nomina verbalia actiuū vel passiuum denominantia sm elementa per suas qualitates opȝ adinuicē esse actiua ꝛ passiua vnde ꝛ leue ꝛ graue quando approximant alicui nec ipsum facit nec graue nec leue: sed calidū ꝛ frigidum approximata sibi ꝛ tangentia se statim nascent ꝛ transmutant adinuicem in ipso: calidū ꝛ frigidū sunt actiua: humidum ꝛ siccum sunt passiua: ꝛ hoc precipue sm grecos in quibus forte sunt noīa verbalia sicut calefactio frigefactio humefactio ꝛ siccatio: vel vt meliora fingatur noīa calefactio frigidatio humectatio ꝛ siccatio ostendūt etiam hoc ipsorū noīum diffōnes. ¶ Calidū enim est qd cōgregat homogenea sibi quia subtile qd calido est conueniens attrahit: qd autem dicit qd segregat a se que sunt diuersi generis que etherogenea dicuntur vt grossa per accidēs conueniūt calido. quia cū ea que sunt eiusdē tribus secū cōgregat necesse est: quia grossa terrestria materia relinquat ꝛ sic ea per accidens a se segregat huius autē cā est: quia dissoluit calidū: ꝛ a centro rei ad circunferentiā rei mouet ꝛ ideo euolat subtile ꝛ facit moueri totam rē cū transmutatiōe subē ꝛ ideo calidum est simpliciter actiuū ꝛ vehemētis actiōis. ¶ Frigidum autē est qd equaliter cōiungit ꝛ cōgregat syngenea. i. ea que cōgenerata sunt que sunt eiusdē nature ꝛ generatiōis ꝛ etherogenea que nō sunt eiusdē tribus: ꝛ hec cā est: quia cōstringit partes rei a circūferentia ad centrum. Et ideo abscindit motum rei cū trāsmutatiōe sube. ꝛ ideo frigida diutius cōseruant: ꝛ ideo etiā frigidū est minus actiuū q̄ calidū humidū autē ꝛ siccum per passionē diffiniuntur quia humidū est indeterminatū ꝑprio termino bene terminabile existens alieno: quia per se nō stat sed fluit ad alterū. s. siccū in quo cōsistit ꝛ determinatur cū id de facili retinet ipsum ¶ Siccū autē per oppositionem illi bene terminabile est proprio termino: quia retentiuū est sui ꝛ contētiuū figurarum sed male terminabile est alieno quia non vndiqȝ tangitur terminis alieni corporis ꝛ ideo parum terminatur quia non querit alienū sed per accidens contingit terminum alienum liquamentum. s. protenditur ad ipsum.

Tex. cō. 8.

Tex. cō. 8.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans qualiter prime qualitates sunt actiue ꝛ passiue.

Sunt autē qualitates he dicte passiue quia per se passiue sunt sed non aliquid passiue ꝛ per accidens aliquid sunt actiue: ꝛ ita per se passiue: per accidens autem sunt actiue: actiue autē sunt aliquid passe quia continuare agere est qd vtiqȝ cōuenit humido: sed nō per se: sed passio con-

Vide in hoc mā Auroiz i cō p̄ntis metauroꝝ.

aliud corpus ergo si luminis reflexio nullo modo est caloris causa: non plus incenderet ignis ad speculum quam ad ipsum corpus quod absurdum est et contra sensum. ¶ Adhuc secundum hoc non deberet calor augmentari ex hoc quod diametraliter sol respicit inferiora oblique sed potius ex vicinitate vel longinquitate ipsius: cum igitur in hyeme secundum probationem geometricam propinquior fit nobis sol quam in estate: hyems deberet esse magis calida quam estas. ¶ Adhuc si ex motu tantum calefacit et non ex lumine: cum media aeris regio vicinior sit motui solis quam inferior: media deberet esse calidior quam infima quod est iterum absurdum. ¶ Adhuc in vmbra et lumine equaliter secundum hoc equalis deberet esse calor: quando motus solis vtrique equaliter est propinquus. ¶ Adhuc si motus solis sit causa caloris et effectus nunquam se extendit vltra causalitatem cause calor non deberet esse in his que sol motu suo non circumducit vel tangit sed inferiora non circumducit vel tangit: ergo inferiora calefacere non deberet. ¶ Propter igitur hec et his similia absurda reputamus illam positionem que dicit ex lumine calorem non generari dicentes cum Auicenna et Apollonio magno philosopho et cum Job filio Alchindi quod lumen caloris est generatiuum. Sol autem plus aliis stellis calefacit propter quatuor causas quarum vna est quia cum omnis prima qualitas inferior reducitur in suas primas causas in superioribus que non alterantur sed immobilis est. secundum qualitatem illam reducitur calidum et siccum in sole et in Marte sicut alibi dictum est quia in sole est cum temperamento in Marte autem intemperate. vnde sol de natura sua calefacit licet non sit calidus per essentiam. ¶ Secunda causa est quam dat rabbi Moyses quod sol de natura sua calidus est et siccus et habet mouere speram ignis et ideo in emissione sui luminis calorem etiam descendit ignis admixtum: quia sicut diximus supra elementa alium motum et motorem habent in se considerata et alium secundum quod congregantur ad locum mixtionis. ¶ Tertia causa est quia maioris est et spissioris substantie quam aliud corpus simplex et dico spissum non spissitudine vniuoce cum elementorum inspissatione sed potius equiuoca: quia spissitudo sue substantie non causatur ab aliqua qualitate elementali sed potius a nobilitate continuitatis sue substantie. ¶ Quarta autem sequitur causa ex ista quod lumen habet magis clarum et purum et intensum quam aliquod aliud corpus et hoc ostendit suum nomen quia dicitur sol quasi solus lucens et ex illo est ipse effectiuus plurimi caloris precipue in illis corporibus que per reflexionem lumen multiplicant: quia illa efficiuntur quasi plurimum soli coniuncta ad vnum punctum a quo accenditur ignis. ¶ Ad rationem ergo primam quam ponit aduersarius dico quod etiam frigus ad vnam primam causam reducitur in orbe: quia reducitur ad Saturnum et non oportet quod Saturnus per essentiam sit frigidus sicut non oportet quod sol est calidus et vtrumque est causa caloris vel frigoris sicut mouens primum et faciens non factum: et hoc licet sit faciens per se et mouens: non tamen est essentiale effectum: quia per se faciens siue per se mouens dicitur dupliciter. Dicitur enim per se mouens siue per se faciens hoc quod est primum faciens: quia non per aliud facit: et hoc modo primus motor mouet primus dico in omni motu. dicitur etiam per se mouens et per se faciens hoc quod per propriam essentiam facit quam dat facto et hoc est mouens et faciens motum et factum. Et huius distinctionis reddidimus rationem in primo de generatione et corruptione. Primo igitur istorum modorum sol est per se faciens calorem et Saturnus per se faciens frigus: et sic de aliis. Sicut autem ipse motor et factor est faciens preter hoc quod habeat contrarium vt sit factor contrarii ita forma primi motoris siue factoris est forma non habens contrarium et hec est forma luminis quia sol facit calorem cum non habeat contrariam quia est forma qua sol totam naturam mouet ad esse et ad generari et ipsum est potius intensio solis quam forme que intensio a sole abstracta per seipsam cum vi solis generatur in transparentibus et in superficiebus corporum non transparentium et est primum et proximum mouens corpora ad esse et generationem vt iam dictum est. Et per hoc patet solutio ad omnia obiecta. Si enim lumen errantium aliquando facit frigus et humorem hoc non est inquantum est solis Sed potius cum alie stelle illuminentur a sole lumen eis incorporatum trahitur ad aliam naturam: vnde in Saturno generat frigus: et alibi humorem sicut alibi diximus. Si autem queritur quid sit dico quod est intensio luminosi vel natura his potentia eius quando luminare mouet omne quod est in spera actiuorum et passiuorum. De lumine tamen in libro de anima magis dicemus Hec autem de causis impressionum efficientibus et materialibus et locis dicta sufficiant.

¶ Tractatus Secundus de Galaxia.

¶ Cap. primum. Que sit tractatus intentio.

Cum iam dicturi simus De impressionibus in alto generatis quedam earum generantur in altissimo ex corporibus celestibus vel ex stellis illis. Quedam autem generantur in medio spatio aeris ex vapore humido et sicco non habentia similitudinem superiorum corporum: de his ergo impressionibus que in primo modo generantur dicemus in residuo istius primi libri. De aliis autem in his libris que erunt deinceps. Impressionum autem primo modo generatorum quedam sunt quarum efficiens causa et materia celestis est. Quedam autem sunt quarum materia est terrestris sed similitudinem in forma et lumine habeant cum celestibus: et de his quedam similitudinem expressam vt cometes quedam minus expressam sicut alii ignes: de primis autem est galaxia: et de secundis que dicitur cometes stella. In tertio autem loco sunt ignes perpendiculares: sicut titiones descendentes et ascendentes.

¶ Cap. 2m. De galaxia secundum opinionem eorum qui dixerunt galaxiam esse combustionem solis.

Incipiamus ergo nunc considerationem facere de galaxia que est idem quod via lactea siue alba que Arabice dicitur mahalaterii quod interpretatur alcha quod nouem. Dicendum autem primo est de galaxia: quia ipsa est ex partibus orbis effectiue et materialiter sicut infra patebit. Post hec autem considerationem faciemus de aliis superioribus impressionibus et dicemus de eis exquisite per demonstrationem sicut est consuetudo nostra et omnis philosophi magni in probando. Fuerunt autem quidam qui dixerunt quod sol aliquando mouebatur in loco illo et suo lumine et calore combussit orbem in loco illo et locum combustum cinis prepue si terrestre sit album efficitur sicut apparet in calce: et ideo sol sua combustione impressit in orbe hoc vestigium quod vocatur galaxia. ¶ Dico autem quod iste sermo est erroneus quia si ita esset vt dicunt tunc similis causa similem relinqueret effectum. Sol autem mouetur per zodiacum sed ordinem signorum sub linea que dicitur ecliptica que est medium orbis signorum quare per totum orbem signorum deberet apparere tale vestigium ex combustione solis quod non videmus: quia galaxia non apparet secundum ordinem signorum in zodiaco sed potius intersecat orbem signorum in duobus signis Geminorum et Sagittarii: et egreditur versus vtrumque polum. ¶ Adhuc autem sic probatum est in celo et mundo: orbis in nulla sui parte recipit impressiones peregrinas que aliquid varient in esse suo: combustio autem et albedo relicta ex ipsa impressio peregrina est: que non conuenit nisi corpori passibili et alterabili quare galaxia non est combustio relicta ei sole: est enim orbis per hoc quod est incorruptibilis et inalterabilis semotus a natura quatuor elementorum et ab agricultura inferiorum vegetabilium et generatione animalium: et ideo impressio corporis passibilis in eo fieri non potest. Fuit autem vt puto hec opinio Pithagore: qui dixit esse terram stellam et moueri: et celum stare et comburi a sole.

¶ Cap. 3m. De opinione eorum qui dixerunt galaxiam esse reflexionem luminis solis in quibusdam stellis.

Illi autem qui imitabantur Anaxagoram et Democritum dixerunt quod galaxia est lumen mutuatum a sole quibusdam stellis et hoc modo dicitur lumen illarum stellarum. Ponunt enim isti quod radius solis non incidit omnibus stellis sed potius propter terre interpositionem retrahitur a quibusdam et ideo cum occidit in occasu retrahitur a stellis que sunt in oriente: et sic deinceps semper retrahitur ab his que sibi opponuntur et non consequitur eas sed incidit quibusdam stellis non a sole tantum distantibus: et vbi incidit in circuitu lumen diffunditur sicut quando radius solis venit per fenestram et incidit in terram lumen a radio solis diffunditur in circuitu illius terre cui incidit radius ita quod efficitur luminosa ita etiam circa stellas quibus incidit radius solis in circuitu celi diffunditur lumen radiorum et illuminat partes orbis in circuitu illarum stellarum: et illud lumen vocatur galaxia quod fit ex lumine appropinquante illis stellis. hec autem positio videtur ponere quod terra sit maior sole secundum vulgi opinionem quia aliter radicem non haberet. tunc enim vmbra terre esset tendens in altum et impediret quasdam stellas sibi oppositas a consecutione radii solaris et quasdam non impediret. ¶ Dico autem iterum quod istud stare non potest quia galaxia esset lumen diffusum in loco vbi determinantur radii solis ad quas stellas prius orbis minus distantes quam sit dimidius orbis tunc

cum recedit

Opinio propria.

Propter quatuor causas sol magis calefacit quam alie stelle.

Solutio ad rationes aduersariorum.

In primo autem metheororum cap. 5o. libri 2i. latius dicitur de his modis.

Prima opinio.

Impugnatio

1a opinio.

Impugnatio

cum recedit sol de loco ad locum: recedit et lumen diffusum a loco ad locum: ergo galaxia non staret: sed mutaretur de loco ad locum: et hoc non videmus cum ipsa sit semper super Sagittarium et circa partem Geminorum et intersecet zodiacum. ¶ Adhuc autem signatio fit de falsitate sermonis illius. id quod probatur in scientia astronomica de mensura quantitatis solis et terre quia probatum est quod sol est maior terra: similiter et alie stelle exceptis Luna et Mercurio sunt maiores quam terra. Sed cum ita sit quod luminare maius opponitur corpori minori opaco radii luminaris intersecant se post umbram opaci et illuminant totum quod est post umbram: quia minus est opacum quanto lumino suo tendit in acutum. Compertum est autem per rationes geometricas quod umbra terre non porrigitur nisi usque ad speram Mercurii. ita quod stella Mercurii est extra umbram terre: ergo radius solis consequitur omnes stellas que sunt in spera Mercurii et supra: non ergo retrahitur a quibusdam nec in loco ubi incidit diffundit lumen quod sit galaxia.

*[margin: Omnes planete preter Mercurium et Lunam sunt maiores terra.]*

¶ Cap. 4m. De dicto eorum qui dixerunt galaxiam esse reflexum lumen ab aere ad speram stellatam.

*[margin: 3a opinio.]*

Fuerunt autem alii qui dixerunt quod galaxia est lumen quod redditur orbi stellato reflexum in ipsum ab aere humido qui est sub ipso: et huius ille ponunt in speculo quia sicut nos videmus quod facies illuminata imprimitur speculo opposito: et propter hoc quod speculum est tersum et politum reflectitur in faciem aspicientis. et ita lumen stellarum orbis imprimitur aeri humido qui est sub ipso: quia corpus humidum reflectens formas sibi impressas: ideo aer ille reddit lumen stellarum orbi stellato: sicut apparet cum radius incidit in vas cum aqua: tunc enim statim reflectitur ex opposito in parietem: et eandem dicunt esse causam stelle que dicuntur cometes. ¶ Dico autem quod iste sermo istorum est error: quia nos videmus quod omne lumen repercussum sive a speculo vel a superficie corporis humidi super quod incidit radius corporis luminosi semper repercutitur ad oppositum situm corporis luminosi a quo incidit radius: sicut apparet in radio incidente in vas aque. Repercutitur enim ad oppositum radius solaris: et etiam repercussum movetur de loco ad locum ex duplici causa. Si enim corpus reflectens ipsum moveatur tunc lumen repercussum movetur in certo motu secundum motum superficiei speculi vel aque que repercutit lumen. Si autem superficies corporis reflectentis radium incidentem quiescat: tunc adhuc repercussum movetur ad motum luminosi corporis a quo incidit radius eo quod semper est ex opposito eius: ergo si galaxia tale lumen esset tunc ad motum aeris reflectentis deberet moveri: et etiam ad motum stellarum quibus incidit lumen primo ut sit semper ex opposito ipsorum reflexionum ab aere: et hoc non videmus quia galaxiam videmus in uno loco semper etsi a ceteris locis aspiciamus eam sive videamus eam in nocte sive in die: quando contigit nos eam videre. sive in mane in vespere quia ipsa nunquam recedit de loco suo.

*[margin: Impugnatio]*

¶ Cap. 5m. De galaxia secundum veritatem.

Ex premissis autem declaratum est quod galaxia non est de motu stellarum mobilium que planete dicuntur: que ibi combusserint orbem vel in quibus diffundit sol lumen suum ubi retraxerit hoc ab aliis stellis: et declaratum est etiam quod non est lumen reflexum sicut dixit ultima opinio. Dicamus nunc quid est galaxia secundum veritatem. Nihil aliud autem est galaxia nisi multe stelle parve quasi contigue in illo loco orbis in quibus diffunditur lumen solis: et ideo videtur circulus albescens quasi fumus ignis autem qui est iuxta orbem et de natura lucidi non lucet: et ideo est perspicuus et est inflammatus hoc est ustivus: et ideo cum sit tam perspicuus non impedit visus nostros a consecutione luminis illius: quia clare venit per ignem sicut et immutatio facta ab aliis stellis. Sunt etiam inter eas quedam magne stelle intermixte que distincte videntur: unde cum lumen illarum stellarum cum lumine in eis diffuso procedit ex illo loco orbis inflammato et ignito sine obstaculo videtur lumen oblongum. Dicitur autem orbis inflammatus et ignitus non essentialiter sed ab effectu qui inflammat et ignit: ille etiam stelle fixe sunt in orbe: ita quod quedam tangunt alias et suscipiant splendorem a sole: et insuper lumen earum in se diffunditur et ab una ad alteram diffusum continuatur: et hec est causa quod galaxia videtur in loco uno orbis octavi non recedens ab eo precipue quia in eisdem imaginibus semper videtur: venit enim a partibus Geminorum et regirat per principium Sagittarii in Geminos: unde licet mutet spatium sicut et cetere stelle fixe: non tamen mutat imagines. radiose autem galaxie simile est stellis comatis in hoc: quia cum generantur in suis locis lumen ignis separat et divaricat lumen earum sicut fit de lumine galaxie: quia sicut lumen galaxie diffusum lumen est in orbe ubi sunt stelle fixe spisse ita lumen ignis in vapore ignito divaricatur et oblongum efficitur: et hoc separat lumen solis abscondendo a visibus nostris sicut abscondit galaxiam.

¶ Cap. 6m. Et est digressio declarans esse galaxie secundum figuram et locum et causas eius.

Attende autem hic quod sicut dicit Ptolomeus in Almagesti libro. 8. c. 2. circulus qui dicitur galaxie est duplex circulus. et est unus quasi interior: et ille qui est inter continuus videtur incipiens a pedibus Geminorum et regirans in Geminos per principium Sagittarii: et alter est supra illum non ubique coniunctus est ei sed in aliquibus partibus coniunctus est: et in aliquibus disiunctus ab eo: et iterum ille exterior circulus non videtur omnino continuus a puncto aliquo in punctum idem sed in multis locis videtur quasi intersectus. ¶ Et si queritur que sit eius causa efficiens et que materialis sicut subiectum: dicendum quod causa eius efficiens in parte sunt stelle multe parve que sunt in illo loco orbis: et habent insertas magnas quasdam distinctas: et ille diffundunt lumen suum super spatium in illa parte orbis: et alia pars cause efficientis est cum radius solis incidens stellis illis quasi contiguis. Causa autem materialis que est subiectum est pars illa orbis que spissior est alia parte orbis: et ideo retinens et representans lumen solis et stellarum: et terminans visum per eundem modum quo stelle retinent lumen et representant et visum terminant. Et huius signum est quod compertum est probatione astronomica quod circulus galaxie movetur motu stellarum fixarum: hoc autem inventum an nis gradu uno. Cuius autem motus est motus stellarum fixarum oportet quod sit de natura stellarum: et hec est sententia Ptolomei et Avicenne et aliorum philosophorum et etiam Aristo. ¶ Sunt autem quidam moderni parum veritatis considerantes qui dicunt galaxiam esse concursum duorum luminum. s. stellarum parvarum spissarum desuper venientium et ignis in spera sua lucentis et proiicientis lumen sursum: et concursum duorum luminum in medio vel in supremo esse galaxiam utentes ratione nulla nisi quia Aristo. videtur dicere quod ignis qui est sublimior est inflammatus lucidus: et orbis est inflammatus lucidus: et ideo dicunt concurrere istas duas flammas ad constituendum galaxiam. ¶ Hoc autem esse non potest quia etiam si diceretur ignis in sua spera habere lucem constat quod illa multo minor est quam lux stellarum: minima autem lux obvians magne luci obfuscatur et absumitur sicut apparet in candela obviante lumini solis: ergo secum non concurrit ad constituendum lumen aliquod maius. ¶ Adhuc autem sicut dicit Alexan. plurimique philosophi ignis in sua spera non lucet: unde Algazel in physica sua ubi loquitur de impressionibus in alto ponens verba Avicenne sic dicit: ignis non est nisi una tunica ignita nec habet lumen sicut nec aer: sed est subtilior eo. Si enim haberet lumen prohiberet videri stellas in nocte et faceret lumen super terram sicut ignes accensi. ¶ Ob etiam videtur ex hoc quod omne lucens tegit corpora que sunt post se sive sit lucens calescens celeste sicut stella: sive sit ignis sicut flamma: ignis autem in sua spera non tegit nobis celestia corpora: ergo non lucet. ¶ Adhuc autem quia sicut dicit Avicenna non lucet aliud nisi spissum: unde aer propter sui raritatem licet in se habeat lumen: non tamen lucet ita quod illuminet et terminet visum sicut facit lucens: ergo multo minus lucet et visum terminat ignis in sua spera qui multo est rarior. ¶ Adhuc autem nos ratione deprehendimus lumen esse in aere ante oculos nostros: et tamen aer non lucet nobis propter sui raritatem: sicut fit cum sol occidit nuper ad quantitatem unius signi a nobis: tunc enim radii solis adhuc sunt in nostro hemisperio per quinque signa: et tamen non videmus: nec tenebre nostre illuminantur eo quod aer est tantum via lucis et non continens ipsam et reflectens: cum ergo sit multo rarior ignis nihil continebit lucis: nec reflectet. ¶ Adhuc autem orbes non in locis stellarum magis sunt de natura lucis quam ignis et non continent lucem: ergo nec ignis. ¶ Adhuc in inferioribus nos videmus ignem non lucere nisi in materia aliena. s. in carbone vel in flamma que est fumus prius ardens eo quod illa materia spissa est et colligit diaphani partes multas: quod lucens nihil ali-

*[margin: Opinio modernorum.]*

*[margin: Impugnatio]*

*[margin: Ignis in spera sua non lucet. 4. celi c. 31. et 2 cap. 6 fba orbis.]*

nā est: vt dicit Auicenna nisi partes trāsparentes spisse sibi coherentes ⁊ continue sicut apparet in crystallo. vnde etiaʒ in illa parte flamme que tangit lycinium candele eo ꝙ calidior est ⁊ rarior non inuenitur lux ⁊ est transparens. illa vero pars flamme que a lycinio remouetur ⁊ spissatur frigido aere circūstante ibi est lux: ⁊ illa tegit corpora que sunt post eaʒ ⁊ non est quia transparens et omnibus autem his constat ꝙ cum ignis in sua spera rarissimus sit ⁊ tante raritatis ꝙ non potest esse maior in materia elementali propter qḋ dicitur ignis subtilissimum corporum specie ab Aristo. ꝙ ignis in sua spera non lucet. ¶ Et signuʒ huius ad sensuʒ in astronomia acceptum est: si enim luceret tunc dispargeret vmbrā terre ⁊ impediret ꝙ non veniret ad orbem lune: cum ergo nulla sit causa eclipsis lune nisi ꝙ luna transit per vmbram terre profundius vel altius contingeret ꝙ luna nunꝙ posset eclipsari qḋ falsum est: ergo ignis in sua spera non lucet: ⁊ ideo dicit Alexan. ꝙ accidit igni lucere egredienti extra proprium locum sicut etiam accidit aque congelari. ¶ Qḋ autem Aristo. dicit non cogit quia in eodem simile quid dicit orbe qui tñ non ignit nec inflāmat nisi actiue qa est igniens ⁊ inflāmās. Vn̄ cū dicit de igne qḋ est lucidus iflāmatus deʒ intelligi qḋ est de nā lucidi ⁊ inflāmari lʒ sm̄ actū nō luceat: qa oꝫ qḋ est trāsparens est de nā lucidi: qa ꝯtigat ꝯstare ⁊ ispissari partes eius ⁊ lucent plus ⁊ minus sm̄ ꝙ est magis de natura trāsparētis ⁊ minus. ⁊ ideo partes ignis cōstantes lucent vt in carbone ⁊ carbunculo: ⁊ partes aeris et aque ꝯstātes lucent minus sicut in crystallo ⁊ beryllo. ¶ Ex dictis patet ꝙ vera est sentētia posita supra de galaxia ⁊ falsa est opinio que postea inducta est ¶ Sunt autem adhuc quidam qui dicunt galaxiam non esse in orbe stellarum fixaruʒ nec in aliquo orbium sicut in subiecto. viles afferentes ratiunculas: dicunt eniʒ ꝙ corpus omnino ⁊ vniuersaliter actuʒ non est in aliqua parte passibile. orbis autem non est huius corpus vnde non est corpus passibile. Qḋ autem a nullo est passibile a nullo est alicuius forme vel impressionis susceptibile: ergo non recipit lumen ab aliquo qḋ est galaxia. ¶ Ad idem arguunt ex hoc ꝙ est inalterabile corpus: ergo non alteratur lumine qḋ est galaxia vnde etiam determinatū est supra ꝙ non recipit impressiones peregrinas. Ex his ⁊ similibus dicunt ꝙ lumen istud est in igne vt in subiecto: cū euʒ aer habet multas impressiones oportet ꝙ ignis habet aliquam: qa aliter esset imperfectum opus nature vt dicūt. ¶ Sed qui talis dicunt non satis attendunt ꝙ luna que de natura corporis celestis est continue alteratur lumine ⁊ tenebra. ¶ Adhuc autem sm̄ Aristo. verum dicit omnis stella lumen recipit a sole: ꝙ autem recipit lumen alteratur lumine accepto: ergo omnes stelle susceptibiles sunt alteratōis talis. ¶ Adhuc autem constat ꝙ nos videmus omnes stellas superiores ⁊ inferiores: ergo necesse est ꝙ aliqd sit formas earum deferens vsqʒ ad nos supponendo suppositum Aristo scilicet ꝙ videmus intus suscipientes: ⁊ nihil extra mittentes ergo necesse est ꝙ forma stellarum superiorū imprimatur ⁊ recipiatur in orbibus inferioribus: ⁊ quia voluantur orbes inferiores necesse est vt etiam hec forma corrumpatur in ipsis quia non generantur in eis nisi ꝙ vbi directe stelle superiorum opponuntur ergo forma stelle superioris est in orbibus inferioribus sicut in fieri ⁊ corrumpi: ergo generatur in eis aliquid ⁊ corrumpitur in eis aliquid: ergo alterantur. ¶ Et ad hoc dicimus ꝙ lumen sicut diximus est intentio forme corporis luminosi in perspicuo sm̄ esse spirituale generata: quia si intentiones visibilium colorum actu lucidi abstrahuntur oportet ꝙ lumen sit abstractum ab eē materiali per seipsum: ⁊ ideo vere non alterat: ⁊ ideo nō sequitur si corpus aliquod susceptiuuʒ est luminis ꝙ propter hoc sit passibile vel alterabile. Suscipit autem orbis lumen dupliciter scilicet vt medium deferens ⁊ vt vas lucis ⁊ luminis: qa in pfundo suscipit lumē. ⁊ p̄mo qdē mō suscipit orbis lumē in pte in qua nō lucet. scḋo aūt mō recipit lumē in stellis ⁊ in loco galaxie. ⁊ per hoc pʒ solō ad oīa que isti obijciūt nec opus nāe ppter hoc iperfectū est qa istud nō est de perfectiōe ignis ꝙ gn̄ent impressiōes in eo nec est possibile ꝙ forme gn̄ate in eo remaneāt cū sit nāe ꝯsumptiue ⁊ virtute ꝯuertat in suā speciē oē qḋ appropinquerit ei pcipue in loco in quo vincit sp caliditas sua sic fac in sua spera vt. s. dcm̄ ē.

2° ar. ais. cō. or. raritas ignie ē maxima quā pet ma gn̄ibꝫ recipere.

Nō quō dem̄ ar intelligat ꝙ ignis sit iflāmat⁹ ⁊ lucidus.

Op. alioꝝ.

Impugnatio

Lumē sʒ do ctorē ē intētio forme corpis luminosi in pspicuo sm̄ eē spūale gn̄a ta sʒ ꝯsidera sap. s. quo tūc posset calefi eē aut quo videri posset.

¶ Tractatus Tertius de Comete.

¶ Cap. pᵐ. De errore eorum qui dixerunt cometem esse cōiunctionem plurium stellarum.

Loquamur autem nūc de cometis siue de stellis habentibus comas ⁊ quale est esse earum quātum ad efficientē ⁊ formam ⁊ differentias in spēb⁹ et figuris earum. ¶ Dixerunt autē qdā phylosophorum qui fuerunt a natura dedit⁹ ⁊ sicut dicit Seneca in libro de nālibus questiōib⁹. Apollonius etiā fuit de illa snīa ꝙ stelle habētes comas sūt stelle multe aggregate in orbib⁹ inferiorib⁹ que sunt mobiles sicut planete ⁊ nō sunt fixe sicut stelle octaue spere. Cōtingit autem oēm planetā omni planete cōiūgi dupl̄r. s. vere et nō vere. Vere qdē quādo vnus eclipsat aliū ⁊ tūc videtur inferior ⁊ nō superior. Nō vere aūt adhuc dupl̄r. s. ꝙ sint in eadē parte arcus meridiei lʒ se nō cōtingant nec eclipsent: ⁊ hoc vocat in eodē eē meridionali sed nō in eodem eē circulo altitudinis. ¶ Dicit autē arcus meridiei arcus ille qui a polo septētrionali incipit ⁊ directe vadit super Zenith capitis aspiciens per equinoctialem ⁊ regirat per poluʒ meridionalem: circulus autē altitudinis vocatur qui venit imaginabilr̄ de puncto orientis per stellā que aspicit ⁊ regirat per occidētem. vn̄ sepe cōtingit ꝙ duo planete iacēt in eadem linea siue arcu meridiei nō tamē iacent super eādē arcū circuli altitudinis: qa forte vnus planetarū est magis versus aquilonem ⁊ alter magis versus meridiē: ⁊ tunc dicunt coniuncti quo ad lineaʒ meridiei: sed nō vere eo ꝙ nō sunt in vna linea eiusdē circuli altitudinis: quādoqʒ autē per motū suū ita pprie sunt in linea meridiei ꝙ corpora eoꝝ tāgūt se in puncto vel ita pprie se tangunt ꝙ per visuʒ nō pōt percipi verū aliqd de arcu meridiei sit inter corpus vni⁹ ⁊ corpus alteri⁹: ⁊ tūc lʒ vnus sit sub alio tñ visus accipit eos sicut vnā stellaʒ ex duab⁹ vel trib⁹ factā: ⁊ hoc isti dicebant eē cometē ⁊ cā deceptionis fuit. quia hoc absqʒ dubio comete simile est cum enī sic congregantur due vel plures stelle planete: videlicet aspiciens ad eas lumē oblongum ⁊ continuum sicut comatur. hec ergo est opinio dictorum physicorum in esse comete.

¶ Cap. 2ᵐ. De opiniōe eoꝝ qui dixerūt cometē eē vaporem adherētē planete sicut sol in mane cernit cū colore vaporis.

Quidā autē Italicoꝝ phoꝝ Pithagorici dixerūt ꝙ stella cometa non est nisi vna stella ⁊ non multe simul cōgregate: lʒ nō intelligāt per vnaʒ stellam vnā tm̄ in nūero que semp sit comata: qa successiue sm̄ istos multe comete pūt esse: hic aūt comata est de mobilib⁹ hoc est de planetis vnus q appet aliquādo comat⁹: quādo enī orit ē paruaʒ qa pax cōprehēdit de ea visus cū accipit orizōtē hemisperij habitabilis nr̄e pp spissitudinē vaporis: qa ꝯtinue est iuxta terrā inter nostrū visuʒ ⁊ stellā que oriri icipit: cū aūt iaʒ aliquātū spatiū ascēdit supra orizōtē subtiliat vapor: ⁊ tunc visus accipit stellā in vapore ⁊ aliqn̄ ē vapor diuaricat⁹ sic longiuili ⁊ in illo resplēdet planeta: ⁊ illa diuaricatio vaporis videbit eē coma sua ⁊ mutat stella i colore suo sʒ mutatiōeʒ illi⁹ vaporis: qa in vapore puro videbit coma alba. ⁊ in humido apparet rubea: ⁊ si sit aquosum multū qḋ est inter nos ⁊ stellam apparebit coma cinnosa vel viridis: ⁊ si sint nubes terrestres apparet coma nigra: sed hec est ergo cā vt dicunt Pithagorici quare aliquādo stella comata apparet.

¶ Cap. 3ᵐ. De opinione eorum qui dixerunt ꝙ comete stelle est impressio stelle in aere humido sicut in speculo.

Dixerūt aūt alij qdā iuxta hūc sermonez de comete quo ad maʒ. qa dixerunt ꝙ eēt ipressio in vapore humido lʒ differāt ab istis quo ad locū istius vaporis ⁊ sunt imitatores Hippocratis choi: q Hippocras chous fuit: ⁊ discipuli fuerunt Aschius ⁊ Paulus: isti enim dixerūt ꝙ iʒ sit vna de stellis erraticis que comata videt cū coma nō est de eētia eius. Sʒ potius quādo vna qnque stellaꝝ erraticaꝝ mouet in diuersitate orbis sui. s. mō ascēdēdo ab oriente mō aūt descēdēdo in occidēs signūꝫ mō hn̄s latitudinē citra equinoctialē ad septētrionē. mō aūt dilata per oppositū in meridie

In pho pono metheo cap. ca. 2. de cometis autē etc.

Cōiūctio planetarum duplex.

in meridie vltra equinoctialem tūc aliquādo visus noster vi-
det eā ac si haberet comā incidā qđ ideo fit: qa humido ae-
re ⁊ puro qui est in regiōe superiori aeris hec stella īprimit
lumē suū sicut speculo ⁊ aer qui p̄mo recipit lumē reddit il-
lud aeri humido cōtinuo sibi sicut speculū: ⁊ reddit formam
quā recipit: ⁊ sic fit cōtinua redditio ad aerē cōtinuū donec
apparet lumen oblongū circa stellā ⁊ hec vocat coma stelle:
aer aūt humidus ab eis vocaē vapor hūidus subtilis sub-
stantie ⁊ lucidus quē dicūt ad superiora aeris trahi per vir-
tutē solis qui s̄m physicos Egyptios trahit humorē illū in nu-
trimētum sui ⁊ aliorū planetarū etiā vltra sperā ignis. Stella
aūt ista s̄m istos non videt in septētrione vbi ois stella ma-
iorem partē arcus sui hꝫ super terrā q̄ꝫ sub terra ꝓpter obli-
quitatē orizontis: ⁊ ideo sol in signis septētrionalibus addit
super noctē in quātitate: ⁊ ideo nicūt stellā istā morari tēpo-
re lōgiore super terram q̄ꝫ sub terra. hic autem qdā aliter expo-
nunt .s. ꝙ vapor ille humidus qui ad nutrimētū attrahitur
diminutus manet stans circa stellā nō consumptus: ⁊ ideo
videt cum ipsa rotari continue. ⁋ Huiusmodi aūt dicti sol
dant rōnē: qa in occidēte in loco vbi cōplementū est reuolu-
tiōis stelle super hemisperiū ibi est humor ⁊ abundat ꝓpter
frigus ⁊ vapores: ⁊ ibi comata frequenter videt. ⁋ Adhuc
addunt ꝙ in tēpore septētrionis vbi abundat humor ꝓpter
frigus: ⁊ in tēpore meridiei vbi abundat humor quē attra-
hunt planete trāseuntes super partes illas sepius videt stel
la comata: ⁊ cum sit in aere stella vbi non est humor septen-
trionis meridiei non videt habere comā. Sꝫ hoc q̄uis ali-
quando fiat in vltimo circulo versus meridiem sicut in cir-
culo paruo quē describit motus poli radiaci versus meri-
diem ibi tamē nō apparet nobis ꝓpter nimiā suā remotio-
nem a visib' nostris. Sed quādo est ex parte septētrionis su-
per nostrā habitabilē: tunc coma eius apparet nobis: quia
tūc visus nostri capiūt eā captiōe sufficiēte pp ꝓpinquitatē ⁊
directionē quā hꝫ ad summitates capitū nostrorum. He ergo
sunt opiniones quas inuenit de comete posuisse Aristo.

⁋ Cap. 4m. Et est digressio ad ponendas opiones Senece
⁊ Jo. Damasceni: ⁊ quorūdam modernorū de comete.

Unt autē adhuc quedā false opiones q̄s Aris.
non curauit ponere quas ponemus nos hic vt
simul destruant. Dicit enī Jo. Damascenus
in libro secūdo c. 7. Constituūtur autē ⁊ mul-
totiens comete signa qdē significātia mortes
Regū: que non sunt ex his que a p̄ncipio gn̄a-
ta sunt astra: sed diuina visiōe s̄m istud idem tēpus consti-
tuuntur ⁊ rursus dissoluūtur. ⁋ Seneca autē in libro natura-
lium questionum: ita de comete s̄m suā opinionē determinat di-
cens cometes eē sidus inter opera nature concretū cuius
tamē natura ignoret: tamen ipsum nō esse ignē subitaneū sic p̄-
baē: quecūq̄ enim aer creat breuia sunt quomodo ergo co-
metes potest in aere diu permanere cū ipse aer diu nō p̄ma-
neat nascunt hi in aere fugaci atq̄ mobili fieriq̄ non pōt vt
ignis vagus in corpore incerto sedeat: ⁊ tam pertinaciter in-
hereat: ⁊ postea subiungit ibidē cometes habet suā sedē:
⁊ ideo nō cito expellit sed emitit spatiū suum nec extin-
guitur sed recedit. ⁋ Sūt autē quidam modernorū doctorū
qui dicunt ꝙ cometes est impressio alicuius quisque stella-
rum erraticarū: non enim in igne tm̄ nec in aere tm̄ sed po-
tius in termino coniunctionis ⁊ ignis ⁊ aeris vbi vꝫ conue-
xum aeris permiscet cum concauo ignis: ibi enim sunt que-
dā linee aeris obscure ⁊ quedā linee ignis vbi dicūt lumino-
se. quibus in lumine addit demōstrationē lumē descēdens
ab vno quinque planetarū: ⁊ ideo videtur sibi coma fieri ex
lineis luminosis ⁊ obscuris sibi inuicem permixtis. ⁋ Hāt
autem isti rōnes pro se quamor quas breuiter tāgā plus me
dia q̄ꝫ rationes ponēs. Dicūt enim isti incōueniēs videri ꝙ
stelle fixe sint cause alicuius imp̄ssionis ⁊ planete nulli' cū
planetas constet multo fortiores eē in mouendis inferiori-
bus q̄ꝫ stellas fixas. Si sunt ergo cause imp̄ssiōis alicui' per
inductionē ꝓbaē ꝙ nō competit eis impressio nisi stelle co-
mate. ⁋ Secūda autem est qa cometes aut generaē physi-
co modo aut ex vapore terrestri sicco. Si autē generatur ex
vapore terrestri sicco: aut ille vapor est vniformis aut non
vniformis. Si est vniformis aut simul eleuaē aut successi-
ue nō simul: qa si simul eleuatur: ergo etiam simul inflāmaē
⁊ inflāmatur: ergo apparebit in forma rotunda sicut assube
vt patebit inferius: ⁊ ita nō videbitur oblonga forma come-
te. Si aūt non simul eleuatur tunc erit lōgus ⁊ inflāmat' stās
erectus in aere ergo videtur sicut lancea vel ignis perpēdi-
cularis. Si autem nō est vniformis aut simul eleuaē aut nō
simul. Si simul eleuatur tūc prima pars subtilis eleuabitur
⁊ euacuetur ⁊ inflāmabitur ⁊ inferior ꝓpter sui grossitiē di-
latabitur: ⁊ ita videbitur perpēdicularis sursum dilatata: ⁊
sic iterum nō erit in figura comete. Si autē nō simul eleuaē:
ergo pars subtilis eleuatur sine grossa ergo etiā inflāmatur
sine ea: ergo grossa nunq̄ꝫ sequitur subtilē: ergo figura ignis
illius nunq̄ꝫ erit oblōga ꝓpter grossam partem inflāmatam
⁊ subtili coniunctam: ⁊ sic iterum figurā comete nō habebit.
⁋ Tertia rō est quia si sic de vapore terrestri inflammato vi-
detur simile in loco contingere debere qđ cōtingit in assub:
scilicet qđ descēdit statim ascēdat. ⁊ hoc non videmus qa
sepe diu circūuoluit: ergo nō est de vapore terrestri inflam-
mato. ⁋ Quarta rō est nullus vapor terrestris inflāmat' q
simul ascendit ad estū ⁊ descendit ad terrā secūdario appa-
ret diu in aere: qa vel cōsumitur in estu in quo vicit ignis:
vt supra dictū est: vel grauaē frigore ⁊ deprimit in terra: co-
metes autem apparet multotiens diu in aere: ergo nō est
ex vapore terrestri inflāmato in estu vel sub estu. Iste ergo
sunt opiniones de comete quas non tangit Aristo.

⁋ Cap. 5m. Et est digressio ponens sentētias physicorū Aui-
cēne Algazelis: Ptolomei ⁊ aliorum multorum veras de
comete: qui omnes concordant in idem.

Is omnibus falsitatib' exclusis sicut infra ostē-
demus improbationes eorū. Habimus sniam
verā de comete ⁊ cōfirmabimus ipsam aucto-
ritate multorū physicorū: ⁊ ēt per ratiōes q̄s ipsi
phi prose īducūt. ⁋ Dico ergo ꝙ cometes ni-
hil aliud est q̄ꝫ vapor terrestris grossus: cuius
partes sibi multū coniacēt paulatiꝫ ascēdēs ab īferiori parte
estus ad supiorē ptē eiusdē vbi cōcauitatē ignis cōtingit: et
ibi diffusus est ⁊ inflāmatus: ⁊ ideo videē lōgus frequēter ⁊
diffusus. Dico aūt vapor terrestris vt habeamt mā vapo-
ris: ⁊ dico grossus: qa si est subtilis cito euaporaret ⁊ diffi-
pareē: ⁊ dico cuius partes cōiacent qa est bene cōmixt' vi-
scosus hoc mō ꝙ talis vapor nō s̄m actū humidus ⁊ visco-
sus cōponi pōt. Dicit ⁊ paulatiꝫ ascēdere: qa in vaporibus
pluuialib' immixte sunt quedā ptes ignite terrestres: que cū
pluuia nō oēs descēdūt ⁊ ille que descēdūt iterū ad humorē
pluuie solute vtplurimū reascendūt ⁊ vltra spatiū medium
frigide regiōis aeris euadūt pp suum actū ⁊ ibi stāt ⁊ mul-
tiplicaē: ⁊ ex illo multiplicato quasi ex quodā thesauro pau-
latim ꝓpter calorē regionis que dicit estus ascēdūt: qa mul
tam hēt cōstantiā in partib' ꝓ motu calore ignis diffundit et
postea inflāmaē: ⁊ sic in medio manet semp spissus vbi mu-
taē de thesauro suo qui est sub eo: ⁊ ideo est in flamma alba
valde ⁊ spissa id aūt qđ distat ab illo diffusum ad latera te-
nue est ⁊ hꝫ flāmā tenuē ad modū nubis albe ⁊ hec vocaē
coma durat autē per totū tp̄s quo sicut ad ipsum euaporat
suus thesaurus: hec aūt snia Cōstantini phi est qui dicit in
greco cōmētatus eē super librū metaurorū Ar. vbi loquitur
de comete. ⁋ Qđ aūt ita sit testant illustres phi Auicenna ⁊
Algazel dicit enī Auicēna sic stella que dr̄ caudata fit ex fu-
mo spisso ignito qui qa cito cōuertit aliquādiu circūuoluit
cū igne. ⁋ Algazel aūt in sua physica dicit sic. Si ignis pua-
luerit super fumū eleuatū purgabit eū a caligine: ⁊ tūc fum'
totus conuertit in ignē: nec pōt esse quin fiat ibi vnū duorū:
vel ignitur vel fiet pucus ignis: eo ꝙ nō est ibi frigiditas:
sed si fuerit spissus ignit qdē sed qa nō est talis q cito cōuer
caē remanebit sic aliqādiu ⁊ videbiē stella caudata que qr
reuoluiē cū celo: eo ꝙ partes ignis cōtinue sint cū cōcauitati-
bus celi ideo reuoluiē ꝑ cōformitatē eius. Ex his pꝫ de come-
te que dicimus prius. ⁊ ideo dicit Algazel ꝙ mā vaporis gros-
si reuoluta cū celo tripliciter apparet. Aliquādo enī est flāma vt
tā dictum est. Aliquādo autē grossa nigra ⁊ tunc ignit sic car-
bo ⁊ ille videtur cometes rubens. Aliquādo aūt cū eo ignis
extinguiē ꝓpter nimiā materie grossitiem ⁊ remanet fumo-
sum ⁊ tūc apparet sicut carbo niger ⁊ extinctus: ⁊ ideo est ꝙ
foramina nigra in celo videntur qđ a vulgo vocaē celi p̄fo-
ratio. ⁋ Alphagranus aūt in astronomia sua etiam per hoc

Mō cās colorū diuersorū in cometis apparentum.

probat ignez in circuitu moueri ex hoc ꝙ vapor incensus adherens ei subtus rotatur in circuitu sic dicens: derivatio mot⁹ circularis est a celo preter motus naturales: et hoc ideo: quia videmus in elemento ignis motum circularem similem motui celi in eo quod apparet de stellis: preter motus naturales stellarum qui videntur in quibusdam horis vapor incensor in aere in loco superiori in crepusculo vespertino: ita ꝙ videns credat ꝙ sint stelle et videat eas motas cum motu stellarum et sequentes ipsas quousque abscondantur: ex hoc accipitur ꝙ sunt similes stellis: et non stelle: et sunt in aere vaporis igniti. Idem innuit Ptolomeus in centiloquio suo. ppone tertia. vbi dicit ꝙ iudicium tertium est a secundis stellis super quod dicunt tres commentatores. s. Haly et Abraham et Bugafora: ꝙ secunde stelle sunt effectus stellarum in vapore ignito et elevato sicut in comete et assub et huiusmodi: hoc etiam innuit Albumasar in libro de coniunctionibus planetarum lib. 8°. differentia prima. vbi tangit qualitatem scientie generationis individuorum superiorum super accidentia inferiora: et dicit ꝙ vna pars significationis illius est super methora superiora sicut ignis et assub: et habentes comas et cum hoc ex vna materia ponit generari ex fortitudine solis et Martis sine omni alia stella. Patet ergo ꝙ ista sententia quam diximus est omnium meliorum proborum. ¶ Ro etiam huic sententie suffragatur quia constat ꝙ flamma non est nisi fumus accensus: est autem cometes flamma quedam vt apparet in visu: ergo fumus est accensus. ¶ Adhuc omnis alia impressio que est luminosa distinctum per se habens lumen est ex vapore incenso: ergo et ista. ¶ Preterea si interrogem⁹ a doctoribus nostris modernis: ex quo cometes est lumen accensum ab aliquo quinque planetarum ad terminum ignis et aeris cum semper super huiusmodi terminum vbi mixtus est aer cum igne moveantur planete: quare non semper apparent comete. ¶ Itemque quare non apparent plures comete simul cum plures planete super talem aeris et ignis commixtionem oriantur simul. ¶ Adhuc autem quare diuersa forma videtur in cometis: quia vt dicit Seneca quandoque circuitus est dirigens comam sursum: quandoque proijciens eam deorsum: quandoque autem ad latera: videtur ꝙ non habeant quid rationabiliter valeant respondere. ¶ Adhuc autem si ab aliqua quinque stellarum erraticarum semper nascitur cometes tunc nunquam extra viam planetarum videri debet. Via autem planetarum est in zodiaco vel parum valde extra: ergo semper videtur in zodiaco vel prope: et tamen hoc falsum est cum Aristo. dicat ꝙ nos videmus cometes in septentrione et meridie et in omni parte celi. Ego autem cum multis alijs anno ab incarnatione domini. M.cc.xl in Saxonia vidi cometem quasi iuxta polum septentrionalem et proiecit radios suos inter orientem et meridiem magis dirigendo eos ad orientem: constat ꝙ ibi non fuit via alicuius planete: sed quia etiam alie tres opiniones quas Arist. tangit dicunt cometem a quinque planetis generari: ideo communiter ista opinio cum illis quo ad hoc accipiet improbationem.

¶ Cap. 6m. Et est digressio improbans opinionem Senece et Joannis Damasceni.

Quod autem dictum Senece sit error patet: quia quod evanescit non occidens: sed in hemisperio illud corrumpitur non implens spatium mot⁹ per hemisperium. Cometes autem ita evanescit coram visibus hominum: ergo extinguitur et non recedit. Quod autem evanescat coram visib⁹ hominum probatur a duobus experimentis que ipse Seneca in libro questionum scripsit sic dicens. Post mortem Democriti regis fuit paulo ante bellum Achaicum cometes fulsit non minor sole primo igneus ac rubicundus clarumque lumen emittens deinde paulatim magnitudo eius et claritas evanuit: novissime totus intercidit. Ex hoc igitur constat quod dicimus. ¶ Secundum idem ibidem scripsit sic dicens Athala regnante in grecia cometes modicus apparuit: deinde effudit se et vsque in equinoctialem circulum venit ita vt illam plagam celi cui lactea nomen est in vniversum et in immensum extensus equaret et in instanti ibidem desijt. ¶ Joannis autem Damasceni opinio ꝙ deus stellam novam faciat non est probabilis quia non esset ratio quare faceret illam in diversis figuris et coloribus: videntur autem cometes in diversis figuris et coloribus: ergo non est in operatione dei tantum. ¶ Quod autem habeat diversas figuras patet ex verbis Senece sic dicentis: forma comete non est vna: plures enim fuerunt cometarum quibus in morem barbe flamme dependent: et eorum qui vndique quasi circa se flammam spargunt: et eorum quibus fumus ignis est sed in verticem tendens: cum omnes eiusdem nature sunt: cometeque dicuntur recte quarum cum post longum tempus appareant forme: eas inter se comparare difficile est: quia cum appareant sed vt cuiusque acutior est acies aut elevatior: ita aiunt aut lucidiorem aut rubicundiorem vel obscuriorem esse: cum igitur hec varietas forme sit propter aliquam preiacentem materiam ex qua operatur natura: constat cometem non tunc opere divino tantum factam. Sic ergo constat de tribus questionibus Senece Joannis Damasceni et doctorum quorundam nostri temporis ꝙ sunt false: et habitum est que sit vera etc.

¶ Cap. 7m. Et est digressio ad improbandam opinionem primam quam improbat Aristoteles.

Quod autem dixerunt Anaxa. et Democritus et post eos Apollonius ꝙ cometes est stelle erratice multe congregate quatuor rationibus improbat Seneca quarum due prime sumuntur ab experimentis: quia si cometes ante bellum Achaicum apparuit in quantitate solis: nulle autem ipsum aggregant aliarum stellarum nunquam habitum solis equabunt: constat ꝙ cometes non est generaliter congregatio stellarum. ¶ Secunda est ꝙ cometes qui Athalo regnante in grecia apparuit se tantum diffudit vt illam plagam celi cui lactea nomen est in vniversum extensus equaret. Convenire enim non possunt erratice vt tam longum celi tractum occupent continuo. ¶ Due alie sunt per rationem sumpte: vna a loco erraticarum quam ponit his verbis Apollonius qui ait cometem non ex erraticis effici: sed multas erraticas cometes esse: sed hoc si esset: cometes intra signiferi terminos moveretur. ¶ Secunda ratio sumitur a natura et a proprietate stellarum quam sic ponit: nunquam apparet stella per stellam: quia aliter vna non eclipsaret aliam per cometem nonnunquam quasi per nubem vlteriora cernuntur ex quo apparet cometem non sidus esse sed levem et tumultuarium ignem. Ad idem etiam dicit Seneca rursum est cometes non vna parte celi aspici: sed tam in ortu quam in occasu apparent frequentius tamen circa septentrionem.

¶ Cap. 8m. De improbatione secunde opinionis et tertie per rationem Aristotelis.

His habitis alias duas opiniones destruemus per rationes Aristotelis: quia ergo iam diximus recitando sermones istorum de stellis cometis: nunc oportet vt queramus de sermonibus ipsorum an veri sint: an falsi. Dico ergo ꝙ sepe videmus cometes extra orbem octavum qui est stellarum fixarum: et ideo non potest esse ꝙ cometes sit vna vel plures de stellis fixis: quia tunc esset in cingulo primis quod est spera octava que cingit omnem speram stellarum: quod falsum est: quia nos videmus eas extra illum orbem longe sub ipso. Si autem esset vna stellarum mobilium erraticarum tunc nunquam videretur nisi in orbe stellarum erraticarum quod falsum est: quia videtur extra ipsum sub ipso et extra circulum signorum. Si autem cometes stellarum essent ex aere humido sicut dixerunt illi de opinione secunda: tunc oportet ꝙ quando venit stella ad medium celi vbi visus noster consequitur eam sine aere humido interposito ꝙ videretur sine coma: et hoc iterum falsum est: quia cometes in tota revolutione celi aliquando apparet: et quandoque per plures dies. Adhuc autem si coma causaretur ex aere humido: tunc oporteret ꝙ omnis stella que per medium illum aerem humidum videtur esset cometes: ergo numerus cometarum esset secundum numerum omnium stellarum: et non esset in vna earum: sed in pluribus earum simul: et hoc falsum est: quia nos non invenimus stellas habentes comas nisi quinque non simul quidem sed successive sicut infra dicemus. Hoc autem quod dixerunt ꝙ cometes non inveniuntur nisi in parte septentrionis est falsum: quia maioritas videtur sibi quam in septentrione videntur enim comete cum sole aliquando in ortu suo estivo precedentes eum. Ortus autem estivus solis est signum in quo sol oritur in estate sicut sunt septentrionalia signa in quibus movetur a principio arietis vsque ad principium libre: quia large sumitur hic ortus estivus pro omni ortu in quo dies addit supra noctem: quia tunc sol directius respicit nos: et nostram habitationem calefacit: et similiter stelle comete in se sunt in parte meridiei secundum diversum tempus: et hoc maxime contingit in civitate Arim que est sub equinoctiali in medio mundi: nonaginta gradus habens in polum arcticum: et nonaginta in polum antarcticum: et nonaginta in orientem:

et nonaginta

Confirmatio ponis predicte rones.

τ nonaginta in occidētē terre habitabilis. Locus eni qui est sub equinoctiali tēperantior est omni loco huius mūdi sicut dicit Ptolomeus τ Auicēna τ alij q̃plures phi. Uise sunt etiā in parte septētrionis in mane ascēdentes ante solē in ortu hyemis: τ hoc aliter nō poterat esse nisi cū sol oriebatur in hyeme in signis meridionalibus q: tūc comete oriebāt in aquilone in signis septētrionalibus. Totū ergo hoc qd dictū est significat nobis q stelle comete sūt pter stellas tā fixas q̃ erraticas quas dixerūt τ viderūt in estate τ in hyeme in diuersis ptib⁹ celi τ mūdi: sic g̃ declarat⁹ ē error sermonis ipor.

¶ Cap. 9m. Et est sententia Aristotelis de comete.

Dico ergo q stelle habentes comas efficienter τ fm locū sue gñationis sunt pp̄e aerē inflāmatū et vicinitate ignis qui ptinet materiā remote τ ipsuz cometē. Aerē dico ppinquū igni qui in se ptinet calorē ignis: q: qñ in ipso vapor siccus grossus inflāmat tūc ptinuatio fit cū lumine flāme comete ab inferiori aere vbi stat vapor eiusdē nature: τ ita diffuso illo qd ptimat ei fit oblōgū τ hic ē cometes sicut pz ex pdictis. Hec aūt modū sentētie Arist. quidā aliter exponūt sed nō facio vim in expositione ipsor cū fere omnes qui secuti sunt Arist. puenant in expositione nostra.

¶ Cap 10m. Et est digressio declarās quare dicunt quinque comete esse τ non plures.

Ueret aūt aliquis fm istam expositionē sentē. tie Aristo. q̃re quinque dicant esse tm̄ comete. Si eni numerus nō accipiat ex parte planetarū videbit q nō sit nisi differētia mālis. Differētie aūt mālis infinite sunt. τ sic nō debēt poni in quinario numero. Adhuc q iste stelle dicuntur esse stelle scdm a phis: ergo necesse est q alique stelle sint prime que sunt cause istar. pstat aūt q ille nō sunt stelle fixe: videt ergo q sint planete: nō aūt duo sunt luminaria videt q sint quinque stelle erratice: sed fm hoc nō debēt eē nisi in zodiaco vel valde pp̄e cuz supra habituz sit q in oi parte celi videat. ¶ Ad hoc aūt sine preiudicio puto esse dicēdū q in veritate fm astronomicos qui iudicia ponūt in eis non sumunt quinque cometes penes quinque erraticas sicut ista dicemus sed quinque sumunt aut penes quinque differētias vaporis mālis aut penes quinque formas stellar habētium comas. Differētie aūt vapor sunt q vapor ois comete lz sit in genere grossus sibi coherens tamen fm exigentiā materie pōt esse grossus aut subtilis aut medius per equidistantiaz inter grossam τ subtilem in quocūq: aūt est mediū per equidistātiam in eo est mediū qd est vicinius extremo: τ sic erūt tria media. s. equedistans τ inter equidistans τ subtile τ inter equidistans τ grossum: nec potest esse maior vaporis diuersitas in gñe: τ ideo comete per nomen sunt quinque. Sunt etiā per figuram quinque: aut enim circūstant in rotundis in circuitu: aut ppter leuitatē super cometem aut dirigitur inferius aut stat a latere: tunc pstat ab vtroq: latere aut ab altero τ sic sunt iter quinque lz autē prima differentia sit mālis cū ipsa causet differentiā forme q: aliter figurat vapor subtilis τ aliter vapor grossus ¶ Q: autē dicunt scde stelle est ex hoc q significāt in diuersis locis fortitudinez planetar sicut iam dicemus: nō tn̄ ppter hoc numerant penes planetas lz autē differentia vaporis penes grossuz τ subtile sit differentia mālis nō tn̄ est pure mālis sed potius ad formā ordinata. q: per calidū intrinsecū τ extrinsecum inducit talis mā talem formalitatem: τ talis pñderatio diuersitatis est considerato que proprie conuenit physico.

Solo ppua

Quare comete ab astrologis scde stelle dicuntur.

¶ Cap. 11m. Et est digressio quare comete significant mortez potentum τ bella.

ne. ¶ Est autem sciendum q̄ vapor pruine paucus est subtilis sicut et vapor roris sed propter vehementiam frigoris non potest ascendere ad locum roris: et hoc frigus frequenter est ex tempore vel ex aere: ex tempore quidem quando recedit sol per utrunq; motum. s. circuli equinoctialis et circuli obliqui sicut est in nocte hyemis serena: tunc enim in obliquo circulo sol recessit qui movetur: tunc in signis meridionalibus que longinqua sunt a nobis: et etiam occidit super oriente in motu quem habet sup equinoctialem. et super polos mundi quantum ad motum diurnum et sic ex duabus causis augetur frigus ex tempore et aere est autem frigus in vere et in autumno: et ideo tunc multiplicantur pruine in vere enim adhuc in aere est frigus: quia induxerunt frigidi vapores et nubes hyemis in ipsum et illud sole ascendente repellitur inferius: et ideo comprehendit subtilem vaporem elevatum et convertitur ipsum in pruinam. et precipue qui iuvatur frigus aeris in respectum aliculus planete frigidi sicut saturni experti enim sumus sensibiliter saturnum habere virtutem magnam in hoc: et hec est causa quare frequenter fructus in flore destruitur in vere. In autumno autem propter descensum solis a nobis multiplicantur nubes frigide que elevate infrigidant aerem: et ideo cum recedunt nubes remanet aer frigidus et comprehendit vaporem et congelat ipsum in pruinam. Ex his patet quid sit generans pruinam. quoniam frigus excellens quod est simul convertens et congelans ipsum circa mediam aeris regionem. vapor autem qui materia eius est subtilis est et ascendit alte sicut ros: et nisi a frigore aeris preoccuparetur. ¶ Cum autem sit triplex vapor. s. pluvie nivis et pruine sive roris duo istorum generantur frigore prius spissante vaporem in nubem. s. nix et pluvia alia duo generantur a vapore in nube non spissata. s. ros et pruina sed ros generatur a frigido temperato vaporem tantum resolvente: pruina vero generatur a frigido excellente vaporem congelante antequam incipiat converti in aquam. et ideo pruina non est rotunda sed expansa sicut vapor nec pars coheret parti: sed separatur a parte sicut vapor distractus fuerit. Adhuc autem nihil congelatur nisi aqua et conversio vaporis in fine nubis in aquam nulla precedat congelatio in eo quod congelatio propria passio est aque: non tamen semper tempore est conversio vaporis vel nubis in aquam que non precedit congelationem sed aliquando sequitur eam. s. conversionem sicut in generatione grandinis aliquando conversio prius incipit et est in fieri: sed non in perfectione: quia dum convertitur congelatur sicut in nive. quando conversio etiam non incipit ante congelationem: sed omnino sunt simul sicut pruina nec pluribus modis variari possunt conversio et congelatio quia quartum membrum esse non potest quod congelatio sit ante conversionem cum congelatio sit passio eius quod per naturam ante conversum est licet forte tempore sit simul. cum autem subtilis sit vapor pruine universaliter ab ipso expellitur calidum subito et ideo nihil est quod mollificet vaporem conversum et congelatum: et ideo pruina est rigens: dura: aer tamen introductus in vaporem non expellitur et ideo partes pruine quando converse sunt et congelate sunt rare et quasi intercepte: et hec dicta sunt de materia et efficiente pruine.

Propter qd frequenter fructus in vere in flore destruitur

¶ Cap. 9m. De loco generationis pruine.

Locus autem pruine absque dubio est citra locum medium aeris: cum iste locus sit circa frigidissimum in quo non in toto deficit virtus radiorum solis et stellarum non est ipse in toto caloris expers per se nisi contingit hoc per accidens: hoc autem accidens est frigus noctis et duplex absentia caloris facientis solis: sicut dictum est. s. ex recessu solis in circulo declivi et in circulo equinoctiali: et hec omnia patent ex determinatis in precedenti capitulo: frigus enim loci si non potest causari a nube aliqua frigida presente vel repressa a superiori loco qui frigidior est: quia pruina non cadit nisi tempore sereno. sed dubitatur desuper hoc quod pruina non invenitur nisi adherens alicui corpori terrestri et non invenitur cadens de sublimi sicut ros. Huius autem causa est quod si frigus intraverit in materiam terrestrem fortius est quam in alia materia sicut dixit Democritus. et ideo vapor pruine tangens talem materiam citius et fortius congelatur: et ideo in tactu illarum materierum invenitur pruina adherens. Et ex eadem causa est quod cum calido est in hyeme que causatur ex nube non ex vapore represso a frigore aeris in sublimi incipiunt partes nubis congelari ad extremitates lignorum et aliarum partium. ¶ Adhuc autem ex eadem causa fit quod cum est resolutio frigoris in ultima parte hyemis et in principio veris quod humescunt lapides et magis humescunt qui duriores sunt inter eos: et humescunt metalla et precipue duriora sicut ferrum et aurum: et humescunt dura ligna: eo quod frigus in illis fuit calcatum quod tempore soluto egreditur et invenit aerem vaporibus humidis plenum: quoniam statim spissando resolvit in aquam intantum quod aqua per guttas distillatur a talibus corporibus.

¶ Cap. 10m. De differentia roris et pruine quo ad frigus glacians.

Differentias autem plures roris et pruine tangit Aristo. nimis breviter: et ideo sicut in precedentibus de his faciemus determinationem tangentes causas et expositiones dictorum philosophi. ¶ Prima autem differentia inter rorem et pruinam est quod cum ros et pruina conveniant in materia que est vapor subtilis tempore diei elevatus differunt in generante: quia cum super illum vaporem venerit in aere frigus parvum hoc est temperatum adiutum frigore noctis comprimit ipsum in rorem. Pruina autem est vapor congelatus antequam ex ipso resolvatur aqua: huiusmodi autem dicti quo ad primam eius partem que est de rore expositio et causa satis patet per antedicta. ¶ De secunda autem parte que de pruina est intelligenda sciendum quod signum dicti philosophi veritati est figura pruine: omne enim quod ante se resolvitur in aquam: et postea congelatur habet figuram rotundam sicut gutte aque: pruina autem non habet talem figuram nec etiam habet figuram nubis: quia nubes est partium sibi adherentium sicut lana tenuis distracta sine carminata et hanc figuram non habet pruina: sed potius nix que cadit sicut partes lane rare distracte: sed figura pruine est sicut radii quidam ad unum centrum reducti vel unam lineam ex utraque parte circumstantes que figura est vaporis cuius partibus multe interponuntur partes aeris et diffunduntur partes vaporis per modum radiorum in aere: et sic invente congelantur antequam in aquam vel in nubem convertantur: hoc ergo verificat dictum philosophi. ¶ Causa autem est quod frigus triplex est. s. solum frigus et multum frigus et frigus vehemens frigus autem per hoc quod est frigus non facit nisi spissare vaporem in nubem et in aquam preter hoc quod ultra expellat ab ipso calidum vel non subito expellit. frigus autem multum est quod est quasi calcatum et stringit et congelat fortiter universaliter expulso calido. sed vehemens frigus est acutum quod preoccupat spissationem frigoris quia quasi simul tempore facit tres actiones. s. spissare in aquam et congelare et calidum universaliter expellere. hec autem frigora differentiam habent: quia frigus etiam primum et multum frigus est addens illi cumulationi frigoris: vehemens autem quamquam est magnum vel multum sed est acutum quia penetrativum propter illud in quod agit sicut est vapor qui subtilior est quam nubes: et ideo fortius penetratur a frigore: quando autem est propter materiam in qua est frigus in sicca materia magis penetrat quam in humida propter hoc quod siccum est activum sicut frigus est venti septentrionalis quod frequenter est in sereno tempore et in illo frequenter generatur pruina: a tali ergo frigore vehementi congelatur vapor antequam recipiat spissationem in nubem vel conversionem in aquam quod ostendit figura pruine sicut diximus: hec eadem causa est quare frequenter in februario et martio ab alto cadit nix pauca que est sicut figura stelle et cadit interpolate: quia tunc calor solis expellit in vaporem elevatum frigus aeris ex hyeme relictum: et ideo vehemens efficitur et convertit vaporem antequam spissetur in nubes. et ideo cadit in figura vaporis quam prediximus.

Frigus triplex

¶ Cap. 11m. De differentia roris et pruine penes tempus et locum accepta.

Secunda autem differentia roris et pruine est secundum locum et tempus accepta: quoniam ut ait Aristo. ros non ubique sed in quibusdam locis calidis fit in hyeme: et causa illius est. quia in locis illis eo quod calidum vel desiit valde in hyeme calor temperatus resolvit vaporem comparatum cum in aere non occurrit frigus intemperatum sed potius temperatum resolvens ipsum et non congelans quia ibi fit ros. Sed pruine generatio non potest esse in hyeme in locis illis: ideo nisi forte valde raro: quia pruina non causatur a frigore temperato sed excellenti quod est frigus quod dicitur contractum ab effectu: quia contrahit vaporem vehementer congelans ipsum preoccupando antequam possit spissari in nubem sicut diximus supra. unde vapori illi eius ato de quo generatur pruina non occurrit in aere frigus equale

qd est temperatum: qd cōprimat ipsum in nubem nec occurrit ei calor tēperatus qui faciat ipsuz aquam subtilem sicut fit in rore: sed potius excedens frigus occurrit ei vt sepius diximus: ⁊ ideo si cōsiderentur ista que dicta sunt ros non habebit tm̄ vnum locum sue generationis in aere: sed vnū habebit per se qui supra dictus est: ⁊ aliū habebit p accidēs qui est locus inferius nō lōge a terra: ⁊ illud qd̄ fit, ppter duas causas: quarū vna est frigus aeris ⁊ calor loci. ⁊ altera est causa calor aeris ⁊ frig⁹ loci ⁊ vtriusq3 hoz est duplex ⁊ sic sunt q̄tuor modi gn̄ationis roris in inferiori spatio aeris: pōt em̄ locus esse calidus per se ⁊ aer frigidus per se ex tēpore. s. q per se est frigidū sicut est locus multū ad meridiē parte latitudinis ab equinoctiali circulo: ⁊ ille locus est per se calidus si nihil ipediat ītroitū caloris in ipsuz ex parte meridiei in eodē aūt loco in hyeme est aer frigidus p se. qz tūc recedit sol ab ipso ⁊ sēp̄ in nocte: ⁊ tūc ex calore loci ⁊ frigore aeris generat tēperatum frigidū vaporē īspissans ⁊ intēperatū calidorū ꝯgelationē impediēs in inferiori aere: ⁊ ex illis cito fit gn̄atio roris. pōt etiā ecōuerso aer calidus esse per se sicut in estate ⁊ locus frigidus per se si fit in aquilone. cui⁹ latitudo aigra est equinoctiali circulo: ⁊ tūc iterū in inferiori aere ex vtriusq3 ꝯiūctis gn̄at frigidū tēperatū ⁊ calidū tēperatū que sūt gn̄atiua roris vt diximus: pōt etiā3 locus calidus per accn̄s: ⁊ aer frigidus ex quacūq3 causa sicut si locus sit aquilonis: sed ad aqlonē habeat mōtes altissimos flatū aqlonis impediētes: ⁊ ex parte meridiei sit patēs vēto australi ⁊ soli: ⁊ tūc iterū ex calore loci ⁊ frigore aeris resultat tēperies in calido ⁊ frigido que sūt gn̄atiua roris pōt locus etiā esse frigidus p accn̄s ⁊ aer calidus ex q̄cūq3 causa sicut si sit locus meridionalis sed ex pte meridionali altissimos h3 mōtes qui impediūt flatū austri: ⁊ accessuz solis in ipsoz: ex parte aūt aqlonis patēt vēto aquilonari ⁊ tunc iterū ex ꝓprietatibus loci ⁊ tēporis resultat tēperies in aere inferiori: ⁊ ideo ros in eo generabit. Lz autem ista diuisio multipl'r possit variari. s. q possit ex vtriusq3 loco ⁊ tēpore calidis per se vel ex vtriusq3 frigidis per se: vel ex vtriusq3 calidis per accn̄s. vel vtriusq3 frigidis per accn̄s. vel ex loco calido per se ⁊ aere frigido per accidēs: vel ecōuerso ex aere calido per se ⁊ loco frigido per accidēs: vel ex loco frigido per se ⁊ aere ⁊ calido per accidens: vel ecōuerso ex aere frigido per se: ⁊ loco calido per accidēs: tn̄ qz prime q̄tuor cōbinationes nō sunt gn̄atiue roris ꝯtentes aūt vt ꝯstat per antedicta: Phs nō tāgit nisi duas que in q̄tuor modis diuersificant ⁊ he sufficiūt ad sciēdum causam gn̄ationis roris in aere inferiori pruina aūt semper generat in inferiori aere non a tepore frigidi ⁊ calidi: sed potius a congelatione preoccupante spissationē vaporis in nubem: ⁊ ꝯuersionem nubis in aquam: que ꝯgelatio est frigoris excellentis in aere inferiori.

¶ Cap. xi^m. De ꝯuenientia roris ⁊ pruine in duob⁹. s. in tēpore eleuationis vaporis: ⁊ in hoc qd̄ neutrum est in supremis montibus altis.

Conuenit aūt pruina ⁊ ros in duobus: quorum vnū est q vapor nō eleuat qn̄ flat vētus sed potius in sereno. si eni flat vētus aut ille erit aquilonaris aut meridionalis aut orientalis aut occidentalis: ⁊ siquidē est aquilonaris frigidus ē impediēs eleuationē causati vaporis. Si autē meridionalis ille ꝯgregatiuus est nubiū ⁊ trahit serenitatē: ⁊ tūc iterū nō eleuat vapor subtilis sed spissus qui est mā pluuie. Si autē3 est orientalis ille est calidus eo q sol diu agit in ipsum sicut dicet infra in tertio: nō pmittit in vapore siccuz esse equale frigidū. Si autē est occidētalis ille pluuiosus est nō habēs vaporē purū ⁊ clarū qui est mā roris vel pruine: oēs aūt scdarij venti ꝓprietates sequunt principaliū: ⁊ ideo flante vēto aut non eleuat vapor roris ⁊ pruine: aut si eleuat ad formā roris vel pruine nec pōt puenire: ⁊ sic intelligit dictuz pbi qd̄ dicit q vapor roris eleuat in sereno ⁊ nō eleuat quando flat ventus alioquin ꝯdiceret sibi infra statim in primo vbi dicit q ros fit qn̄ flat auster nō septētrio: hoc eni est verū de mā roris que eleuat in austro: sed austro durāte mā hec ad formā roris nō puenit sed potius in sereno austro succedēte: ⁊ hoc est etiā verū de mā pruine. Cōueniūt autē in hoc etiā ros ⁊ pruina q neutrū eoz gn̄at in supremis mōtibus altis: alij enim sunt montes: alij alti montes: ⁊ alij supremi montes alti. ¶ Mōtes eni alij sunt supra cōmunē terre circūferētiā sed nō excedētes primā aeris tunicā in quo sit virtutes radioz solis. Sed mōtes alti sunt qui addūt sup mōtes in eleuatione ⁊ excedūt terre circulū ⁊ primū aeris interstitiū qd̄ frigidū est: ⁊ ideo in eis sunt niues ꝑpetue ex quarū cōpressione in ꝓfundo gn̄at crystallus ⁊ beryllus: ⁊ alij huiusmodi lapides a quibus naliter remouet calidū. Alij sunt mōtes supremi alti qui super istos addūt in eleuatione ⁊ excedūt scdm aeris interstitiū ⁊ ꝑtendunt vsq3 ad tertiū īlōge in ipso exaltari vsq3 ad aerē qui siccatus est calore nō veniente sed excedēte aeris humorē ⁊ in illis nec pruina nec ros generat in sublimi ipsoz: cuius duas causas dicit esse phs: quarū vna est q caliditas vehemēs est in eis locis que sunt in supremis mōtibus illis: ⁊ ideo anteq3 vapor ascēdat ad cacumina eoz soluit in aquā ⁊ descēdit in vallē. altera aūt est qz aer nō lōge supra cacumina illoz mōtium inflāmat ⁊ calefit calefactione vehemēti: ⁊ etiā si aliquid posset frigidū aeris locū trāsire de vaporibus ⁊ puenire vsq3 ad cacumina eoz illud ibi resoluit in aerē ⁊ ideo nō generantur inde ros aut pruina. Isti sunt montes de quibus legit in chronicis q phi ascēdētes in eos causa philosophādi secū portauerūt aquaz in vase: ⁊ spōgeam vt spōgis in aquā missis ⁊ ori applicatis attraherēt sibi frigidiorē ⁊ crassiorē aerem ad refrigerium pectoris vt aliquādiu ibi subsistere possent.

Nota de m[illegible] c[illegible] tium.

¶ Cap. xii^m. De gn̄atione roris ⁊ pruine in corintho.

Dein aūt iterū q lz vbiq3 flat ros quātū ad mām humoris flante austro. ⁊ mā eius abscindit flante aquilonari vēto: tūc est aliquis locus in quo fit oppositū: qz gn̄at in eo mā roris flante aquilonari: ⁊ ꝑcidit flāte austro sicut est Corinth⁹: ⁊ hoc ideo est: qz auster in eo serenat ⁊ ꝑcidit mām vaporis ⁊ aquilo in eo eleuat vaporē ⁊ ꝯgregat eum ⁊ inspissat ⁊ ꝯuertit in rorē ⁊ pruinā: vnde cuz flat auster nō fit vapor eleuat⁹ in eo ros. qz separat ⁊ dispargit ab eo austro. Sed cū flat septētrio tūc vētus ipse inspissat vaporē: ⁊ fit in loco illo ros. huius aūt causam dicit esse: qz frigus septētrionis ꝯtrarium est caliditati austri: ⁊ ideo cum caliditas austri in Corintho segregat ⁊ disgregat partes vaporis eleuati tūc ex opposito frigus septētrionis spissat eas ⁊ ꝯuertit in rorē ⁊ in pruinā. ¶ Hec aūt causa pbi obscura est: qz si calor austri ideo ⁊c. qz auster calidus est vētus separat partes vaporis: ⁊ ideo abscindit rorē ⁊ aquilo frigiditate sua spissat vaporē: ⁊ ideo generat rorē ⁊ pruinā: cum vbiq3 auster sit calidus ⁊ vbiq3 aquilo frigidus. vbiq3 debet austri ascidere pruinā ⁊ rorē ⁊ vbiq3 aquilo pruinas ⁊ rorē facere qd̄ sensibil'r falsuz est. ¶ Et ideo sciendū q auster ꝓpter tria facit vaporē humidū: qz aliqn̄ ꝯuertit in rorē ⁊ in pruinā: aliqn̄ ex eo eni3 q calidus est apit terrā ⁊ facit exhalare humidū: ex eo autē q humidus est nutrit humorē: ⁊ ex eo q flatus est tortuosus sine fiexuosus ⁊ inuolutus est vaporē eleuatū inspissat ⁊ ꝯgregat in aerē ⁊ in pruinā. hoz aūt triū opposita habet aquilo: qz est frigidus ⁊ siccus ⁊ recti flatus ⁊ per frigidū quidē stringit terre poros ne exhalēt vaporē. per siccū aūt ꝯsumit eleuatum vaporē ⁊ astringit eum ⁊ per hoc q est flatus recti dissipat partes nubiū ⁊ nō permittit eas cōgregari ⁊ inspissari. Quare aūt hec attribuant istis vētis īfra in tertio libro huius sciētie ratio assignabit. ¶ Dicendum ergo q in Corintho auster per accidens efficit calidus ⁊ siccus ⁊ recti flatus ⁊ lz sic calidus vbiq3 tamen ibi efficitur excellentis caloris ⁊ ꝯsumentis vaporem. Aquilo autem temperate frigiditatis ibi efficitur ⁊ humidus ⁊ reflexiui flatus. ⁊ huius quidem causaz oportet esse q Corinthus sicca fit sic q pars austri terram adiacentem habeat siccam vehemēter ⁊ arenosam nec possit auster venire in Corinthū nisi per illam terrā: qz tunc siccatur humor eius: ⁊ cum humor fuerit causa flexuosi flatus sui amittit flexuositatem suaz ⁊ efficitur recti flatus: ois aūt ventus qui recti est flatus dissipat partes nubium ⁊ precidit rorem ⁊ pruinam: in Corintho autem ex parte aquilonis oportet esse maria vel paludes motas vel vtrunq3 in quoz vaporibus temperatur frigiditas aquilonis ⁊ humorem accipit: ⁊ ideo statim flexuosi flatus efficitur: ⁊ ideo per frigus temperatum non impedit eleuari vapores per humidū autē auget humorē in ipsis: ⁊ per flexuositatē spissat partes eoz: ⁊ facit conuerti in aquas roris aut pruine.

Dubium contra philosophum

Solutio

¶ Cap.

¶Cap.14m. Et est digressio de generatiõe roris exiccantis herbas: et de generatione mannatis.

Est etiam preter ea que dicit phs attendendum q̃ generatio roris aliquando est in vapore q̃ mul tũ hȝ humidi aerei et subtilis terrestris sicci et nõ eleuaꝰ nisi in tẽpore caumatis qui cum ele uaꝰ dirigitur caliditate aeris humidũ aereũ directiõe bona et permiscet ei fortiter terrestre siccũ: et postea frigore temperato pinguescit humidũ aereũ: et cadit ros pinguis et viscosus ad modũ mellis super herbas et folia arborũ: sole aũt agente in ipsum euaporat humidũ et comburitur in ipso terrestre siccũ et efficitur ac si forma sub tilis sit sparsa super herbas et arborũ folia: et sua siccitate exic cat eas et cõburit et inducit sterilitatẽ in eis. herbã autem sup quã cadit ros ille appetitu vehementi comedũt ouilia. et p̃ cipue oues: et q̃ mel nõ decoctum soluit vẽtrem ideo oues multũ de ipso comedẽtes fluxu ventris moriunꝰ: et cũ sit ca lidum et siccũ nutrit cholerã in eis: et ideo inueniunꝰ ille oues morbide frequenter crocee interius quãdo aperiunꝰ per in cisuras. Q̃ autem verũ sit qd dictum est restatur Auicenna in secũdo libro canonis vbi loquitur de simplicibꝰ medicinis: dicens q̃ mel est occultus ros cadẽs super flores et alias plã tas et super lapides qd apes colligunt aliquãdo est ros ma nifestus qui possunt colligere hoies in idẽ aũtẽ redit gene ratio mãnatis q̃ manna fm Auicẽnã est ros et est de genera tione mellis in terris calidis cadẽs spissũs melle cõl et exic catur et multũ virtutem cõtrahit ab eo super qd cadit.

¶Cap.15m. De generatione pluuie et niuis in cõmuni et de differentia eorũ ad rorem et pruinam.

In pho vbi supra.

Post hoc aũtẽ notandum est q̃ ex nube nunq̃ aqua frigida cõgelaꝰ nisi in loco vbi nubes sũt et ex vaporibus nubes fiũt. ille aũt est locus me dius aeris qui inter oẽs est frigidus: ex illo aũ tẽ loco nubiũ ad terram descẽdũt tria corpora: quorũ oĩuȝ generatio et eẽ ꝓpter frigus est sic p pter cãm efficiẽtẽ. Sunt eni hec tria aque pluuie et nix et gran do: quecunq̃ eniȝ ab aere descẽdũt aut descẽdunt congela ta aut nõ congelata. Si cõgelata descendũt aut sunt conge lata simul et cõuersa in aquã aut sunt prius in aquã cõuersa et postea congelata: quecunq̃ descẽdunt nõ cõgelata sunt sic pluuia: et que descendũt cõgelata quorũ cõgelatio fuit simul cũ conuersiõe in aquã sunt sicut nix: que aũtẽ descẽdunt con gelata ita q̃ cõgelatio sequebaꝰ cõuersionẽ sunt sicut gran do. Differẽtia ergo corporũ descẽdẽtium ab aere penes for mã accepta nõ est nisi per tria diuidẽs corpora: vnde corpo ra descẽdentia ab aere sub istis accepta sunt duo scilicet: quia descendũt flaxa hoc est nõ cõgelata: vel descẽdunt termina ta hoc est cõgelata. Sũt aũtẽ duo eo q̃ cã generationis eorum est vna. s. frigus simplex et frigus excellẽs: et iȝ plura nũero in ueniaꝰ cũ reducunꝰ fm formã ad ista q̃ diuersitas eorum nõ est nisi in paucitate et multitudie tñ: quia et nix est pruina multa differẽs fm accñs ab ipsa qd est durities: et pruina est nix pauca differẽs fȝ accñs qd est mollities sicut aũ diximꝰ. Silr aũtẽ ros est pluuia pauca et pluuia est ros multus p ac cidẽs differẽs qd superius est determinatũ. pluuia enim est multꝰ ros ideo q̃ pluuia nõ nisi ex vapore multo qui ifrigi datus est et cũ illiꝰ est tẽpus locus et frigiditas. Tẽps qdẽ est: qñ remanẽtia vaporis roscidi in alto est dies vnus q̃ ĩ die eleuatur tẽpore sereno et in nocte descẽdit: nix aũtẽ est de va pore pruine. Sed vapor pluuie et niuis remanẽt tẽpore plu ri: q̃ multi sunt et diu agit in eis calor eleuãs et frigus inspis sans in nubẽ et cõuertẽs nubẽ in aquã. vel et cõgelans in gla tiem. Silr locus generationis roris strictꝰ est sicut et locꝰ ge nerationis eius per se siue generationis per accñs eius: q̃ in ferior locus ꝓ tãto districtꝰ est: q̃ nõ multũ est a terra eleua tus sed amplius et dilataꝰ est locus generationis pluuie et niuis. q̃ totꝰ locus medius vbi dilatatũ est frigus est locus generationis pluuie et niuis. Silr frigus tẽperatũ est generans rorem sed intẽperatum nõ excellẽs generat pluuiam excel lens aũt generat niueȝ et pruinã: qñ sicut iam ante habitum est pruina fit ex vapore congelato anteq̃ spissareꝰ in nubem et nõ in loco medio qui est locus nubium. Nix aũtẽ est ex nu bibus inspissatis et cõgelatis paulatim egrediẽte calido cu ius signum est: q̃ nix cadit mollis et pruina cadit dura: quia mollities niuis fit ex hoc q̃ pars caliditatis nubis resoluit duritiẽ eius cum cõgelatur: et ideo nõ rigescit q̃ partes va poris et nubis cũ congregarentur nõ potuerunt adeo cõgre gari cõgregatione q̃ indurarenꝰ per oppositum aũtẽ est de pruina q̃ cõgelatur vehemẽter ex frigore loci et tẽporis vt supra diximus et expelliꝰ totũ caliditas ita q̃ nihil est ipediens qui frigus cõuertat in rigorosiorem partem vaporis vehe menter congregando et contrahendo per congelationem.

¶Cap.16m. Et est digressio declarans mãm niuis.

Est aũt hic sciendũ de generatiõe niuis quo ad mãlem cãm ipsius et locũ generationis: et efficiẽs et figurã siue formã est aũtẽ materia niuis in pte iam ante dictũ qd est nubes calida. Cum eniȝ sol radijs calefacit inferiora elemẽta eleuat ex eis vaporeȝ in quo est vis caloris. qui calor et secum inducit multũ de aerea substantia qui postea eleua tus ad locũ frigidum inspissaꝰ in nubem: et frigidũ loci inci pit expellere calidũ: et si frigus illud est excellens: aut expellit subito calidum ante cõuersionẽ nubis in aquã: aut expellit non subito: et siquidem subito expellit tunc fit dura cõgelatio ex illo sicut ex pruina. Si aũtẽ non subito tunc calidumꝰ aereũ non temperatũ qd congelationẽ impedire non põt remittit tñ effectuȝ maximi frigoris qui effectus est indurare conge latuȝ: et ideo nix cadit mollis manibus impressibilis de faci li. Ex hoc etiaȝ pȝ q̃ iȝ prima materia humidatum impssio nũ. s. roris et pluuie et pruine et niuis sit vna: nõ tamẽ imedia ta materia est vna: q̃ prima mã niuis est nobis nubes cali da multum in sua eleuatiõe habens de aereo introducto in materiã per calidum eleuãs vaporem vnde facta est nubes qd nõ habet in se materia pluuie que nubes est frigida: ne q̃ materia roris que est vapor tẽperatus et subtilis. Differt aũtẽ a materia grãdinis q̃ nubes que est mã grãdinis. vt infra habebiꝰ: est nubes calidissima a qua totuȝ simul egre ditur calidũ. Sed a nube niuis egreditur paulatim. ¶Est propterea sciendũ q̃ vapor niuis multuȝ hȝ de terrestri ad mixto: et ideo est de vaporibꝰ qui ex aquis in terra currẽti bus eleuaꝰ: cuius signũ est q̃ aqua niuis liquefacte non est pura: et q̃ frequẽter sordidanꝰ manus qñdo lauanꝰ niue liquefacta: et ideo et aque niuis resolute fecũdãt multuȝ ter ras et faciunt crescere semina: quia calidum paulatim egre diens temperat in eis frigiditatem et sunt bone commixtio nis cum aereo et terrestri.

Nõ q̃ia ma terie proxi me roris plu uie pruine et niuis sunt di uerse.

Propter qd niues fecun das reddunt segetes.

¶Cap.17m. Et est digressio declarans loca generatiõis niuiũ.

Locus autem generationis niuiũ est locus me dius frigidus illis de causis que sepe dicte sũt. Locus aũtẽ ille non est generatiuus niuiũ fri gido excellenti nisi quãdo frigus est vbiq̃ spar sum in aere q̃ tunc nõ est ita acutũ sicut quan do per calidũ sparsum in aere expelliꝰ ad vnuȝ locum: cum aũt frigus in sparsuȝ nõ sic nisi principalr in hye me et secũdario in fine autũni et in pncipio veris ꝓpter collẽ ctionẽ quã hȝ cum hyeme: pȝ iã causa quare nix nõ generaꝰ nisi in hyeme vel in fine autũni vel in principio veris. Sunt tamẽ loca vbi frequẽtiꝰ generaꝰ nix q̃ in alijs: sic loca aglona ria lõge distãtia ab equinoctiali circulo vel loca mõtuosa. Qd aũt nix multa generaꝰ i locis aglonaribꝰ cã ẽ. q̃ frigiditas est multa in locis illis ꝓp obliquũ respectũ solis ad illa loca: est ergo frigus semp sparsuȝ i locis illis. vl' ꝓ multũ tps: et ideo frigus i locis illis nõ ẽ expulsuȝ ad vnũ locũ: et iõ nõ ẽ acutuȝ in opatiõe sua: et cũ tñ sit excellẽs: tale aũt frigus generatiuũ ẽ ni uiũ: et iõ regiões ille multarũ niuiũ sũt. Loca aũt mõtuosa va porosa sũt vehemẽter: et q̃ iter se ꝓuocãt vaporẽ: iter se in spissant eũ: et frigus est diffusum iter loca illa omni tpe: eo q̃ attingũt ad locũ mediuȝ frigidũ: et ideo ibi multe niues ge neranꝰ et in altioribus mõtibus perpetuo cõseruanꝰ: ex his pȝ etiam per oppositũ q̃ loca plana meridionalia vel nõ ha bent niues vel paucas habent et non diu conseruant eas.

¶Cap.18m. Et est digressio declarãs de cã efficiente generatio nis niuis: et de dispositione nubis niuose.

Causa ꝟo efficiens niuium concomitans niueȝ est frigus expellens nõ impulsum ad vnum lo cum sed sparsum per aereȝ: et hoc qdem voca mus multum frigus in antecedẽtibꝰ istius li bri. Causa aũtẽ concomitans dispõnem niuis

que est mollities calidum aereum est paulatim existẽs a nu
be niuis: nihil enim inconueniens est duo contraria esse hoc mo
do in eodem q vnũ sit vt egrediens alterum vt ingrediẽs: et
vnũ sit vincens alterum remittens aliqd de excellentia ipsius est
autem frigus illud propter sui excessum in multitudine cõpre
hendẽs nubẽ: et partes eius antequam ad aquã possint cõuerti:
qa cum calido paulatim expellitur in aerẽ. Ideo duo signa hz
vulgus aduentus niuis in primo: tum enim aer turbidus est
clara turbatione ad albedine in superiorib᷒ aeris declinan
te signũ accipit vulgus q illa nubes que nunc turbat serenita
tem aeris est nubes niuis: qa nubes pluuie est obscura et ma
gis spissa et magis se trahẽs ad vnum locũ aeris cum nubes
niuis multũ habeat immixtum de aereo: et ideo alba et sic pre
occupata frigore ante multã spissationem suã. Et ideo sparsa
per aerẽ: et ideo visus diffundit in ipsa. Aliud autẽ signũ est
q cum sentit aer calefieri aliquantulũ post visionẽ talis nu
bis in hyeme qa tunc pnosticantur in primo niuem debere
venire cuius cã est qa iam calidũ nubis cũ aere inducto pau
latim incipit expelli a nube: et hoc est cũ iam incipit cõgelari
post qd prime sequitur descensus niuis. Ex his pz quare cũ nin
git vbique obscurũ esse videtur celũ alba quadam obscuritate: sed
cũ pluit est obscurũ nigra obscuritate et nõ vbique nisi raro: qz
s. nubes niuosa sparsa est et dilatata: pluuiosa autẽ coacta est et
quasi ad aquã reductam: et ideo minorẽ locũ occupat quam niuosa.

Signa future niuis.

¶ Cap. 19m. Et est digressio de forma niuis et effectu quãdo
diu conseruatur.

Ex dictis autẽ facile sumitur causa figure et forme niuis: necesse enim est niuem esse albã eo q ipsa sit materialiter de perspicuis quare cõcreto in partib᷒ diuaricatio: omnes autẽ tales ptes multum recipiũt de lumine inter se et ideo sunt albe: tamẽ visum terminãtes: sicut in crystallo cõtrita pz vel vitro contrito vel quolibet alio perspicuo nõ colorato q autẽ ista velut partes lane distracte cadit causa est: qa frigido multo preoccupante per frigidã cõuersionẽ eius in aquã est cõgelata: et ideo sicut partes nubis late sunt velut lane partes quedã ita sunt et ptes niuis ex tali nube mõ predicto generate: quia vo de cã mollis sit sepius iam dictum est: sed cũ cecidit nix si diu cõseruetur durescit multiplicato frigore circa terras sup quas cadit. Pōt et tãtũ intẽdi frigus ex multitudine niuis: q niuem cõsolidat in glaciẽ: et si perpetuo frigore vniuersaliter calidum a glacie auferatur erit crystallus vel beryllus vel alius lapis de humido aqueo generabilis frigus enim in illis poros adeo cõstringit q calor sequens ingredi nõ põt in partes lapidis liquefaciendo et resoluendo humidũ qd est in eis: et ideo facilius igne cõsumũtur quam liquefiant. Signũ autẽ huius cõstrictiõis est duritia lapidis que limari non potest neque dolari et cum collidit ad chalybem vel ad aliũ valde durum educet ignis ex collisiõe rali erit autem tractatus de his in libro de Mineralibus.

¶ Cap. 20m. Et est digressio declarans qualiter nubes ispissatur in pluuiam.

Post hoc autem de pluuia dicemus de materia et efficiente ipsius cõsiderantes et de loco sue generatiõis et quare cadit in guttis rotũdis. De materia autẽ pluuie cõiter ab Aristo. et ab aliis traditur: q materia prima pluuie sit nubes aquosa frigido medii loci inspissata. ¶ Sz tunc questio est Antos phi quare nubes spissantur in aquã. Obiicit enim sic aut nubes cadit in vacuũ qd habet inter se: aut pcedit in partem aliam. Si caditur in vacuũ qd habet inter se ergo vacuum est intra illud aut est corporeũ aut incorporeũ. Non incorporeum: qa omne vacuum est spatium corporalium superficiei nõ hñs corpus vt dicunt ponẽtes vacuum. Si autẽ est vacuum corporeum hoc est iter incõueniens vt demonstratum est in physicis ergo nõ cedit vacuũ. Si vero cedit pars in partẽ hoc iter nõ põt esse: qa sicut nõ possunt duo corpora esse in vno loco ita nõ possunt due partes corporis eẽ in vno loco. oporteret autẽ si pars cedit in partẽ q ambe ptes erũt in vno loco. ¶ Adhuc autem obiicit Antos phs cum nubes cõtrahitur in medio aut pars prima medio sequitur partem aut non. Si nõ sequitur tunc oportet q laceretur pars nubis parte nubis qd est falsum. Si autẽ pars sequitur partẽ eadem ratione tertia pars prima secunde partis sequitur illam: et sic de aliis vsque ad vltimam: ergo quelibet pars nubis proximiori centro efficitur. Si autẽ sic est aut corpus cõtinens nubem etiã sequitur nubem aut non. Si nõ sequitur nubem tunc erit vacuum intercipiens extremitatem aeris cõtinentis et nubis contente: et sic iterum vacuũ est aliud in natura. Si autem sequitur tunc eadem rõne pars cõtinentis remotior a cõtento sequitur partẽ cõtinentis propinquiorẽ contento et sic vsque ad vltimã superficiem ignis que etiã contrahitur et efficitur corpori spissato ppinquior: ergo tunc oportet q vel celũ sequatur partẽ illam vel erit vacuũ inter cõcauum celi et vltimã ignis superficiem quorum vtrumque est incõueniens: ergo nihil videtur spissari vel rarefieri posse. ¶ Adhuc autẽ dicit Antos qd mirabile videtur spissari si vno spissato corpore tot᷒ mũdus spissetur vel vno rarefacto tot᷒ mũdus rarefiat. ¶ Adhuc autẽ quid est rarefaciens vel inspissans cõtinẽs corpus: bene enim videmus quid spissat nubẽ cõtentã. Sed nõ est aliqua qualitas quare corpus cõtinens inspissetur et iterũ continens illud: et sic vsque ad concauum celi. Si forte tu dicas q nube spissata contrahuntur partes et aereũ egreditur de nube qd implet spatiũ qd remanet inter corpus cõtinẽs et cõtentum: hoc non põt esse: qa aereum inclusum nõ est multũ: et ideo nõ posset implere illud spatium. ¶ Adhuc autẽ hec solutio nõ est generalis: qa sepe fit rarefactio spissi et spissatio rari preter hoc q aliqd introducatur in rarum vel aliqd emittatur de spisso: et tunc eadẽ est difficultas quã obiicit Antos phs. Ideo dicendum videtur q sicut dicit Aristo. substantia sine aliis predicamentis sola accipiatur indiuisibilis est. Sed addita sibi quãtitate diuisibilis efficitur. Sic autem q partes materie quãte diuidũtur rarũ et densum: et ideo substãtia receptibilis est rari et densi absque alicuius alterius inductiõe vel emissione in ipsam vel ex ipsa et absque hoc q pars cedat in partem in denso vel recedat a parte in raro. Est enim densum cui᷒ partes sunt propinque et est eorum quantitas parua: et ideo quo ad quãtitatẽ immorantur: et ideo quelibet in locũ minorem cõtrahitur sed nõ vna cedit in aliã: econtrario est in raro: qa rarum est cui᷒ partes distant nõ propter interpositionẽ vacui: sed ideo qa in maiorem quãtitatẽ dilatantur. Qd autem querit Antos quid faciat aerem sequi nubẽ cõtractam vt terminus eius attigat termino nubis dicẽdum q calidum expulsum per frigidum cũ istud sit calidũ in aere circũstante rarificat aerẽ: qz nubes frigido cõbitur. et per hoc pz solutio dubitationis Antos.

Solo pha

¶ Cap. 21m. Et est digressio declarãs causam efficiẽtẽ pluuie: et quare cũ impetu cadit et quare generat aialia quedam.

Causa autẽ efficiẽs pluuie est frigidũ ipulsum in nube a circũstante calido: et ideo frigido tẽpore non pluit. Sed pluuia post gelu signum est resolutionis in aere. Est autẽ calidum istud in toto aere diffusum et nõ in vna pte ei᷒: et ideo vndique a se expellit frigidũ qd in nubẽ veniẽs cõprimit nubem et pp expulsionẽ cum impetu descendit aqua pluuie. Sz vehemẽtior est impet᷒ in estate quam i hyeme: et qa nũc calidum vehemẽtius expellit frigidũ qd soluit nubẽ in aquã: et ideo post serenũ tps impetuosiores sunt nubes quam alio tpe: et quia in impetuosis pluuiis et plus est de frigiditate expulsa ab aere. Frigiditas autem est qualitas mortificatiua: ideo vehementes pluuie non bene conueniunt plantis sed post᷒ pluuie suaues sine violentia descendẽtes: qa in illis est plus de calido: et ideo similes sunt rori. Quia autem pluuia fit de vapore multum habente terrestri: ideo cum inquin est aliquando cum pluuia generantur plurima animalia aquatica sicut ranũculi et vermes et aliquãdo pisces parauli. ¶ Cuius causa est qa calidum qd est in nube cum euaporare incipit secum trahit subtile humidum qd in se habet aliquid de subtili terreo bene cõmixto et ideo est viscosum: cum autẽ viscosum reducitur ad aerẽ incipit durescere et constare et vertere se in pellem quandam in qua continue pulsans calidũ efficit spiritum cui additur aia sensibilis virtute stellarum et tunc fit animal. Causa autem q hec animalia sunt aquatica est qa in tali pluuia vincit aqua. Signum autẽ huius est q aqua pluuie hausta et custodita generat vermes et cum diu steterit et subtile terreum ad fundum resederit efficitur clarior quam fuit et qa tunc simplici aqua subtilior est vermes nutrire non poterit: et ideo tunc vermes moriuntur et resident ad fundũ cum subtili terreo qd fuerat aque permixtum.

Propter qd pluuie vehementes plantis nõ prosunt.

Propter qd aialia quedam aquatica ex pluuia gñant.

Cap. xxiii^m. Et est digressio declarans locum generationis pluuie. et quare frequentius et diutius pluit.

Locus vero generationis pluuie est per se et per accidens. per se quidem locus generationis eius est locus medius secundum inferiorem sui latitudinem eo quod caliditas vaporis non est multum magna: ad illum enim locum vndique expellit frigiditas que conuertit nubem in aquam per accidens tamen etiam generatur pluuia in inferiori loco cum frigiditas superior deprimit illuc. quia autem vapor pluuie est quasi medius et facilioris eleuationis quam alii vapores humidi: ideo frequentius pluit quam apparet aliqua aliarum impressionum: et ideo etiam hec impressio primarum qualitatum habet omne tempus: quia et hyeme et estate pluit et in vere et in autumno. Causa autem quod diutius continuatur pluuia quam nix vel grando est: quia propter facilitatem sue eleuationis vapor prius eleuatus continue nutritur a vapore consequenter eleuato: et pluuia precedens est materia sequentis: quia ex precedenti madescit terra quam necesse est iterum vaporare ex calore radiorum solis. Est etiam non preteriendum quod dicit Algazel: quod pluuia generatur spissans in loco vaporem ex hoc ipso quod locus ille frigiditate sua reflectit vaporem in seipsum non permittens ipsum vlterius ascendere vel disgregari: et preter hoc quod aliqua caliditas circumstantias aeris frigus expellit in nubem: et huius exemplum dat in caldaria plena aqua bulliente et cooperta quod non propter frigus sed propter reflexionem vaporis ad operculum plurimas generat guttas in caldaria distillantes. Huius autem signum est in ventribus animalium qui sine dubio calidiores sunt in hyeme quam in estate: tamen propter clausuram pororum in hyeme generant flegma vapore stomachi reflexo a pelle corporis et in estate choleram istius propter oppositum: in estate enim pori aperiuntur et expirat vapor subtilis et non remanet nisi terrestre combustum subtile: et hoc est nutritiuum cholere: in hyeme autem oppilantur pori: et ideo reflectitur vapor et conuertitur in aqueum humidum reflexus a pelle combusta in poris.

Cap. xxiii^m. Et est digressio declarans figuram guttarum pluuie.

Figura autem guttarum generaliter que quidem in pluuia est rotunda. Sed tamen differunt iste per guttas magnas et paruas: et quandoque descendit gutta minutissima sicut aqua cribelletur minutatim. Rotunditatis autem nulla alia est causa quam grauitas aque que ex nube generata est: cum enim quelibet pars gutte festinet descendere vna mouetur ad aliam quanto citius et propinquius potest: non quod vna distat ab alia per angulos quia tunc magis distaret a centro gutta que est in angulo quam que est in linea anguli contundente: et ideo oportuit rotundari guttas. Quare autem necesse est guttas fieri multas paruas sine magnas infra dicetur vbi agemus de generatione guttarum magnarum. Magnitudo autem et paruitas guttarum causatur ex nube calidiori vel frigidiori: quia calidior vndique dat introitum frigori et ideo conuertitur in maiores guttas. Minus autem calida non sic patula est frigori et ideo conuertitur in minores: quia illa est spissior et diutius tenet calidum eleuans quam subtilis et calidior: enim autem frigus nubis non est expulsum a circumstante calido et nubes est multum spissa et repressa iuxta terram non longe distans a terra tunc per frigus noctis vel distante sole in circulo obliquo efficitur aer quasi sudans guttulas quasi cribellatas: quia pauleatim vadens in talem nubem ingreditur frigidum et debile est frigidum illud et nubes paulatim amittit calidum et humidum aereum: et ideo tunc aqua venit quasi de cribris. hec ergo de pluuia dicta sint.

Cap. xxiiii^m. De loco vbi generatur grando.

Redeamus autem ad summam Aristo. determinantes de grandine ea que a philosopho dicta sunt de ipsa dicit enim Ar. quod grando fit in nubibus longinquis a terra et eius grandis est causa caliditas que est in vapore ascendente a terra. Cum autem dicit philosophus quod fit in nubibus longinquis a terra: et etiam credat quod grando magnarum partium fit prope terram videbitur esse contrarietas in dictis philosophi. Ad quod intelligendum notandum quod grando duo habet loca sue generationis vnum scilicet per se quod est secundum congruitatem sui vaporis nullo alio impediente et cum grando fit ex nube calidissima ratio est quod calidissima virtute calidi altissime ascendat secundum quod vapor grosse humiditatis potest eleuare: hoc autem est vsque ad locum medii interstitii aeris secundum mediam illius interstitii latitudinem que frigidissima est inter omnia spatia aeris. Si autem aliquando repressa ab alto occurrit infrigidatio vapore eleuato tunc conuertitur inferius: et sic sue generationis habet duo loca grando. In grandine autem est hoc magis quam in aliis impressionibus humidis: quia grando ex nube calidissima generatur que vndique aperta est frigori: et ideo vbicunque inuenit frigus ad se expulsum in omnem sui partem suscipit ipsum: et ibidem grando generatur. non enim locus grandinis sic per se^m in naturis et habeat rationem efficientis principii: quemadmodum patet non habet agere locus nisi per virtutem actiue qualitatis que est in corpore cuius superficies est locus: et ideo si locus superior longinquus a terra per frigus ad se expulsum est generans grandinem ex eadem causa si frigiditas equalis in loco inferiori inueniatur locus inferior grandinis erit generatiuus.



Cap. xxv^m. De tempore generationis grandinis ex quo etiam scitur quare sepius fit in locis calidis quam frigidis.

Licet autem sic dictum sit in communi quod grando generatur ex nube calidissima in loco longinquo a terra: tamen non sufficit talis determinatio in rebus naturalibus: sed oportet in propria natura et secundum propria determinare vnumquodque naturalium: et ideo necessarium est nobis determinare qualitatem generationis grandinis: et primo de tempore generationis eius: videmus enim quod iuxta terram aqua congelatur in hyeme: et ideo tempus congelationis aque est hyemis: et in grando tamen fit congelatio aque quedam non fit in hyeme nisi raro sed sepe fit in vere hora fructuum. Adhuc autem dico sermone vniuersali quod grando fit in locis multe serenitatis in quibus sol fere tantum consumit de vapore quantum eleuat propter magnam caliditatem solis in locis illis: ideo quod in talibus locis nubes que euadunt solis calores quod non consumuntur sunt calidissime. et hoc fit frequentius in eis tempore calido. In locis autem frigidis et temporibus frigidis et precipue in locis que sunt sempiterni frigoris fit non adeo frequenter talis eleuatio calidi vaporis: loca autem sempiterni frigoris sunt aut montuosa vsque ad medium interstitium aeris ascendentia aut sunt multum aquilonaria latitudinem septimi climatis excedentia: ex hoc quod locus calidus et tempus calidum quasi ministrant materiam grandini sequitur quod grando frequentius fiat in tempore calido quam in tempore frigido: quia tempus calidum simile est loco calido: et tempus frigidum simile est loco frigido in causando materiam nubis calidissime: cuius quidem causa est: quia calor frigori est contingens: et ideo sicut frigus spissat nubem ita calidum distrahit et disgregat eam et prebet eam vndique apertam frigori ad ingrediendum sicut corpora rare substantie et porose facilius multum frigore leduntur quam corpora spisse sicut ea que paucos et strictos habent poros vnde corpora mulierum minus leduntur quam virorum et flegmaticorum minus leduntur quam cholericorum et sanguineorum: ex caliditate quidem nubis aperitur nubes et recipit frigus ad interiora nubis. In hora autem caliditatis calor est vndique expulsus in aere: et ideo totum frigus ab aere expellitur ad vnum locum et ibi vehementer multiplicatur quod multiplicatum in nubem totum ingreditur et congelat aquam in grandinem eius: sed in temporibus frigidis frigus dispersum est in aere toto: et ideo nusquam multiplicatur vnde locus proprius nubibus non habet tunc frigus nisi commune aeri nisi contingat hoc per accidens. scilicet quod calidis vaporibus replentibus vndique aerem frigus ad locum nubium expellitur tunc enim non posset in hyeme grando generari. Sed tunc potest esse dubium quare grando non generatur frequentius in estate cum hoc tempus sit calidissimum: et qualiter non frequentius generatur tamen autumnus secundum solis motum equalis sit propinquitatis solis sicut est tempus veris. Cuius causa est: quia ideo raro generatur in estate quia calor solis tunc fortius existens plus secundum naturam consumit de humore quam eleuet: et ideo tunc exiccat terram et aerem et inducit maturitatem fructibus: et ideo precedit secundum plurimum materiam grandinis et aliarum humidarum impressionum in autumno precedens estas exiccauit locum aeris et terram: ita quod temperatum frigus autumni non potest inducere paulatim humidum ad mitigandum siccum quod estas induxit. Sed in vere calor veris inuenit in superficie terre natans humidum quod frigus hyemis induxit tamen ex pluuiis tamen ex conuersione aeris in aquam: tamen etiam exprimendo ex terra: et ideo tunc agit in humidum et facit multam materiam vaporum humidorum.

Cap. xxvi^m. Et est digressio docens materiam grandinis.

Oportet autem nos hic digredi vt manifestemus expressius materiam grandinis: et eius causam efficientem: quia locum et tempus eius iam scimus ex sententia philosophi. Est autem (vt dictum est) materia grandinis nubes calidissima hoc est de vapore calidissimo in loco frigido generata est autem hec calidissima dicta non quod fortiter teneat caliditatem. Sed accidentali caliditate calidissima est que facta est ex radiis solis quando eleuabatur

tur. Si enim fortiter teneret calidū tunc nō cōuerteref subito in grossas partes neqȝ subito cōgelaref. bene eni tenens ab alia potētia est q̄ bene recipiens: qa bene tenēs hȝ a potentia sicci. Sȝ bñ recipiēs hȝ hoc a potētia humidi: ⁊ iō qa nubes ista aquosa est valde ideo bñ recipit impssionē calidi ⁊ male retinet ipm frigidū autē bene recipit ex tribus causis quaȝ vna est ex nā qa aque nālis est frigiditas. Sc̄ða ex nā humidi q̄ quālibet impssionē bñ recipit. Tertia aūt est qa vbiqȝ pȝ nubes ex calido dissipāte eā vt prius diximus: ⁊ iō fortitudie cōgelaf. ¶ Amplius aūt sciēdū q̄ hec nubes parū hȝ cōmixtū de aereo ⁊ multū de terrestri subtili ⁊ grosso ⁊ qr paȝ ē in ea de aereo ideo ingrediēs calidū totū nō egredit aereū qd̄ resoluēdo rigorē frigoris faceret grādinē rarā ⁊ mollē sicut ē nix q̄ ē rare sube ⁊ mollis: ⁊ sic pruina que ē rare sube ⁊ nō mollis. ⁊ qa hȝ multū admixtū de terrestri grosso ⁊ subtili ideo in frustris grādinis inuenif pulvis ⁊ pili ⁊ aliquādo pua ligna ⁊ aliqñ palee q̄ cū vapore eleuauit calor fortis.

*Propter qd in frustris grādinis inuenit aliqñ pulvis ⁊ pili.*

¶ Cap. 27m. Et est digressio declarās de cā efficiēte grādis.

Causa autē efficiens grādinis vt iā in parte dictū est nō est frigiditas sola: sed potius frigiditas expulsa a toto vel multis partibus aeris ad vnū locū ⁊ hec frigiditas cumulata est ⁊ intensa que simul cū impetu ingredit nubē grandis vbicūqȝ aereū apertū inuenit: ⁊ cū in multas eius partes ingrediaf efficiunt partes frigoris in quasi in cētris quibusdā in diuersis partibus nubis q̄s partes subito spissantes iacerā nubē in partes vna parte frigiditatȝ hec trahēte circūstātes se partes nubis ⁊ alia aliunc q̄ simul in tēpore spissae ⁊ cōuertit ⁊ cōgelat sed cū de cōuerso in aquā. Aliud cadit qd̄ excellēs frigiditas nō cōtingere. iō cū grandine q̄ semp descēdit q̄ magna pluuia. Ex p̄dictis aūt pȝ q̄ cā generationis grādinis est duplex. s. per se frigus vndiqȝ ab aere expulsum ad locū grandinis per accñs aūt calor aperiēs nubē vndiqȝ ⁊ dans liberū ingressuȝ frigori vt dictū est: frigiditas autē ista in nullo tpe hȝ vndiqȝ expellēs nisi in vere: ⁊ qa tūc multa est relicta ex hyeme: ⁊ illa multa frigiditas ad locū grandis expellitur a calore veris sed estas vincit in calido ⁊ nō inuenit frigiditatē quā expellat ⁊ autūnus in aere frigiditatem nō inuenit sed inducere incipit eam in aere: hyems aūt nō expellit eā sȝ diffundit in aere ⁊ ideo nō tm̄ ex causa mālique dicta est prima sed etiam ex causa efficiēte vnum tempus est grandinis plus q̄ aliud aliorum temporum anni.

*Cā generationis grādinis duplex.*

¶ Cap. 28m. De figura grandinis.

*In pho vbi supra.*

De figura autē grādinis dicit Ar. q̄ grādo parua rotūda descēdit ab alto ex locis sūmis: rotūditas vō ipsius ⁊ paruitas eius sunt ppterea q̄ quādo descēdit grādo ex lōginquo a terra moraf tpe lōgo in aere calido que est citra mediū locū ⁊ iō in lateribus vbi cū impetu tāgit aerem calidū per quē est motus eius ⁊ resoluif ⁊ rotūdaf ⁊ minoraf eius mēsura ante aduētū eius ad terrā: ⁊ cadit illa grādo parua et plurima aq̄ que resoluif ex ipsa: ⁊ quelibet pars ipsius inuenif q̄ tāsi liquefacta. Grādini aūt que descēdit de locis que ppinqua sunt terre cōtrariȝ accidit: qa neqȝ parua est neqȝ oīno rotūda est eo q̄ nō elōgaf multū a terra in qua est q̄es eius post rāmiȝ qa nihil vel paȝ de ipsa resoluif: ⁊ hoc ideo qa illa gñatur a frigido aere inferiori: ⁊ cū cadit per eūdē aereȝ opȝ q̄ nō liquefaciat eā ⁊ ie a nihil aufferet de ipsa de figura in qua gñata est: ⁊ ideo cadit magna ⁊ nō rotūda. Supra eni diximus q̄ frigiditas intrās interiora nubis occupat diuersas ptes ipsius sic quedā centra ad quā subito cōit partes nubis. s. cū cōuersio in grādinē p̄cedat aliquātulū cōgelatio, nē nō m̄ p̄cedit casus aque cōgelationē: ⁊ iō vna gutta cōuersa cōgelaf ⁊ alia gutta cōuertif ⁊ cōgelaf sup illā: ⁊ iō ptes grādinis sunt sic quedā gutte cōgelate cōposite: additio aūt magis fit guttaȝ istaȝ v̄sus latera q̄ v̄sus mediū qa minus abūdat calidū nubis ad latera q̄ ad mediū: ⁊ iō grādo magis est granulosa in gyro q̄ in medio supra velifra fit tā grādo rare sube q̄ nimosa ⁊ est sic nix in rotūdiȝ cōgelata ⁊ hoc gñaf precipue in fine Februarij ⁊ in Martio sole exīte ī piscibus ⁊ tūc p̄cipue vēto flāte septētrionali: qa illa fit in rei v̄itate de vapore niuis sed qa tūc aliquātulū est calidū in aere liquefit nix in supficie ⁊ hec liquefactio cōgelaf frigido septētrionis: ⁊ ideo extra habet aliqd glaciei sed intus est substantia niui sique rigens frigida est frigore septentrionis.

¶ Cap. 29m. De guttis magnis que cadūt tēpore calido.

*In pho vbi supra.*

Antiquorum vero quidam volentes reddere causam figure et colorum iridis diffinitionem supponebant arcus esse duplicem. Dixerunt enim iridem esse multarum imaginum solis confusiones. et hoc quo ad colores qui apparent in iride. Adhuc autem quo ad figuram iridem diffinierunt esse imaginem solis roscida et caua nube receptam ¶ Causam autem quare fit confusio ex imaginibus solis differenter assignant: dicit enim Marianus arabe Caldorus geometer: quod si fiat speculum concauum quod sit per se cte siue pile siue spere si extra medium steteris quecunque iuxta te steterint inuersa tibi videbuntur: et priores a te quam a speculo: idem autem dicit euenire in iride qui est imago solis in nube concaua recepta: et ideo imago solis a latere nubis distredit et in nos conuersa videtur. Possidonius etiam nihilominus iudicat iridem esse solis speculum in nube concaua figuratum eodem modo Mariano: sed dicit colorem nullum esse in iride cum Marianus dixit colorem igneum iridi esse a sole. Ceruleum autem a nube et ceteros colores vtrinsque istorum esse mixturas. Inquit enim Possidonius quod si color aliquis esset in iride maneret: nunc autem interit: ergo non est ibi color verus: sed apparentia coloris: huic autem concordat Nero imperator versifice ingens. Colla Cytheriace splendent agitata columbe. Et varijs coloribus pauonum ceruix quoties aliquo deflectitur iter. Est ergo secundum istos coloris apparentia ex tunc non autem coloris esse secundum veritatem. hoc autem et alio signo probat Possidonius. Si. n. inquit esset verus color propinquior iridi: melius videret illum colorem quam remotus. Sed autem econuerso accidit: quia remotus ab iride discernit iridem et non qui est iuxta iridem. Constat ergo colorem verum in iride non esse. sed apparentiam coloris. Adhuc autem inducit quod lapis exagonus sicut cristallo partim tectus in vmbra et partim in radio solis veniente per fenestram facit colores iridis ex opposito: cum tamen isti colores non sint in lapide nec in pariete nec in sole. Constat ergo illos colores non veros esse: videntur autem isti fuisse de sententia Pithagore qui colorem non dixit esse verum: sed apparentiam quandam: et ideo epiphaniam eum. i. desuper apparentem appellauit. Seneca autem qui multorum confert sententias in hanc videtur concordare: quoniam dicit Possidonius ingens: quod in nube roscida iam pluere incipiente: quot sunt gutte in aere: tot sunt specula que vt possunt representantia circa solem ex opposito radiantem super guttas illas imaginem ex omnibus guttis confusam reflectunt in nube concauam: et hoc idolum in nube dicit esse arcum: distinguens autem inter guttam et speculum quedam specula recte representantia sunt imagines rerum quedam autem representant res maiores quam sint: et quedam numero inspiciente populum representant propter maiores angulos qui sunt in superficie speculi: quedam autem representant non imaginem sed confusum quid indistinctum: sicut quando speculum est paruum: sed tale speculum est gutta: et ideo quedam habent gutte tangentes imaginem solis sicut colorem ceruleum: quedam autem habent solis illuminantis guttam sicut colorem igneum: quedam autem habent mixta ex vtroque sicut colores alios: figuram autem illi rotundam dicunt esse ex sole illuminante et nube concaua in qua figuratur. Antiquiores autem his poete quidam metaphorice loquentes iridem dicunt esse super cameram Junonis in qua conclusus est serpens et solem illam cameram impugnare sagittis ne custodiat serpentem eo quod matri sue Latone parituere Apollinem et Dianam obstiterit Juno et ipsos ne eos in camis ina aserit: sed tunc Apollo qui solem signat euasit et ipsam beluam sagittis interfecit et matrem Latonam et sororem Dianam a morsibus bestie liberauit: auctor autem huius fabule fertur Euripedes qui in insula Delos ob huiusmodi causam sub nomine Apollinis tali asserit sub imagine iuuenis alati qui in sinistra habet sagittas: et concodit serpentem sub pedibus sitis ante vetulam Latonam et cunam puelle Diane pugnantem: cuius fabule hoc est mysterium quod Latona terra sit in primo chaos in quo mundus incepit plus ceteris elementis confusa penitus ima: vel Latona sit prima materia quod verius est que in primo chaos confusa fuit omnibus in se permixtis contrarijs et formis

Mysterium fabule.

parturiensq; erat precipue luminosa celestia ꝛ arida terrestria er qbus ꝛ per que erat generatio futura. Sed obstitit illi Juno que aeris etatem ingit Cur pedes nimium nubē habēs serpētem hoc est vaporem immissū aeri cuius ascensus curuus est sicut tortuositas serpētis nec permittebat solem fulgere: nec permittebat etherē qui Diane cōsecratur erro re antiquorum seruari donec e cunis euasit iam adultus ꝛ con fortatus Apollo .i. sol ꝛ radijs quasi sagittis iaculauit vapo rem ꝛ serenauit etherē ꝛ exiccauit terram ꝛ expulit vulnera tam bestiā quā Juno recipit in camera nubiū in quā camerā continue iaculat sol radios ꝛ vestigia radiorum apparent in iride: ꝛ hec vestigia sunt arcus qui dicitur iris ex oibus his autē p3 ꝙ oēs phi tam nāles ꝙ perspectiui ꝙ etiam poete concordant in hoc ꝙ iris fit speculum solis in aquosa nube: quare autē fit speculū solis nō est ex dictis eorum satis manifestum.

¶ Cap. 9m. Et est digressio ostendens quid verum ꝛ qd falsum sit in dictis antiquorum.

Resumentes ergo dicta phorum videamus qd verum ꝛ quid falsum sit in eis: qd ergo concorditer dicunt iridem esse multarum imaginū solis conuersiōis calūniam non habet qa hoc absq; dubio verum est ꝙ quelibet gutta rorationis que pauiatim descendit a nube speculū est solis cōfuse representans lumē eius sicut infra dicemus: qd autē dicunt iridē esse imaginē solis roscida ꝛ concaua nube conceptam non hz veritatē. Si enim in caua nube figurarent accident inconuenientia tā ex parte idoli ꝙ ex parte visus: aut enim idolū solis figuraret in nube concaua scdm formam concauitatis nubis: aut scdm modū speculi concaui. Si figurat scdm concauitatē nubis aut cōcauū versum est ad solē ꝛ sol directe proijcit radium cōcauum: cuius apertura porrigit cōtra solem: aut cōcauū versum est ad terrā a rote nubis qui paulatim descēdit sub cōcauo reflectitur imago sursum in nubis concauitatē ꝛ sic idem concauum nubis versum est ad solem ꝛ sol figuraret se in concauo illo: tūc cornua iridis debent esse versa ad solem ꝛ arcus globositatis versus oppositum situm solis debet recedere a sole: hoc autem modo nunq; visus est arcus figurari: preterea tūc cornua arcus semper erunt multo propinquiora aspicientibus arcū ꝙ medietas eius. que oia nunq; in iride sunt visa. Si autē concauum nubis versus terram resoluit tūc arcus resplēdet primo in humido rorante sub nube ꝛ repercutitur supra in cōcauum nubis: sicut si esset speculum cōuexum sub cōcauo ꝛ imutaretur cōcauum ab imagine speculi cōuexi: ꝛ ex hoc sequunt duo incōuenientia vnū quidē ꝙ arcus debet apparere inuersus sicut imago que recipit in cōcauo. Si eni quis aspiciat in concauo speculo imago eius apparet inuersa: arcus autē nunq; apparet inuersus. Alterum autē incōueniens est ꝙ arcus nunq; deberet videri: qa semp inter nos ꝛ cōcauum nubis in quo figurat iris est istud nubis vnū qd occultat a nobis totū hoc qd apparet in cōcauo: ꝛ sic nunq; videret iris qd iterum est falsum. Si autē daret ꝙ concauū nubis recipit ad modū speculi concaui: tunc sequitur qd prius est dictū ꝙ .s. apparebit arcus inuersus qd nunq; videt. Sequitur nihilominus oē illud incōueniēs qd prius dictū est. Manifestū est ergo ꝙ iris nō figurat in cōcauo nubis. Supponebant eni hoc pro certo oēs antiqui ꝛ multi modernorum supponunt hoc nesciētes virtutē speculorum. Possidonius autem singulariter dicit ꝙ iris est cōfusum speculum solis in nube concaua dicēs ꝙ idolum impressum in speculo concauo nō videt expresse nisi aspectus sit in diametro veniente Apollo per centrum concaui qd vocat ipse aspectum in arce cōcaui esse. Si autem a latere dextro vel a sinistro cōcaui oculus sit aspiciēs extra speculum concauum tūc nō videtur nisi confusus color imaginis impresse in speculo concauo: ꝛ ideo dicit ꝙ aspiciēs iridem nunq; existit in arce cōcaue nubis sed potius extra nubē in opposito nubis: ideo non videt expressam solis imaginem in nube sed colores solis confusos qui sunt iris: hoc autē ꝙ falsum sit nō est difficile probare per antedicta iam eni cōcedatur hoc de speculo concauo qd dicit propter demōstrationes et hoc probant in scientia de speculis: ꝛ visum tamē in nube talis aspectus eē non pōt: stans eni extra totum concauum nubis in opposito nubis in cantū ꝙ nubes est aspicienti in occidēte si aspiciēs sit in oriente ꝛ ecōuerso nubes aspicienti in oriente si videns sit in occidēte: non videt nisi latus nubis rotūdū ad se versum: ꝛ nihil intuet de concauo nubis: cū ergo spissa sit nubes aspiciens nihil videt ne his que sunt in nubis concauo ergo nunq; videt arcus si est ibi vt dicit Possidonius nec confuse nec expresse. Si aute fortasse dicat ꝙ videt per nubem putā hoc stare nō potest: qa cum oēs nubes pluuiose sint densē nō potest oculus penetrare per ipsam. Adhuc autē ꝛ si videt esse pluia: tunc debent colores iridis videri sicut obtecti sub vili pāno nigro qd nō est verum cum expresse ꝛ clare videantur sepe. Adhuc autem de natura spere est hoc ꝙ imagines aliter disponunt in concauo ꝛ aliter in cōuexo vt dicit in perspectiuis que enim in concauo est cōuersa ad dextram in cōuexo erit conuersa ad sinistrā ꝛ econuerso. Si ergo iris in concauo positus nubis stat recte cōuersus: tunc videri in cōuexo super qd terminatur radius oculi intuentis que oia sunt contra visum nostrum. Si autē aliquis dicat propter istam rōnem ꝙ iris depingitur extra supra nubis cōuexum ꝛ propter cōuexū nubis apparet arcualis hoc etiā stare nō potest qa scdm hoc nubes in extremitate sue rotūditatis acciperet formam solis: cū ergo nubes sit rotunda erit iris totus circulus cōpletus. Adhuc autē res que videt in cōuexo speculo apparet in pūcto diametraliter opposito rei in se: ergo imago solis videri deberet in pūcto spere nubis qd diametraliter opponitur soli ꝛ nō in nubis extremitate. Adhuc autē sicut dicit Euclides speculū non tm̄ manifestat imaginē rei sed ēt distantiam eius a speculo qa res que lōge distat a speculo videt eē in profundū speculi ad tātam distantiam ad quantam distat a superficie speculi. Si ergo speculum solis est nubes: vt dicit Possidonius: ꝛ iris est imago solis cōfusa in speculo illo oportet nobis apparere in profundo nubis ad tātam distantiā quanta est ab oriente in occidentē eo ꝙ tanta est distantia solis a nube que est speculum solis in representando iridem qd falsum est cū videamus sepe iridem longe ante superficiem nubis in qua apparet: qui eni sollicite cōsiderant res nāles experti sunt videri iridē. ita ꝙ quātitas arcus in cornu vno sepe est inter vidētem ꝛ mōtem satis vicinū: ꝛ eadem videt iter videntem aliquando esse ꝛ arborem satis vicinā vltra qd spatium longe sunt nubes in quibus ēt resultat: hoc autē experimur per hoc: ꝙ videmus mōtē vel arborem colorari eisdem coloribus qui sunt in inferiori parte iridis quādo per iridis inferiorē partē videmus mōtem vel arborem cōtingit autem experiri maxime quādo nauigamus sup maximas aq̄s fluminum: eo ꝙ super flumina ꝛ aq̄s nubes sunt maioris rorationis ꝛ aer maioris humoris ꝙ alibi ꝛ in rorationibus talibus effigiatur iris sicut nos inferius ostēdemus. Qd autem asserūt veritatem colorum nō esse in iride oino videt absurdū: cū enim lux oium colorum sit hypostasis ꝛ substantia formalis ꝛ cōstituat colores intincta radijs suis in perspicuo denso cōstat ibi verissime esse colores vbi talis lux manifestissime tāgitur in perspicuo aeris humidi vel rorationis descēdentis. Sic autē fiunt colores iridis: ꝛ ideo verissimi sunt colores ꝛ in tanta arte nature facti ꝙ eos ars pictorum ad plenum assimilare nō pōt: vt supra dictū est. hoc autē qd dicūt Pithagorici: ꝙ ideo non sunt colores qa nō manēt diu iam hz rōnē accidit eni coloribus nō diu subsistere propter māam in qua sunt que est in casu cū depingunt in ipsa. Si enim esse verum nō hz ꝙ nō diu permanet tūc verior hō est qui diutius viuit ꝙ ille q statim morit quādo nascitur qd est absurdū. Si autē ex situ aspicientis causat color huiusmodi sicut in collo columbe dicit fieri Democritus: ꝛ Nero imperator dicit fieri in collo pauonum: ꝛ sic in diuersis situbus vidētes iridem in diuersis coloribus debēt eā videre qd est absurdū: vnde constat antiquos in hoc errasse: erroris autē occasio fuit: qa nescierūt distinguere iter esse māle coloris: ꝛ eē formale: māle eni hz esse in qualitatibus subiecti in quo est sicut nigrū causat in terrestri ex calido adurēte ꝛ siccante cōtrahēte poros ꝛ superficiem in humido cātur ex frigido cōdēsante substātiam ꝛ cōstringēte superficiē: sicut apparet in nube nigra ꝛ carbone nigro q terrestris est. Formale autē eē coloris ex luce est: ꝛ ideo in superficie clara porosa in qua multa lux pōt diffundi albedo est et in superficie terrea obscura in qua lux intrare non pōt priuatio lucis est que est nigredo ꝛ de hoc tractādū erit in scia de sensibus ꝛ sensibilibus. ¶ Antiqui ergo qa vidēbāt eē māle debile colorum in iride asserebāt nō esse colorem verum sed dicebant coloris apparentiam ex situ aspiciētis ꝛ ordine rei visibilis peruenire.

Nō3 Pithagorici

peruenire. Nō incōuenienter autē opinatus est Euripedes poeta esse iridē sagittas Apollinis affirmās in superficie camere Junonis in qua serpentē matris sue inimicū abscondit: cui sonitus in hoc errauerat ꝙ Apollinē mundi mentē dixerit: ꝛ sonitus Orpheū putauerit solem eē Apollinē: eo ꝙ Orpheus a sole mētem ꝛ consilia bona dixit influi hominibus: tñ in hoc nō errauit ꝙ dixit iridē esse sagittas solis: qa in veritate colores iridis non sunt aliud nisi radij solis humore vaporis vel nubis diuersimode tincti iaculātes vaporem aqueum: quem Euripedes serpentem nominauit causa supra dicta est hec aūt sequēs sermo demōstrabit.

Cap. 10m. De cā efficiente ꝛ mālī colorum iridis in cōi.

Recursis autem his que de opinionib⁹ antiquorū videbant dicēda redeamus ad sniam Ar. cōsiderantes causas coloꝝ qui in iride videntur. Dicimus ergo cōiter: ꝙ que ad cām efficientē ꝛ mālem: vna ꝛ sīlis rā est iridis ꝛ coloꝝ perpēdiculariter ad solē in nubib⁹ aliqñ ando erectoꝝ de quibus nos dicemus. Cā aūt efficiens vtroꝝꝗ est radius solis rediens repcussus ꝛ refle͞rus ad vapoꝝ in multiplici refractione: qui vapor stat cōtra nubē hoc est ad nubem quādo incipit descēdere tēpoꝛe pluuie ꝛ hec reflexio radioꝝ in parte sīlis est reflexioni radij venientis per fenestrā in vas aque: ꝛ refracti ad parietē oppositū: omni enim modo refrangit radius in guttis humidis descendentibus de nube: ꝛ ex multa refractiōe radij multiplicatur ibi lumē in corporibus humidis ex opposito sitis: ꝛ si vellemus simile istud bene adaptare tunc sub radio ingrediente per fenestram non deberet poni vas aque: qa vas impedit solē: qd non pōt pertransire per aquam: ꝛ ideo non transit radi⁹ per aquam directe ad oppositū sed deberet aqua rotari in radiū multis guttis paruis: qa tunc quelibet gutta reciperet radium ꝛ reflecteret ad aliā ꝛ ad parietem oppositum: ꝛ tūc fieret reflexio similis coloribus iridis: ꝛ ideo alij ibi ponūt exemplum de lanifice pānum villo bene madidum lenta quādam excussione excutiente in radijs solis: post illum enim multi colores apparent in pariete directe: ꝛ non super eum sicut fit in radio reflexio a vase aqueo.

Cap. 11m. De iride lune ꝛ de his que antiqui dixerunt de ipso: ꝛ que sunt experta a modernis.

Videtur aūt iris per diē ex radio solis per noctē ex radio lune: antiquiores ibi putauerūt ꝙ iris ex radio lune nunꝗ apparet de nocte cū errorls eoꝝ fuit: qa difficilis est obseruatio nocturna: ꝛ qa arcus nō apparet nisi in aere alicubi sereno ꝛ alicubi turbido: hoc eni raro contigit. Adhuc aūt nō apparet vt dicit Aristo. ex luna nisi postꝗ fuerit quartadecima ꝛ fit in occasu vel in ortu suo. Dicit enim ꝙ nō videt iris lune in. 50. annis nisi bis: ꝛ hec vba sunt diligēter attēdenda: qa infra ostendet ꝙ sole exn͞te in meridie in Sagittario vel in Capricorno pōt eē iris per diē in aqlone: cū ergo luna se habeat ad iridē noctis sicut sol ad iridē diei pōt iris noctis apparere in aqlone cum luna est in meridie. Adhuc aūt reflexio que fit ad speculū indicat idem: esto eni ꝙ simus in fine septimi climatis: cuius latitudo est versus aquilonē. 18 graduū qualis est latitudo ciuitatis Coloniēsis fere ꝛ addamus illis gradib⁹ perfectā declinationem solis que est fere. 24. graduū ad meridiem: cū ergo luna erit ibi declinabit a nobis fere per. 72. gradus in qua declinatione potest fieri reflexio ad nubē que est ex parte aqlonis: qr luna super orizontē tunc non habebit. 24. gradus: nō ergo semꝑ fit iris lune ad orientē vel occidentē. Ne aūt hoc i dubitationem veniat dicam a me ꝛ a multis alijs visū fuisse arcū per noctē in aquilone luna existēte in meridie nec erat luna plena sed erat amphitrios hoc est satis plus ꝙ dimidia aliquantulum deficiens a plenitudine ꝛ erat luna in meridie vltra zodiacū in signo Capricorni in principio signi illius sol autem erat in fine Thauri circa initium Geminorū: sꝫ videt verū qd dicit ꝙ in. 50. annis non apparet nisi bis: qa veridici experimentatores experti sunt ꝙ in eodem anno iris noctis bis apparuerit. Adhuc autem rō non esset quare non apparet nisi bis in. 50. annis cum hoc in nullo situ superioꝝ nec in coniunctiōe eoꝝ nec super hoc aliqd tradiderunt obseruatores astronomoꝝ: ꝛ ideo puto ego ꝙ

Rō quo dicit Ar. sit intelligendum.

illud Arist. recitauerit ex opinionibus alioꝝ: ꝛ non ex veritate demōstrationis vel expimēti cū absꝗ dubio experta sint a me ꝛ ab alijs vidicis ꝯsideratorib⁹ socijs meis ea q̄ sꝫ obta.

Cap. 12m. Qualr guttelle rorātis nubis sūt specula solis.

Volumus aūt hic verificare hoc ꝙ iris sit speculū solis ꝛ ideo opꝫ nos accipe ab aere ꝛ receptionib⁹ diuersa speculoꝝ vt meli⁹ itelligantur ea que dicturi sumus de colorib⁹ iridis. Dicamus ergo ꝙ hec ē nā oīa pulꝗ sic aeris humidi ꝛ vitri: ꝙ qñ radi⁹ venit in ipm ꝛ nō in ipo colorat aliquo colore ꝙ radius trāsiēs per ipsa defert illū colorem super corpora terminata: que sunt post ipsa illa ꝛ ille color resplēdet sup corpora terminata que sunt post ipsa in qb⁹ colorat radius. sicut diximus ꝙ radi⁹ venit ex aq rotata in radiū in aliqd corpus terminatū qd est post rotationē illam ꝛ aquā in radio infusam: ꝛ resplēdet color ille in quo tingit radius in aere vel aq super corpus terminatū qd est iuxta radiū huius aūt exēplū est exēplū in vitro colorato aut rubeo vel viridi aut croceo colore: qa radius trāsiens per vitrum illud illis coloris efficit ꝛ tū per vitrū trāsit super corp⁹ aliqd depingit oēs colores vitri sup corp⁹ illud nec hoc est tm̄ in aq vel in vitro: sed in oib⁹ corporib⁹ plane superficiei que eq̄les in situ hñt partes ꝙ vna nō eminet super aliā: ꝛ habēt in nā splendorē sicut vitrū vel aq ꝛ hñt in superficie tersionē ꝛ pulitionē: qa nihil speculū est nisi planū hñs splendorē ꝛ tersionē. taliū autē speculoꝝ inuenimus diuersitatē in quantitate ꝛ potētia representationis in speculis eni magnis superficiei plane distincte apparent imagines: ꝛ colores imaginū eo ꝙ sūt splēdida ꝛ plana ꝛ tersa ꝛ magna: in speculis āt paruis planis ꝛ tersis ꝛ claris apparēt imagines ꝛ colores ipsarū dūmō nō sint fixa in superficieb⁹ suis ꝛ sint mūda sine impressiōe macule alicuius: que sit in supficie specli: tūc enim videnē in eis colores distincti ꝛ figure distīcte ꝛ separate ab inuicem. Si vō sunt specula minima eq̄lē supfiem nō habentia sed angulosā nec sint plana sed forte cōuexa vel concaua: tunc id qd videt in eis est tm̄ colores rei confusi ꝛ nō distincti sine separati ꝛ figure in eis discerni nō possunt: nec et colores apparent multū luminosi ꝛ mūdi eo ꝙ vna ps obfuscat aliam ꝛ offuscat eā. ꝛ ideo colores qui clare apparent in speculo si haberēt qualitatē totalitatis specli nō apparēt luminosi in tali speculo paruo: hui⁹ aūt exemplū est in speculo cuius superficies q̄si ex granulis rotūdis est cōposita in granulis eni illis nihil distinctū ꝛ clarū apparet: cū autē duplex sit speculū. s. extinctū in altera parte sicut vitrū extinguit plumbū ꝛ nō extinctū est speculum non extinctum peruium inequalis superficiei magis cōfusum ꝙ id qd in altera parte extinctū est in talibus eni speculis fortasse videt aliquid turbulentū ꝓpter cām extrinsecā speculo etiā preter causas dictas que in essentia specli accipiunt: duab⁹ enī de causis extrinsecus speculū apparet turbidū id qd resultat in speculo quaꝝ vna est: qa forte lumē illustrans colorē qui obijcitur speculo nō est tāte claritatis quante speculum esset receptiuum: ꝛ ideo veritas coloris illius in speculo nō cōprehenditur clare ꝛ mūde sicut supra diximus de sole illucescente in mane quādo impedit lumen s. vaporibus: ꝛ ideo tūc non apparēt clare colores iridis. Alia aūt rā est debilitas visus aspicientis: qui fm veritatē colorem resultantem in speculo cōprehendere nō valet ꝛ pcipue si infirmat visus ex humore aliquo grosso turbido acuto defluente in pupillā oculi tūc enim diuaricatur radius visiuus super oculū eius: ꝛ impedit hō ne clare cōprehendat visibilia: vtrū aūt radius visiuus ab oculo egrediat ad visibile vel nō: dicēdū est in libro de sensibus: ꝛ ideo hic ptrāsimus hoc: hoc aūt tātū sit dictū: ꝙ differētia speculoꝝ quantū ad psentem pertinet speculationē est ꝙ speculū aut est magnū aut paruū si paruū aut ante paruitatis ꝙ nō perfecte est capax forme: aut nō adeo excellens in paruitate: ꝛ si est excellēs in paruitate aut est superficiei clare ꝛ mūdū aut est supficiei turbide ꝛ ꝯfuse ꝛ tortuose: ꝛ iterū: aut est terminatū extinctū in altera parte qd reflectit radiū: aut est puiū qd trāsducit per se radiū sicut vitrū coloratū nō extinctū in parte altera ꝛ adhuc aut est speculū solū aut tum multis circūpositū vndiꝗ: ꝛ siqdē est magnum planū clarum extinctū in altera parte clare repsentat ea que in ipso apparent: ꝛ reflectit radium ad intuentē. Si

militer si est peruius nō excellentis peruietatis plane superficiei mōde ꝛ terminatum siue extinctum repñtat apparētia in ipso reflectēdo ad intuētem Si aūt est excellētis puietatis ineq̄lis supficiei ꝛ nō clar ꝛ tamen terminatū reflectit colores cōfusos ꝛ nō imaginē. Si vō sit excellētis puetatis puius ꝛ non clar ꝛ non planū accipit radium in colore suo cōfuso colorans ipm ꝛ traducens ꝛ ideo non bene repñtat pel pue si multa sint simul talia gaipijcit colorē conceptū sup alter ꝛ gñatur ibi cōfusio quedā indistincta colorꝫ ꝛ nulli⁹ figure distincte sit repñtatio ga ḡ ista pmittendo diximus de rotūditate arcus ꝛ colorib⁹ eius ꝛ diximus in cōl ꝙ cā repre sentatiōis colorꝫ est terso aeris humidi ꝛ guttalaꝝ rorādo descēdētiū a nube nūc necesse est vt dicamus expsse qualr̄ esse illaꝝ cōditionū quas diximus de speculis cōfusis in roratiōe a nube descendēte. Et ad hoc sciēdū ꝙ nunq̄ terso ꝛ splēdor sunt in aere ꝛ aq̄ nisi quādo quiescunt a motu cui⁹ cām satis bn̄ dicit Aluredus ingens ꝙ ex gete ptes aeris et aque cū sint siles cōstuūt: ꝛ sic exterior supficies fit rotūda ꝛ leuis recipiēs radioꝝ ipressionē ex motu aūt fit cōtū hui⁹ cū motus sit qeti cōtrius ꝛ hec snia fuit Alexā. Peripathetici ꝛ Themistij cū ergo sic gescāt a motu aer ꝛ aq̄ recipiūt radium solis in pfundū sui ꝛ refringit in ipsis ꝛ reddit corporibus vicinis ꝛ multiplicat. ex qua multiplicatiōe luminis puenit multiplicatio ꝛ maior claritas colorꝫ: ad aptem⁹ ergo que dicta sunt: ꝛ dicamus ꝙ guttelle rorādo descēdentes a nube sūt specula pua puia nō bene eq̄lia ꝛ nō bn̄ mūda: ꝛ similr̄ aer itermedius eoꝝ qui est despissus ꝛ humescēs in qb⁹ speculis puis recipit radius ꝛ restringit de q̄libet in q̄ualibet ꝛ de guttulis in aerē humidū ꝛ eꝫ ex quo multiplicatur in eis lumē: ꝛ tingit in diuersos colores eo ꝙ recipiūt q̄si colorem solis g est lumē radioꝝ eius ꝛ nō solis imaginem.

¶ Cap. 13ᵐ. De declaratione qualr̄ colores resultant in aere ꝛ aqua tanq̄ in speculo cōfuso: in quo est digressio excludēs errorem quorūdam circa dicta.

E A aūt que dicta sunt exēplū pbant experto: hōmi inuētus est isirmus in visu: cui⁹ visus debilitat⁹ fuit ex humore grosso turbido in pupillaꝫ defluēte in multa quātitate ꝛ dū iret ex multo hūore tali abūdante in oculis ip̄rimebat in humore illo imago ei⁹ cōfusa ꝛ pcipue oculoꝝ sicut in speculo q̄dā ita ꝙ putauit aliū silēꝫ sibi corā facie sua ambulare: cui⁹ cā fuit quā dixim⁹. qa vꝫ effigies corpoꝝ nata ē figurari in aere hūido ꝛ in aq̄ per eū modū quo figure reruꝫ sunt in reb⁹ ipsis: ꝛ qa hūiditas illis hūiditati aeris ꝛ aque defluit in oculū isirmu; ꝛ iō illis imago formaṫ aliquādo in humore oculi: ꝛ fortasse hoc tale quid videṫ in aere quādo aer est mūdus a vapore inferius ꝛ visus silr̄ mūdus ab humore defluēte in pupillā: ꝛ fortasse tūc nō videṫ. Sꝫ quando videnṫ imagines in aere libero a vaporib⁹ ab oculis sanis nō pōt hoc eē nisi quando excellēs frigus reprimēs vapores in terra ꝛ aq̄ vehemēter inspissat aerē: qa tūc aer spissus efficitur retentiuus imaginū ꝛ repñtatiuus earūdem si aūt nō videṫ talis imago in aere. hoc erit pꝑter vnā dictaꝝ cāꝝ: s. pꝑter turbulentiā aeris: aut pꝑter debilitatem visus vl' sua aūt debilis potest eē duab⁹ de causis. s. pꝑter se cū est infirmus: aut pꝑter obiectū imutans visuꝫ quādo vꝫ color vl' lumē imp̄imēs in aere vel in speculo est debile: est autē cauēdū hic ab expōne quorūdā qui dicunt ea que dicit Arist. de speculo equalis superficiei esse intelligēda de speculo plano: ꝛ ea que dicit de speculo inequalis superficiei eē intelligenda de speculo conuexo: ꝛ de speculo ꝯcauo qd̄ nullo modo stare potest qa qd̄libet istoꝝ speculorum munde repñtat colorem ꝛ figuram imaginis distinctā ꝛ expressam ꝛ reflectitur radius a quolibet illoꝝ ad angulum equalem cū angulo radij incidentis in speculum: qd̄ nō fieret si non clare ꝛ munde figura representaret in cōcauo ꝛ cōuexo. Adhuc autem nos videmus hoc eē falsuꝫ qa cōuexū est speculum quo cōiter vtimur ꝛ ab illo optime repñtaṫ color ꝛ imago ꝛ in nullo videtur a plani speculi representatione differre nisi qa minor apparet figura in cōuexo q̄ in plano. Dicunt etiā isti a quo cauendum est valde. s. ꝙ debilis visu a quacunq̄ causa visus debilitatus videt imagines in aere: cuius causam esse dicunt ꝙ visus sm̄ geometricas perspectiuas videṫ eē in extremitate radij emissi ab oculo: ꝛ quia visus sanus penetrare potest vsq̄ ad rem visaꝫ pꝑterea non videt imaginem nisi in re visa in qua terminatur radius quādo autem infirmus est visus ꝛ obscurus tunc non terminaṫ in re visa sed cit⁹ forte ad duos vel tres passus ꝛ ibi videt imaginē. Si enī verꝫ diceret tūc cessaret opinio Arist. in hoc qd̄ dic ꝙ videmus intus suscipientes ꝛ nihil extramittentes Adhuc aūt si cred aṫ nos emittēre radiū quādo videm⁹ in cui⁹ extremitate nobis apparet res visa tūc oporteret vnū videre teꝫ ad duos passus aū se ꝛ aliū ad tres ꝛ tertiuꝫ ad sex ꝛ ita oēs differenter rē videi ꝛ cum vix nunq̄ cōtingat plures eq̄liter forte visuꝫ hēe: adhuc aūt istā sniam Aristo. ita vt nos diximus oēs phi. s. Alexā. ꝛ Themistius ꝛ Porphyri⁹ sunt interpretati Seneca ēt in libro nālium q̄ōnū vbi recitat opi. Ar. de iride per huc modū quē diximus recitat eam.


¶ Cap. 14ᵐ. Et est digressio declarās causas coloꝝ ꝛ figure iridis vt oia que dicta sunt ꝛ dicēda facilius intelligantur.

A D euidentiā aūt oīum pcedentiū ꝛ subsequentium nos hic simul ponamus cām colorum iridis: ꝛ cām figure eius ꝛ cām ordinis suoꝝ colorū sm̄ nostra opinionē ꝛ ostēdemus postea q̄si cōcordat cū opinione Algazel. ꝛ cū opiniōe Nicolai peripathetici ꝛ cū opione Aristo. ¶ Dico ergo pmo ꝙ certissimū est ex natura grauis aquei grossi ꝛ leuis calidi ꝛ subtilis que sunt in vapore eleuato. quoniā vapor habet figurā pyramidaleꝫ: ꝛ cum descēdit vapor aqueus cadens ꝛ pluens pyramis illa basim hꝫ in terra ꝛ conum supra in aerē ꝛ cum aliquādiu descendit maior pars pyramidalis illius figure iacet in terra cū autem nubes rorare incipit ante pluuiam magnaꝫ necessario sunt sub nube quatuor corpora peruia: quoꝝ primuꝫ est nubes spissa nigra: scd̄ꝫ est roratio subtilis minutissimaꝝ guttaꝝ in superiori parte sub concauo nubis: tertium aūt est roratio grossior magis coniuncta inferiori parti pyramidis: ꝛ quartum est aer iam humescens immixtus omnibus his spissus ex frigore ꝛ hūidus et alteratione roratiōis descēdentis per ipsuꝫ stat ergo tūc pyramis rorationis duplicis grosse vꝫ inferius ꝛ subtilis superius sub cauitate nubis immixta aeri spisso ꝛ hūido: ꝛ hec aduertenda sunt ex parte eius in quo sigillatur iris sicut in subiecto: ex parte aūt solis intelligendū est ꝙ nō in omni situ potest facere iridē in nube: qa non ab omni situ ꝛ irradiatione solis ad nubē fiet reflexio ad oculos intuētiū ꝛ ad solem: opꝫ enim ꝙ sol irradiet nubeꝫ inferius vbi sunt illa q̄tuor perspicua que diximus: qa si irradiaret superius nubē caderent radij eius super nigrā nubeꝫ: ꝛ nō faceret irideꝫ. et opꝫ ideo ꝙ sol sit in opposito situ nubis i qua vꝫ fieri iris ad determinādū descensuꝫ quē nos infra dicemus qa hic op⁹ nō habemus de ipso: cū ergo sol ex situ opposito irradiat super pyramidē de qua diximus fit reflexio radioꝝ solis multa a q̄tuor perspicuis corporib⁹ que. s. refrangūt radios solis s. a roratiōe grossa aquosa inferiori ꝛ a roratiōe subtili ꝛ vaporosa superiori: ꝛ ab aere spisso humescente immixto: ꝛ a nube spissa suprema fit aūt refractio radioꝝ ad extremitates pyramidis aquose: que est sicut globus sectus per mediuꝫ aliq̄antulū eleuatior in medio q̄ sit semisper a pꝑter quaꝫ eleuationē accedit ad figuram pyramidis radij ergo in extremo illius multiplicati pꝑter multā coꝝ refractionē generāt colores iridis: qa radij diffusi in roratione inferiori grossa que hꝫ humidū aquosuꝫ magis resolutum ꝛ indigestū ꝛ pfundati in pfundo eius faciunt colorē viridem clarū si multa est ibi lux ꝛ puꝫ est ibi perspicuū vel obscuꝝ si sit lux pua ꝛ impuꝝ pspicuū radij aūt solis in superiori roratione que multuꝫ hꝫ de fumoso terreo adusto cōstituunt ibi ruborē ad modum coloris vini rubei per qd̄ fulget radius solaris ꝛ ille ē rubor clarior ꝛ obscurior sm̄ qd̄ multiplicatur ibi radi⁹ solis ꝛ ex hoc ꝙ purus vel ipurus est sm̄ perspicuū spatiuꝫ rorationis superioris in medio aūt vbi aer est immixtus humefactus cōstituiṫ color rubeus: ꝛ est variatus ille color inter album ꝛ rubeū in superiori parte ꝛ inter albū ꝛ viridem in inferiori parte eius. Si enī fuerit aer tenuis paꝝ hūs de humido. ꝛ minus de subtili fumoso intenso erit valde paliens color ita ꝙ paꝝ potest discerni citrinitas ei⁹ ꝛ si habuit de humido plus ꝛ paꝝ de fumoso erit magis declinās ad nitoreꝫ eius: ꝛ si habeat plus de fumoso erit citrinus vel hūs colorem palee qui medius est inter citrinū ꝛ pallidū: hec ergo ē

verissima

verissima eã colorum iridis. Cã aũt rotũditatis est ex duobus congregata. s. ex subiecto in quo depingit: et ex cã efficiẽte. ex subiecto quidem qm̃ sicut habitũ est subiectũ eius est roratio descẽdẽs: et illa est globosa pyramidalr̃: et in illius supficie in circuitu depingit: ex cã autẽ efficiẽte quia sicut superius diximus cũ de halõ solis et stellaꝝ loqueremur ex sole lumen radiale pyramidalr̃ egredit. cuius pyramidis supior arcus tm̃ in semiglobo rotationis dicte figurat: et alia pars maior facit in terram: et iris non excedit semicirculũ: et raro est semicirculus sed frequẽter est portio minor semicirculo. Cã aũt ordinis color est quia roratio pura habens fumosuz admixtũ ppter nãm leuis tenet se sepius in globo: et ideo supior color qui exterior est in iride est vinosus: et quia grossuz aqueũ resolutuz descẽdit ex natura grauis: ideo iferior et exterior color in arcu est viridis: aer aũt humefactus spissus medius est: et ideo ceruleus color est medius qui aliquãdo in duos colores versus extrema variatur: ppter causam quã diximus: et ex his pz ppter quid colores iridis non sunt nisi tres vel ad plus qd̃ esse possunt sunt quattuor: si enĩ medius se tenet in vna natura et dispositione aeris humidi in quo depigitur: colores apparent tres tm̃. Si aũt variat in duas naturas vel dispõnes tunc resultabunt q̃tuor et sic patent omnia que in iride resultant quo ad colores et figuram eius.

Figura Iridis.



Cap. 15m. Et est digressio soluens dubia que possent moueri circa dicta de iride.

Dubitabit aũt fortasse aliquis: et dicet quod distinguet colores iridis quantũ ad locũ vt vnus sit distinctus ab alio: cũ enĩ tota roratio illa mixta sit videt quod colores immixti debẽt resultare: adhuc aũt ex lumine solis distõcte non hñt: cũ ipz sit vnum et vno mõ se hñs. Ulterius etiam queret aliquis quid est qd̃ dictũ est tria hũids que in globosa rotatione sunt eẽ specula cõfusa. Speculũ enĩ est terminatũ reflectens radiũ et imaginẽ ad intuẽtez hec aũt perspicua sũt suscipientia radiũ in pfundũ sui: et ideo nihil similitudinis videnẽ habere cũ speculis. Adhuc aũt radius recipit et penetrat in pfundũ istoꝝ trium humidoꝝ: radius aũt pcedens alius est a radio reflexo: quod est qd̃ dictũ est quod radius refrãgitur in quattuor diaphanis que sũt ibi. et ex illa refractione lumen dr̃ multiplicari. Adhuc aũt hesitabit aliquis cum pyramidalis ille globus tot' sit diaphanus: quare nõ resultãt colores isti in tota pyramide. Adhuc si dicat quod eius in extremo resultant ibi radij possunt super ipsam nũc in circuitu in extremo debent resultare et ita cũ sol est in occidẽte sicut est semicirculus resultãs ab aquilone in meridiẽ tendẽs in pyramidali globo illo: ita debet eẽ alius incedẽs ab oriente in occidẽtez vt sint quasi duo semicirculi secantes se in medio ad angulos rectos sperales: dubitatio autẽ que relinquitur de hoc quod est minor semicirculo infra spãlez habebit locuz.

Dico aũt ad oĩa hec qm̃ per prehabita facile terminantur: causa enĩ distinctionis coloꝝ est mã pyramidalis diuersimode cadens: quia id qd̃ est grossum paulatĩ residendo ex nube pcenesit subtile fumosuz in loco descẽdẽdo deorsuz qui motus residẽtia vocari põt anteq̃ fiat motus qui dr̃ casus pluuie: et quia residentia illa diuersa subtilis et grossi sit in loco distinguit partẽ pyramidalis rotationis: ideo distincti apparẽt colores: et lz totus glob' sit mixtus: tñ plus abũdat humiduz fumosum in sublimi eius sub nube que iam resoluit: et plus abũdat grossuz aqueũ in iferiori eius: et aer humidus in medio vbi globus est vaporosus et aereus quia fumosuz leuius et calidius est aere spisso et humescẽte: radius et solis lz sit vno modo se hñs tñ diuersimode tangit sm̃ quod in trib' his humidis mergitur trãsiens in pfundũ ipsoꝝ. Hoc aũt qd̃ querit de hoc quod speculũ nõ eẽ videt humidũ pyramidale soluẽdum est per amedicta: qm̃ speculũ duplex est. s. hñs nãm speculi ex hoc quod est splẽdiduz et tersum et aliquo mõ spissitudinẽ tenens ea que imprimunt sibi: lz sit puiũ: et hoc modo aq̃ et aer sunt specula. Alio mõ dicit speculum qd̃ oẽs pprietates habet speculi terminati qd̃ distincte reflectit imaginẽ intuẽtis ad ipm̃: et hoc mõ non sunt specula aq̃ et aer: et ideo et colores nõ vident in ipsis nisi eminus aliquis aspiciat: et non is qui respicit ppe sicut et color auroꝛe nõ apparet nisi eminus aspiciẽti. Radius autẽ reflectit in duob' speculis istis plus et minus: qm̃ totus reflectit in speculo terminato: et q̃si tingit et diffundit in perspicuo spisso sicut apparet in his que videntur per crystallũ et aquã: que sũt maioris quãtitatis apparẽt: q̃ sint qm̃ radius rare fact' in ipsis diffinit: lz nõ tot' reflectatur a superficieb' ipsoꝝ. Adhuc aũt qd̃ querit q̃re nõ tot' globus apparet in colorib' iridis: vł ad minus quare nõ apparent duo arcus adinuicẽ se secantes: dicẽdum quod nunq̃ apparet color iridis: nisi vbi radius põt trãsire per globũ hoc aũt est in extremo tm̃ superiori: quia in medio globus spissus est ppter multã mãm residentẽ: et ideo radius solis ibi extinguit visibus nostris oĩo: et lz in circuitu natet subtile super grossum: sicut expresse videt in hoc quod cornua arcus descendunt vsq; ad terrã: tñ circa solem non extinguit sine coloratradius: ita quod percipiat quia lz in extremo eius diffundat: tñ nigrum spissuz qd̃ est subtus ipedit tincturã et extinguit eã: et huius expssum exemplũ docebo per instrumẽtum. Si eniz accipiat vas crystallinũ concauuz superius hñ spissum et angulare et concauũ eius impleat liquore nigro: sicut incaustro vel atramento et ponat cõtra radiũ solis videbit radius p ipsum trãsire superius super cõcauũ ipsius in circuitũ sic sicut in semispera et nigrum extinguens radiũ erit in medio vbi est liquor niger: et sic est de globo semispere rotãtis sub nube: hec enim in circuitu pura est statim ex opposito cõtra eam et in medio est spissa nigra: et ideo si sol veniat ex opposito z eã tingit radi' ei' in puro et nõ in spisso nigro pp qd̃ non apparet aliquis arc' in pyramide illa nisi ille q cõstituit ex lumine solis merso in puritate supficiei supioris in circuitu q̃ posita est directa z solẽ. et ex his pz solutio dubioꝝ.

Cap. 16m. Et est digressio declarans duo esse subiecta iridis et quibus aliquando quattuor irides apparent.

Si quis autem subtiliter cõsiderare voluerit vi sua et rõne dephẽdet duo eẽ subiecta iridis: vnũ primũ qd̃ est subm̃ sue gñationis: et alterum cõsequens in quo nõ gñatur iris sed radio solis defert super ipz qd̃ tali expertũ est arte. Fiat eñ arcus vitreus tres hñs distinctiões: ita quod superior arcus sit ex vitro claro rubeo: et medius sit ex vitro citrino hñ claro et tenui: et iferior sit ex vitro claro viridi: et sine iste tres partes vitri arcuosi bene aptate et decenter cõiũcte p plũbum: sicut fieri in vitreis ꝯuenit: ita quod plũbũ sit adeo strictum quod vmbra eius vix discerni possit sicut linea nõ multuz magna: et teneat ꝯtra solẽ statim enĩ in vitro generant colores iridis: et vitri figura rep̃sentabit figuram iridis: et radi' tinctus in vitris illis cadet super parietẽ oppositum: qui est post vitrũ pinget super parietẽ illum alium iridẽ qualis est ille qui generatus est in vitro per oẽm eundem modũ gñat: iris ex radijs solis in supficie dicte pyramidis exterioris: et si sit nubes bene spissa post pyramidẽ illam radius tinctus in pyramide depingit aliũ arcũ sileꝫ illi super eã: et hac de causa aliquãdo ex duob' arcubus apparent quattuor: et ex vno duo sicut nos experti sumus frequẽter et pbauimus signo ifallibili cũ dephẽdimus nubẽ nigerrimã habere iridẽ: et amittere subito nulla variatiõe facta in nube ex casu materie que primo receperat iridem modo qui dictus est: et hac de causa multi hesitarũt in dictis phi dicẽtes quod apparent ad plus duo irides cũ nos sepe videmus tres et q̃tuor in eodẽ situ z solẽ. Non tñ infra declarabim' dictũ phi dicẽtes quod per duos irides intelligit de duob' in oppositis sitib' collocatis: sic vnus sit ad oriẽtez et alter ad occidẽtez quia hoc aliquãdo erit possibile sicut inferius declarabitur quia in hoc necessariũ est nobis scire modũ descensus solis quãdo põt facere iridem.

Propter qd in iride quãq; ex duob' arcub' apparẽt quattuor.

¶ Cap. 17m. De subiecto iridis in quo primo generatur: et qualiter generatur in illo precipue secundum colorem superiorem qui est vinosus.

His premissis facilia sunt dicenda secundum sententiam Arist. coloris enim esse est propterea quod quando pluit rorando suauiter incipit in aquam resolui superficies multi vaporis: qui frigore coartatus et inspissatus fuit in nubibus: et fit ex illo vapore inspissato rotatio parua antequam fit pluuia magna. Fit autem hec rotatio quando incipiunt residere partes nubis quando grossa a subtilibus incipiunt separari: quod enim partes residentes vsque ad terram resideant probatur per experimentum: quia si quis a longe aspiciat pluuiam quando illa incipit videtur vapor ad modum nebule nigre spisse operire locum illum in quo pluit intantum quod si est locus montuosus non videntur interim montes: et si sint edificia magna et multa in loco illo nihil apparet de edificijs illis. Sic ergo semiglobus illius rotationis residet vsque ad terram et efficitur sicut pyramis: cuius basis super terram dilatatur et conus erigitur. Cum ergo sol oppositus rotationi in ipsa relucet et in nube que pendet quasi cadendo super eam tunc lumen solis in vtroque istorum scilicet nube et rotatione resplendet sicut est super speculum tersum et politum: et tunc nubes et rotatio recipiunt colores qui resplendent in eis ex sole licet diuersimode recipiant quia semiglobus rotationis recipit colores iridis et nubes recipit alios colores de quibus supra est habitum: et in parte infra determinabitur. Colores ergo sic generati imprimuntur et approximantur aeri intermixto rotatione subtili et grossiori. Et ideo tingitur colore quodam resultante et colore duplicis rotationis: qui medius est inter duos extremos colores iridis: et huic simile est in speculo luminoso bene recipiente et representante ex quo informatur aliud speculum vitreum illi oppositum: sicut enim guttula guttulam: et humidum aque variat aerem iam humescentem quotienscumque ergo ita se habet subiectum iridis et sol ex opposito situ fuerit non impeditus in proijciendo radium super rotationem illam tunc resultat iris: qui arcus demonis dicitur propter causam quam supra diximus: et potest accidere quod color resultans ad oppositum solis existit niger multum vel remisse: et hoc fit quando nubes est aquosa valde in qua est actio aque turbide et multum spissate per frigus temporis vel loci quia tunc radij solis non possunt recipi in interioribus eius et ideo nubes illa remanet nigra. Potest etiam contingere quod resultet ibi color albus pallens: et hoc accidit quando nubes est aerea multum rara in qua non vincit: et precipue si est nobis propinquus aer ille. Sed in iride alij colores apparent ex splendore et tersione humoris qui sunt in ipso qui sunt vinosus et viridis et citrinus sicut supra diximus: quod autem rubeus color iridis fiat ex humido fumoso adusto aliquantulum probatur duobus experimentis quorum vnum est: quod nos sepe in igne videmus talem colorem in flamma eius quando fumus eleuatus ex lignis succenditur: et hoc fit quando ligna sunt viridia et humida quia tunc multe materie humide fumose miscentur fumo ignis et quando ille ignis fit flamma tunc apparet color vinosus illuminatus splendore alicuius lucis. Et hoc etiam videtur in ortu solis vel occasu quia tunc sepe videmus colorem solis esse sicut prunae siue carbonum ardentium aut etiam vehementioris rubedinis et illud quidem accidit ex fumoso humido vapore multo qui ascendit et attrahitur ad solem calore luminis eius et est inter nos et solem: et ideo eadem de causa accidit color vinosus in arcu demonis sicut diximus supra.

¶ Cap. 18m. De causa quare et quando cito cadit iris: et de differentia eius ad halo in colore citrino.

Color etiam citrinus videtur in iride et est multis modis eadem de causa que supra dicta est. Sed cum superior color incipit dissipari et vergere ad citrinitatem primo et postea ad albedinem et inferior similiter tunc statim disparet iris: et non videtur amplius et hoc est ex fragilitate materie in qua est arcus: vnde si non esset materia instabilis tunc colores iridis permanerent diu sicut diu permanet circulus qui corona vel area vocatur cuius supra fecimus mentionem. Sed accidit iridi subita disparentia sicut diximus. Et tunc distrahitur et sic id quod est semicirculare fuit longum descendens per albas et nigras virgulas sicut perpendiculares vel quasi perpendiculares erectas in nube super terram quasi faciens angulos rectos: antequam etiam sic distrahatur non completum circulum: sed potius videtur sicut semicirculus vel minor portio semicirculi cuius inferius reddemus rationem. Adhuc et alia causa est quare non diu permanet iris sicut diu permanet corona que halo grece vocatur scilicet quia iris non est materialiter ex vapore subtili quem in sublimi continet caliditas sua. Sed potius est ex humido iam incipiente cadere quod frigiditas soluit in pluuiam: et ideo circulus qui continet solem et lunam et stellas diu permanet non autem iris nec est etiam sicut humiditas aeris que facit circulum qui in colore est inter croceum et rubeum circa candelam quando flat auster quia secundum veritatem illa humiditas licet reprimatur ad terram grauitate sua non tamen adhuc resoluitur. Sed suspensa tenetur caliditate in aere: et circulus talis ex flatu austri causatus precipue in fine diei circa crepusculum videtur quia tunc vaporosum humidum frigiditate noctis comprimitur et inspissatur vt videri possit quod non poterat visu deprehendi quando fuit rarum ex calore diurno. In nocte autem precipue post medium noctis vincit in eo frigiditas vel conuertens ipsum in aquam vel reprimens ad terram et tunc iterum non adeo frequenter videtur. Illi autem qui vident tales circulos circa candelas sunt precipue qui habent oculos humidos humore fluente in pupillam eo quod in talibus est duplex humiditas scilicet aeris et oculi cooperiuntur ad circulum quia humiditas oculi recipit radium candele et coloratur radius in humido: et deinde reddit ipsum oculo in tali colore qui taliter recipit ipsum propter debilitatem suam: quia si non esset debilis ex humore videret lumen candele clarum sicut est in veritate. Similis autem circulus in figura: licet non per omnia sit similis in colore accidit in aere quando humiditas permixta fuerit fumo inflammato ascendenti ex igne copioso et agitato per ventum: sed rotunditas tunc declinat parum ad nigredinem eo quod ex vapore humido fumoso multe sunt partes terrestres combuste que nigre sunt sicut fuligo: et tunc circulus continens candelam in colore aliquantulum declinat ad colorem purpureum habet enim colorem citrinum purpurescentem aliquantulum et hoc ideo: quia calor ignis candele non est omnino clarus albus sed habet fumosum humidum inflammatum quod declinat in purpureum colorem aliquantulum: et ideo color eius non videtur in toto vinosus quia color de candela rediens ex aere non est multus neque spissus: eo quod non multum humidum circumstat eum. ¶ Est autem attendendum hic quod iste sermo Arist. est perplexus et obscurus et lucide et breuiter dicendo causa velocis casus iridis est quia generatio eius est in materia iam cadente cum enim primo eleuatur vapor stat diu antequam frigore expellatur calidum eleuans et spissetur in nubem. Et cum est nubes diu stat antequam partes residere incipiant et separari per conuersionem ad aquam sed cum iam resederunt partes et sunt conuerse non diu potest esse vsque ad descensum pluuie: et quia iris generatur in partibus que iam descenderunt aquose sub nubis concauitate parum stat iris vsque ad pluuie aduentum: et hec causa est quod quando videtur iris preciditur in eadem hora pluuia futura: opposita vero causa est quod circulus diu moratur: quia generatur in vapore: quia diu permanet propter causam que dicta est cum ergo deficit iris mutatur ad colorem pallidum et fiunt virge intermitte in nube descendentes quod ideo est quia tunc cadit rotatio per guttas magnas: et ideo dissipatur materia nubis: et fit in partibus peruia et in partibus nigra: et ex illo videtur nubes esse virgata perpendiculariter omne enim concauum a quo cadunt partes eius necesse est dissipari et discontinuari: et ideo vbi frigus abundat contrahitur et denigratur: et vbi plus ceciderunt partes peruia et pallens efficitur qualiter autem citrinum iridis differt a citrino circulorum circa candelas vel ignem generatorum ex supradictis est satis manifestum.

Propter quid non diu permanet iris sicut corona.

Dormani

¶ Cap. 19m. De exemplis per que probantur colores iridis generari prehabitis de causis.

Colores autem iridis ex causis supradictis generari multis astruitur exemplis quorum vnum est quod quando nauigatur mare vel alia aqua bene clara non lutulenta et remis eleuatur aqua et radius solis resplendet in aqua per remum percussa in ventre nauis generantur colores iridis: et circuli continentis candelam hoc excepto quod in circulo non videtur color vinosus nigre rubedinis sed purpurescens aliquantulum vt supra diximus. Est autem causa huius quod remus in diuersa tenuitate et spissitudine percutit aquam et eleuat

aquam:

aquam: in extremitate enim remus profundius percutit: et sic semper minus profunde usque iuxta navem: et ideo procedens aqua de profundo actenui in parte ubi plus et spissior elevatur viridem gignit colorem: et in tenui parte rubeum: et in medio croceum purpurascentem. ¶ Aliud exemplum est quod si accipiatur aqua pura et aspergantur minutissimis guttis leniter et tenuiter ita quod non cito cadat que aspersio arabice vocatur ballebe: et opponatur solis radio tali artificio ita quod pars eius sit in umbra et pars in radio videbuntur post aspersionem illam in terra vel in pariete colores illes coloribus iridis propter obscurum permixtum cum claro in speculis guttularum rotationis illius: unde causa in omnibus his exemplis est una: quia in una aqua que percutitur per remos est sicut in rotatione. Et quod solis radii diversimode colorantur in aqua: et postea transeuntes per aquam illam ponunt colorem illum super corpora super que cadunt ex sole. Alia etiam exempla nos probavimus sepe de cristallo angulosa longa cuius si pars teneatur in umbra et pars in radio solis et resultabunt clarissimi colores iridis in terra vel in pariete opposito: et similiter fit in lapide qui propter causam dictam iris vocatur et generatur in mari rubro et in Germania in magna quantitate et est in colore ut cristallus et ut sagonus. Seneca etiam dicit si vitrum bene album et purum longum fiat et angulosum spissum in sole et in umbra predicto modo teneatur eodem modo colores generabit: et in omnibus his ubi radius percutit super profundius et spissius lapidis vel vitri ibi fit color viridis et in sublimi: et in uno angulo ubi tenuis est lapis generatur color rubeus multum clarus et in medio ceruleus generatur qui diversificatur secundum quantitatem spissitudinis medie inter angulum et maximam lapidis spissitudinem. isti ergo colores in iride sunt ex diversitate humidi aquei quod descendit a nube.

¶ Cap. 20m. De colores iridis etiam sunt in nubibus que sunt sub sole licet non videantur.

In nubibus etiam que subtenduntur soli et si nos stent ex opposito solis sunt secundum rei veritatem isti colores licet non videri possunt clare in nubibus illis quod ideo fit: quia nubes propter multam disgregationem radiorum representantium sive splendentium super ipsos ex sole videntur albe a nobis nisi sint multum dense: et tunc in circuitu videntur albe. et in medio nigre nec potest in eis propter claritatem solis alius color discerni. Si autem opponatur aque alicui stanti sicut stagno vel etiam ponatur contra nubes vas nigrum in quo sit aqua clara vel oleum: tunc in illo vase sicut in speculo resplendent nubes: et videntur in speculo illo colores iridis obscuri et confusi et inordinati: et hoc est ideo quia in celo non comprehendit visus in veritate totum quod est in nubibus propter claritatem que est ex radiis solis super nubem que obtegit colores et disgregat visum. Sed in speculo est minor claritas. et visus non est disgregatus sed potius adunatus in nigredine aque vel vasis in quo est aqua. Tali etiam experimento videtur luna incidere soli tempore eclipsis solis que in celo videri non potest. Fortassis autem aliquis obiiciet dicens quod non debent tot colores videri in nubibus celi. Nos enim ibi videtur esse nisi lux et umbra: lux autem de se non facit in diaphano nisi colorem album: umbra autem cum privatio luminis sit nullum colorem constituit. ergo cum albo non est extremum quod faciat medios colores: et ita nullus rubeus nullus viridis et nullus croceus esse debet: quia etiam in inferioribus ea que componuntur ex duobus extremis non constituerentur si utrumque extremorum non poneretur in eo. Amplius autem in nubibus que sub sole sunt non videntur esse tales colores: quia nobis non apparet nisi inferior superficies istarum nubium: et illa nihil habet de radiis solis: ergo ex diversa participatione radiorum non constituuntur ibi diversi colores cum tamen supra dictum sit quod omnes colores qui sunt in superioribus constituantur diversa radiorum participatione. Adhuc autem si solis claritas obtegit colores ne appareant in nube: ergo etiam obtegit eos ne immutent speculum: quia id quod disgregatum est splendore non bene apparet in speculo. Adhuc dicemus quod colores superiorum omnes fiunt secundum diversam lucis participationem a vapore et nube ascendentibus vel descendentibus: et licet ibi non sit nigrum cum albo constituens colores nubium: tamen est ibi spissum et rarum que diversimode in profundum sui lucem suscipiunt: et lux sola per modum qui dictus est suscepta sufficit constituere colores secundum suum esse formale quod habent ab actu lucis: et quia esse materiale perfectum non habent: ideo colores nubium non permanent nisi luce presente et ipsa absente desinunt nisi forte aliquem habeant debilem colorem ex claritate stellarum. In nocte enim non videtur in nubibus nisi color fuscus propter absentiam lucis causatus. Ad aliud autem dicimus quod nos sub sole videmus unam partem nubis nobis oppositam in qua sunt diversi colores obscuri sunt eo quod pulis sit plus et minus propter quod etiam tales colores obscuri sunt et quasi panno subtili peculo tecti et resultant sicut pictorum color inferior per superiorem pulum. Nec est verum omnino quod sol claritate sua tegit colores illos sed potius disgregando visum aspicientis facit visum debilem ne videre possit distinctos eos a corpore quod non fit in speculo aque opposite: et ideo in illo clare videntur.

¶ Cap. 21m. De ordine et dispositione colorum iridis in nubibus albis et nigris qui sunt vinosus viridis et mixtus.

Iam ante diximus omnes colores arcus qui vocatur iris et sunt tres vel quatuor et non plures. Sunt enim color vinosus et viridis et tertius qui commixtus est inter album et citrinum aliquando plus declinans ad unum: et aliquando plus declinans ad alium. Sunt autem sic ordinati ut vinosus sit extrinsecus in iride occupans maiorem arcum: et hoc ideo quia radios solis pyramidaliter egrediens tangit in arcu pyramidis ibi subiectum iridis rotunde et semicircularitter et ex disgregatione refracti sepius radii multiplicatur ibi lumen in humido fumoso quod est humidum rotundum sicut superficies globi secti per medium. et ideo talis ibi color vinosus semicircularis resultat: deinde in medio arcu sequitur color medius quasi commixtus ex pluribus coloribus per modum quem determinavimus. et post illum in inferiori parte arcus sequitur color viridis. commixtus autem color maioris latitudinis est aliquando quam extremi ita quod forte solus tenet medietatem latitudinis iridis et est albedo pallens in medio et sub ipsa citrinitas visus iridem inferius et causa ordinis istorum colorum supra est a nobis assignata. Quamvis autem taliter ordinati sint colores et tale sit esse eorum ut diximus tamen secundum diversitatem nubium in quibus refulgent irides aliquantulum etiam variatur color quia in nube multum nigra color medius inter rubedinem et viriditatem videtur esse compositus ex utrisque declinans in medio ad albedinem: et ideo licet aliquid participationis cum utroque comparatur ad utrumque quia supra purpurescit et inferius virescit et in medio pallet: viriditas autem talis nubis est obscurior solito quasi declinans ad colorem porri perlucidum. rubor autem videtur esse sanguineus obscure perlucidus. quando autem videtur iris in nube alba tunc eodem modo ordinantur colores ita quod rubor sequitur medium in loco et in claritate et est sicut rubigo eris perlucida et rubor est sicut tenue vinum clarum perlucidum et medius valde pallens.

¶ Cap. 22m. De dispositione iridis lune.

Arcus vero demonis qui videtur ex luna non est in coloribus illis iridi. qui fit ex sole: quia iris lune videtur albus: cuius causam tangit Arist. dicens quod ideo videtur: quia videtur per noctem que est tenebrosa: et lumen in nocte tenebrosa videtur valde candidum et album valde luminosum et vehementis albedinis. Est autem omni homini dubium de dicto Arist. quia cum diversitas colorum in iride non estimatur nisi ex diversa luminis participatione a nube aquosa et lumen lune sit in nocte: et nubes que percipit illud videtur iris lune diversorum colorum esse debere quemadmodum iris solis. ¶ Adhuc autem id quod assignatum est pro causa non est causa essentialis. Sed potius maioris apparentie albedinis: quia album iuxta nigrum positum magis apparet album: et ita lumen apparet magis clarum iuxta obscurum. Sed tamen non ex hoc causatur suum esse. ¶ Adhuc autem nubes que sublimes sunt suscipientes lumen lune accipiunt diversos colores iridis sicut supra ostendimus: quod videtur et nubes opposita lune diversos colores debere recipere. Testificatur tamen visus dicto probi quia absque dubio iris lune albus ad modum lactis in nubem fusi apparet. Dico ergo quod quia iris nos apparet nisi de nocte frigus noctis inspissat nubem ita quod videtur valde nigra: que propter hoc quod spissa est non in profundum sui recipit radios lune: et etiam quia lumen lune debile est non penetrat usque in profundum nubis: et ideo etiam quia non est multi caloris non dissolvit partes nubis ut habeat introitum in interiora nubis: et his de causis diffunditur in exteriori superficie nubis et efficitur candidum: et est non continuum bene sed habet sub-

nigras lineas semicirculariter inmixtas: que tamē sunt sicut si sint albore superducte per quē apparent: τ ideo non efficitur ibi nisi color albus: nō enim cōstituitur rubeus nisi ex immixtione lucis in pfundū humidi fumosi: nec viridis cōstituitur nisi lumine transeunte in pfundum humidi aquei ut diximus: τ taliter in pfundū nubis nō serpit lumē lune pp causas quas diximus. Cā aūt quā assignat phūs absq3 dubio nō essentialis est nisi intelligatur obscuri noctis cū frigido cōdēsante nubē τ prohibēte ingredi lumen lune per modū quē dixim⁹. ¶ Est aūt sciendū φ quotiensūq3 iris lune appa er φ signat tēpestatem longā τ anni instabilē: qa raro apparet nisi cū magna mā humoris ē ex vēto qui est iter australē τ occidētalē τ cū luna fuerit valde meridionalis sicut diximus superius.

¶ Cap. 23ᵐ. Quare iris est sicut semicirculus vel portio minor semicirculo.

Cū qa iā diximus iridē τ qualitatē color eī⁹ cā vniuscuiusq3 assignātes: dicamus nūc qre non videtur plus medietate circuli τ raro puenit vsq3 ad circuli medietatē: sz frequēter est portio minor semicirculo. Dico aūt φ cā illius est qa illud qd ex sole relucet in nube est radius pyramidalis medie rotūditatis vel partitiōis minoris pyramidis egredientis de sole: τ iō cū iris sit speculū pyramidis solis vel lune videtur iris sicut semicirculus vel portio minor semicirculo. Hec aūt cā assignata a phō itelligitur ex parte cause efficiētis: qa cū lumē emissum a sole sit pyramidale pyramis hec sole existēte in medio celi directe stat sup terrā qn sol est in equinoctio vel vltra in signis aqlonarib⁹: τ ideo in meridie nunq3 apparet arcus demonis. Quādo aūt est ante meridionalē vel post circulus luminis pyramidalis egreditur in parte vna: τ quāto sol plus recedit a pūcto signi circuli meridionalis tāto arcus lumini pyramidis sue plus erigitur: τ cū est in oriēte vel occidente ita φ si linea a sole duceretur sm rectitudinē tāgeret pūctū τ cētrū terre τ pūctū occidētis: τ tūc pyramidis medietas erigitur sup terrā: τ ideo tūc iris apparet semicircularis: nec vnq3 semicircularē pōt excedere quātitatē pp eādē cām: cū eni pyramidis diameter tūc sit axis trāsiēs a sole per oriētē τ occidētē erit residuū circuli basis pyramidis sub terra: cū aūt sol plus eleuatur circulus pyramidis plus ad terrā deprimitur: qa conus pyramidis est in sole: τ qa conus pyramidis erigitur tūc circulus basis pyramidis deprimitur τ ecōuerso quādo conus deprimitur circulus basis eleuatur: cū ergo nihil figuretur in speculo nisi qd opponitur ei τ pcedit per actū lucis ad ipsū nō pōt in roratiōe depingi circulus pyramidis nisi qn ex opposito eius erigitur τ imutando per aerē pcedit ad nubis roratiōnē: nunq3 aūt erigitur contra nubē nisi quādo sol a meridionali recedit linea. ergo nunq3 potest fieri iris nisi aū meridiē vel post: τ quāto plus est aū vel post erit iris maior: τ quāto min⁹ est aū vel post erit iris minor: τ sic est de linea existe in linea meridionali vel ante vel post ad iridē lune cōstituēdā. Si aūt queritur qre nō cōstituitur iridē circuli perfecti in radiādo superius nubis in nube etiā que est sub sole leue est soluere per antedicta: qn nubes nō hz rorationē semisperalē in sublimi eius sed in iferiori parte eo φ graue residet deorsū: τ ideo supra nubē nō pōt esse iris sz sub ipsa: τ qa sub ipsa nō est deprimitur ibi lumē solis: nisi quādo pcedit ad ipsā: nunq3 aūt pcedit ad ipsā nisi qn erigitur pyramis luminis solaris sole declināte a meridionali linea vel ante ad ipsā vt diximus: est eni hec nā figurarū τ formarū quas abstrahit lux qd nunq3 iprimitur visui vel speculo nisi lux abstrahēs ea pcedat ad visū vel speculū sicut in libro de sensu τ sensato hz pbari: τ ideo quādo sol opponitur roratiōi que est sub nube fit iris: τ nō alijs tēporib⁹: τ hoc ē ante lineā meridionalem vel post ipsam contingant. ergo hec causa rotunditatis τ quantitatis iridis cū supradicta: τ tūc scietur perfecte qa supra assignata est causa mālis ex figura rorationis τ hic assignata est causa efficiens ex figura τ mō erectionis τ depressionis luminis pyramidalis solis.

¶ Cap. 24ᵐ. Ubi sm situm hemisperij apparet iris.

Unq3 aūt apparet iris in parte meridionali in hemispeio: τ hoc ē iō qa sol nō declinat ad aqlonē nisi p 24. gradus fere τ talis declinatio eorū pyramidalis nō eleuat circulū basis pyramidis vsus meridiē: τ iō sm antedicta nunq3 apparet arcus nisi in plaga meridionali. In hyeme aūt currit sol i signis meridionalib⁹ τ declinat ad meridiē a linea equinoctiali p 24. gradus fere cui si addatur latitudo climatis septimi cui⁹ latitudo ē a circulo equinoctiali 48. gradus erit declinatio tota τ pfecta 77. gradus fere i qua declinatiōe necesse est eleuari arcū circuli pyramidis solis vsus aqlonē: τ ideo si sint ibi nubes rorātes ex opposito solis necessū respiciebit iris ibi vsus aqlonē. Si eni sol eēt i polo meridionali τ tot⁹ circulus pyramidis solis videretur i 360. gradus sine partes tūc eleuarentur de ptib⁹ pyramidis 180. ptes vsus polū aqlonarē: sz qa deficit sol a pfecto descēsu i polū australē qn ē i pūcto capitis Capricorni 18. ptes que sunt 5. ps 90. partiū qs tenet qrta ps circuli coluri que pcedit ab aqlonari circulo i polū australē eleuabuntur nec̄ io quatuor partes de 5 partib⁹ semicirculi pyramidalis vsus nubes aqlonares τ ille quatuor partes sūt 72. ptes τ in tali declinatiōe fit reflexio speculi τ iridis. Sicut autē dixim⁹ de climate octauo vel septimo ita pportionali existit in alijs climatib⁹: ita φ semp tāto est eleuatio minor quāto climatis latitudo fuerit maior: τ ii puto φ illis q sūt in climate pmo τ scdo vix vnq3 appet iris in aqlone: nunq3 aūt alicui habitāti quartā aqlonarē terre pōt apparere arcus i meridie qm ista pbatio vix hz demōstrationis geometrice quā hic dixim⁹. τ hec ē cā qd Ar. dixit φ i iride nālis oz scire qa τ geometer oz dicere pp qd. Sciat autē: φ cū sol ē in meridie tūc pnt appere duo arcus sl: vnus. s. directe in aqlone qui appebit in meridie: τ alter vsus pūctum occidētis ex obliquo solis pp curuitatē orizōtis ad solē cū sol orit: vl i meridie qa i meridie nō multū distat a loco vbi orit in oriēte sz ad occidētē multum regnat: τ hoc ē qd dicit Ar. φ duo irides pnt apparere sl: τ nō plures: hoc aūt pbatur sicut aū p exaltatione pyramidis lumis solis: cū enim illa sit obliq̄ aliquātulū duas hz reflexiōes. s. directā ad aqlonē vbi apparet iris magn⁹: τ obliquā ad occidētē vbi appet paruus: sz nō ad oriētē: τ hec fuit sñia magnorū quorūdā virorū: sz pbabile sit tres irides sm hoc posse appere duos oblique ad oriētē τ occidētē τ vnū ad aqlonē: τ qdā alij dixerūt φ sermo Ar. nō itelligitur sic φ sl duo irides appareāt in eadē hora sz in vno die in diuersis sitib⁹ hemisperij. vn⁹ in aqlone sic iā dictū est. τ alius in oriēte quādo sol est eadē die in occidente. In mane aūt posset apparere hī sm modū reflexiōis ad occidētē. Sz in hyeme in mane sūt nubes dēse iō vix serenatur sol ad hoc vt faciat reflexionē in occidentē qd si faceret illuc reflexionē nubes sūt dense pp frigus noctis τ nō recipiūt lumen intrīsecus sol sic facit in sero qn tota die egit in eas calor diurnus. Sūt aūt alij q itelligūt sermonē Ar. de eadem nube dicentes φ duo arcus videntur in eadē nube τ raro plures: qa nō pōt i eadē mā multa fieri diuisio subtiliū τ grossorū partiū rorātiū sz calor fortior τ minus fortis facit i diuersis distātib⁹ partib⁹ duas diuisiones τ raro plures. Possunt tamen apparere arcus tres vel plures ex cā que supra est determinata: ecce hoc est qd dicunt diuersi τ infra dicemus adhuc aliam sñiam eiusdem τ eligat quilibet qd voluerit. Arcus autē iridis videtur esse in occidēte τ oriēte pp causas qs diximus: τ videtur in medijs locis maior τ minor sm pportionem eleuationis pyramidis luminis solis vel lune. Hec autē oīa pbātur geometrice modo supradicto: τ ideo aliter exponentibus locum istum non est credendum.

¶ Cap. 25. De tempore in quo apparet iris.

Uidetur aūt arcus demonis post equinoctiū autūnale ad aqlonē aliquando vt diximus eo φ tūc sol declinat ad meridiē. In tēpore aūt veris in estate qn dies plōgatur sup noctē nō videtur in meridie: τ cā hui⁹ est. φ sol tūc non accedit ad Zenith capitū nrorū: τ cū basis pyramidis luminis solaris nō eleuatur vsus meridiē: τ iō non fit ibi iris: cū autē obliquatur ad meridiem in hyeme tūc eleuatur basis pyramidis versus aquilonē: τ accedunt nubes eleuantes in aqlone que sunt iter solē τ partē septētrionalē: τ ideo fit ibi arcus: quando autē sol mediat orbem sine mediat ipsū sm modum declinationis solis: τ hoc fit quando est in linea equinoctiali in capite Arietis vel Libre siue mediet eū sm motum primi mobilis qui est mot⁹ diurnus: τ hoc fit oī die quando tangit lineam circuli meridionalis: tamen non potest fieri iris in aliqua parte mundi quādo tunc basis pyramidis

ramidis luminis solaris in circuitu fiat super terram: et ideo nõ resplendet in vna parte plus q̃ in alia: et ideo nunq̃ potest fieri arcus sicut patet ex antedictis oportet enim eleuari pyramidis basim in aliqua parte cõtra nubem: et aliã partẽ eiusdẽ basis iacere super terrã si iris debeat fieri. vtrũ autẽ iris fiat in esta te in meridie licet nõ nobis fiat dubiũ est valde. quia tanta est de clinatio solis ad aquilonẽ quãta ad meridiẽ: et ideo climata distinguibilia sunt in quarta meridiana sicut i quarta aquilonari: et si tunc latitudo meridiana addatur declinationi solis quia quãdo est in capite cancri necessario iris fier in meridie per demõstrationẽ perspectiuã: et hoc ego credo verũ esse: sed nos nõ videmus ideo q nubes in meridie vltra equinoctialem nunq̃ eleuatas videmus: quia etiã cũ iris apparet habitantes vltra tria miliaria raro vident cũ posset tamẽ dici si credimus mathematicis q quarta meridiana nõ habet nubes eo q breuitas diametri solis cõuertitur ad partẽ meridianã que facit eam inhabitabilẽ propter calorẽ sicut expeditum est in libris precedentibus. Sed tñc nõ impedietur ibi generatio iridis per se sed per accidẽs. scilicet quia aque nõ sunt ibi nubes: et hoc primũ verius est: et hoc est qd̃ intendit pñus sicut dicunt phi. In vespera autem et meridie omni tẽpore anni põt apparere iris in nube opposita sicut diximus sepius. Est autẽ obseruãdum q nunq̃ fit in nube ascẽdẽte iris etiã si ex opposito eleuetur contra solem. Sed semper in nube ascendente iride: quia nubes ascendens nõ rorat: sed descendens vt dictum est. fit etiã iris quãdo est in parte serenum et in parte nubilum: quia ex parte solis vel lune oporteret esse serenum: quia aliter non exiret lumen a sole per hemisperium: et ex parte iridis est nubilum quia aliter iris non haberet subiectum sue generationis. oportet etiam locum nubis esse a vento quietum: quia aliter nõ essent plane partes perspicui sed per ventum vna inundaret super aliam: et non posset esse imago solis in roratione inquieta. Sciendum etiam q licet roratio sit subiectum iridis non tamẽ ros est subiectum: quia in ipso nunq̃ depingitur iris: eo q materia eius nimis sit subtilis: et ideo non descendit nec adeo cõstant partes eius que globum vel semiglobum efficiant: quia cadit sparsim et paucum in loco vno.

¶ Cap. 26m. Est digressio declarans sententiã Auicẽne et Algazelis et Nicolai peripathetici de iride.

Nunc que predicta sunt fere per omnia concordãt Auicẽna et Algazel et Nicolaus peripatheticus in dictis eorum. Algazel enim in physica sua ponens per omnia sensum Auicẽne de iride sic tradit: si aer fuerit humidus factus per pluuiam et humiditas habuerit aliquãtulam nitoris fiet aer sicut speculum quẽ qui intuebitur cum sol fuerit ei post dorsum videbit solem in illo aere sicut videt solem in speculo. Sed si coniungitur illa lux enim vapore humido generatur ex eo iris tricolor: in quo aliquando non erit color medius: et tunc erit circularis ita vt elongatio partium eius a sole sit vna: speculum enim nõ facit videri formã nisi cum fuerit proprius situs vel cõparatio inter videntem et visum de quo tractatur in scientia de aspectibus. Circulus autem ideo nõ perficitur quoniam si perficeretur vna pars eius caderet super terrã: eo q sol est post dorsum videntis sicut axis versus illum circulũ et est parum eleuatus a terra. vnde si fuerit ante meridiem videbitur iris in occidẽte. Si autẽ post meridiem videbitur in oriente. Si autẽ in medio celo fuerit sol tunc nõ põt videri nisi paruus arcus: et in hyeme si contingat et circulus circundans lunam fiet etiã propter huiusmodi causam. aer enim medius inter visum et lunam nitidus et humidus est vnde videtur luna in medio eius in quo medio si esset speculum videretur luna vel id qd̃ videtur in speculo ab eodem loco. Si autẽ essent specula in circuitu visus et essent posita secundum illum situm videretur res in vnoquoque illorum speculorum. Si autem supposita essent soli speculo tunc videretur res in toto. tunc ergo videretur circulus sine dubio. Mediũ autẽ iridis frequenter in tenebrosis videtur: eo q vapor medius subtilis est: quia cũ appropinquat lucido desinit: et fit talis qui nõ videtur: cum vero elõgatur ab eo fit visibilis neque est sicut puluis qui videtur in radio solis non in vmbra sed est sicut stelle que occultantur in die et apparent in nocte et videtur mediũ circuli propter hoc tanq̃ sit vacuum a nube: hic autem circulus aliquando contingit a frigiditate aeris quãuis non sit ibi pluuia. eo q non contingant propter frigiditatem in aere aliquando humiditates in quibus est puluis nec fumus que prohibeant nitorem illius aeris. Ecce sententia Auicẽne per verba Algazelis sui abbreuiatoris posita que cũ superiori modo concordant dixit enim generari iridem in humido rorationis vel aeris frigidi eo q frigus inspissat aerem et facit confluere humidũ aeris per mediũ humidi aque dicit enim iterum esse speculum solis vel lune et notabile est qd̃ dixit q generatur in tali situ contra solem q si perficeretur circulus et duceretur linea a solis puncto per centrum circuli iridis q illa linea esset axis circuli et si sibi supponeretur speculũ in illo sol resultaret in circuitu. Qd̃ autẽ resultat imago splẽdoris eius et sibi supponerentur specula magna bene terminata et in altera parte extincta in quolibet illorum videretur res tota hoc est sol et egressus pyramidis splendoris eius. Addit autẽ qd̃ ante nõ est habitũ: q intermedia capedo iridis frequẽter videtur vacua: quasi pecia et alba pallescens propter subtilitatẽ vaporis in parte illa cuius causa nõ est alia nisi quia per calidũ aeris iuxta terram existentis frigidum circulare expellitur: et ideo circa illud circulare vaporis operatur spissitudinẽ in qua resultat iris cum sol fuerit ei oppositus. Sententia autem Nicolai peripathetici de iride est q vapor eleuatus de terra fit sphericus eo q eleuatur de terra sperica et sursum frigore coagulatur cui cum sol opponitur iris in eo generatur: nihil enim aliud vt inquit facit iridem apparere nisi nubem concauã et atenuatam sursum apparere per reflexionem solis oppositi in circuitu illuminatã. vnde iris verissime dicitur speculum solis. Diuersitas autẽ coloris est ex diuersitate partium nubis: quoniã vbi sunt grosse partes terrestres combuste cũ humido inmixto color rubeus resultat sicut coloratur flãma in lignis grossis et viridibus: vbi autẽ est humidũ aquosum multum apparet viror: et vbi est materia tenuis et aquea apparet albus sicut est videre in luna que ideo nõ radiosa apparet quia tenuis est substantie. Dicit etiã q dicitur iris arcus demonis eo q nõ nisi a demone hoc est a sciente et perito scitur: quia demon grece latine interpretatur sciens. Duos autẽ irides dicit fieri et nõ plures quia a duobus luminaribus fiunt, scilicet sole et luna: sole enim existente in occidente põt esse arcus in oriente: vbi frequẽtissime videtur: et si tunc luna fuerit multũ australis in puncto capricorni vel circa hoc prope ante vel post existẽs põt fieri iris in aquilone. Dixit etiã iridem in nocte nõ apparere eo q lumen lune sit debile: et non eleuat vaporem subtilem: sed potius excitat grossum qui circa terram manet et infrigidat corpora propter quem effectum etiam luna frigida esse pronuntiatur et in illo vapore arcus non figuratur. Dicit etiã q arcus lune vehemens significat incendium ex spiritu adurente. Addit etiam illum qui piam matrem que vna pellicularum est cerebri veniens ad tunicas oculorum inficit esse humorem colericum: et hic humor peruenit ad vueam oculi: et deinde ad humorem crystallinum et inficit humor ille humorem crystallinum periferialiter: et ideo ea que vident videntur in eis q sint quasi citrinum circa se habẽtia circulum: et similiter cõtingit in habentibus molles oculos respicientibus ad lunam eo q lumen lune diffundit se in humore oculi mollis et indicatur ideo ibi esse circulus circa visibile vbi nullus existit. Ecce hec sententia est que dicitur Nicolai peripathetici. ¶ Quã ego nequaq̃ approbo: quia ratiõe caret in multis: q enim sic in nube concaua circulus in concauitate ipsa generatur superiores rationes ostenderũt impossibile esse. Si autẽ est sub nube concaua vt diximus supra nihil ad arcuositatem iridis operatur concauitas. Qd̃ autem de coloribus dicit tñc potest tolerabiliter: et tamẽ non satis dicit: qd̃ vero dicit ideo dici arcũ demonis quia nõ nisi a sciente et perito sciatur nõ habere veritatẽ ostendunt in principio de iride dicta. Illud autẽ qd̃ dixit q duos irides dicãt antiqui ideo quia a duobus fiant scilicet sole et luna nullam prorsus habet veritatem: quia iris lune nunq̃ videtur per diem: et qd̃ ipse dixit iridem lune nunq̃ apparere per noctem falsum est per experimentum et Aristo. et omnes peripathetici contra dicunt. Similiter absurdum est q iris lune sit signũ siccitatis et caumatis: et cõtra oẽs auctores qui tradũt significare iridẽ lune instabilitatẽ aure et tẽpestates longas propter causas quas supra diximus: nullo enim modo credẽdum est q iris lune generetur in humido subtili fumoso sicco sed potius i grosso spisso aqueo:

Snia Nicolai peripathetici de iride.

Impugnatio.

Quid lune iris pretendat.

propter hoc enim secta dicta inueniuntur in libro illo qui dicitur questiones Nicolai peripathetici. Consueui dicere q Nicolaus non fecit librum illum: sed Michael Scotus qui in rei veritate nesciuit naturas nec bene itellexit libros Aristo. Hec ergo ad presens de iride dicta sont.

Cap. 27m. De ppendicularib⁹ lineis circa solē apparētib⁹.

Apparent autē circa solem aliqñ lineę que vulgo funes centori solis dicunt: ⁊ vocant perpendiculares eo q supra terrā videnť quasi angulos rectos facere lz cōiungant versus corp⁹ solis: ⁊ dicunť ab aliis pl'es virge ⁊ sunt iste virge freqñtes in occidēte ⁊ post hoc frequētius in oriente ⁊ sunt signa pluuie future in pmo: ⁊ sunt diuersor color aliqñ sicut iris sed colores sunt obscuri quasi per tenuē pānum visi frequētius tñ habēt duos colores s. nigram ita q fuscos dicit nigerz albū quē in nubib⁹ palludū vel liuidū vocamus. Sunt aūt a duob⁹ laterib⁹ solis hoc modo q cū sol sit versus occidentē disponunť linee iste a meridie in aquilonē: ⁊ ideo latus meridionale solis ⁊ similiter latus aquilonare bz lineas istas: eodem aūt modo est cum sol est in oriente ⁊ ideo nō sunt sup solem versus altitudinem in nec meridionalis: siue sol sit ad orientē siue ad occidētē neqz sunt sub eo directe descēdentes ad terrā: neqz sunt ēt sub eo quasi tracte a corpore solis versus occidentem: qñ post meridiem est sol versus occidentē aut versus orientē qñ sol ante meridiem est versus orientē. Sed sicut dictū est sunt a duobus laterib⁹ solis disposite fm latitudinē nubis versus meridiem ⁊ versus aquilonē descēdentes a sublimi ad terraz: nunq̄ aūt videnť nisi cū sole: ⁊ frequētius in occidēte: rarius aūt in oriente: qñ aūt sol mediat orbem tangēdo lineā meridiei fm motū suū diurnū tūc aliqñ lz raro videnť virge iste ad duo latera solis disponi per longitudinē descēdēdo: hoc est versus orientē ⁊ versus occidentē: ⁊ ex vtraqz parte dilatatur nubes ab aquilone in meridiē. De expertis ēt est q semel in loco qui nominať Persenios visa est perpendicularis ignea orta ex sole ex vtroqz latere ipsius i medio orbis: ⁊ permāsit cū eo vsqz ad occasum causa autē istor facillima est ex prehabitis: qz nubes calore solis trahiť versus solē precipue nubes rara q̄ calore diurno sol eleuauit: ⁊ ideo qñ diu sol egit in vespera tunc multiplicantur nubes qñ sol non est adurens s. vapores: qz autē sol tunc declinat minuitur calor eius: ⁊ ideo tūc spissanť nubes circa ipm ⁊ resoluunť ⁊ ex diuersa participatione radior eius generanť oēs colores: de quib⁹ supra est expeditū precipue tñ albus ⁊ niger. niger quidem pp frigus cōprimens: ⁊ albus pp subtile aqueū illuminatū: ⁊ qz calor leue nubis ad se trahit ideo exaltatur nubes in vna parte a terra: ⁊ ex solutiōe que iam fit ī nube in aquā deprimitur in altera parte sup cuius latus vnoz diffundunť radij ⁊ ideo linee descēdunt in nube sicut extēsi funes in tentorio: cū aūt fiat auster. ⁊ est humidus aer valde ⁊ spissus vndiqz tunc possibile est hoc accidere per totā diem: ⁊ tunc in meridie videnť extendi funes isti ex vtraqz parte solis ante videlicet ⁊ post ipm cū aūt ad vnā partē extēdanť tñ signū est q ventus erit ad partē illā. ignis aūt qui apparuit fuit in loco estus aeris ⁊ fuit de mā calida glutinosa ⁊ ideo nō cito cōsumptus fuit quē sol calore suo secū circūduxit vsqz ad occasum ⁊ sic pz causa omniū que dicenda sunt de perpendicularibus figura enim descēdit ab iride eo q sunt iuxta solem radijs qui aūt distractis per descensum nubium ⁊c.

In pho aūt metheoror capi. ⁊ ēius finē ibi Eadē aūt dicēs causas cōtinuandi ⁊c. de paraleliis ⁊ virgis ⁊c.

Cap. 28m. Et est digressio declarās de virgis fm Senecā ⁊ de experimētis quorūdā arcuū visor tpib⁹ modernorum.

De his aūt virgis ⁊ differētia ear ab iride ⁊ coronis satis cōuenientē ⁊ breuem Seneca facit traditionē sic dicens. Nunc de virgis dicendū est: quas non minus pictas varias ⁊ eque pluuiarū signa solemus accipere in qb⁹ nō multū operis cōsumendum est qz virge nihil aliud q̄ imperfecti arcus sunt nā facies quidez illis est picta sed nihil curuitaris habēt in rectū enim iacent fiunt autē iuxta solem fere in nube humida ⁊ iam se spargente: itaqz idem est in illis qui in arcu color: tñ figura mutať: qz nubium quoqz in quib⁹ extēdanť illa alia figura est. Similis autē varietas aliquādo in coronis est sed in hoc differunt qz corone vbiqz fiunt vbicūqz sidus est. Arcus vero non nisi cōtra solez virge non nisi in vicinia solis. Possumus autē etiā hoc modo differentiā eor reddere qz coronā varias si diuiseris arcus erit si direxeris virga. In oībus autē est color multiplex ex ceruleo fulgor varius. Adhuc est differētia q soli adiacent virge. Arcus autez oēs sunt vel solares vel lunares corone vo omniū siderum. his autē adijciēda sont: experte enīz visus fuit arcus in meridie in martio quando sol accesserat ad caput arietis in equinoctio vernali: ⁊ arcus ille varius fuit vt iris: ⁊ erat paruus ⁊ corona cōuersa habuit ad orientē ⁊ ventrem ad occidentē ⁊ iacebat quasi super latitudinē nubis: ⁊ hūc arcū ego cū multis vidi: visus etiā arcus qui erat totus circulus cōpletus ⁊ iacuit totus sup terraz: ita q nihil illius eleuabať a terra ⁊ contēplantes ipsum stabāt in loco alto in castro super altū mōtē edificato. ⁊ tēpus visionis ei⁹ erat in mane post noctē pluuiosam ⁊ erat in autūno sole existente in virgine. Causa aūt primi fuit q sol secū traxit nubem lōgam valde ⁊ strictā ⁊ vehemēter aquosam: cuius pars longa ad occidentē plongabať ⁊ ibi resoluta deprimi icipiebat: pars aūt illa que erat sub sole tres soles habere videbať: qd accidit ex hoc q radij solis sup nubes in medio veniētes repercutiebanť ad duo extrema nubis versus aqlonē ⁊ meridiez: ⁊ ibi lumē multiplicatū z calore suo distraxit nubē ⁊ foramina quedā nobis videbanť esse soles quidā: ⁊ in medio cōtra solem erat foramē simile. Inferior aūt supficies nubis spissior erat q̄ superior. ⁊ lumē descēdens super inferiorē supficiē reflectebať ad extremū nubis versus occidētē. ⁊ qz ibi erat nubes iam rorans ibi lume reflexum fecit eidem in figura rorationis illius: ⁊ qz lumē illud venit a sole ex trāsuerso super inferiorē supficiē nubis iō corona arcus cōuertebať cōtra solem: ⁊ venit ad occidētē nec ille arcus fuit speculū solis immediate: sed potius speculū luminis: qd erat diffusum in extremitate nubis qd erat soli simile. Causa autem secūdi arcus fuit q vapor humidus roridus per frigus noctis cū pluuia depressus fuit in valle: ⁊ in terra quē in superficie illustrauit lumen solis qui iam ascenderat fere ad duas partes anguli recti fm q circulus hemisperij in centro superiori continet duos angulos rectos ex duob⁹ diametris super centrū hemisperij se secātibus: quar vna protendiť ab oriente in occidētem per centrū hemisperij ⁊ altera ab aquilone in meridiez per idem hemisperij centrū: radius autē tinctus erat in extremitate vaporis roridi: ⁊ iō colores iridis recepit: ⁊ erant ibi colores lucidi ⁊ clari valde propter subtilitatē vaporis: ⁊ circulares ideo qz vapor circulariter iacebat circa montē ⁊ sol fuit situs sicut est in tertia vel in quarta hora diei ⁊ illustrabat vaporem vndiqz in circuitu ⁊c.

Cap. 29m. Et ē di. declarās soles q grece phelion vocanť.

De perhelijs autē qui sunt imagines solis dicte a pera qd est iuxta ⁊ helios qd est sol: eo q semper iuxta solem sont nō longe a sole apparētes. Dicit Seneca q sunt de virgar genere cū tradij per angusta foramina nubiū tenues ⁊ distincti distantes: qz inter se dirigunť: ⁊ sunt imbrium signa de quibus dicit Aracus q raro vltra duos vel tres ad plus simul apparuerunt. Dicit etiaz q sunt imagines solis in nube spissa ⁊ vicina soli in modum speculi que sic diffinit Aracus: Helion est nubes rotunda ⁊ splendida solis exprimens effigiem ⁊ solē sequēs. Similes aūt his perhelij habet etiā luna de nocte aliquādo nisi q nō ita fulgent. Est autē sciendū q dupliciter fiunt: aliqñdo est enim nubes interrupta ⁊ radij solis per illud foramē transeunt: ⁊ tunc illuminant terrā cōtra foramen illud statim: ⁊ hec perhelie reducunť ad virgas: qm radij tunc ad modū virgarū transeunt per foramina nubiū sicut transit radius per fenestram in domum ⁊ iste signaricmāin nubiū nō esse adunatā ⁊ ideo non cito pluit post istas. Fiunt autē aliqñdo: eo q substātia nubis in parte vna vel in duab⁹ vel in tribus humidū hz subtile: cuius partes bene cōtinuoi ⁊ istud est radiosuz ⁊ cōtinens in rotundū sicut cōstituit omne aquosum: ⁊ in illo diffundunť radij solis ⁊ restringunť. ⁊ faciunt tante claritatis lumen vel splendore visus ipsum intueri nō possit: ⁊ istud dicitur similitudo solis siue perhelion proprie: ⁊ fuit Possidonij sententia q non nisi vnum illor sit perhelion: ⁊ alia sint imagines non solis sed perhelij. Et dedit exēplum de hoc q homo qui ponit ante se plura specula vnū solum informať imagi-

ne faciei: et alia sunt specula speculorum: hoc est imaginum apparentium in speculis illis: quia vnum imitatur ab alio: et licet hoc esset possibile quod dicit Possidonius: tamen nihil prohibet plura etiam ab ipso sole informari si fuerint plures partes talis humidi radiosi in nube iuxta ipsum vltra tria: tamen raro multiplicantur perhelia: quia in nube manente vna cum tenuitate nubis non potest esse multa diuersitas vltra tres: quia ex aere depresso aquoso: potest esse vna perhelia: et ex aquoso subtili alia: et ideo quia ille cause frequentes sunt: ideo frequenter due apparent perhelie: tertia autem causa est aquosum subtile nihil habens secum de fumoso combusto nec adhuc resolutum in aquam: et hoc raro est: et parum permanet: et ideo aliquando apparent tres: et raro vltra numerum illum circa solem autem apparent quia si essent ex opposito faceret sol in eis iridem: nunc autem trahuntur ad solem per calorem solis: et ideo fiunt in eis perhelie que non sunt imagines basis pyramidalis luminis egredientis a sole: sed species potius sunt ipsius globi solaris eo quod directe quasi soli supponuntur. De his autem dicit Aratus quod significant imbres magnos ab ea parte venturos vbi stant circa solem: et si vtrumque steterit grauis surget tempestas: eo quod tunc ex pluribus partibus materia nubium et ventorum aggregatur.

¶ Incipit tractatus quintus tertij libri metheororum: qui est de mineralibus in communi: et non habet nisi capitulum vnum.

In p^o 3. metheororum: in fine de ortu aut ipsa terra ... terre partibus. 3.

IAm enim diximus operationes vaporis ascendentis ex terra: et sicut in terra qui in specie vaporis permanens operatur in ea terremotum vel origines fontium et alia qualia determinata sunt. Est autem quando vapor faciens elementorum commixtionem sub terra ad constitutionem corporis mineralis: de qua operatione perfecte nunc dicendum est in communi quoniam in speciali sciri non potest nisi prius sciantur operationes primarum qualitatum quas habent in corporibus mixtis: vaporabiliter enim aliquando miscentur talia: eo quod subtile terre motu vaporis eleuatur in subtile aqueum et econuerso: et commiscentur commixtione bona et forti ita quod aliquando plus abundat terreum in commixto: et aliquando plus abundat aqueum in ipso: non enim ita quod ex vapore fiant commixta corpora solo: sed potius quod vapor vaporis terre conclusus diffunditur in humidum aque subtile: et in siccum terre subtile: et facit quod plurimum vnius efficitur cum plurimo alterius: et secundum abundantiam terrestreitatis et aqueitatis plurima diuersa corpora constituit: et hoc modo de vapore qui occultatur in poris terre et dilatari non poterit fiunt duo corpora diuersa secundum diuersitatem vaporis commiscentis et terminantis ea. Sicut enim diuersa corpora fiunt in aere ex vaporibus eleuatis diuersis in natura: sic etiam effectus istorum vaporum in commixtis corporibus sub terra est diuersus. Vapor enim sicut sepius diximus est duorum generum quorum vnam est ex natura terrestreitatis ignee euaporantis: et hic dicitur fumus: et alter est ex natura humidi aquei exhalantis: et hec dicitur exhalatio latine: et arabice alignaogij. Cum ergo vapor iste duplex occultatur in terra duo corpora que fiunt ex eo sunt diuersorum generum vel specierum secundum naturam materie: quorum generum vnum fit per ponticitatem que est terrestris vaporis coagulantis lutum bene commixtum humido glutinoso sicut lapides qui non soluuntur solutione liquefactionis qui per calidum et siccum coagulantur: et veluti arsenicum et almagar et huiusmodi. Licet enim hec multam habeant inter se diuersitatem tamen in communi duarum sunt specierum secundum suam materiam considerata. Materia enim quando est terrestrioris adusto calido: pontico: et terrestri fumo: et hec materia vocatur cinis conclusus qui nisi cinis habet humidum continuans ipsum tamen: et ideo calido fumoso terrestri decoquitur in lapides. Materia etiam aliquando composita est ex fumo terrestri adurente: et coquente et vapore aqueo: qui terrestrem subtiliter sibi habet admixtum: et ex illa materia fit lapis in parte solubilis in parte non solubilis: et est lapis in se habens metallum aliquod: quod arabice almarcassita: et grece dicitur catbitheos: ille enim lapis qui est solutus calore in es vertitur: eo quod in se habet venas minerales admixtas. Talia enim omnia tam ex vapore quam ex fumo recipiunt generationem: nec debet intelligi quod ex simplici fumo vel vapore aqueo hec generentur: sed potius fumus et vapor habentes virtutes celi sunt commiscentes terreum subtile cum aqueo: et ita generant aliquando. tamen vincit plus vapor aliquando plus terrestre: et aliquando plus aqueum: et secundum hoc recipiunt diuersitates substantie formalis: et colorum et virtutum: de quibus aliter ibi erit dicendum. Corpus autem quod fit ex vaporatione aquea que est euaporatio humidi diuiditur in duas species quoddam enim est quod habet humidum vinum licet sit repressum siccitate quod vincit in eo humidum: et hoc liquescit calido sicco assatiuo quod extrahit humidum intrinsecus ad exteriora sicut es et aurum et argentum et que sunt similia illis. Quoddam item est in quo retinetur humor intrinsecus ab actu humidi qui est fluere sine manere: sed non retinetur ab actu diffusionis per siccum terrestre sibi commixtum: et hec calido assatiuo mollescunt: sed non fluunt: et dilatantur et extenduntur malleis: sicut ferrum calefactum tamen aliquid commixtum ferro quod solueret humidum a terreo quod retinet ipsum faceret fluere ferrum sicut nos in scientia lapidum et mineralium ostendemus. Causa autem est omnium istorum est quia quando in terra vis ignis in terrestri fumoso et vis lapideitatis et frigiditatis coartantur exhalare non possunt: et tunc confortatur actio eorum: et tunc exiccant ea et arefaciunt ita quod quedam desiccantur calido assatiuo: et quedam frigido congelatiuo sicut generantur glacies et ros congelato et exiccato in aere qui dicitur pruina: sicut enim illa fiunt super terram ita fiunt ista sub terra. Metalla enim non sunt nisi sicut aqua que congelatur vehementia frigoris et siccitatis: et si arefiat in eis humidum multa arefactione tunc non fiet sicut aqua: quia nunquam postea liquabuntur sicut lapides quidam preciosi. Elementum autem ex quo fiunt res iste siue illud sit aqua siue sit terra vaporibus supductis contemperata in potentia habet omnia tamen: et ideo agente natura calido vel frigido cum virtutibus stellarum omnia educuntur de ipso. Processus autem ex materia ad generationem istorum est quod vapor commixtus humido aqueo quod in se subtile terreum habet resoluitur et ingrossatur in ipso: et de substantia spirituali fit corpus grossum: et fit quasi aqua sicut argentum viuum. In illo enim humidum aqueum est viuum: et nititur ascendere super terreum: et effluere de ipso: et retinet ipsum subtile terreum sibi admixtum: et ex illo conatu et retractione prouenit suus motus qui est quasi circularis: postea autem errare faciente calido assatiuo aut congelante facto repressiuo coagulatur humidum: et aliquando exiccatur: et aliquando fit humidum aridum: et sic vapor humidus qui conuersus est ad ipsum: et secundum has operationes fiunt res iste ex ipso: et fiunt res iste terre aliquando: quod enim natura terree substantie et vaporis fumosi sit in ipsis scitur ex hoc: quia quando igniuntur multum igne adurente: non tamen affante ea tunc remanet scoria terrestris: et resoluitur ab eis vapor siccus valde: qui est fumus ex terrenis partibus euaporantibus constans: solum autem aurum non sic resoluitur propter puritatem sue substantie et optimam commixtionem ipsius: horum autem omnium causa in scientia mineralium est reddenda. Quia vero omnia hec in expressione vaporis subterranei diximus generaliter consideratione communi et vlterius que consideratio non sufficit in naturalibus: ideo oportet aliud ordiri librum quartum in quo determinemus ista consideratione exquisita secundum propriam vniuscuiusque generationem: et hoc fieri non potest nisi sciantur actiones primarum qualitatum in corporibus que sunt et intelliguntur cum mixtis corporibus: et ideo oportet nos dicere de impressionibus primarum qualitatum in taliter mixtis corporibus: et ideo oportet nos dicere de impressionibus primarum qualitatum in corporibus que sunt commixta.

¶ Incipit liber quartus metheororum: qui est de impressionibus primarum qualitatum per quas constituitur forma substantialis corporum.

¶ Tractatus primus de operationibus primarum qualitatum.

¶ Cap. p^m. Que libri intentio: et de hoc quod qualitatum primarum due sunt actiue et due sunt passiue.

In p^o autem 4^o metheororum Tex. co. primi.

NOs in principio huius Doctrine diximus quod de corpore mobili ad formam secundum viam qua mouetur simplex ad commixtionem cum alio simplici determinatur in tribus libris metheororum qui precedunt istum quartum in quo determinatur de modo commixtionis simplicium: et post hunc librum sequitur consideratio de natura ipsorum mixtorum iam constitutorum in esse mixtionis. Cum igitur sic sit oportet primarum qualitatum determinare impressiones quas habent in corporibus que miscentur: quia per illarum operationes et passiones miscentur quecunque miscentur: et est modus mixtionis eorum secundum modum operationis et passionis primarum qualitatum. Quoniam igitur iam deter-

Nota q̄ſtio q̄tuor q̄litates p̄me ſint cauſe q̄tuor elemētorū vide p̄ hoc. 2. de gñone et corruptione. tex. cō. 7. et 8.

Prima p̄bat̄o ex inductiōe

minatum eſt ꝙ quatuor ſunt cauſe elementorū que ſunt quatuor prime qualitates que etiā ſunt cauſe elementorū: nō ſm̄ ꝙ elemēta differunt et ꝯſtituunt̄ ſuis formis ſubſtātialibus: ſed potius ſm̄ ꝙ ipſa adinuicē trāſmutant̄: ideo iuxta nūm vniuerſaliū coniugationū iſtarum qualitatū adinuicē ꝯtingit eſſe quatuor elemēta. Harum aūt qualitatū primarum due ſunt actiue que ſunt calidum et frigidū. due v̄o paſſiue que ſunt ſiccum et humidū. ¶ Q̄d aūt hoc ſit verū dupliciter probatur. ſ. per inductionē ſuorū operum ſiue effectuū et per diffinitionē ipſarū virtutū ſiue qualitatū actiuarū et paſſiuarum. Si enim nos cōſideremus ſex effectus principales qui ſunt terminare et trāſmutare ea que ſūt homogenia ſiue vnigenia et etherogenia ſiue nō vnigenia et humectare et areface re et indurare et mollificare videbimus experimentaliter ꝙ calor et frigus iſta agunt in mixtis ſiue ſint homogenia ſiue etherogenia. Calidum eniꝫ terminat res deducēdo eas ad cōplementū digeſtionis et maturationis q: dixit Ariſt. et nos oſtendemus infra ꝙ digerēdo calidum vincens omnia terminat et deducit ad complementū. ¶ Terminat etiā generādo calidum nāleq: ipſum eſt inſtrumentū virtutis formatiue in mixtis: et ideo aliquādo dicitur diſtinctiuū calidum: q: dat formā per quā ponitur res in eē diſtincto et diſtinguit̄ ab alijs. Et q: res formata deſiderat locū ſibi cōnaturalē: ideo dando formā dat per cōſequens ſibi locum. Dixerunt autē

Expō alior.

quidam de hoc expoſitionē non conuenientē huic ſententie. ſ. ꝙ calidum ſit diſtinctiuū quorūdam ſimpliciū ad locū: q: rarefaciendo aquā et terrā eleuat et inducit in eis formaꝫ aeris et ignis: et ita locat ea et diſtinguit ab inferioribus et terminat eo ꝙ in termino ponat. ſ. ſupra iuxta circūferentiā celi et in cō

Impugnatio.

cauo lune. Eſt enim hec expoſitio incōueniens hic: q: de talibus operationibus calidi in hoc libro nō agitur: nec innuitur Ariſto. tali modo terminationem attribuere calido in hac ſcientia ſed potius primo modo: vnde autē habeat calor naturalis in re ſic predicto terminare predicto modo ibi patebit vbi de generatione mixtorū loquemur. Sc̄da aūt operatio calidi eſt tranſmutare id qđ patitur et hec eſt plena cuꝫ de crudo facit maturū ſi vincat mām et ſi non vincat tamē alterabit eam virtute ſua ſm̄ ꝙ calidū eſt. Humectat etiā calidum aliquādo quedā coagulata per frigidum: ſicut metallica que ſunt es et plumbū et argentū et aurum et hmōi. Omnia autē quorū humor cōſtat per frigidū humectat humiditateꝫ in eis faciendo diſcurrere ab interioribus ad exteriora. Sed magis cōuenit ei areſacere p̄ hoc ꝙ facit humidi extractionem ſi vincat: et ſi excellens et ideo etiā ibi indurat: q: terreſtria amiſſo humido et extracto aſſantur et indurant̄ per calidum ſiccum quale eſt calidū ignis: quorū aūt humor apprehenſus eſt ſicco ita ꝙ non pōt moueri a fundo rei niſi cū ipſo moueatur ſiccū terreū illa mollificat calidū ſicut eſt ferrum et cornu. Hec v̄o ſex operationes ſunt etiā frigidi agentis in corporibus mixtis. Terminat enim frigidum coagulando et coadunādo et impinguādo ſicut nos inferius oſtendemus: quādo ſpecies paſſiuarū qualitatū explicabimus. Permutat autē alterādo et calidi effectum impediēdo: ſicut patebit in oībus indigeſtionis ſpeciebus. Humectat autē humoreꝫ aqueū inducendo et ꝯuertendo aereū humorē ad aqueū. Et areſacit humorem comprimendo ſicut eſt in terra vel luto coagulato qđ ex ariditate decidit in puluerē: et ſicut ē in cryſtallo vbi humor exactus eſt: et hoc modo p̄ ſe areſacit. Per accidens autē areſacit circunſtando calidū et expellens ipſum in interiora rei vt ibi cōſumat humidū naturale quo ꝯſumpto res relinquit̄ arida. Sicut eſt videre in vere in floribus

Propter qđ flores cadētes i vere quos tāgit frigus pruine apparēt rubei.

quos tangit frigus pruine q: cadentes inueniuntur rubei: et tandem puluerizant̄ in cineres eo ꝙ calor naturalis in eis incendit humiduꝫ cū ex pruina propulſus erat in profundo. Hoc modo etiā liquefacit et humefacit aliqua p̄ calidi operationē quā confortat per accidens: ſed de talibus operationibus eius infra erit dicēdum in tractatu de ſpeciebus paſſiuarū qualitatū. Iam patere pōt qualiter mollificat et indurat: q: inducendo vel augēdo humidū rei mollificat et comprimendo indurat. Sed per eādem inductionē operū patet ꝙ ſiccum et humidū ſunt qualitates paſſiue: q: calidum et frigidum non agunt iſta niſi in humido et ſicco: vnde illa ſunt que terminant̄ et permutant̄ et humeſcunt et areſcunt et mollificantur et indurant̄ ab actione calidi et frigidi: quādo ſunt

¶ Ad hec autē respōdentes dicim⁹ ꝙ in oībus elixatis inquātuꝫ elixata sunt hoc est quātuꝫ ad actionem pertinet elixātis arent interiora ꝛ exteriora sunt humida: pōt tamen hoc impediri per aliqḋ accidens corporis elixati sicut nos statim dicemus de elixatione ouoꝝ: cum aūt aret interius elixatū dico ꝙ est destitutū in interioribus humore naturali: calidū eniꝫ excellens proportionez mixti educat calidū ꝑportionale qḋ est intus: ꝛ qꝛ fuerit poros ꝛ corpus spongiosum ꝛ molle illis de causis que supra dicte sunt: ideo calidū naturale intēsum per calorez elixātis secū ad exteriora extrahit humidū intrinsecus: qḋ est ebulliens exealido ꝛ superferuet ei: ꝛ tūc diffundit in exteriorib⁹ rei: ꝛ fluit etiam in aquaꝫ elixātem ꝛ colorat eam colore elixati corporis: exteriora autē humida sunt: qꝛ ibi tenet humidum per accidētale humidū tangens ipm cui permiscet humidū naturale: ꝛ per hoc pꝫ qꝛ non resoluit totū humidū interius sꝫ decurrit ad exteriora: ab exteriori eni rei minus dissoluit ꝑpter continens humidū elixātis. Et ideo triplex humidum hīt exteriora s. naturale intrinsecū ꝛ naturale extrinsecū qḋ decurrit ab interiorib⁹ ad ipsa ꝛ accidentale extrinsecū: nec vnum alteri obuiando restringit: qꝛ cum intrinsecū magis sit acutum ꝑpter hoc ꝙ calor bulliens ipm magis eū acuit interius penetrabit exterius violēter ꝛ non econuerso. Est autem calor intus magis acutus trib⁹ de causis quaꝝ pma est: qꝛ magis separatur ab humido aqueo qḋ ebetat ipsuꝫ

Propter tres causas calor intrinsecus est magis acutus.

qḋ nō adeo pertingit ad interiora sicut ad exteriora: calidūꝫ enim subtile ꝛ acutū est in actione ꝛ ideo pertingit interius in rē plus ꝙ humidū. Alia cā est spissitudo partiuꝫ corporis elixati in quib⁹ plus multiplicat ꝛ cōmassat calidū ꝙ in partib⁹ aqueis ꝯpe non sunt adeo subtiles: ꝛ ideo interius calidior est res elixata ꝙ extra. Tertia causa est qꝛ ibi agit duplici calido. s. naturali ꝛ accidētali qḋ non fit in exteriorib⁹: ꝛ qꝛ ibi calidum nāle cito resoluitur: in interiorib⁹ autē magis ꝯtinetur per partes circūstantes. His ergo de causis penetrat interius humidū qḋ per istā tria acuit per exteri⁹ humidū: ꝛ recedit ab interiorib⁹. Qḋ autem dicit non esse dura res elixata nō est veꝝ si digesta est in fine elixationis: sed a principio anteq̄ calor feruens in hūido superferueat partibus ex interiorib⁹ resoluit humidum exterius ꝛ tūc cōtrahitur res elixanda sicut est videre in carne que elixat. sicut eniꝫ in prima ebullitione ꝯhit itaq; retrahitur ad extremitates ossium: que sunt in ipsa ꝛ inspissat pellis ꝛ caro dura sē ita ꝙ vix potest sibi infigi vnguis: cū autē calor conualuit in interiorib⁹ ꝛ superferuet acute in interiorib⁹ resoluit hūidū: ꝛ resoluuntur exteriora ab interiori humido penetrāte ꝛ exteriori humido lauante: ꝛ tūc caro extra mollescit ꝛ pellis recooperit ossa pluſq̄ fecit quando pmo bulliuerat: ꝛ tūc infigit sibi vnguis ꝛ est cōplete elixata: quinimo tūc resoluit ab ossib⁹ eo ꝙ humidū qḋ egredit dissoluit eam vndiq; ꝛ q̄si partes discōtinuauit. In ouis autē per accidens accidit cōtrarium: qꝛ siue elixent siue assentur humidū subtile resoluitur ab ouo ꝛ remanet viscosum: qꝛ substātia vtraq; oui. s. albugo ꝛ vitellum valde viscosa est que extracto subtili humido magis cōglutinat: ita ꝙ obstruūtur pori exteriores: ꝛ tūc humidū ab interioribus veniens reflectitur ad interius centruꝫ cum nō patet via ad exeūdum: ꝛ ideo iterius remanet humidū: ꝛ qꝛ aereū est humidū distrahens in ipso qḋ quādo frigido cōstat pingue est: ideo gutta in centrū oui est sanguinata: frigida autē duriora sunt postq̄ sunt elixata vel assata: qꝛ humidū dispersum in partib⁹ calidi qḋ mollit calidū spissatur per frigidū ꝛ adunat ꝛ retrahitur ꝛ tunc nō mollit partem: ꝛ ideo efficit tūc res dura que mollis fuit. Qḋ autez dicit pbs ꝙ interior calor ad se traheret humidū si vinceret intelligi debet ꝙ ad se traheret naturale si vinceret inquantum est naturale ꝛ non inquantuꝫ est calor: quia si vinceret inquantum est naturalis tunc remaneret humiduꝫ ad substantiam rei mixte: ꝛ tunc illud humidum contineretur a calore: sed si excederet calorem elixantem tunc esset excellēs calorem elixantem inquantum est calor tunc esset corruptiuus substantie sicut probat obiectio.

¶ Cap. xxii. De his que sunt elixabilia ꝑprie ꝛ que sunt elixabilia metaphorice.

Tex. cō. 25.

Si autē ꝑprie sumat elixatio non omne corpus mixtuꝫ erit elixabile. In quo enim nullūꝫ est humidū separabile ab ipso sed solū humidū continuans inseparabile: illud eniꝫ est inelixabile quēadmodum lapidea. Adhuc autez si nō sint adeo terrestria ꝛ sicca corpora vt lapidea sꝫ habent plus de humido aqueo ꝛ aereo: sed nō potest separari ab eis per calidū ꝛ humidū agens dicet inelixabile sicut lignū. Illa enim sunt elixabilia proprie dicta elixatiōe que habent humiditatem passiuā ad separationem a partibus in quibus est ab igniriōe siue caliditate que est in humido: ita ꝙ decurrere potest ab interiorib⁹ ad exteriora. Que autem metaphorice elixantur: aut elixant cū sint sicca actu aut cuꝫ sint actu humida. Si autē sunt actu sicca: aut hīt humiditatem solubilem eis: sed nō a partibus terrestrib⁹: aut habent eam solubileꝫ ꝛ separabilem sed nō cōmiscibilē cū terrestribus partib⁹. si autem habēt humiditatē solubilem sed non separabilem: tūc sunt sicut aurū qḋ liquefactū cuꝫ latere trito ꝛ sale in ꝑprio humido decoquitur ꝛ depuratur ꝛ argentuꝫ similr: cuprum autē depurat cum arena siue sabulo. In nullo autē hoꝝ humidū separatur a terreo sibi cōmixto per naturaꝫ sed potius fumosuꝫ impuꝝ effumat in ipsis ꝛ distillat feculentū terrestre ꝛ ita depurant. Si aūt habēt humidum sequestrabile qdem a terreo sed nō cōmiscibile cū ipso tunc sicut decoquitur humiditate ꝑpria que distillat ab ipsa sicut ligna viridia humoreꝫ distillantem ab eis emittūt ad ignē posita alia autē multa aliter elixant: sed nō iuxta eādem rationē fm formam susceptā. sed potius metaphorice: qꝛ mi-

Tex. cō. 26

nime propria noīa non habemus in talib⁹ que ppriē faceant cuilibet differencie que in talib⁹ inveniuntur: aurū eni ⁊ metallica elixant in pprio humido. Similr autē ⁊ ligna viridia ⁊ non in humido ignis elixantis: qa ille est calidus siccus: sed conueniunt in hoc cū elixatis: qa humor eoꝝ intraneus solvit ⁊ decurrit ad exteriora sicut in elixatis: sed differt in hoc ab eis ꝙ in auro non separatur a terreo nec in alijs metallicis: sed frigido coagulante eadem metalla recurrit humiditas intus in lignis autem viridibus distillat nec ppter hoc mollificatur lignum: sed potius induraē arefactū: sed in vere elixatis ab interioribus egreditur humidū ⁊ non recurrit: ⁊ mollificantur exteriora corporis elixati per ipsū: ea autem que actu sunt humida etiam metaphorice elixātur: aliquando autem per caliditatem alienam: aliquando autem per propriam. Similiter ex parte humidi quādoqꝫ separaē humidum in eis ad partem vnam ⁊ feculētum terrestre ad partem aliam: aliquādo autē separatur substātia terrestris ad vnaꝫ partem ⁊ aerea ad aliam ⁊ aquea ad tertiā: a caliditate enim ppria agente separatur humor vini a fece residēte: que qa in humido est digestio elixationi similis est. ⁊ de hac satis supra dictum est. In lacte autem a calore alieno cū calore coaguli caseus a butyro ⁊ serum ab illis duobus separatur ⁊ de hoc etiam supra expeditum est. Est autē hec cōpletio in calido humido ⁊ ideo similis elixationi: quotiēs enim ⁊ quot modis lac vel alia substantia actu humida per mutatur in substātiam quandam ⁊ speciem diversaꝫ per sequestrationem terrei ab aqueo ⁊ aereo ⁊ ab igne exteri⁹ circumstante ⁊ calefaciente totiens ⁊ tot modis fit metaphorice elixatio ⁊ semper fit simile epsesī quo ad efficiens qđ est calidū in humido: ⁊ quo ad humidū qđ semper decurrit ab interioribus exterius: sed ꝫ aliquando in toto relinquat exteriora: aliquādo autem non: sicut autem diversimode res elixantur ⁊ maturantur: tū proprie cū metaphorice ita nō habeat vnum finem ad quem per elixationem ⁊ maturationem deducūtur: quedam enim maturādo elixantur ad escā sicut carnes. ⁊ esibilia vniversaliter: quedam autem ad sorbitionem sicut humida. Multa autem ad aliam vsum: qa quedā medicine laxative que pharmaca dicitur vt scamonea elixantur vt reprimatur malitia eorum: vnum tamē est signum eorum que elixantur proprie ⁊ que elixantur cū sint humida sive que elixantur sicca existentia: dicuntur eni elixata que calore humido pinguiora queunt fieri aut minora: aut graviora sive quando quedam eorum efficiuntur talia: illa ꝫo contraria. s. macilentiora aut maiora aut leviora propter illud ꝙ per elixationem sunt disgregata in partib⁹ siccis ⁊ humidis sicut patuit in omnibus superius enumeratis in quibus omnibus humidum defluxit a sicco sive penitus effluendo: sive in exterioribus manendo: sive etiā redeundo ad interiora. Diximus enim elixatione quedā quidem densari ⁊ graviora effici sicut caseus: quia densior est ⁊ gravior ꝙ̄ fuerat prius quando natabat immixtus lacti ⁊ butyro: serum autem attenuatum est ⁊ leviatum ⁊ butyrū pingue ⁊ levius effectum similiter ⁊ recoctum. Est autem recoctum spissum gravius lactis qđ remanet coagulatum quādo lac multum decoquitur: efficitur enim tunc recoctū spissius ⁊ gravius. Similiter autem mel decoctum efficitur rarius: rarum autem ⁊ talia minora efficiuntur leviora: hec autem diversimode dicta sunt elixabilia. Si autem oleum sm se solum alij rei non permixtum accipiatur non potest elixari eo ꝙ nihil horum secum patitur a calido agente in humidum nec enim plus impinguatur nec minuiē ita ꝙ fiat densius qđ prius nec extenditur in maius: nec fit minus pingue: nec gravatur nec alleviatur cuius causa pro certo est: quia est viscosum ⁊ ideo terrestria tam fortiter coherent cū humidis aqueis ⁊ aereis ꝙ citius evaporantur cū ipsis ꝙ̄ separentur ab eis cuius signum est ꝙ fumus olei est valde fuliginosus eo ꝙ terrestria combusta effumant cum humidis ⁊ propter humidum aereū subtile fuligo olei vnite est adherentie: ⁊ est mollis ⁊ lubrica. quia ergo partes terrestres effumant cum humidis ⁊ nō humide partes per se: ideo permanet equaliter spissum ⁊ equaliter pingue sm essentiam: ⁊ ideo non elixatur. Tātū ergo dictum sit de digestione que est sm epsesim dicta non enim oportet nos dicere qualiter fiat in organis naturalibus in epate vel a calore cordis vel ab vtriusqꝫ calore. s. epatis ⁊ cordis in animalibus. quia cō-

fiat ꝙ digestio animalis est in calido ⁊ humido: ⁊ ideo quo ad passiones ⁊ effectum digesta ab elixatis non differūt: qa vniversa hec tā artificialia ꝙ̄ naturalia sunt ppter eandem causaꝫ ⁊ ideo hec oīa intus arent ⁊ extra sunt humida: ꝫ in mō differunt. qa certior est natura in operatione ꝙ̄ ars.

¶ Cap. 23m. De molinsi quid sit: ⁊ que sint cause eius: ⁊ que sint signa eius ꝙ molinsim patitur.

Tex.cō.

Mollinsis autem que est indigestio opposita epsesi erit vtiqꝫ multipliciter dicta sic epsesis. Molinsis ergo que est contraria epsesi primo ⁊ principaliter dicta est indigestio ei⁹ indefinita que est in corpore digerendo qđ est materia molinsis ⁊ epsesis. Fit autem hoc ab indigentia ⁊ defectu caliditatis circumstantis que est in humido digerente. Dictum est autem prius qualiter istud intelligitur: ⁊ dictum est ꝙ indigentia caloris semper est cum algore sive frigore. Non enim perveniret vnquaꝫ indigentia calidi nisi calidum cum frigore misceretur: quia sicut albuꝫ est nigro impermixtum ⁊ albius nigro impermixtius ita calidū est frigori impermixtum: ⁊ calidius frigori impermixtius potest tamen comburi res aliqua: ⁊ non illa dicitur indigesta sed combusta: sed indigesta dicitur que est alterata calido: sed non completa propter calidi defectum: oportet eni in omni digestione: ꝙ res digerende sm aliquid moveantur calido ⁊ alterentur: sed non complentur quia calor alterans ⁊ perficiens non sufficit. ⁊ ideo fit defectus circa calorem ⁊ digestionem. Defectus autem istius due sunt cause in genere: scilicet multitudo caliditatis in humido digerente ⁊ multitudo humiditatis ⁊ indigestibilis: tunc enim in vtraqꝫ istarū causarum evenit vt calidum digerens moveat quidem sed non fit tātū vt mollificet rem ⁊ pariter totaꝫ digerat eā. Invenitur tamen in quibusdam libris: ꝙ prima causa sit multitudo caliditatis in humido: ⁊ illa est falsa littera: tamen si ad veritatem reduci debeat oportet ꝙ intelligatur de caliditate que est in humido rei elixande que tanta sit ꝙ non vincatur ab extrinseca caliditate elixantis: glosant tamen quidaꝫ sic ꝙ intelligatur de multitudine caliditatis permixte cum frigido in humido elixante: sed hoc nihil est: quia hec non est multitudo caliditatis sed potius paucitatis eius: posset etiaꝫ dici ꝙ alia est caliditatis multitudo: ⁊ alia magnitudo. Multitudo eniꝫ est quando in multis partib⁹ humidi diffusa est ⁊ divisa: ⁊ tunc attenuatur acumen eius: et non digerit ⁊ ideo que sunt multi humoris frigidi in interioribus non bene digerunt cibos ⁊ hoc modo multitudo caliditatis in humido causa est indigestionis. Magnitudo autem caliditatis est ex acumine eius: ⁊ illa indigestionis causa esse non potest: ⁊ quia molinsim passa sunt quedā mora a calido: sed non sunt completa: ideo sunt duriora elixatis ⁊ humidum eorum magis est dispersuꝫ in eis ꝙ̄ in elixatis: quia enim caliditas movit ideo exiccavit aliquid de ipsis ⁊ ideo res tunc contrahitur circa centrum: ⁊ tunc comprimunt se partes ⁊ ideo indurantur: ideo etiam humiduꝫ motum ⁊ non eductum diffudit se in partes vndiqꝫ ⁊ disgregatum est non simul omnes in interioribus vel in exterioribus sicut est in exterioribus elixatis ⁊ in interioribus in assis. Sic ergo patet quid est epsesis ⁊ quid est molinsis.

¶ Cap. 24m. De opthesi: ⁊ vtrum illa sint opthetica que primo elixantur ⁊ postea assantur.

Tex.cō.3[illegible]
[illegible]

Opthesis quidem est digestio: ⁊ quando vocabulum accipitur proprie sm vsum ⁊ institutionem ipsius tunc fit a caliditate sicca ⁊ aliena: qz tunc non dicitur compleri per opthesim nisi qđ arte completur sicut id quod assatur. Quando autem fit a natura etiā tunc fit a caliditate aliena eius qđ completur per opthesim ꝫ non fiat a caliditate aliena animalis. Si enim nullo modo esset a caliditate ppria ⁊ intranea non esset species digestionis: cum omnis digestio sit cōpletio a naturali ⁊ proprio calore sicut supra ostēdimus. Qđ autem quidam dicunt ꝙ opthesis non fiat nisi a caliditate aliena: ⁊ non sit species vna digestionis sed potius digestio posterius dicetur de ipsa eo ꝙ completio quedam est cibi: nos indubitanter falsum esse probabimus infra ⁊ ostendemus naturā opthetice operari ⁊ mentē Arist. esse ꝙ ista principaliter sint in natura ⁊ secundario in arte: ꝫ nomina principalius artificiosis conveniant ꝙ̄ naturalibus. Est

Tex.cō.37.

bus. Est hec digestio in indefinito humidi sicut et alie: vnde si aliquis primo complere incipiat elixando: et postea per motum: et maturet ipsum non ab humidi caliditate sicut elixatio complet: sed a caliditate sicca sicut complet assatio cum completum fuerit quod taliter maturatur ipsum erit assatum et non elixatum: et si abundanter vltra maturitatem assetur dicetur torreri eo quod tunc aridum et siccum valde inuenitur cuius probatio est: quod omne id quod siccius est extra quam intra completur ab arida caliditate sicut supra probauimus: ideo enim partes exteriores sicciores sunt quam interiores cum in elixatis sit econuerso talia autem que primo inceperunt elixari et postea completa sunt sicco calido interius sunt humida extra sicca. Constat ergo quod assata et non elixata debent dici. ¶ Quod autem intus sunt humida exterius sicca illa que sunt assata ostenditur per consilium sapientum: qui docent eos qui labore corporali manuali victum querunt vti assis potius quam elixatis eo quod duriora sunt extra et non resoluuntur facile in sudores et tamen humidum nutriens habent intus sunt autem sicca extra et humida intus: quia difficile vel forte impossibile est ea que assantur intrinsecus et extrinsecus equaliter calefacere ad ignem calidum et siccum: que enim propinquiora sunt igni citius arescunt et magis propter hoc indurantur et cum pori extra contrati et clausi fuerint humidum intrinsecum ebulliens ex calido mouente et querens exitum nequaquam valet egredi sed potius includitur quando pori conueniunt et clauduntur: et horum omnium causam supra assignauimus tum de epsesi sermo haberetur.

¶ Cap. 25m. Et est digressio declarans de permutatis ex vna digestione in aliam: et qualiter digestione cibi laborantibus est vtendum.

Si autem dubium de permutatis ab epsesi in opthesim. Si autem epsetica interius arent si postea opthesi complentur resoluet calor huius siccus humidum quod est in superficie et ita erunt et exterius et interius sicca ergo non epsetice nec opthetice nec epsetica nec opthetica vt videtur. ¶ Adhuc autem sicut est permutatio elixationis in assationem ita est permutatio assationis in elixationem: assata autem sunt exterius sicca et interius humida: et illa per sequentem elixationem priuantur interiori humido et humectantur extra vt videtur. ¶ Amplius hi qui manibus victum querunt motu et labore calorem excitant: calor autem resolutiuus est spirituum et ductiuus caloris ad exteriora eductus autem ad exteriora calor diminuitur in interioribus et per consequens non valet complere digestionem cibi duri ergo his qui manibus victum querunt non est conueniens cibus durus: sed mollis mollis autem est elixatus: tales ergo vti debent cibo elixato. ¶ Adhuc quo cibo vtuntur laborantes labore spirituali. his enim cerebrum in motu est et calidum cerebrum aut calidum humidum quod est in stomacho trahit ad seipsum et conuertit in catarros: ergo talibus malus est cibus mollis et humidus. s. elixatus et ita videtur quod etiam philosophantes vti debeant assis et non elixatis. ¶ Ad omnia autem talia dubia sciendum quod elixatum secundum ordinem digestionum potest compleri per opthesim et non econuerso: quia tum elixatur vsque ad decursum humidi ab interioribus ad exteriora tunc humidum propter calidum siccum in opthesi redit ad interius et interiora magis humida: quia via non clauditur per opthesim sed potius aperitur: in opthesi autem clauditur via exterius et comburuntur exteriora ita quod non possunt mollificari et accidentali humido postea in elixatione: et ideo humidum quod est intus non reuocatur ad exteriora per calidum humidum elixans: et ideo manent habentia proprietatem assatorum. ¶ Illi autem qui victum querunt manibus non habent laborem nisi proportionatum viribus quia aliter cito induceret lassitudinem et subiecti destructionem: et ideo non omnino consumit et dissoluit sed maximum conuertit nutrimentum et velociter portat ipsum ad locum vbi calor abundat: calor enim talium plus consumit de cibo quam conuertat nisi cibus resistat calori per hoc quod est durus: et ideo talibus conueniunt assa et dura quia mollia dissoluerentur in ipsis in sudores conuertens autem calor digestionis durum in talibus portat ipsum ad locum vbi abundat motus: et ideo fabri in bracchijs maiores sunt quia plus de nutrimento deportatur ad bracchia eorum et ex calore indurescunt eis nerui et carnes in membris illis et eadem causa improportionaliter grandescunt crura fullonibus: et non tamen est hoc aliquando in se sed in filijs: quia filij fullonum frequenter nascuntur cum magnis cruribus: et filij fabrorum cum magnis bracchijs. ¶ De

*Solutio.*

*Propter quid manu laborantibus magis conueniunt assa.*

philosophantibus autem econuerso est: quia spiritus in ipsis redit in virtutem animalem: et ideo minus in eis viget virtus naturalis quia tota materia transit in animalem spiritum: et ideo nisi mollibus vtantur et elixatis remanet humor ibi putridus indigestus. Motus autem cerebri et si attrahat tamen etiam consumit: et ideo illud accidens non multum nocet: et per hoc patet solutio omnium dubitatorum.

*Propter quid philosophantibus elixa magis conueniunt.*

¶ Cap. 26m. Qualiter epsesis et opthesis fiunt in organis naturalibus.

Opthesis autem et epsesis fiunt quidem arte sicut dictum est: quia ex operibus artis imposita sunt nomina: fiunt autem etiam a natura vniuersaliter species iste similes: fiunt enim passiones assorum et elixatorum siue fiant in organis naturalibus siue artificialibus quo ad efficiens et passum quia efficiens in epsesi semper agit in calido cum humido: et efficiens in opthesi semper agit in calido coniuncto cum sicco passum autem in epsesi semper erit intus siccum: et extra humidum: in opthesi autem semper erit intus humidum et extra siccum. Quando autem fiunt iste species in organis naturalibus sunt species eorum magis innominabiles eo quod magis latent quam quando fiunt arte. Oportet autem quod principia fiant in natura: quia ars naturam imitatur: et non econuerso quia primum nunquam imitatur secundum: vt dicit Dionysius et forma nunquam imitatur formatum: nec causa imitatur effectum sed econuerso. ¶ Et ideo falsum dicunt qui dicunt etiam naturam imitari artem. Imitans enim accipit ab eo quod imitatur. Natura autem nihil accipit ab arte: sed econuerso: epsesis autem imitatur naturam in hoc quod complet cibum calido et humido digerentibus quia digestio qua completur cibus in corpore animalis similis est epsesi in eo quod a corporis caliditate per epar et cor fit digestio a calido cum humido. Similiter indigestibes quedam sunt similes molinsi que fiunt ex defectu naturalis caloris in humido aut ex defectu calidi cum humidum fit improportionatum: aut ex abundantia humidi super calidum sicut superius dictum est. Dicunt autem quidam hic: quod opthesis nunquam fit in organis naturalibus mentientes contra Aristo. in littera ista. Dicant enim qualiter complentur ossa in animalibus si nunquam fit opthesis in organis naturalibus: ossa enim dura sunt extra et humida et medullosa intus nec vnquam indurari possunt nisi calido sicco propter quod dicit Empedo. ossa constare ex octo partibus quarum quatuor dedit Vulcano. Ideo dicit Auicenna quod natura sagax est: et distribuit calidum quod instrumentum est nature vt supra diximus: et carnem quidem complet per calidum et humidum et ossa per calidum et siccum et cartilaginem per medium: sed et in manu et humor ex quo sunt lapides et precipue marmora: hoc modo per opthesim complentur a natura. Unde constat apertissime illos non intellexisse philosophiam. Indigestiones etiam quedam similes sunt stathensi in quibus ossa non satis durescunt etc.

*Tex. com. 28. versus finem.*

*Error aliquorum asserentium nunquam opthesim fieri in organis naturalibus.*

¶ Cap. 27m. De vermibus in inferiori aluo in quo est digressio soluens dubitabilia que sunt de hoc.

Uerunt autem quidam qui dixerunt quod in indigestione molinsim passa in cibo animalis in stomacho generantur animalia siue vermes: qui lumbrici vocantur: quorum dictum nitebatur quidam signo: quia lumbrici in superiori aluo inueniuntur in mortuis animalibus qui inciduntur et eijciuntur aliquando per vomitum. per vomitum autem eijci conueneruntur ea que sunt in superioribus ventris. Adhuc autem quidam medicorum obijciunt ad hoc per experta quia inuentus est aliquando homo cui vermes qui ascarides dicuntur perforauerunt ventrem superiorem et exiuerunt per ipsum. Adhuc autem quod in putrefacto de quo generatur animal necesse est esse humidum subtile quod constare facit animalia calor naturalis egrediens de re putrefacta: humidum autem subtile non est in inferiori aluo sed potius feculentum terrestre grossum ergo videtur quod superius generentur. ¶ Adhuc autem si de putrefacto cibo inferius in loco fecis generarentur oporteret quod de omni fece generarentur nunc autem generantur de quibusdam cibis specialiter sicut de tritico cocto et fabis et faseolis et carne cruda et alijs quibusdam viscosis et flegmaticis: sicut ex lacte crudo et oleribus et fructibus humidis: videtur ergo quod in superiori aluo generentur. ¶ Adhuc in quibusdam animalibus in epate vermes inueniuntur sicut in ouibus: epar autem non est in inferiori parte ventris sed potius supra stomachum. His rationibus dixerunt quidam medicorum quod vermes in superiori ventre generentur in loco vbi cibus remanet crudus

*Tex. com. 28.*

Opio Aristo. de generatione vermium in corporibus animalium.

et molinsim passus. ¶ Et contra dicit Aristo. quod vermes generantur in segregatione cibi hoc est in cibo segregato putrefacto in inferiori ventre. et deinde cum generati sunt ascendunt sursum propter nutrimentum et sic generatur in inferiori: et cibatur in ventre superiori quia cibus non putrescit sed maturatur et decoquitur in superiori ventre. sed putrescit et corrumpitur in inferiori id quod segregatum est tanquam feculentum a subtili. Animalia vero ista nascuntur de putrefacto segregato cuius signum est quia eis similia exterius generata putredines stercorum querunt in cibum sicut musce et vermes: eo quod ex talibus generantur. Videtur ergo quod generentur in inferiori alvo quare autem cibus putrescit inferius et in ventre in aliis habet determinari: quia in summa de nutrimento de hoc tractabitur. Est autem huius et alia ratio per experta quia frequentissime talia animalia antequam compleantur eijciuntur cum stercore: quod non esset nisi vicine iuxta portam stercorum generarentur. In ista enim ambiguitate absque dubio aliquantulum discordare videntur auctores. probabile enim est quod isti vermes a superfluitate cholerica non generentur propter caliditatem et amaritudinem ipsius nec a melancholia naturali et superfluitate in qua ipsa generatur propter nimiam eius frigiditatem et siccitatem: nec etiam a melancholia naturali propter nimium incendium eius et amaritudinem eius: cuius signum est quod animalia exteriora similia illis stercora talium superfluitatum fugiunt nec resident in eis: in eis enim in corporibus putrefactis in humido quod extrahitur ab ipsis aliquid possit esse horum humorum: et ex illo generari vermes ut supra diximus: tamen non ita est in stercoribus quia in illis diu egit calor: et parum subtile est eis permixtum. et ideo stercora cholerica multum sunt amara: et melancholica multum frigida et sicca: et non est in eis tantum de subtili ex quo possit generari animal: humidum autem sanguineum quod est ex cibo fere attrahitur ab epate in nutrimentum: ita quod etiam de illo non tamen descendit quod inde in putrefactis generari possit: et ideo quantitas istorum vermium secundum dicta Avicenne non causatur nisi ex quantitate materie et generatio eorum est ex flegmatica fece et superfluitate. Sunt enim aliquando valde longi ita quod inveniuntur aliquando ad quantitatem cubiti unius et dicuntur a vulgo serpentes: et sunt aliquando rotundi et breves: et sunt aliquando lati breves sive parui bubones et dicuntur a vulgo busones: et sunt parui crescunt et fiunt peiores omnibus aliis. Causa autem diversitatis quantitatis huius sicut dicit Avicenna est quia aliquando generantur ab humore: quem diuisit in partes epar attrahendo et partem relinquit ex ipso et illi sunt aut longi et pauci sicut continuus est humor: aut multi et parui si humor in fece est discontinuus: aliquando autem sunt ex humore de quo parum attrahit epar et illi sunt magni et longi si continuus est humor. vel lati et breves si discontinuus. Quando autem medio modo trahit humorem epar et relinquit medio modo tunc fiunt medii. Secundum Avicennam etiam

Opinio Avicenne.

generantur in tribus locis vermes scilicet in superioribus intestinis: et precipue in illo quod dicitur longum et involutum: et in inferioribus: et tunc aliquando generantur in illo quod dicitur mantica eius saccus sive monoculum in quo est prima congregatio et mora stercorum: aliquando autem generantur in eo quod dicitur colon: ubi autem plus est generatio eorum superius ibi est eorum quantitas maior: ex materia que maior ibi est subtilis humidi immixti in fece: et etiam ex hoc quod ex mora eorum longa in corpore et in nutrita in corpore crescunt huiusmodi animalia. Inferius autem minora sunt eadem animalia propter causas oppositas. Secundum hoc ergo erit dicendum: quod superior alvus habet tres partes in quibus multum est de subtili et continuus attractus eius ab epate et ille partes sunt stomachus et intestinum quod dicitur duodenum. et intestinum quod dicitur ieiunum. Ad istas enim partes ventris plurime et ample vene veniunt ab epate attrahentes subtile humidum ad corporis nutrimentum: et in illis non generantur vermes eo quod ibi dominatur calor terminatiuus humidi qui est calor digestiuus et non sinit putrescere cibum nisi forte contingat per accidens ex infirmitate. Inferior autem venter habet quatuor partes. scilicet intestinum longum: quod alio nomine dicitur involutum eo quod multas habet revolutiones ut cibus diutius in eo remaneat: et ut undique exugatur ab ipso quod est subtile conveniens ad nutrimentum incipit tamen ibi corrumpi stercus: et putrefieri: cuius signum est quia in fine eius est intestinum quod dicitur monoculum: quia non habet nisi unum oculum sive foramen et dilatatur circa illud sicut saccus magnus: et colligit stercora donec collecta in magna quantitate simul expellantur: quia aliter minutatim oporteret stercus in omni loco emittere: sub ipso autem est colon quod aliquando etiam aliquam habet curvitatem: et sub illo est intestinum quod dicitur rectum et vocatur longaon per quod velociter emittitur stercus: et in his quatuor generantur vermes: sed in ultimis duobus cito emittuntur et precipue in ultimo ideo semper sunt parui. In monoculo autem frequentius generantur et aliquando ascendunt et aliquando descendunt et secundum hoc planum est videre objectis. Est autem sententia aliquorum probantium subtilem rationem habentium quod vermes non generantur nisi in inferiori quod est colon: in ultimo enim generari non possunt propter rectitudinem sui descensus quia statim cum stercore expelluntur. In superioribus autem generari non possunt: quia exugitur ab illis materia subtilis humidi: et etiam ab illo quod dicitur monoculum quia ibi congregat feces naturaliter et facit manere. ut si quid remansit de humido subtili ibi exugatur ab ipso per venas ab epate ad monoculum descendentes: colon autem quasi non nisi fecem habet cum humido putrefacto quod est materia vermium: et de facili illud intestinum tardat emittere stercus vel propter viscositatem flegmaticam. vel quia non pungitur felle vel alia de causa: et ideo illum solum locum dicunt esse generationis vermium et ille est in inferiori alvo. ¶ Sunt et reliqui dicentes quod isti vermes generantur in inferiori alvo in quatuor ultimis intestinis: ut dictum est: sed non generantur ex materia unius speciei: quia non potest esse quin aliquid de humore quolibet sit admixtum putredine fecis: et secundum diversitates humorum dicunt vermes variari in quantitate et colore: et omni eodem modo sicut supra diximus in his que generantur ex putrefactione: et quod dicit Avicenna dicunt esse verum: si in humido ex quo generantur vermes simplex est substantia cholere et melancholie est non humidum. sed non est ita sed potius est humidum cibale aliquantulum admixtum cholere vel melancholie sanguini vel flegmati: et si dictum istorum coniungatur cum dicto Avicenne de quantitate humidi: et de loco generationis vermium: tunc erit perfecte scitum de vermium generatione: unde dictum primum quod in superiori ventre generentur nullo modo est verum nisi forte aliquo accidente infirmitatis corrumperetur complexio stomachi sed quantum est de ordine intestinorum secundum naturam esse non potest. ¶ Ad rationes autem ipsorum dicendum quod ascendunt vermes ad nutrimentum subtile capiendum: et quando ascendunt forte morantur donec fiunt valde magni propter quod iidem per vomitum aliquantulum eijciuntur et precipue post acceptionem vomitorum fortium eradicantium ea que sunt in fundo stomachi sicut etiam ascenderunt in eo cuius ventrem perforaverint. Subtile autem subtus ventrem superiorem est in fece et calor fecis cogit ipsum exire cum sit naturalis facit ipsum constare ad vermis generationem unde supponebatur falsum cum dicebatur quod non esset subtile nisi superius. Superius enim est in abundantia. et ideo ibi non corrumpitur sed inferius: nec prohibet aliquid quin de uno cibo plus generetur quam de alio eo quod humidum unius cibi citius putrescit quam alterius. Quod autem inveniuntur in epatibus quorundam animalium et precipue ovium

Solutio rationum.

fit ex eo quod epar non digerit cibum attractum vel propter quantitatem vel propter epatis malam qualitatem et tunc humidum attractum corrumpitur in epate et generantur inde vermes comedentes substantiam ipsius et est formatus sicut sanguisuga longus et subniger: et de omnibus his alibi cum intentione tractabitur ubi agetur de cibi distributione per intestina et de anathomia ventris in libro de nutrimento et de animalibus.

¶ Cap. 28m. De stathensi que opthesi contrariatur quid sit: et quibus de causis fiat.

Sicut autem molinsis contrariatur epsesi ita oportet quod aliquid sit contrarium digestioni que dicitur opthesis. sed tamen est innominatius quam id quod epsesi contrariatur et hoc ideo est quia non frequenter impeditur ab effectu digestionis calidum cum sicco cum sit actionis acutissime: et ideo indigestio sibi contraria non multum fit: dicatur autem si placet stathensis: quod sonat semiassum vel imperfectum perassatum: quod enim non completur digestio que dicitur opthesis hoc erit propter caliditatis defectum. Defectus autem caliditatis operantis cum sicco in opthesi erit propter duas causas aut alteram illarum scilicet quia lentus et paucus est exterior ignis assans quia dicitur exterior quia est extra assabile licet non semper extra naturam ut supra ostendimus seu propter molem multitudinem humidi aquei in eo quod debet assari quam non potest vincere calor exterior ut claudat poros qui sunt in superficie. In his enim duabus causis calidum est tamen id quod movet et alterat id quod assandum est: sed minus est quam sufficiat ad hoc quod complete digerat assando sic ergo dictum est quid est digestio vel indigestio: et quid pepansis: et quid omotides: et quid epsesis: et quid molinsis: et quid opthesis: et contraria eius indigestio que dicitur stathensis.

Text.

¶ Incipit tractatus secundus eiusdem qui est de communibus effectibus passiuarum qualitatum.

¶ Cap. i. Et est digressio declarans que tractatus intentio et quis dicendorum ordo.

Tex. co. 18.

Habitis effectibus primarum qualitatum actiuarum in corpore mixto communibus determinandi sunt effectus passiuarum qualitatum in eodem. Sunt autem effectus istarum qualitatum quidam communes et quidam proprij: et sunt tam communes quam proprij in duplici consideratione. Habent enim considerationem in comparatione ad suas causas a quibus fiunt sicut coagulatio que quandoque fit a calido sicco: quandoque autem a frigido. habent aliam in comparatione ad sua subiecta que suscipiunt et differunt eos et secundum vtramque istarum diuersitatum oportet nos tractare de effectibus istis: et erit nostra intentio primo de communibus dicere. et deinde de magis specialibus secundum comparationem quam habent tam communes quam speciales ad suas causas: et deinde dicemus earum operationem ad subiecta in quibus sunt et tunc completa erit nostra intentio de ipsis in hoc libro quia de specialissimis effectibus ipsarum agendum est in particularibus scientijs: et de mineralibus et plantis et animalibus. specialissimi enim illi effectus non possunt adeo sola principia sciri sicut sunt principia mixti corporis inquantum est mixtum tantum. ¶ Scias

Tex. co. 29.

enim quod Empedo. sententia fuit componi quamlibet rem ex octo partibus: et octo partium effectum manifestari in qualibet re mixta. s. ex duplici calido ignis et aeris et duplici frigido terre et aque: et duplici humido corporali aque: et spirituali aeris et duplici sicco. s. spirituali ignis: et corporali terre: et dicebat solam caliditatem esse simpliciter actiuam et spiritualem eo quod non inuenitur incorporata sed tantum in formalibus elementis que sunt ignis et aer. et in aere non est secundum actum sed secundum potentiam vt dicebat. Omnes autem alias passiones et mixtiones posuit esse calidi ignis et ignem vbique ingredi super eas et ideo etherem dixit esse ignem: et hunc aliquando intrare in radices terre: sicut apparet in Vulcano et thermis et incendijs terrarum per ignem de subterra venientem. huius enim tam curiosus inuestigator fuit Empedo. vt dum in monte qui dicitur Ethna qui est in Sicilia inuestigaret naturam Vulcani cecidit in foueam eiusdem Vulcani et consumptus est a Vulcano quem inuestigauit que fouea pro hoc a poetis casum Empedocleus est vocata: sed hic sic dixerit. Nos tamen hic non inuestigamus nisi effectus duarum qualitatum quas supra probauimus esse passiuas. s. humidi et sicci et harum inuestigabimus effectus secundum quod sunt aque et terre quia ex istis duobus elementis materialiter constant corpora mixta. Hoc autem faciemus propter quatuor causas. ¶ Vna quarum est quam diximus in secundo de generatione et corruptione quod licet sint ille qualitates que prime dicuntur octo secundum esse et modum tamen sunt quatuor tantum secundum essentiam et ideo humidum spirituale est idem per essentiam cum humido incorporato et siccum spirituale idem per essentiam cum sicco incorporato: sed secundum esse differunt et in hoc deceptus fuit Empedo. quia non distinxit inter esse et essentiam rei: cum tamen in his sit diuersitas magna. ¶ Secunda causa est quia licet sint humidum et siccum spiritualia tamen secundum esse spirituale non componunt corpus mixtum sed potius grossantur ad humidum et siccum incorporata licet retineant aliquid de virtute spirituali et tunc mutata et incorporata siccum et humidum componunt corpus mixtum. ¶ Tertia causa est: quia humidum et siccum spiritualia in mixto non deputantur ad patiendum sed ad agendum. tum enim calidum agit coniunctum cum humido in corpore mixto est illa coniunctio frequenter cum humido spirituali. sicut patet in omnibus spiritibus tam naturalibus quam vitalibus quam etiam animalibus. Similiter cum agit cum sicco oportet siccum illud esse spirituale quia aliter non esset subiectum caloris nec penetraret cum ipso: hoc autem patet ex hoc quod si calidum naturale coniungeretur cum humido et sicco incorporatis detineretur cito calidum propter operationem motus humidi et sicci incorporatorum quia illorum motus est ad centrum cum motus caloris sit a centro sicut diximus in libro de generatione et corruptione. ¶ Quarta causa est et potissima: quia cum in omni mixto siccum debeat continuari per humidum et humidum terminari per siccum non continuarent et terminarent se inuicem nisi essent humidum et siccum corporalia: spiritualia enim per modum suum a centro egrediuntur a se inuicem et manent impermixta et ideo operationes ipsorum non multum in mixto inueniuntur humidum autem et siccum corporalia terminant et continent se inuicem: quia humidum aque fluit in seipso et siccum constat humido et ideo commiscentur: et ideo ex his constant corpora mixtorum per naturam.

¶ Cap. ii. De probatione quod omnia mixta materialiter constant ex aqua et terra et humido et sicco.

Tex. co. 30.

Passiuorum igitur videlicet humidi et sicci dicende sunt species impressionum siue effectuum. humidum enim et siccum sunt principia corporum mixtorum secundum quod passiua sunt: et ideo materialiter componuntur ex eis: reliqua enim omnia preter simplicia sunt materialiter mixta ex humido et sicco: sed non semper sunt ex eis equaliter: et illud mixtum in quo aliquod eorum abundat magis illud sequitur et magis naturam illius: quemadmodum quedam magis sequuntur naturam aridi in quibus abundat terra sicut lapides: et quedam magis sequuntur naturam humidi in quibus abundat aqua: sicut metalla et ideo per nulla ita bene bene cognoscitur natura eorum materialis sicut per effectus et species humidi et sicci ex quibus materialiter componuntur. vniuersa enim mixta erunt humida vel sicca actu vel potentia: que actui quo ad modum perfecti et imperfecti iacens est et habet se actus ad potentiam sicut liquefactio ad liquabile: quemadmodum dictum est in alijs et precipue in. 9. prime philosophie. Quedam enim humida sunt actu et sicca potentia sicut arefactibilia que sunt aque species vt infra ostendetur: et quedam sunt sicca actu et humida potentia sicut que coagulantur frigido et liquescunt calido sicco sicut metalla: per ea enim que actu et potentia sunt in corporibus maxime cognoscuntur nature eorum: igitur per humidum et siccum nature mixtorum maxime cognoscuntur. Amplius humidum diffinimus per facile terminabile termino alieno: et per difficile terminabile termino proprio: et aridum econuerso: et ideo vtrumque ad alterum terminatur in mixto. quia humidum continuat siccum: et siccum terminat humidum: et ideo in mixto se habent sicut opsonia: et condimenta in cibis. sunt enim illa temperata ex multis: et dantia alijs sapores compositos et mixtos: et ita sibi inuicem faciunt humidum et siccum quia in mixto vtrumque constat per alterum: humidum enim est cum sicco: vt determinetur continuitate: quia sine humido siccum caderet in puluerem et siccum causa est humido vt terminetur. et sic in mixto et non desinat et sic vtrumque vtrique fit colla. hoc est colligatio quedam quemadmodum dixit Empedo. in libro quem Persicum vocauit: eo quod persice est scriptus quod se habent humidum et siccum sicut farina et aqua quia sicut farina per quam conglutinatur ita siccum conglutinatur per humidum: oportet ergo quod omne corpus mixtum et determinatum cuius partes constant nec defluentes nec discontinue fit ex ambobus et ex horum ergo passionibus et effectibus maxime cognoscitur eius natura. Si autem istas qualitates passiuas reducere velimus ad prima subiecta sua. que tamen eis veniunt in commixtionem mixtorum corporum: tunc elementum quod proprijssime dicitur esse subiectum aridi commiscibilis est terra: et quod est primum subiectum humidi est aqua quia licet ignis sit aridus et aer humidus hec tamen corpora non sunt commixtibilia in esse spirituali manentia vt diximus prius. et ideo subiecta eorum que componunt mixtum corpus sunt terra et aque: et ideo mixta corpora in quibus inueniuntur effectus humidi et sicci numquam sunt sine aqua et terra: et de cuius essentia et virtute plus est in mixto. et huius operatio plus apparet: et manifestatur in ipso sicut diximus prius. Amplius autem hic apparet ex hoc quod animalia in quorum corporibus maxime apparet mixtio omnia sunt quiescentia in terra atque in aqua. Cum ergo locus et locatum eiusdem sint generis: quia res mota tendit ad locum suum: oportet quod omnia composita sint in aqua et terra: licet enim dicatur falso rumore quod Salamandra viuit de igne et allec de solo aere: et quedam alia de terra sola et alia de aere solo: tamen hoc falsum est: quia nihil elementatum viuit de simplici elemento quia omnis res ex eisdem generatur et nutritur: nullum autem animal de simplici elemento generatur nullum ergo eorum de simplici elemento nutrietur sed quod pilus et pannus de salamandre pilo factus non ardet ideo est quia potentias non habet per quas ingrediens calor soluere possit ab humido continuante: et ideo impeditur eius incendium: allec autem et sturio et quedam alia animalia non habent intestina inuoluta non enim nisi stomachum habent et intestinum rectum: et ideo cito emittitur ab eis cibus: et quia nihil inuenitur in ventribus eorum ideo non comedere putantur cum tamen hoc non sit verum: in captura enim timore emittunt cibum et omnibus ergo his constat quod mixta componuntur ex duobus passiuis. s. humido et sicco incorporatis in aqua et terra: et ideo mixta principaliter componuntur ex aqua et terra et per nullum adeo bene natura manifestatur mixtorum sicut per effectus qui species et passiones dicuntur humidi et sicci. Querende ergo sunt principaliter impressiones subiectorum in hac parte nostri libri etc.

Nihil ex simplici elemento nutritur. Vide 2° de generatione et corruptione. tex. co. 50.

¶ Cap. 3m. De duro ꝛ molli que sunt primi effectus humidi ꝛ sicci ꝛ sunt cã multoꝝ alioꝝ ꝛ de ordine dicendorum.

Tex.cõ.30.

Tangentis ergo duos effectus siue passiones effectas in humido ꝛ arido qui sunt cause multarum aliaꝝ passionũ ꝛ ideo corporaliũ passionũ corpoꝝ determinatoꝝ p humidũ ꝛ siccũ: necesse est causas primas existẽ q dicũtur durities ꝛ mollities. Ex humido enĩ ꝛ arido tanq̃ primis cãta necesse est q̃ sint duo hec. s. durũ ꝛ molle. Durũ enĩ ẽ qḋ nõ cedit in seipm̃ qñ tãgit vel cõprimit: sꝫ potiꝰ Empipedũ ad tactuꝫ hoc est circa mẽsuratũ in magnitudine sua ꝛ figura remanẽs: ꝛ hoc iõ est: q: nõ cedit: q: qḋ cedit figurã amittit ꝛ dimẽsionẽ q̃titatis quã prius hẽbat. sed qḋ resistit retinet eã quã habuit prius figurã ꝛ quãtitatẽ. Molle autẽ ẽ qḋ cedit in intꝰ pfundũ: sꝫ nõ cedit circũfluẽdo tãgẽs ipm̃ vnde aque nõ est molle qḋ: q: qñ tangit nõ cedit a figura ꝛ q̃titate sua in pfundo: q: tunc retineret vestigiũ tãgẽtis eã: sꝫ potius aqua circunstat ꝛ circũfluit id qḋ tãgit eã: nec est etiã dura q: est empipeduꝫ vt dictũ est nõ cedit ipressioni in pfundum vnde durũ est: qḋ hꝫ potẽtiã nãlem ad resistere tãgenti. Molle aũt est qḋ hꝫ eiusdẽ rei impotẽtiã: ꝛ durũ est qḋ vincit siccũ in humido cõtinuãte ipm̃. Molle autẽ qḋ vincit humiduꝫ in sicco terminãte ipm̃: vnũq̃dq̃ aũt istoꝝ dicit dupl̃r: scilicet absolute ꝛ simpl̃r durũ sicut lapis. ꝛ molle simpliciter sicut pasta: ꝛ in cõparatione sicut lignũ qḋ durũ est ad pastã ꝛ molle ad lapidẽ ꝛ sic de alijs. Simpl̃r enim durũ ꝛ molle dicit qḋ simpl̃r est tale. Ad alteꝝ vo dicitur durũ ꝛ molle qḋ in cõparatione ad vnũ durũ ꝛ in cõparatiõe ad alterum est molle. Istã enim cõparationẽ necesse est esse in pñcis ꝓpter motũ: q: oĩs motus inter opposita est. ꝛ ideo cum fit durus. Oportuit q̃ aliqd mollitiei eẽt in ipso. ꝛ sic in comparatione ad id cuius duritiẽ moueẽ fuit ipm̃ necessario molle: ꝛ in cõparatione ad id ad cuiꝰ mollitiẽ mutaẽ fit necessario durũ q: medium in motu cõparatũ extremo est extremũ vt ꝓbatum est in. 5. phicoꝝ. Cum autẽ media nõ sunt determinata p spẽm ꝛ numeꝝ inter absolute duruꝫ ꝛ absolute molle necesse est q̃ durũ ꝛ molle sint idefinita adinuicẽ sm̃ magis vel minus eẽ durũ vel molle. ¶ Si aũt aliqs quereret quare nos ad sensuꝫ diffinimꝰ durũ ꝛ molle: scias q: nos oĩa corpora sensibilia hoc est primis qualitatibꝰ sensibilibꝰ distincta indicamꝰ ad sensum ꝛ q: primoꝝ sensibiliũ est tactꝰ pp hoc nos durũ ꝛ molle necesse habuimꝰ diffinire ad tactũ: q: iudicãdũ de naturis coꝝ freti sumus ꝛ vsi tactu tanq̃ medio p quẽ accepimꝰ sensuꝫ ꝛ spẽs coꝝ de qbꝰ indicamꝰ: ꝛ iõ dicimꝰ ẽẽ durũ qḋ obijcit tactũ nõ cedẽs ei. Molle autẽ qḋ fugit tactũ cedẽs in sui profunduꝫ: ꝛ q: diffõnes duri ꝛ mollis separant q̃si p 9dictioneꝫ que nõ hꝫ mediũ: iõ necesse est q̃ oẽ corpꝰ terminatũ p siccuꝫ ꝛ humidũ sit durũ vel molle: aut enĩ cedit tactui ꝛ tũc ẽ molle aut nõ cedit: ꝛ tunc est durũ. Cedere autẽ ꝛ nõ cedere distinctur p affirmationẽ ꝛ negationẽ. Si aũt nõ cedit tunc ẽ durum coagulatũ: q: tũc est determinatũ coagulatiõe q: terminatũ hic voco cuiꝰ ptes 9stãt sub forma mixti ꝛ hoc in duro fit p coagulationẽ quã ob cãm dõm est de coagulatione q̃ñ omne corpꝰ siue sit molle siue sit durũ determinaẽ vel coagulatur p coagulationẽ actu vel potẽtia: q: molle inq̃tũ vincit in eo humidũ nõ est bene terminatũ in ptibꝰ: q: inq̃tũ redũt diffluunt ptes ipsius. ꝛ tunc terminaẽ qñ coagulatiõe induraẽ q: tunc cõstant ptes ipsius: liquefactio ẽt soluit partes ꝛ tunc diffluunt ꝛ nõ 9stant. ꝛ iõ vniuersa corpora mixta quoꝝ partes vere 9stãt ꝛ determinate sunt nõ sine coagulatione cõstant ꝛ determinantur: quapropter vt diximus primo post durũ ꝛ molle erit dicẽdum de coagulatione ꝛc̃.

¶ Cap. 4m. Que cause assignande sunt coagulationis ꝛ liquefactionis ꝛ aliarum impressionum mixti corporis: ꝛ de ordine impressionum de quibus dicendum est.

Tex.cõ.30.

diuersitatem impinguabilium: restat vt hic dicamus de diuersitate solubilium: et opz nos cum eis dicere de insolubilibus: eo q oppositor est eadē disciplina dicam⁹ ergo q corpor quedam solubilia: quedā insolubilia. solubilia quidem vt nitrum et sal: et quedā metallica insolubilia aūt vt later: adhuc aūt quedaz corpor sunt mollificabilia vt cornu: quedam īmollificabilia quēadmoduz in artificialib⁹ est later et in naturalibus eſt lapis. talis autez diuersitatis corpor ſm has passiones causa est qđ diximus supra. s. contrarior effectuum cause sunt cōtrarie: et ideo accidit q si aliqd coagulaf duobus. s. arido et frigido necesse est q soluatur duob⁹ illis: que sunt calidum et humidū necesse est ergo q ois solutio fiat p ignem vel aquā: qa ista duo elementa in vtraqz qlitate sunt cōtraria. quecūqz ergo coagulanf solo igne illa soluūtur per aquam solaz sicut sales: et quecunqz ex humido frigido coagulantur sicut metalla igne solo soluuntur. Si aūt aliqd coagulatur duob⁹ nō simul sed successiue agentib⁹. i. maxime insolubile talia aūt fiunt corpora que sunt primo calefacta: et arefacta: et deinceps cōpleref coagulatio eor per frigidum. In talib⁹ autem contingit q postqz plurimū humidū egressuz est et res exiccata per calidū et frigidum comprimitur humidū qđ euaporabiliter in eis post calefactionē remāsit dispersum in partib⁹ arefactis et tūc partibus materie adunatur. In tali aūt compressione adeo coadunanf partes mixti corporis: q postea nō prebent trāsitum humido corpori: qđ debet soluere ipm ū solui posset. et ideo talia nō soluuntur. calidū enim nō soluit talia: qa calidū non soluit nisi ea que coagulanf frigido hec aūt calido sunt coagulata. Ista enim ab aqua que sunt frigida et humida nō soluentur: qa aqua non soluit nisi ea que calido solo coagulata sunt. Ista autem coagulata sunt frigido sicut posuimus ferrū enim et cetera metallica ppter hoc soluunf calido: qa solo frigido infrigidata sunt coagulata. et sales soluūtur humido frigido qa solo calido sicco sunt coagulata. ista autē cum sint coagulata tā calido sicco qz frigido sicco nō possunt solui nec per calidū siccum: nec per frigidum humidū: qa aliter contingeret q idē esset coagulans et soluens: et sic contrariorum ſm idez eēt idē effectus essentialis quod est impossibile.

Tex.cõ.42.

¶ Cap. 16[m]. Et est digressio declarans dubitabilia que sunt circa solubilia et insolubilia.

Oritur autem de dictis dubitatio: si eni quedā sunt insolubilia eo q ipsa coagulata sunt per calidum siccū pmo: et postea per frigidū siccuz: videtur q etiaz quedā sunt insolubilia eo q ipsa primo sunt coagulata per frigidū siccum et postea per calidū siccū. hec ergo diuersitas dz eē inter omiomera mixta pcipue cū talia apud nām inueniantur: qa perspicuū corpus mālr cōponif de nā pspicui simplicis: sunt aūt multi lapides pciosi perspicui sicut cristallus et berillus et multi alij. Sūt ergo aquei qaūtum ad māz ſm ergo doctrinam in pcedentibus habitam nō possunt primo coagulari nisi per frigidū. Uidemus enīz q nō soluūtur per calidum. ergo sunt coagulati per cōpositionē frigidi pmo et postea per cōpositionem calidi ergo opz ostendi causas huius insolubilitatis vel doctrina est imperfecta. ¶ Amplius cū calidum sit determināns omnia mixta videf q calidū sit dās vltimū cōplementum: ergo sua actio vltima dz eē cōplēs coagulationem et nō actio frigidi. ¶ Amplius eū frigus cā immobilitatis et priuationis esse et mot⁹: ergo nunqz pōt eē completiuū alicui⁹ eē et gñationis per coagulationē. ¶ Adhuc autez si calidū affatinā totū euaporare facit humidū cū coagulando desiccat efficif res eēntialr sicca. In re autem essentialr sicca nullū pōt cōprimi humidū eo q nullū tale humidū sit in ipsa. ¶ Si forte dicas qđ cōtinuans humiduz cōprimif per frigidū eo q nō sit sublatū per calidū qa si hoc auferef corpus mixtū hic nihil eē videf qa si hoc humidū cōprimif p siccum oportet q ad centrū comprimaf. ergo relinquit exteriora coactum stare in interiorib⁹: ergo exteriora eēnt discōtinua et hoc nō videmus. ¶ Ulterius dubium est quare talia que primo coagulantur calido sicco et postea frigido sicco sint simpliciter insolubilia. Adhuc enim habēt vnum cōtrariū qđ ſm se est solutiuuz qđ est humidū. ¶ Et si dicas q humidū intrare non potest nisi soluat: videf hoc nihil esse: qa calidū potius est apertiuuz poror qz clausiuū: post operationem ergo calidi melius et liberius intrat humidū qz ant. ¶ Si dicas q frigore cōprimunf pori hoc stare non pōt qa frigus non comprimit id qđ est solidum. solidum autē iam corpus effectuz est per arefactionē calidi sicci. ¶ Adhuc autem vie alique sunt per qs exiuit humidū per calidū: istas autez vias nihil clausisse videf per illas ergo ingrediens humidum videf posse facere solutionē. Adhuc aūt videf res terrestris insolubiliter per solū calidū siccū coagulata poni: cur eni later statim de fornace accept⁹ in humidū frigidum: qđ est solutiuuz eor que calido sicco coagulanf later nō soluitur ita q liquescat: lz forte scidi posset vel fariuari postea: videtur ergo imperfecta eē doctrina ista de diuersitate solubilium vel insolubiliuz. ¶ Dico autem ad oia hec: quoniaz ista doctrina perfecta est et bona: qz in corporibus mixtis siue per artem siue per naturam nunqz pōt incipere coagulatio a frigido et cōpleri postea a calido: quia de necessitate in oppositione calidi in coagulato frigido interuenit solutio humidi qđ est in ipso cuius pbatio euidens est: qa coagulata frigido oia sunt aquea que sunt essentialiter humida et coagulatio eor est cōpressione humidi in ipsis. Cū ergo calidum agit in ipsa necessario aget extrahendo humidū ex ipsis vt faciat ea essentialr sicca nunqz at autem extrahit humiduz nisi prius soluat ipm et vaporabile faciat: pstat ergo q interuenit solutio inter coagulationem a frigido factam pmo et arefactionem et coagulationez que fit a calido. et ideo illa nō possunt esse insolubiliter coagulata sed que incipiūt coagulari a frigido compleri nō possunt per calidum sicut iā ostēdimus. talia enim in natura nunqz inueniuntur nec ea inuenire est possibile lapides enim perspicui absqz dubio cōstāt ex humido aqueo imixta plurima luce et virtute corpor celestium sed tñ non coagulanf nisi frigido sicut nec metallica quedā lz enī cōmixtio eor fiat calido tamē coagulatio nō fit nisi frigido sed fit sicut dicit Arist. remoto vniuersaliter ab ipsis calido tum enim aqueū sit dilatatiuuz poror et frigidum pstrictiuum eorūdem pstingit ppter māmi. s. aqueum humidum et frigidum adeo cōstringi poros q calido nullo modo pz ingressus et cum humidū eorum cōpressum sit ad centrum et calidum ad cētrum pertingere non possit contingit in eis q potius psumptis ptinue exterioribus partibus lapides perspicui exuruntur vt aqua qz soluanf humido fluente a centro eor ad exteriora hoc etiam pprie vocaf solui humidum. Nos autem de talibus faciemus tractatum in libro de lapidibus nō enim pertinet ad istam sciam que generalis est sz potius ad spālem tractatum de lapidib⁹. sz autem sit calidū cōmixtiuuz et terminatiuū inquātum est naturale non tñ hz hoc inquātuz est calidū sicut nos in ancedētibus istius doctrine docuimus: sz inquātū est calidū operaf māam alterādo et disponēdo eā. et sic pōt initiari per ipm aliquid qđ postea per frigidū psumaf. ita enim operaf in illis de quib⁹ mō itēdimus. hī eni pcedimus q frigiduz est coadunatiuuz et partiuz pterctiuū ex parte māe qđ autez dicif aliquādo qlitas mortificatiua ostēsa est rō in antehabitis sed quādo nō est excellens facit partes pfiare sub forma et figura: lz eniz sit cā priuatiua mot⁹ nō tñ est cā priuatiua eē et figure simplr. Qđ aūt obijcitur q calidum totū educat humidum dicendū q educit humidū abundans et non pstinuās: et pter humidum pstinuans post operationē calidi relinquit humidum vaporabiliter oppressuz in partib⁹ corporis exiccati per calidū et mollificat ipsum sicut est videre in recenti pane qui mollis est ppter humidū discurrēs vaporabilr in partib⁹ eius: et illud humidū cōprimif per frigidū in fundo eius et ideo postea indurat et sic est in laterib⁹ et lapidib⁹ qui primo calido desiccanf et postea cōprimitur humidū vaporabiliter diffusum in eis et adunaf partib⁹ terrestrib⁹: et tūc indurant et sic coagulatio cōpletur eor per frigidū. ¶ Ad illud aūt qđ vlterius querif q adhuc relinquaf vnū pariuz. s. humidū q talia soluere potest dicendū ſm sniam Aristo. q humidum aqueū intrare non potest in corpus taliter coagulatum cuius due sunt cause. s. tortuositas poror et cōstrictio eorum. tortuositas autē causaf a calido incuruante per siccitatem vnā partē super aliā: et per psequens intorquentē poros et claudentē sicut nos explanauimus in ancedēte tractatu vbi locuti fuimus de cā siccitatis eoruz que per optbesim digerantur in exteriorib⁹. stringuntur autem per idem calidum

Solo pħs

calidum quando facit exhalare humidū: ⁊ tunc stringit vna pars terrestris super aliā; nec humidū aqueū qđ est incorporatum ⁊ grossius humidū qđ in simplici corpore esse pōt: neq̄ valet intrare per poros per quos exiuit humidū spūale vaporabile: qđ est multo subtilius ipso: ⁊ per virtutem caloris perforat ⁊ intorquetur per minimas vias qđ nō pōt facere grossum ⁊ ebes humidum aqueum. Ad aliud dicendum ꝙ in veritate si later candens ponat in aqua calidum repercutitur ad interiora: ⁊ secum trahit paruum humidū qđ remansit ⁊ incendit ipsum ⁊ resumit: ⁊ ideo later postea scidit ⁊ forte firmat: ⁊ hoc ↄtingit ꝑpter frigus nō propter humidū; sed humidū non intrat ꝑpter causas quas diximus: ⁊ tunc coagulat later ⁊ ↄstringitur propter frigus aque: ⁊ tunc adhuc ab vtroq; coagulatur. Si autem in feruenti aqua ponitur: dicēdum ꝙ adhuc non liquescit ꝑpter stricturam pororum. sed tamen nō coadunatur humidum eius nisi in frigore compleat vt dictū est. Ex his liquet quare lapides de terra eruti qui sunt aliquantulū molles indurantur in muro in aere posito. Calor eni loci qui fuit ex fumis terre resoluit in eis humidū naturale ↄtinuans partes materie. ⁊ ille calor expellitur a frigore in aere. ⁊ tunc coadunatur humidū: ⁊ id qđ superfuit ↄtinuitati resoluitur cum calido egrediente: ⁊ tunc indurat lapis. Patet etiam quare qdam lapides post gelu resoluti calore solis scindūtur: ⁊ qdam resoluuntur in frigore ⁊ etiam quedam ligna: frigus enim calorem in corporibus diffusum propellit ad interiora: ⁊ ille secum trahit humidum: ⁊ superficies exterior destituitur humido: ⁊ hoc quādiu humido moto ad interiora comprimit stat ↄtinua ⁊ integra: sed quando rediēs calidū extrahit calidū interius reddit humidum: ⁊ quia iam mobile factum est: ⁊ nō est partib⁹ terrestribus bene coadunatū euaporat: ⁊ tunc lapis scinditur in paruas particulas. ⁊ ꝙ hec sit causa patet per hoc: ꝙ hoc frequenter accidit lapidib⁹ valde duris: qui non sunt bone cōmixtionis: in frigorib⁹ autem magnis dissoluuntur ligna ⁊ lapides: ꝑpter hoc ꝙ sunt tenues: ⁊ cū nō potest propelli calidū ⁊ humidū in profundum diuiditur in extrema ⁊ recedit a medio: ⁊ tunc dissoluitur cum magno sono: aliquando enim si sint lapides ⁊ ligna spissa scinduntur in extremis ⁊ medium manet continuum.

¶ Cap. 17m. De lignis que nō liquātur: ⁊ quare hebenus nō natat ⁊ quedam alia ligna.

Tex. cō. 41.

Videamus ergo nūc istis expeditis ⁊ videam⁹ que ⁊ quare sint solubilia ⁊ insolubilia. Dico autem ꝙ ligna s̄m oēm sui speciem ⁊ genus quātum ad materiam sunt terre ⁊ aeris: cui⁹ signū est ꝙ combustibilia sunt cū nos sciamus solā aeris humiditatem esse ignis nutrimentum ⁊ fomentum: eo ꝙ aquea sunt sibi ↄtraria: cuius ratio ⁊ causa a nobis in libro de gn̄atione ⁊ corruptiōe tacta est. Quia enim aerea humiditas extra se fluit: qui mot⁹ est calidi: fō calidi est subiectū ⁊ nutrimentū illa humiditas: ⁊ quia humiditas aque fluit infra se ⁊ quelibet pars supra quālibet partem versus centrum: ideo igni est contraria: ⁊ ignis extinguitur in ea. Ligna vō que tale humidum habent: tale autem humidum partes terre fluere a se non facit: sed potius adunat eas ⁊ ideo ligna nō sunt liquabilia: sed combustibilia: ⁊ ꝑpter aereum multū qđ habent aque supernatant preter magnā hebenū nigram que mergit. quia cetera ligna ab ipsa aeris habēt plus: sed ex hebeno nigra aer expirauit. ⁊ ideo qđ remansit in ea plus est terre ꝙ̄ aeris. ¶ Est autē obseruandū ad intelligentiam dictorū ꝙ humidū aereū licet sit simplex in substantia tn̄ triplex est in virtute: quando cōmiscet cū humido aqueo: vel cū sicco terreo vel cū vtroq;: quādoq; eni sequit formā ⁊ motum aeris trahēs secū humidum aqueū: ⁊ siccum terreū: ⁊ tunc est multū vaporosum ⁊ subtile ⁊ ex sua vaporositate rarificat partes corporis in cui⁹ venit compositionē: rarificādo autem facit eas porosas: ⁊ fiat in poris illis replens eos ⁊ sic facit cōmixtionē ligni s̄m suū genus sed forte aliquod lignū ꝑpter aliqđ accidens parū hʒ de ipso. aliquando autē spissat aereū in aqueū fluens multum: cū quo est terrestre subtile permixtū: ꝑpter qđ aqueū humidum est viscosum effectū tūc spumat in humido illo: ⁊ facit pinguedinem aliquādo aūt ingrossatur valde nō in aqueo sed terrestri grosso: ⁊ tunc nihil amplius facit nisi ꝙ cōmiscet sibi inuicē optime partes terrestres: ⁊ tunc facit lignum solidū ⁊ ↄtinuū sicut est lapis ouculus sicut fit in hebeno nigra per hoc eni ꝙ subtile est humidū bene cōmiscet: ⁊ per hoc ꝙ est fluxibile facit fluere partem super parte ⁊ efficitur planū ⁊ politum valde sicut lapis politus: ⁊ ita est in hebeno nigra. ⁊ quia tale humidū multū est iuxta nāā humidi aquei ideo partes aeris multe euolant de ipso ⁊ tūc claudit poros per fluxibilitatem suam ⁊ grauat per terrestreitatē: ⁊ ideo mergit: mergit aūt nigra hebenus ⁊ nō alba: quia exteriora hebeni sūt alba: ⁊ in illis agit sol ⁊ extrahit ⁊ subtiliat humidū: ꝑpter qđ terrestre decoctū in humido albū efficitur ⁊ quia multū subtiliat ipsū: ⁊ subtile hʒ aperire poros: ideo hec alba hebenus apparet porosa ⁊ nō mergit nec ita ē polita sicut nigra. Quercus autem diu iacens in aqua nigra efficitur ⁊ mergit sub aqua. quia frigore aque humidū aereum et aqueū ⁊ terreū grossum ↄuertitur. nō est autē inconueniens quin in aliis lignis multū fiat similiter aūt vt prius diximus est terre tm̄mō: nec humidū habet nisi ↄtinuās partes ipsius. ⁊ hoc est ideo: quia paulatim coagulat arescēs educto ex ipso humido: cū autē humidū egressum est nō pōt intrare in ipsum aqua per eosdē poros per quos exiuit humidū vaporabile: cuius cā superius dicta est: ⁊ ideo per humidū nō soluit eadē etiā nō souet illud cū ipm coagulauerit ipm sicut prius diximus: ⁊ ideo nō soluit oino solone que est elixatio humidi a centro in quo per frigidū cōpressū est. diximus ergo qd sit coagulatio ⁊ qd liquefactio ⁊ per quas causas fiunt ⁊ que sit eis diuersitas subiectorum corporum.

¶ Cap. 18m. Et est ↄclusio ex prehabitis habita inferius ꝙ omnia corpora omiomera ↄstant ex quatuor primis: ⁊ precipue ex passiuis que sunt humidum ⁊ siccū siue terra ⁊ aqua ⁊ est enumerās ea que posterius determinanda sunt.

Tex. cō. 42.

Ex his autem que dicta sunt vlterius perspicuū est qm̄ omnia corpora mixta coagulant a calido ⁊ frigido. Calidū enim ⁊ frigidū coagulantia ⁊ impinguātia faciunt corpora mixta: ⁊ operant ea sicut diximus: ⁊ quia ab ipsis ↄdūtur ⁊ finiunt necesse est ꝙ in oibus eis sit caliditas: quia illa est cōmiscens ⁊ generans sicut sepe supra ꝑbauimus. Est autem in qbusdam eorū algor quando per indigestionē vel per putrefactionem deficit caliditas. Cū aūt calidū ⁊ frigidum in corporib⁹ mixtis existāt pp facere sicut diximus. humiditas autē ⁊ ariditas que sunt qualitates passiue sunt in eisdē ꝑpter pati: ꝑp; ꝙ oia cōia hoc est cōmixta participēt istis q̄tuor qualitatib⁹ oibus igit oia omiomera mālliter cōstant ex aq̄ ⁊ terra sicut ex passiuis: siue sint in plantis siue in sensibilibus siue in metallis: velut e aurū ⁊ argentū: ⁊ quecūq; alia huiusmodi: ↄstant autē ex ipsis ⁊ ex vapore resoluto ex ipsis sicut diximus in fine tertii huius libri scie: lʒ autem ibi hoc diximus: tn̄ ꝑbauimus illud duab⁹ rōnibus: quarū vna est. ꝙ hic corpora vniuersa differūt ab inuicē in eo ꝙ est posse facere siue agere in sensum immutando ipm ꝑpriis sensibilibus: vnūquodq; enim eorum album ⁊ odoriferū vini vel sonans ⁊ dulce ⁊ calidū est ⁊ gelidum ⁊ s̄m ꝙ operat ⁊ facit aliqd in sensu mutādo ipsum s̄m aliquid istorum: sicut aūt diximus in secūdo de generatiōe ⁊ corruptiōe oia sensibilia secūda ⁊ secūde qualitates reducūtur ad ꝑmas: sicut ad causas ipsarum: ergo que differūt secūdis differūt ⁊ primis: sʒ prime sunt quatuor dicte quarū due sūt actiue ⁊ due passiue: ergo omnia omiomera differūt quatuor dictis qualitatib⁹ ꝑmis ¶ Secūda ratio est quia omnia omiomera magis differunt passionibus sibi inter omnes magis ꝑpriis. Magis autem ꝑprie passiones passibiliū corporum sunt que ex passiuis qualitatibus insunt eis: cū ergo omiomera sunt passibilia ꝑcipue his passionib⁹ que causant in ipsis ex qualitatibus passiuis humido ⁊ arido: passiōes autem ille sicut ex oībus prehabitis pʒ sunt liquabile ⁊ coagulabile ⁊ curuabile ⁊ cūcta talia que in omiomeris inueniunt ergo his maxime differunt ⁊ distinguūtur sunt autē passiua velut humidū et aridū: ⁊ que his distinguunt ⁊ differūt sunt velut os ⁊ caro ⁊ neruus atq; lignū: necnon cortex ⁊ lapis ⁊ metallorū gña ⁊ aliorū vnūquodq; omiomerorū ⁊ phisicorū corporū: lʒ ergo de his diximus iā s̄m causas eorū in vniuersali tamē iterū redibimus in particulari ⁊ in speciali eorū quodlibet in speculando. Et numerabimus ꝑmo tamen ea que s̄m potētiam ꝙ̄ ea que

Vide aereū tn̄ simplex sit in substantia triplex tn̄ est in virtute.

T. cō. 7. ⁊ 8. in 2. de gn̄one ⁊ corruptiōe. 3.

Quare quod causet po' nalis et nalis ipo' in physicis corporibus.

sm impotẽtiã dicunt. Potentia quippe nalis oium physicoꝝ causaẽ ex victoria forme ⁊ actiuoꝝ super materiam. Impotentia autẽ ecõuerso ex victoria materie ⁊ passiuoꝝ sup formã nec debet mouere quẽquã ꝙ sm impotentiam dicta ꝯsideramus: qa impotẽtia in physicis non est priuatio ꝑmis sed fundaẽ super ꝯtrarium ⁊ causatur ab illo ⁊ illius ꝯtrarij effectum oportet scire. Sunt ergo que cõsideratione digna sunt numero 19. oppositiones ⁊ 38. opposita: ⁊ hec sunt coagulabile ⁊ incoagulabile: liquabile ⁊ illiquabile: mollificabile ⁊ non mollificabile: cedens pulsui ⁊ non cedens pulsui: cõminutiuũ ⁊ non cõminutiuum: irriguũ ⁊ nõ irriguum: lẽtuz ⁊ non lentuz: frangibile ⁊ nõ frangibile: formale ⁊ nõ formale: comprehensibile ⁊ nõ comprehẽsibile: tractiuum ⁊ nõ tractiuum: ductibile ⁊ nõ ductibile: liqdum ⁊ nõ liquiduz: scissibile ⁊ nõ scissibile: portionale ⁊ nõ portionale: siccabile ⁊ non siccabile: ꝯstringibile ⁊ non ꝯstringibile: combustibile ⁊ incõbustibile: vaporabile ⁊ inuaporabile: plurima enim corporibus fere differũt istis passionib' que sunt corpoꝝ physicoꝝ mixta ⁊ ideo dicemus quãdoqz virtutem inter passiuas et actiuas quatuor ꝑmas virtutes qualitatũ primaꝝ singuluz istoꝝ obtinear prius tamen sciẽduz ꝙ nõ semper id qꝺ noĩe priuatiuũ sonat est etiam vocãs in re priuationez: sicut pz in his que sunt frangibilia ⁊ infrãgibilia: cõminuibilia ⁊ incõminuibilia: ⁊c. a victoria eni forme ⁊ vigore terminãtiũ mixtũ ꝯtingit ꝙ infrangibile est ⁊ ab eisdem impotentia euenit ꝙ frangiẽ ⁊ cõminuiẽ ⁊ sic planũ est videre in multis alijs.

## Tractatus Tertius Quarti Libri Metheoroꝝ de passionibus ꝯsitibus diuersitati mixtoꝝ sm ꝙ mixta sunt.

### Cap. pm. Que tractatus intentio ⁊ quis dicendoꝝ ordo ⁊ de coagulabilibus passionibus ⁊ liquabilibus.

Tex. co. 42. in fine.

Itaqz qa diximus de coagulabili ⁊ incoagulabili: ⁊ liquabili ⁊ illiquabili in vniuersali causas vz eoꝝ efficientes ⁊ males ⁊ diuersitates suoꝝ subiectoꝝ assignãtes in cõi remeabimus adhuc ꝯsiderantes eadem nõ in particulari eo ꝙ hoc pertinet ad sciam particularẽ que erit de mineralibus vel lapidibus vel vegetabilibus vel aialibus. Sed hic nos ꝯsiderabimus proprias passiones istoꝝ corpoꝝ que mixta sunt eo ꝙ scientia accidentiũ propriorũ multum valet ad cognitionez subẽ eoꝝ tunc enim perfecte scimus ea quando scimus essentiales causas eorum ex ꝑcedenti tractatu ⁊ proprias passiones eoꝝ ex isto. Tangemus autez primo passiones eoꝝ que accidũt mixto ex ipsis miscibilibus sicut coagulabilium ⁊ liquabiliuz ⁊ mollificabilium postea autem tangemus proprietates mixti que sequũtur ipsum iam in eẽ ꝯstitutum ⁊ in forma sua ⁊ in sua dimensione ⁊ figura. Dicimus autẽ primo de coagulabilib' ꝙ corporum que coagulatione indurant quedam coagulationem patiuntur a calido: quedam autem a frigido. Que autem patiuntur coagulationem a calido coagulantur ab ipso humidum exiccante ꝑpter qꝺ essentialiter ⁊ actualiter efficiuntur sicca: que autem patiuntur coagulationez a gelido: patiuntur eam sic ꝙ frigidum exprimit calidũ: ⁊ in ipsis cõprimit humidum: ita tamen ꝙ calidum exiens partem educit secum de humido ⁊ ideo ista sunt essentialiter humida: lz sint actualiter sicca propter quã cãm illa que a calido coagulantur patiuntur hoc ipsuz absentia humidi: illa vo que a frigido coagulantur patiuntur hoc ipsum absentia calidi.

Tex. co. 43.

Quecunqz autem coagulatorum sunt sm naturam materie aqua vel aque species coagulãtur absentia calidi. Quecũqz vo coagulatorum sunt materialiter terra coagulantur absentia humidi hec autez omnia ex antehabitis sunt planissima de liquatione autem eorũdem eodem modo erit verum: que enim humidi absentia coagulantur humidi ꝑsentia liquantur nisi impedimentum fiat per accidens. s. ꝙ pori corporis coagulati adeo stricti fiant ꝙ strictiores ⁊ minores sint spatijs aque quemadmodum fit in latere. Quecũqz vo coagulantur humidi absentia: ⁊ non ita stringuntur pori eorum cuncta liquantur humido presente ⁊ subintrante poros ipsorum velut nitrum sal ⁊ terra que ex luto coagulatur ⁊ non est exiccata in puluerem. Que autem coagulantur calidi priuatione ⁊ absentia calido presente cuncta soluunẽ ⁊ liquantur: nisi fiat impedimentum per accidens vt in cristallo ⁊ alijs preciosis lapidibus quibusdam: ⁊ liquãtur ois quibus hoc non accidit presente calido siue vere sint coagulata: sicut plumbum ⁊ es ⁊ similia siue sint cõgelata sicut glacies quia congelationez hic sub coagulatiõe cõmuniter volumus contineri: eo ꝙ non est intentio nostra hic inuestigare differentias coagulationis ⁊ ꝯgelationis sed potius accidentia propria coagulatorum in cõmuni: sufficiat ergo qꝺ nunc dictum est de passionibus coagulabilium ⁊ incoagulabilium ⁊ liquabilium ⁊ illiquabilium.

### Cap. 2m. De his que coagulanẽ ⁊ que nõ pñt coagulari.

Tex. co. 43.

Incoagulabilia vo sunt quecunqz aut non hñt humorem aquosum ꝑpter ꝯtinuitatem partes siccas: aut si hñt aquaz tñ cum aqua plurimũ hñt calidi ⁊ terrei sicut mel ⁊ mustuz quia semp ꝑpter calidum multũ sibi imixtuz sunt feruentia qa calido dissoluente humidũ eoꝝ coctum semper emittũt ampullas ad superficiẽ superiorẽ. sicut faciunt res que bulliũt. Illa enim que nihil hñt humoris aquei non possunt coagulari eo ꝙ sicut diximus in añtib' mot' coagulationis necessario incipit ab humido: ⁊ que nihil hñt humoris aquei nõ sunt humida: ⁊ ideo necesse est ꝙ sint incoagulabilia: que aũt hñt humorẽ hñt eũ cum plurimũ calido terreo coagulari nõ possunt: qm̃ calidũ cõmiscet terreum cũ aquoso ⁊ aquosuz efficiẽ inseparabile a terreo vel ꝑp abundantiã suã sic in musto: vel ꝑpter viscositatẽ suã sic in melle: abũdans aũt in ipsis calidũ impedit ne frigido coaguleẽ: sunt ꝑterea incoagulabilia quecũqz qdez aq̃ participãt sz tñ cum aqueo humore plurimum hñt humoris aerei ꝑcipue si sint viscosa sic oleũ ⁊ hydrageros hoc est argẽtũ viuũ: magis tñ oleũ est incoagulabile ꝙ argẽtũ viuũ: qa oleũ totuz exuriẽ anteqꝫ coaguleẽ sic supra docuimus sz argẽtũ viuũ ꝑp multaz cõmixtionẽ sui humidi cũ terreo nõ de facili ꝯstat ⁊ exiccatur: qa eni ꝑportionale est humidũ sicco ideo nõ adheret tãgẽti: qa siccũ tenet humiduz ne adhereat: ⁊ qa humidum vndiqz tãgit siccũ: ideo motũ hz velocẽ sic a se moueaẽ: propter qꝺ etiã argentũ viuũ nõ saẽ. In operib' aũt Alchimicis siccaẽ per multã adustionẽ ⁊ mixtione sulfuris cũ ipso nõ oino adurentis ipz. dicitẽ etiã ꝙ si in fornace ardenti ponaẽ ⁊ ligna viridia de corillo successiue in ipso voluanẽ ꝙ iduraẽ ⁊ coagulaẽ qa corillus attrahit vehemẽter humidũ: fornax autẽ caliditate sua aufert corillo hũidũ sibi cõnaturale quo ablato attrahit alienũ ex argẽto viuo: ⁊ ita diu vicissitudinari possunt ligna corilli. ꝑcipue si decorticata sint ꝙ argentum viuũ ꝯstabit ⁊ coagulaẽ calido vstiuo per nimiã siccitatem.

Modo cõgeli viui argenti.

Qꝺ aũt corillus pre alijs multis lignis attrahit humorem: pz ex hoc ꝙ si iuxta vitem planteẽ adurit eã attrahẽdo sibi humidũ vitis. Nota aũt ꝙ si hydrargerosita exicceẽ per calidũ postea per calidũ nõ solueẽ: ⁊ ideo hec exiccatio poti' est correctio argẽti viui ꝙ coagulatio. Exicceẽ enim tũc terrestre qꝺ in ipso est ⁊ deducitẽ ad lateris nãz: ⁊ ideo nõ est istãtia que inducta est de ꝑdicto exẽplo ꝙ coagulata quãdo soluuntur ⁊ soluta quãdo coagulanẽ in eadẽ specie manẽt sicut es coagulatũ ⁊ liquidũ in vna ẽ specie: hydrageros aũt ꝑdicto modo ꝯstans non manet specie vna nec in eisdẽ componentib'. Similiter autẽ si aliquid est humidũ hñs multũ hoc est viscosuz multũ illud non erit coagulatuz sic est glutẽ. Qꝺ aũt supra dictũ est ꝙ qꝺdã vinuz est coagulabile ⁊ elixabile: hic aũt diciẽ ꝙ mustũ est incoagulabile non est ꝯtrarium: qr supra diximus ꝙ hoc accidit vino ꝙ coagulatur per se tamen est incoagulabile: ⁊ propter humidi ⁊ calidi abundantiaz sic dicitur hic ⁊ tantũ dictum sit de incoagulabili.

### Cap. 3m. De proprietatibus mollificabilium.

Tex. co. 44.

Mollificabilia sunt de numero coagulatoꝝ talia: quecũqz per solutionez humidi ꝑprij tactui incipiunt cedere: hec aũt sunt quecũqz sm suaz materiam sunt magis terrestria: ⁊ habent humidum ꝑprium qꝺ non in toto potest extingui ab ipsis sicut humidũ nitri ⁊ salis bene in toto astringitur: opz etiaz ꝙ nõ habeat inequaliter siccũ sicut habet later qui multo plus habet de sicco ꝙ de humido: ⁊ habet siccũ strictioribus poris ꝙ in quibus solarũ possit diffundi humidũ et si solubile humidũ haberet. opz insup ꝙ non

sint

sint tractiua: q2 illa sunt terrestria viscosa: et ideo nõ mollificant ita q cedant in pfundo sed cedũt extra seipm in longũ sicut vermis et corrigia: quinto etiã exigit q nõ sint madefactibilia humido alieno recepto in pfunduz vel in superficie sui: q2 mollificabilia sunt que per ppriũ humidũ moueri in terrestrib9 suis incipiũt et nõ per alienũ: q2 per humidũ alienũ non ptingit moueri quãlibet partez sicci terrestris sic facit humidũ ppriũ: et ideo ẽt si diffluere faciat non tñ necio mollificat alienũ. Molle enĩ et madefactũ in hoc differũt: quia molle suo humido vbiqz larat siccũ eo q ibi plurimũ humidi nãlis est cũ plurimo sicci nãlis eiusdez. sz madefactum hz alienũ humidũ in poris suis: et ideo nõ ibi plurimum alieni humidi vbiqz põt esse cũ plurimo sicci nãlis. Opz etiã tertio q mollificabilia nõ sint ductibilia que hñt plus aque q̃ terre. Si enim eẽt tãtũ terre quãtũ aque vel fere bene eẽnt mollificabilia q2 tale est ferrum: si vo haberent excellẽter plus aque eẽnt liqabilia et non mollificabilia sic plũbũ et es et argentũz et aurũ que oĩa pductibilia sunt et nõ mollificabilia: q2 soluto hũido ipsoz efficiunt liqabilia et nõ mollia. oportet aũt q oĩa talia nõ sint mollificabilia nisi igne: et ptigit q prius et posterius et plus et minus cũ enĩz mollities causet ex humido soluto in sicco q siccũ suum dat motũ aliquãtulum sm aliqod decursũ partiũ qui est a rẽtro ad superficiẽ: et econuerso ptingit q hoc totum hz ferrum et minus illo hz cornu q2 minus hz de humido solũ antẽ diffusionem humidi per siccũ hz lignum viride: cũ applicat ad ignẽ et non cedit in pfundum q2 humidũ in ipso nõ diffunditur nisi per poros: et id qð est inter poros remanet stans firmũ statu suo: sic aũt nõ est in ferro: q2 hoc vndiqz accipit motũ humidi pp subtilitatez cõmixtionis sue in ipso. In cornu aũt lz bene sit commixtũ nõ tñ est vincens terrestre vt moueat sed vt resoluat tñ: frigidũ autẽ nõ est effectiuũ mollis: q2 non resoluit sz cõprimit hũidũ: hec q̃ dicta sũt de pprietatib9 mollificabiliũ.

¶ Cap. 4m. De proprietatibus madefactibiliuz siue irrigui et non madefactibilium siue non irrigui.

Tex. co. 43.

Unt aũt corpoz liquabiliũ et nõ liqabiliũ quedã madefactibilia et quedam nõ madefactibilia. Dico aũt madefactibilia quecũqz receptibilia sunt alieni humidi in poris suis in supficie: et in pfundũ vel in superficie tñ vt efficiantur leniora ad tactũ: es enĩ de numero liquabiliũ non est madefactibile: sed humidũ in supficie põt eẽ eo q non recipit humidũ in poris intrinsecis sm iteriora vel exteriora. lana autem que nõ est liqabilis madefactibilis: tamẽ est q2 per humidum lenior efficit: et recipit humidum in poris superficialib9. terra aũt liqabilis est et madefactibilis q2 humidũ in profundũ sui nata est recipere. hec eniz duo s. lana et terra rigant differẽti tñ modo sicut dictũ est. es aũt liquabile est: et non rigabile. vt dictũ est: insuper et ab aq̃ liquabiliũ quedã sunt non madefactibilia quedã aũt madefactibilia. nitrũ enim et sal que sunt liquabilia ab aq̃ non sunt madefactibilia. ea enim que madefiũt per madefactionẽ non corrũpunt neqz fiũt aliud sed fiũt quodãmõ molliora et leniora: q2 non pprie mollescunt nisi per hũidũ nãle vt diximus sed nitrũ et sal per humidũ liquescũt et corrũpunt: et aliud efficiunt et tũc rigata non madefiũt. Alia aũt que sunt madefactibilia nequaqz liquescũt sicut lana et fruct9 qui in humido positi sine dubio humidũ in poris recipiũt et madefiũt. dicamus ergo q pfecto irrigua siue madefactibilia sũt quecũqz sunt materie terrestris et hñt poros maiores aque spatiis in qb9 põt aquã recipere: et sunt dura anteqz recipiãt aquã vel aliũ hũorez pp quã cãm terra rigaf siue humescit et etiã liquaf ab hũido sibi infuso. Nitrũ aũt liquaf et minime madefit: et hoi9 cã est: q2 nitruz et sales coagulanf calido adurẽte: et ideo sũt rare substãtie terrestris per quã vndiqz egressum est humidũ et pauci sunt pori ei9 vndiqz: et ideo aq̃ ingrediente statim diuidunf partes et dissoluunf. In terra aũt sunt pori alternati non vndiqz et transpositi per oẽm dimensionẽ eius: et ideo retinẽt humidũ donec tãgit partes terre per lõgũ et per latũ et p pfundũ sue dimẽsiõis: et hoc solũ est vere irriguũ: qð enĩ per latũ et per lõgũ: et nõ per pfundũ infusuz est illð est sz qd irriguũ: in cui9 aũt superficie tñ diffundit hũidũ dr humidũ: et nõ madefactũ siue irriguuz. Passio aũt madefactiõis multũ differt vt quolibet mõre- cipiat humidũ hoc est vtrũ in pfundũ vel non pfundũ: sz in latũ et profundũ. Est tñ attendendũ q es et argentũ et auruz liquescũt calido: sz nõ irrigant siue madefiũt ad quãdam sui emollitiem per infusionẽ. si tñ in loco hũido diu iaceãt multum maius recipiunt pondus q̃ habuerunt et hoc contigit quia imbibunt in poris humidũ qð non tamen emollit terreum: vnde falsarij ponunt aurum et argentum in loco humido: et tunc ponderat plus: et cum exiccatuz fuerit per euaporationem humidi redit ad pondus leuis.

¶ Cap. 5m. De directiuis et lentis siue curuabilib9 et de ordine dicẽdoz: in quo est digressio ad assignandã cãm istorum.

Tex. co. 44

Icemus autẽ deinceps de passionib9 omiomeri mixti que cõueniũt ei in sua qualitate et figura existenti: et hec qdẽ aliquãdo cõueniũt corpori in sua quãtitate et qualitate manẽti in sua figura nãli: sz non manet in eodem mõ situ9 partiũ eius: aliquando cõueniũt ei sm mutatiões sue figure et sm mutationem quãtitatis sue: et passio corporis que cõuenit corpori manenti in eadem quãtitate et qualitate et figura sm variationẽ situs partiũ est lentescere siue incuruari et dirigi: huic qdem opposite passiões q̃ñ sunt nõ curuari sed frangi: et etiã cõminui et primo dicemus de istis. Sũt ergo omiomeroz mixtoz quedaz lenta et directiua: vt calamus et vimẽ et gladi9: quedã aũt incuruabilia vt later et lapis. Dicimus aũt lenta et directiua simul esse quorũcunqz corpoz longitudo põt permutari ex rectitudine in periferiã siue obliqratem circulo vel circuli portionib9 quasi silem: et ecõuerso de periferia in rectitudinem lentescere et dirigi qð nihil aliud est q̃ pauci fieri siue mutari in lõgitudinez rectã et perifeciam sm beneplacitũ trãsmutantis: quãdo aũt lẽtescit siue incuruaf res differt vtrũ a sursum in deorsuz curuef ad silimdinem circuli: vel econuerso a deorsuz in sursuz. Si enim pmo modo fuerit tũc repassio que fit extrinsecus contra curuãtem deuexũ descendit. Si aũt fiat secũdo mõ tunc dicif curuũ siue concauũ qð sursuz curuãtẽ recipit in vtroqz tamen est cõuexũ et concauũ: q2 modo perifeiraliter reflexo exterior linea cõuexa est et interius eadez linea est concaua. Est igif generalr dicta curuatio quãdo motio est alicuius eadẽ saluata longitudine in concauitatẽ et conuexionez: ita q vndiqz in circuitu superficies rei potest esse in concauo et in conuexo: hoc est in oẽm partem flexibile vsualiter dictum deinde. Non aũt simul potest esse diffinitio incuruatiõis q motio sic in directũ et deuexũ et concauũ: q2 tũc simul eẽt directũ et curuũ id qð curuaref: q2 si rectuz staret in diffinitione curui tũc predicaref de eo: et hoc esse nõ põt: ppter qð diffinitio curuationis nõ est nisi motio in cõuexũ et cõcauum in omni parte superficiei siue sm longitudinẽ. omne enim qð curuaf aut curuaf a sursum in deuexitatem: aut a deorsum in cõcauitatem. Quocũqz aũt hoz modoz vno sumaf transitus et motio eius siue in ccauũ siue in deuexũ non est idem q moueri in rectitudinem curuitas enim et rectitudo sunt aliud et aliud sicut in geometria constat. Ista enim sunt curua et directiua: et curua et non directiua: et nõ curua et directiua. ¶ Est aũt hic aduertẽdũ q si fiat ptinuus mot9 a cõuexo in ccauũ sm q hic diffinita sunt nõ põt eẽ nisi sit trãsit9 p mediũ hoc aũt est directũ ergo in eadẽ trãsmutatiõe ẽ curuũz et rectũ id qð vocaf lentũ et directũ. ¶ Sz ad hoc dicendũ q mot9 nõ totus curuatio sed sm partẽ est directio: sz in eodẽ tẽpore vel nũc nõ põt esse rectũ et curuũ simul et hoc intẽdimus quãdo diximus q curuitas et rectitudo non sunt sil.

Digressio.

¶ Videf aũt ista doctrina diminuta eo q non assignata est cã ex q̃litatib9 passiuis et actiuis q̃re corpus sit lentuz et directũ. ¶ Adhuc aũt non oĩs diuersitas istoz corpoz est hic assignata: q2 quedã per se redeũt ad rectitudinẽ et non fiũt lẽta nisi aliquo incuruãte sicut boni gladij: quedã aũt redeũt ad curuitatẽ et nõ fiũt recti nisi aliquo dirigẽte sicut bone baliste arcus: et quedã mouẽt in vtrũqz: et ideo Nicola9 peripatheticus supplet hoc capĩm dicẽs q quecũqz stant curua et redeũt ad curuitatẽ humiditatẽ viscosam densataz habent ad partẽ illã ad quã incuruanf et in altero latere vbi quecũqz est hñt viscositatẽ rariorẽ et humiditati aeris sicce similẽ: que aũt directa sunt et redeũt curuata ad rectitudinẽ illa habẽt viscosaz et subtilẽ humiditatẽ multũ de aereitate hñtem hũiditatẽ vbiqz: vz per totã longitudinẽ grossa enim visco-

sitas tenax est et tractiua: et qa tenax est et extensibilis: ideo cu ad oppositu latus curuat no frangit: et qa grossa est et tractiua: et ideo cu remittit violetia redit vt prius. In altero aute latere qd est in conuexo quado id violeter est curuu et concauu coprimit subtilior et humiditas et aeris subtila in humido spuali multa coprimit in illo: et ideo quado cessat violentia incuruantis redit ad priore dispone duabus de causis. s. per viscosu qd est in altera parte retrahens per actum sicci qd est in ipso: et pp subtile humidu aereu quia inclusus est extra seipz impellunt partes copresse extra se: vt redeat ad prio e situz: et ille redeutes in curua parte extrudut alias que sunt in concaua parte: vt et ille redeat qd aut humiditate siccata vel congelata hz in parte vna necessario curuat ad illa: et qa de habet subtile per totu illud digerit et quando curuat frangit secet et in concaua parte multu frangit cu sono magno eo qp tuc aereu interceptu in ipso et copressum erupit cu sonoru diuidit partes. et hec est ca qa pectora bhdar et maganor vulnerata per telu vel leae ictu plus non valet: qa curuari no pnt in factu lapidis. hec est ca quare gladij manetes curui nihil valent: qa ferru no est expurgatu a leta viscositate que retinet lapidem: et hec no est apta ad acute secandu. hinc et est qp arcus et baliste fiut de cornibus et lignis nobilibus que pp subtile humidu reuertant in situ sue fabricationis: et ideo fortiter seruantia quidam ita deputauit ferru qp fecit inde arcuz ad sagittandu et semper quotiens cu curuabat redit fortiter iaciens.

¶ Cap. 6m. De cominuibilibus et frangibilibus in quo est digressio ad declarandu qualiter glaties est cominuibilis.

Lex. co. 44.

Corpor item quasi opposite se hntiuz ad lentus et directius queda sunt frangibilia atq cominuibilia ita et fractionis et cominutionis simul sunt susceptiua: et queda suscipiut vnu contra qp est frangibile no cominuibile et aliqd est cominuibile: et no pprie frangibile: lignu eni vtiq qd lentu est nullo modo est cominuibile: et tamen potest esse frangibile: glaties vero et lapides cominuibilia sunt et frangibilia later aut cominuibile et no frangibile: fractio aut differt a cominutione: qa fractio e separatio seu diuisio in magnas partes: cominutio est separatio in quilibet partes plurimas plures duabus: et pcipue fm vltatu modu: cominutio vo e separatio ptinui corporis in particulas minimas nollo aut no frangit vel cominuit nisi siccu coagulatu quecuq g sic sut coagulata vt multos habeat poros alternatiz siue subalternati positos qsi in eade linea et plurime tales linee vadat p corporis oes dimesioes se vbiq itersecates illa cominuibilia sut: quecuq aut hnt multos poros sd hoc no alternatos illa se frangibilia: et tatu eni hnt diuiz frangibilia et cominuibilia: que cuq aut corpora hnt vtroq mo poros dispositos illa sut frangibilia et cominuibilia: et hoc no pot ee: qp pori vtroq modo dispositi sint eqles sz opz qp maiores sint multi no alternati: et sub illis et iuxta illos sint multi p lineas se vbiq itersecantes alternatiz: cu eni in quolibet poro fit fractio tuc linea cuiuslibet dimesiois corporis se vbiq frangit et frangibus ita accedit qp ptinuu qsi p idiuisibilia diuidit: ptigit aut hoc ex multa siccitate et porositate corporis omiomeri.

Dubium.

¶ Fortassis aut mouere pot aliquem id qd diximus qp glaties e de nuero corporu cominuibiliu: cu eni aq no hbeat poros: vt ex pcedeti oste dif scia glaties que costricta aq est minus hebit poros g ipsa glaties no hz multos poros alternatos g ipsa no e cominuibilis.

Solutio.

¶ Sz ad hoc dicedu qp glaties hz aliqd sic poris alternatiz se diuidetibus: ex his eni que in 2° huius scie lib dicta sut: pstat qp sola aq simplex no coagulat i glatie sz poti aq q vaporabilis hz in se alia corpora et cetia hz vniuersam: qa oe corpus euaporabile hz in ecentia sua et subtile qd euaporabile e et grossuz a quo illud subtile educit: et ista duo sunt itersecatia se i oibus dimesionibus ad modu poroz altnatiz positoz pp qd vbi ptigit itercipi grossuz a subtili et subtile a grosso: et io cu accedit violetia frangetis diuidit in pres plurimas pluresduabus: et hac rone ponit glaties i nuero corpor cominuibiliu.

¶ Cap. 7m. De ordie tractadi et de pulsui cedentibus.

Lex. co. 45.

His aut expeditis determinabimus nuc passiones omiomeri ptinui retinetis quatitate vnu et ecentia sed mutari in figura hoc aut pot ptingere dupl'r s. aut ita qp exteriora corporis cedut in iteriora: aut exteriora cedut sz dimesionem rectu extra seipsa: his eni duobus modis tm pot mutari situs partiu in toto seruata adhuc corporis integritate vnus eni solus modus tertius ab his est. s. qp supertota cedut in inferiora et dextra etia in sinistra et hic modus cotinuo omiomero no accidit nisi cu ipsius fractura et corruptioe nos aut de talibus no itedimus hic: dicemus eni primo de his passionibus cotinui omiomeri que sunt fm qp exteriora in pte vl in toto cedut ad interius: hec eni sunt pulsui cedetia et formabilia et apphesibilia: in hoc tm pmo dicemus de his que pulsui cedut qa illa sunt sine quibus nec formatio fit nec apphensio: oia enim fiut per ipulsuz qdez sed no oia pulsui cedentia formant nec apphendunt: qa g pulsui cedetia priora sut na inter hec pp hoc prior psideratio erit de ipsis. Dico g qp pulsui cedetia sunt queda omiomera mixtor sicut es qd cedit forti pulsui et cetera que cedut leui ipulsui: queda aut non cedut leui ipulsui vt iter vua later et iter humida aq. Est aute pulsui cessio empipedi fm parte in pfundu trasactio empipedu eni est supficies exterior quati: et hec no tota in his trasit in pfundu qn ipellit vel tagit: sz pars illa qua ipellit ipellens vel pcutiens: pot eni dupl'r hoc fieri. s. impulsu simpliciter vel plaga: et plaga qdez hic vocamus forte ictu: sicut mallei vel lapidis vel alicuius talis: cedit aute ipellibile qd est cedes ipulsui fm tatu superficiei fm quatu tagit ab impellete: et no fm tota superficie. talia aut fm naz aliqn mollificabilia sut: sicut cera que cedit leui tactui: qn est mollis et forti qn e dura. cera eni manete toto empipedo alio imoto trasponit in pfundu sui in parte ipulsa. dura et fm actu sz fm potentiam sint liqbilia vel mollificabilia sunt ipulsiua per fortez ictu sic es et ferru per percussione forte mallei. ¶ Est aute attendendu qp opz qn cedit pars impulsa empipedi no fiat fractio vel cotinuatio in partibus: et io later no est pulsui cedes et ipellibilis et cetera dura sicca: sz opz qp sint p ecentiam humida: si debet pulsui cedere et mollia actu vel potetia vel liquabilia sz si liqbilia no nisi qn dura sunt cedetia pulsui actu vel potentia liquabilia: quado eniz sunt liqda tuc circustat ipelles sicut aqua. Differut aut cedes pulsui a molli in hoc qp molle cedit leui cuilibet tactui: cedes aut pulsui aliqndo est duruz liquabile et mollificabile qd no cedit in pfundu sui nisi p fortissimu ictuz: pulsui aut no cedetia per priuatione ad pulsui cedetia sunt dicta: et illa aut sunt dura sicca valde terrestria: a quibus eductu est humidu sicut later: sine fractura eni partiu et cominutione no obedit later ipelleti vt in parte empipedi cedat. In pfundu aut etia sunt humida fluida queadmodu aqua. qm sz aqua obediat pulsui: tame no facit hoc vt cedat fm parte sue superficiei in pfunduz sed potius circa traspo nit et circustat tanges siue impelles sicut diximus superius.

¶ Cap. 8m. De formabilibus et informabilibus.

Lex. co. 46.

Eorum aut que ipulsui cedut queda cocesserut fm parte empipedi in pfundu maneti: sicut sitia: queda z no manet sz reuertit superficies ad priore dispone. Adhuc aut eoz que cedut et manet queda sunt facile obedietia manui in oem figur sique iprimit suscipieda et retineda z quedam aut no: et ideo queda sunt formabilia queda aute non formabilia. formabilia aut siue figurabilia sunt quecuq sut impulsui cedetia et maneti a et facile manui obedieti a ad susceptione et receptione impssar figurar que figura aliqn est vestigiu tagetis: et aliquado alia qua voluerit iprimes et tangens sicut cera et pasta spissa et huiusmodi iformabilia aute dupl'r dicunt. s. a priuatioe cessiois pulsus: aut priuatioe sue cessiois et receptiois forme siue figure. et pmo qde mo dicunt informabilia lapis et later: et a priuatioe successionis forme per facile obedietia ad manu tagentis et est informabile lignu: a priuatioe aut permanetie ipulsus dicunt informabilia lana et spogia hec etia facile obediut manui: sed tamen non manent impulsa. talia aute dicunt inapprehensibilia.

¶ Cap. 9m. De apprehensibilibus et non apprehensibilibus.

Lex. co. 46.

Sunt enim apprehensibilia quecunq qdem facile impelluntur in seipsa et fm totam superficie empipedi conueniunt et cedat in pfundum sui compressa: empipedi dico alternatim per totu dimesionem diuisi per vacua multa sicut spongia: et non traspositi alij qd est tangens qd inqsi tagens alterius siue alius est partis qsi empipedu actu eni

et tangens

et tangens diversarum sunt partium et essentiarum: hoc enim modo alij circa trāsponit de aqua et non cedit in ꝓfundum empipedi: sed totam superficiem: talia enim sunt vt diximus spōgia et lana et alia que poris multis diuisa sunt alternatim et mollis sunt substantie. Si enim non haberent poros alternatim diuisos nō cederent a longitudine in latitudinem: et a latitudine in fundū sed cederent tm̄ ſm dispōnem pororum ad vnam dimēsionē ad quā pori dispositi eēnt. Differūt autem hec a pulsui cedentibus et formabilibus quia illa cedūt ſm partē empipedi: hec autē ſm totū: impulsus enim motus est violentus a mouente quando non deficit mouens mobili sicut in .7. phicorum dictum est. talis autem motus fit in tactu: plaga vero ſm ꝙ hic accipimus eam in his que cedūt fit in forti et magno motu qui tamen magnus motus nō est necessarius in apprehensibilibus vel formabilibus: sed in quibusdam que cedūt pulsui tm̄. Sunt enim apprehensibilia quecunque habēt poros multos vacuos cōnaturales ipsis: et possunt in ea vacua conuenire que sunt in ipsis. Dico autem vacua corpora sensibilia et crassa et nō impleta: iam enim aere pleni sunt: tamē cōpressis poris in se potētibus cōuenire exit aer: et tūc cedit tota exterior superficies versus centrū corporis porosi. Interdum etiam pori nō sunt vacui a sensibili corpore: sed sūt forte pleni aqua sicut spongia madefacta: illius enim pori pleni sunt: sed quādocunque pori sunt pleni corpore humido vel molliori ꝗ̄ sit corpus apprehensibile non impedit illa plenitudo apprehensionem corporis illius quin adhuc natū sit conuenire in poros illos: quia oppressa spongia vel alio comprehensibili tale corpus exprimitur: et tūc intra sui vacuus recipitur: sicut patet quando clarū odorum per spongiam subtiliatur: sepe enim imbibēdo et apprehendendo spōgiam clarū actualem amittit viscositatē iam retineat adhuc viscositatem potentialē. Quecunque autem porosa sunt et mollis et rare sube apprehensibilia sunt quēadmodum spongia et cera mollis et caro: generatio enim horum est ex suba rara et molli et ſm mām sunt ex terreo commixto cū humido: quod humidū calor dissoluit et euaporare facit: et in dissolutione ipsius et eductiōe pororum plurimorum relinquit: nec totū educit: sed ſm actum mollificādi ipm in partibus terrestribus relinquit: totū tamen iam non eduxerit dissoluit: et ideo totū est porosum et tamē non durum: quia si dissoluendo eduxisset totū dissolutū factū fuisset durissimū: sicut quidā lapides durissimi valde et nimiū porosi et nigri. et ideo illi lapides nō possunt cedere in sua vacua: et sunt inapprehensibiles: ꝙ autem talis sit generatio istorum corporum patet in pasta que fit porosa efficitur calore feruenti et panis exinde factus in apprehensibilis efficitur. Inapprehensibilia vero sunt que nō sunt nata cōuenire in sui ipsorum vacua. et hoc fit tribus de causis. s. quia non habent sic humida fluida: aut quia habēt poros plenos duriori corpore quod resistit compressioni: vel quia terrestre quod est inter poros induratū est sicut in lapidibus porosis de quibus fecimus mētionem: ferrū enim inapprehensibile est quia humido plenos habet poros indurato per ferrū. lapis autē inapprehensibilis: quia per se durus later autem siue aqua inapprehensibilis est: ideo ꝙ poros non habet.

Cap. 10m. De tractiuis et non tractiuis.

Text. cō. 47.

Habitis autē his dicemus passiōes quecunque cōueniunt mixto corpori continuo cum figure variatione non ex hoc ꝙ cedat in ꝓfundum empipedi sed ex hoc ꝙ cedit extra seipsum in longitudinem vel latitudinē. Hec autē sunt tractiua et ductilia: et primo dicemus de tractiuis: eo ꝙ illa et minus a se recedunt ꝗ̄ ductilia. Dico ergo ꝙ tractiua sunt quorum empipede per tractiuū possibile est in obliquum transponi manente continuo. trahi enim est empipede continuū manens transponi ad mouens: tractus enim ſm ꝙ hic dicitur non est vt totū corpus ducatur tractu de loco ad locum: sed potius vt vno fine imobile trahatur in altero: et sic extēdatur vel vt extendatur in vtroque fine per tractus oppositos vnde tractiua sunt extēsibilia per tractū. Cū autem trahitur necesse est: ꝙ aut trahatur in latū vel in longū et ad quācunque harum dimensionum trahatur semper obliquatur et altera incorrugatur: quia dimensionē quā per tractum accipit in diuisione vna in qua trasponitur extra se versus trahentem subtrahit in alia. et ideo cum ibi constringatur necesse est ipsum obliquari: rectum enim curuatur quando fines eius sibi inuicē appropinquant: quia tūc necesse est ꝙ exeant ab extremis: et tractiua autem sunt pili corrigia et corrigia generaliter et vermis et pasta et glutē et alia quorumcunque generatio est ex humiditate viscosa cū indurata nō sinitur talibus enim oibus duo motus sūt. s. tractus et reditus: tractus quidem extendit ꝓpter humidum quod dilatari pōt: et reuersio est ꝓpter siccum terminans humidum. Intractiua autē sunt que priuantur tali humido et tali sicco sic contēperatis: et hec aliquādo sunt humida fluida vt later siue aqua: aliquado autem terrestria dura et sicca vt lapis: contingit autē aliquando tractiua esse eadem et apprehensibilia vt lana que tractiua est et apprehensibilis: aliquando autē nō eadem et hoc dupliciter aliqua enim sunt apprehensibilia nō tractiua vt spongia que si trahatur laceratur et nō manet continua: et causa est quoniam nō est humidū eius satis viscosum neque bene cōtinens siccū aliqua autem sunt tractiua non apprehensibilia vt flegma quod si cōprimatur non redit in sui poros quia non habet cū sit aqueū et tamen est tractiuū eo ꝙ est valde viscosum tm̄ ergo dictum sit de istis etc.

Cap. 11m. De ductilibus et non ductilibus.

Text. cō. 47.

Tex. et co. 43. Si aut cocedat aia ab extrinseco moueri aliquo hoc non erit sicut motus ipulsionis violetus sed sicut diximus ea moueri a sensibilib⁹ sm q obiecta sunt mouetia et sensus patientes: q2 sentiut intus suscipiedo spem sensibile: de hoc aut motu nos in scdo hui⁹ scie libro determinabim⁹. Amp. aut si mouet aia seipsam nalter et subaliter: tuc vtiqz mouet a seipsa: ois aut motus facit distare mobile ab aliquanz alicui⁹ qlits in quo est mot⁹ sm q zuenit sm genet is diuersitate: aut enim facit distare ab vbi aut a forma aut a qtitate. Si igit anime mot⁹ est in suba eius vt dicit aduersari⁹ aia p motu illu distabit a suba ipsius in qua est et p qua inest ei mot⁹ sm ipsaz aiam. hoc enim absqz dubio sequit nisi dicat ei mot⁹ sm accidens inesse: hoc aut no ponit sed poti⁹ q mot⁹ sit sm subam ipsius. Motus aut ecntialr est distatia ei⁹ qd mouet: q2 cuz motus sit endelechia exntis in potentia sm q est in po⁹: opz q omne qd mouet distet ab eo in qd mouet: g si motus inest aie. vt suba ipsi⁹: opz q aia subaliter distet ab aliquo subali suoz hoc no est verz cu ipsa sit actus corporis: hec aut ola sequunt nisi dicat aiam mouere seipsaz sm accides tm et si hoc zcedat adhuc no sequit q ipsa p accns sit in loco sicut alia p accides sunt in loco: q2 ipsa no est pars alicui⁹ qd p se est in loco p qua parte et partes ei⁹ illud referat ad locu ad totum. Est enim pars aia vel aiali ecntialis et no qntitatiua cu dicit q pars p accns est in loco itelligit de illa pte que p se pot esse in loco. Cu aut dicit q albedo p accns est in loco: q2 album corp⁹ p se est in loco est albedo forma situalis in albo et quatitatiua a quoz est locus p accns. Aia aut no determinat qntitate p accns io etia neqz hoc modo est i loco: sed est in loco: q2 extra locu corporis sui no iuenit: et hec aut vocat a qbusdam diffiniei in locu et hoc modo p accidens pot dici in loco. Hec igit sunt que pbat aiam no moueri localiter: vel alis motu sm se. Sed dicet forte aliqs q si no est in loco p se neqz p accides pprie loquedo: tuc forte videt et no debere moueri p accides sm locu pcipue cu ea que mouet imobilia existentia no moueant p se neqz p accns vt pbatuz est in .8. phi. et in te. et mudo. Sed sciedu q ipa mouet p accides motu corporis: q2 mouetibus nobis mouent et oia que in nobis sunt: et ideo corpore traslato nec necessariu est eaz trasferri: neqz est simile de motoribus sperar et aiabus aialiuz: q2 spera manet sup idem centru et motor q no est actus alicuius partis spere: no mouet sm locu neqz est in loco: sz corpora aialiu trasefut de loco ad locu et io aie diffinitiue in loco corpoz existetes motu corpoz mouentur per accidens de loco ad locum.

Cap. 6m. Et est digressio declaras difficultates: que oriuntur ex predictis de motu anime.

Unt aut qui ea q dicta sut calūniant dicetes q no est necessariu q si aliqd mouet motu q moueat eo motu quo ipm mouet. Illud eni qd mouet localr pot mouere alterado: sic sol accedes et recedes: et id qd mouet sm alteratione potest mouere motu locali sicut phatasia et zcupiscentia alteratioe delectabili vel tristabili mouete al motu processiuo: et illud est in alijs multis. Silr aut dicut qda q non sunt tm quatuor gna motus sm que aliqd mouet sz multo plura: et io dicut nos forte no sufficieter pbasse q no mouet aia cu moueat Sed ad oia hec solueda sufficies habet doctria ex libro phicor vltimo: qm in ordine illo in quo distinguunt moues tm et moues et motu et motu tm necessariuz est q illud qd est moues motu moueat eo motu quo ipm mouet et hec fuit positio eoz q dixerut aiam mouere motam: et hoc apparet ex ronibus eoz: in phedrone enim ponunt rones iste: q mouens p se no mouet nisi sm subam sua. Est aut aia moues p se: mouet igit sm subaz sua sz de cui⁹ suba est mot⁹ illud mouet. g moues p se mouet. Non at mouet ab alio cu sit moues p se: opz igit q moueat seipz. Adhuc nihil dat alij qd no hz: sed dat qd hz: dat aut moues motu ei qd mouet: g hz motu in seipso et cui inest mot⁹ illud mouet: mouet g oe mouens p seipm. Adhuc ois forma q e in zpo ab alio prius est in alio p se qd est ca quare forma illa existat in alio sicut calidu qd est

Rones Platonis i phedrone

in frigido ab alio opꝫ ꝙ prius ſit in igne q̄ eſt cā caloris in fri-
gido. Siſr motꝰ eſt in corpe: ſicut in recipiēte formā motꝰ ab
alio. opꝫ igiṫ ꝙ ſit i alio prius ſicut in cā. hec aūt eſt aīa. ergo
aīe ineſt motꝰ. Cui aūt ineſt motꝰ illud moueṫ. ḡ aīa moueṫ
in eo qđ mouet ⁊ motū quo mouet. Adhuc ōis cā motꝰ q̄ eſt
inter pᵐ mouēs ⁊ vltimū motū mouet mota: aīa eſt talis cā
motꝰ. ḡ mouet mota. Adhuc motus eſt actꝰ mouētis ⁊ actus
mobilis. ḡ ſicut motū eſt ſubm eiꝰ ⁊ moueṫ. ita ⁊ mouens eſt
ſubm eius ⁊ moueṫ. Adhuc aūt̄ q̄cqđ ex armonicis mouet
numeris cōponiṫ ex motore ⁊ mobili: aīa ſit mouet ex armo
nicis numeris. ḡ cōponiṫ ex motore ⁊ mobili: ſꝫ qđ cōponiṫ
ex motore ⁊ mobili mouet motū. aīa igiṫ mouet mota. cōpo
niṫ aūt aīa ex armonicis numeris quēadmodū ſupra oſten-
ſum eſt: hec ⁊ hiis ſīlia in Phedrone colligunṫ vbi Plo hoc

Solo 2a rōo nes Platōis.

dicit ipſūm nō p vba: ſed p ſenſum quoꝝ q̄daꝫ Macrobius
ponit ſup ſomniū Scipionis ⁊ q̄dā dimittit. Et ſunt ad ſol-
uēdū facillima ſi qs bene in memoria hēat q̄ dixīmꝰ in libro
phicoꝝ. Ibi enim dixīmꝰ ꝙ q̄cqđ mouet motū p ſe eſt corpꝰ:
⁊ ꝙ mouēs primū in ordine motꝰ eſt imobile ⁊ ab ipſo ē mo-
tus ⁊ nō in ipſo: ⁊ hoc iō ꝙ ipm p eēntiā ſuaꝫ que nō eſt motꝰ
mouet efficiēter ⁊ nō formaliter: ⁊ hoc ignorabat Plo. vnde
lꝫ aīa ſit iter primā cām mouētē ⁊ vltimū motū quo ad pdu-
ctionē in eē: cū ipſa in ordine motus corporis eſt pᵐ mouēs ⁊
nō ordinaṫ ad illud qđ vltimo moueṫ i corpore aīato. Et cū
Plo dicit ꝙ ignis eſt cā calidi nō ſumit ipſe niſi cām cōpoſi
tā ſꝫ calor eſt prima cā caloris p ſubam ſuā formalr̄: ſiṙ aīa
eſt cā motꝰ: nō q̄dē formalis ſed efficiēs ⁊ iō haud q̄q̄ mo-
ueṫ ex hoc ꝙ mouet. Et ſi obijciat Macrobiꝰ ſi corpus mo-

Uide pro hoc cōᵐ 7. octaui metaphiſice q̄liō itelligitur pp qđ vnūquodꝙ tale ē.

ueṫ pp aīam ḡ aīa magis moueṫ qꝛ pp vnūquodꝙ tale eſt il-
lud eſt magis tale: eſt irriſoriū qꝛ illud nō eſt in efficiētibꝰ ⁊
effectiuis ſꝫ in participātibꝰ ſm eādē formā. Sed hoc ſolam
qđ dicit de armonicis numeris mouet plꝰ ſꝫ Pla. ḡ aliq̄d
aliorꝫ. qꝛ ꝯſtat ꝙ ſm armoniā aptaṫ corpori ⁊ ſꝫ armonia eſt
ipſa mouēs ⁊ cognoſcēs ea que cognoſcit. Quū nō niſi ſibi p-
portionatū mouet: ⁊ nō niſi ſibi ꝓportionatū cognoſcit: ꝓpor
tio aūt primū in nūeris eſt: ⁊ ita videṫ eē ſm armonicos nu-
meros ꝯſtituta aīa: ⁊ ſm illos hꝫ in ſe plura quoꝝ vnū ē mo-
uens ⁊ alteꝝ motū. ⁊ ſic videṫ eē mouēs mota plura enim vt
mouētia tn̄: ad idem ꝯſtituēdū nō ꝯuenīūt: neqꝫ ēt plura vt
mota tn̄. Sꝫ ḡ plura ꝯueniūt ad eiuſdē rei ꝯſtōnē opꝫ ꝙ qđ-
dā iſtoꝝ ſit mouēs ⁊ qđdā motū. Sed dicēdū ex armonicis

Uō q̄lō ex armonicis numerio aīa cōponatur ⁊ q̄liō nō ⁊ i quo peccauerit plato. ꝫ.

numeris formalibꝰ nō ꝯſtitui aīam. ſed ex armonicis nume
ratis: ſiue numeris mālibꝰ. hec aūt hꝫ ꝓportionē ſicut eſt ꝓ
portio ptātis ſcđe ad partes ⁊ ſubiecta ⁊ ad ptāt̄ ꝓcedēt̄ in
ordine nāe: ſic enim ꝓportionaṫ aīa itelligētie vt recipiēs il-
luminatiōes eiꝰ. ⁊ ꝓportionaṫ viribꝰ ſuis vt partibꝰ ſuis po
teſtatiuis: vel ſic ptātiuis: ⁊ ꝓportionaṫ corpori ⁊ orgāis cor
poris ſicut ſubiecis ptāti ſue. In tali aūt ꝓportione moueṫ q̄dē
aīa ab itelligētia ⁊ cā prima ſꝫ iſto motu nō mouet corpus: ⁊
mouet vna ptās aliā qꝛ ſupior mouet iferiorē: ſꝫ hoc eſt per
impiū ⁊ nō ſicut aīa mouet corpꝰ: ſed cōparādo eā ad corpus
oēs ptes eiꝰ mouēt corpꝰ organicū ⁊ partes eiꝰ ad ꝓſequēda
deſiderata ⁊ fugiēda ea que ꝯſtant ⁊ hoc mō nō moueṫ ſer-
uaṫ tn̄ in oībꝰ illis ꝓportio ſicut in ſequētibꝰ iſtius libri ma-
nifeſtabiṫ. Sed hec ꝓportio nō eſt i armonicis numeris: ſꝫ
potiꝰ in his que armonice ſūt cōpoſita ⁊ numerata. Et ſi di-
cat aliq̄s ꝓportionata in numero nūerato eē ordinata a ꝓ-
portione q̄ eſt in nūero numerāte ⁊ ſic opꝫ adhuc iuxta ſniaꝫ
Platonis ꝑncipia aīe ⁊ alioꝝ ꝑncipia eē numeros formales
⁊ ꝓportionē que eſt in iſtis dicemꝰ ꝙ nō ſunt ꝑncipia reꝝ: ſꝫ
ꝙ numerata ſunt ⁊ ſub ꝓportiōe numeri exiſtūt: ſed potius
ſm ꝙ cōnāīa ſunt vnicuiqꝫ generi qđ ꝯſtituit: ⁊ iō mā ⁊ forᵃ
nō ꝯſtituūt ſub aīn ſm ꝙ numerata ſunt aut in ꝓportiōe nu-
meri exiſtūt: ſed potiꝰ ſm ꝙ ſunt p̄ma ꝑncipia ꝯnālia ſube ⁊
ſīle eſt de ꝯſtituētibꝰ q̄titatē ⁊ q̄dlibet genꝰ. Et his accidit
numerari ⁊ in ꝓportiōe numeri eſſe. Et hoc Platonē dece-
pit: qꝛ ēt ſapiētes decipiunṫ ſm accn̄s ꝙ ineuitabiliter ſeq̄ē
numeros eē p̄ma ꝑncipia reꝝ ſi poſſet hēri ꝙ ꝑncipia reꝝ cō-
ſtituerēt eas: ſm ꝙ in ꝓportiōe numerali exiſtūt ⁊ hoc q̄deꝫ
modo dictū multū valet ad itellectū oīuꝫ ſequētiū vbi ageṫ
de opionibꝰ Platonis. Si aūtē aliq̄s nobis obijciat ꝙ nos
ipſi ſupius ꝯceſſiſſe videmur aīaꝫ mouere ſe q̄n agit ſe i vni
uerſum corpꝰ: dicemꝰ nō eē illud ꝓprie mouere ſeipſaꝫ ⁊ iō
re vera ſic mouit ſe aīa ⁊ aliꝫ motores p effectꝰ tōne effectuū

qui ab ipſis ſunt ⁊ tn̄ ſimplr̄ manēt imobiles. Et hoc ē mo-
do pᵐmꝰ motoꝝ in quolibet ordine iducit motū i mobile: qꝛ
motꝰ eſt actꝰ mouētis vt a quo eſt motꝰ: ⁊ nō vt in quo eſt ſi
cut in ſubo ⁊ eſt act mobilis ſicut in quo eſt ſicut in ſubo. Et
iō motor nō moueṫ ſed mobile qꝛ ineſt ei motꝰ tūc moueṫ:
lꝫ igiṫ multi ſint modi qbꝰ aliq̄d moueṫ p accn̄s in quolibet
gn̄e ꝑdicamēti in motꝰ p ſe non eſt niſi in tribꝰ gn̄ibꝰ: ⁊ qꝛ in
quātitate nō eſt ꝯuerſa niſi ſm ꝙ q̄titas eſt terminꝰ phicoꝝ
corpoꝝ in quo ꝯuenit ei pfectū ⁊ imperfectū eē: iō duos opꝫ eē
motꝰ in quātitate ⁊ in vtroqꝫ alioꝝ generꝫ tn̄ vnū ſm genꝰ:
⁊ ita ſunt q̄tuor gn̄ales motꝰ ⁊ oēs illos ab aīa: p tōnes ne-
ceſſarias ſeclūſimus. ſicut pꝫ ex ꝑdictis. Eſt igiṫ neceſſe cōce-
dēdū aīam phico motu p ſe vel p accn̄s ꝓprie neq̄q̄ mo-
ueri: ⁊ ſic manifeſta eſt ſolō oīum eoꝝ q̄ iducta ſunt ex Pla-
tonis opionibꝰ. Sed id qđ oīno deſtruere diſputationē iſtaꝫ
videṫ eſt ꝙ ab antiquo Termegiſto ⁊ a Socrate: ⁊ nūc a di-
uinis ⁊ incātatoribꝰ ꝯuenienter aſſeriṫ ꝙ. ſ. in corpore exiſtes
quos āgelos vel demōes vocāt ⁊ aīe exute a corpibꝰ moueri-
tur de loco ad locū: cuiꝰ ēt vitatē nos ipſi ſumus experti in ma

Uō q̄lō i magicis expertum eſt de corpo ꝯexutaſ a corporibꝰ ⁊ demōū de loco ad locā moueri. ꝫ.

gicis. Sed de his non diſputabimꝰ in ſcīa de nā deoꝝ q̄ phie
p̄me pars q̄dā ē ⁊ ab Ariſtotele edita. Qꝛ ſi tales ſube moue-
tur motꝰ erit oīno equocꝰ ad motū phicū. tales enīꝫ ſube nō
ſunt ꝓportionales ſpatio p qđ eſt motꝰ p aliquā q̄titatē vel
idiuiſibile q̄titatis qđ ſit i eis. Et iō neqꝫ mēſura motꝰ ipſa-
rū neqꝫ motꝰ ipſe ex ꝑncipijs phicis cauſari pōt: hic aūtē de
phicis loquiṫ tn̄ oſtendētes phice imobilē eē aīam ꝯ eos q̄
ex principijs que ipſi phica eſſe dicebant: cauſare voluerunt
motum anime: ⁊ dixerūt animā mouere ſeipſam.

Cap. 7ᵐ. De diſputatiōe ꝯpiones Democriti ⁊ Plato
nis de motibꝰ aīe. qbꝰ moueṫ in corpe ⁊ mouet corpus.

Tex. cō. 44.

Uidū aūt eoꝝ q diffiniūt aīaꝫ p motū eē: dicūt
eā mouere corpꝰ in quo eſt locaṫ in eo ꝙ ipſa lo
caṫ moueṫ. vt Democritꝰ q dicit ſīlem cām eē
motꝰ aīati corpis q̄lē dixit Philippꝰ q̄dā Di-
daſcalus ſiue doctor comediaꝝ: dicebat enim
chomicos ꝯuctare in villis hoīes ad carmina
audiēda: p hoc ꝙ ſieret imagines deoꝝ mobiles pp q̄ꝝ ſpe-
ctaculū hoīes ꝯſluerēt referēs Dedalū aliqꝰ feciſſe ligneā
imaginē Minerue: mobilē in oībꝰ mēbris ita ꝙ videbaṫ cā-

Uō cām motꝰ imaginū ligneaꝝ ⁊ dedalo fabricatarū q̄ꝫ ꝑtō fuerunt ſimta.

tare p motū lingue ⁊ tripudiare. Cā aūt motꝰ fuit qꝛ in ꝯca-
uo imaginis fuerūt iſita organa in argēto viuo ⁊ ad motū il
lius moueri videbāt ſicut adhuc i ſellis ⁊ imaginibꝰ. pedes
ēt ſtabāt ſup rotulas paruas: in qbꝰ arcus ꝯcaui fuerūt ⁊ di-
ſtincti p cellulas ⁊ cū argētū viuū deſcēdebat i anteriori arcu
p cellulas: tunc poſterior arcus eleuabaṫ ⁊ ꝯuertebaṫ tota:
⁊ tūc imago mouebaṫ de loco ad locum: qꝛ neceſſe habuit ꝙ
ad eādē ꝑtē moueret ad quā moueba ſaſile ſiue argētū vi-
uum. Et ſilꝫ cām motꝰ aīaliū ponit Democritus dicit enī
ꝙ idiuiſibiles ſpē in ſe moueṫ: eo ꝙ apte nate ſūt nō manē-
re ſiue q̄ſcere pp cām ſupius iductā: ⁊ cū ſic moueṫ ſpē ille
tūc trahūt ſecū ⁊ mouēt totū corpus in eādē ptēꝫ ad quā ipſe
moueṫ: ⁊ hoc leue eſt deſtruere: p̄mo enī q̄remus a Demo
crito q̄ ſit cā ꝙ q̄ſcūt aīalia qn̄ volunt: huiꝰ enim cā nō ē ſpa
indiuiſibilia q̄ nunq̄ q̄ſcere pōt. Cōſtat aūt ꝙ idē eſt cā ꝓ-
ceſſiui motꝰ ⁊ q̄tis in aīalibꝰ. Quāṫ enim indiuiſibilia ſpā
faciat q̄tē vel difficile vel impoſſe ē dicere Democrito dif-
ficile q̄dē ſi fingat ꝯſtrictionē athomoꝝ facere q̄tē qn̄ ſūt in
pleno. impoſſe aūt ſi nunc velit adoptare cām: Democritus
aūt in pleno dixit has ſpās q̄ſcere ⁊ in vacuo moueri. Uiṙ
aūt loquēdo ex his q̄ apparēt ad ſenſum: nō ex tali cā cauſa-
tur aīaliū motꝰ ꝓceſſiuꝰ q̄n ſit ex neceſſitate alicuiꝰ qđ q̄ſce
re nō pōt: ſed potiꝰ ex volūtate libera ⁊ itellectu cauſaṫ q̄ nō

Tex. cō. 45.

neceſſario mouēt ſed qn̄ volunt. Eodē aūt mō ⁊ Timeꝰ phy-
loſogizat volens reddere cām nālēꝫ q̄re aīa mouet corpꝰ: ⁊
oſtēdit cām ex neceſſitate mouētē ⁊ nō ex volūtate dicit enīꝫ
ꝙ in eo mouet corpus in quo ipſa in ſeipſa moueṫ. Ipſaꝫ ēt
in ſeipſa dicit neceſſario moueri. Mouet aūt corpꝰ qꝛ cōpleta ad
ipm ſicut forma icorporata corpori ⁊ cōnexa eidē ſm oēs vi-
res ſuas dicit enīꝫ Pla. ꝙ aīa ꝯſtituiṫ ex armonicis nume-
ris: ⁊ diſpartiṫ p numeros in ptes corporis: quos numeros
vocat Plato elemēta: ⁊ iō dicit eā cōponi ex elemētis ſiue cō-
ſtitui: hoc eſt ex primis numeris elemētaliū. Cōſtituiṫ āt ſic
ex elemētis: quatenꝰ habeat ſenſum ⁊ potētiā cognoſcitiuā
omniū ex numeris armoniāliter cōponētibꝰ eā: qꝛ ſicut dici-

mus supius nisi cõponeret ex numeris primordialib⁹ nõ co
gnosceret oia qꝛ nõ eet in potẽtia respectu oium nisi talẽ ha
beret armoniã ꝙ eẽt tertij ordinis qꝛ tunc ex illuminatione
fluente pcipit cam primã ⁊ itelligẽtias que pcedunt eã ex or
dine nãe: ⁊ sequẽtia pcipit ex capacitate potẽtie q̃ ẽ ante for
mã corporalẽ ⁊ p hos numeros fert totũ mũdũ q̃si in seipsa:
eo ꝙ hz motꝰ ꝯsonãtes ad pncipales ptes mũdi. Dixit eniz
Plo ꝙ deus deoꝝ opifex deoꝝ oium primo fecit orbẽ rectuz
q̃si dedit ei nãm ignis q est rectaꝝ dimẽsionũ ⁊ recti motꝰ si
cut dixim⁹ in scdo re. ⁊ mun. ⁊ in pmo. Deinde vt ordinate ⁊
equalr accederet ⁊ recederet causando gñatioẽ ⁊ corruptio
nẽ reflexit rectitudinẽ dimẽsionũ ei⁹ in circulũ: eo ꝙ rectum
cũ sit vnius simplicis forme pri⁹ est linee circularis q̃ est dua
rũ formaꝝ: quaꝝ vna est ꝯcauitas ⁊ alia ꝯuexitas: hita autẽ
figura ⁊ motu circularib⁹: nõ fuit sufficiẽtia in motu circula
ri q est sup polos mundi ab oriẽte in occidẽtẽ ⁊ p occidẽs re
grẽdo in oriens: q̃ñ vno modo se hñs nõ accidit ⁊ recedit
sed orit ⁊ occidit sup easdẽ partes eodẽ mõ: sic in diuersis lo
cis nõ diuersa cãrenẽ: pp qd dixit Plo ꝙ circulũ vnũ deus
deoꝝ dñs diuisit in duos circulos dupl'r coordinatos: quoꝝ
vnus est eqnoctialis q mouet sup polos mũdi faciẽs motuz
diurnũ q est mot⁹ orbis primi scds aũt est circulus signorũ
q hz polos ꝑprios mobiles in duob⁹ paralleli: quoꝝ vnus est
aqlonaris poli ⁊ alter meridionalis: sup qui⁹ polos oẽs stel
le mouent ⁊ isti circuli sunt rex coordinati qꝛ vnus facit lõ
gitudinẽ in oib⁹ his que gñant ab orbe alter aũt latitudinẽ:
⁊ motus q est sup polos ei⁹ est a meridie in aqlonẽ: ⁊ ecõuer
so iter duos solstitiales circulos. Alteꝝ aũt istoꝝ circulorũ q
est circulus signoꝝ diuisit in .7. circulos plãetaꝝ: hoc est Sa
turni: Jouis Martis. Solis Mercurij Veneris ⁊ Lũe:
quoꝝ oium mot⁹ est a meridie in septentrionẽ sup polos or
bis signoꝝ ⁊ hos mot⁹ dixit ⁊ bene: pri⁹ oium motuũ nãliũ:

> Nõ de bẽtiõe Platonis aiaz mudi eẽ in cõ- finio eternitatis ⁊ tẽporis.

aiam aũt posuit sicut supius dixim⁹ in ꝯfinio Eternitatis ⁊
tpis: ⁊ pcipue aiam mundi: cui⁹ pticulares aie sũt tanq̃ ima
gines: ⁊ io dixit ẽt in aia fm nãz eẽ aspectũ rectũ: eo ꝙ cogno
scẽdo egredit directe sup reꝝ rõnes ⁊ numeros: qb⁹ ipse res
ꝯstituunt. Hũc aũt aspectũ refert in motib⁹ aie in circuluz:

> Et notã q̃do aia fm Platonẽ aspect⁹ rect⁹ quẽ dicunt fieri in circulum.

qꝛ aia a se icipit vt dicebat hñs in se oiuz reꝝ rõnes: ⁊ q̃ exci
tate a reb⁹ extra efficiunt pri⁹ sciẽtie: ⁊ io dixit Plo: ꝙ cum
aia ꝓgredit recte in res extra: reflectit cognitio reꝝ i seipsa:
q̃ñ in se cognoscit eoꝝ q̃ sunt rõnes ⁊ recordat. Dicit enim
Boeti⁹ in ꝯsolatiõe phie: ꝙ si Plonis musa plonat veruz:
qd qsqz discit immemor recordat: ⁊ sic p reflexionẽ recti in cir
culuz causat in aia virtutis itellect⁹. In supiorib⁹ aũt sũt duo
ordines motuũ ⁊ motoꝝ in gñe. Unus qdẽ prim⁹ mot⁹ ⁊ mo
tor q est aplanes vocat⁹ q̃si sine errore existẽs. ⁊ rectus: q est
mot⁹ diurnus. Alter aũt mot⁹ est siue ordo itelligẽtie scdi or
dinis ⁊ mot⁹ latitudinis zodiaci q dicit mot⁹ planes q̃si er
raticus qꝛ in eo sũt digressiões multe diuersoꝝ planetarũ: ⁊
sic ẽt est in aia in qua mouet semp itellect⁹ recte ⁊ sine errore.
Phãtasia aũt ⁊ ꝯcupiscẽtia ⁊ recte ⁊ nõ recte: sicut ꝓbabit in
sequẽtib⁹: ⁊ iõ in aia dixit eẽ duos p̃mos circulos sicut i ce
lo: ⁊ duos p̃mos mot⁹. Alteꝝ aũt dixit in .7. diuidi q est sub
phãtasmatib⁹. ⁊ mole carnis ꝑgrauat. vnde dicit aiam i spa
Saturni accipe memoriã lõgã ⁊ in spera Jouis accipe rõci
natiõnẽ ꝓbabiliũ siue opiõnũ: in spa aũt Martis irascibilẽ:
⁊ in spera Solis sensibiliũ illustratiõẽ: in spera aũt Mercu
rij estimatiõnẽ nocini ⁊ ꝯueniẽtis ⁊ in spera Veneris ꝯcupi
scibilitatẽ: ⁊ in spera Lune mot⁹ quos mouet i sequẽdo nãz
corporis vt attrahẽdo nutriẽdo augẽdo ⁊ gñando: oẽs eni
isti .7. gyros agi q̃si sunt mot⁹ aliqn recti: aliqn nõ recti: ⁊ oẽs
in circulũ reflectunt icipiẽdo ab aia ⁊ in aiam terminari: q̃ñ
Plo dixit: ꝙ oium spẽs sunt in aia: ⁊ ꝙ nõ nisi excitat a reb⁹
extra. Dicebat ẽt aias ab initio factas in gñalib⁹ ⁊ in cõpa
ribus stellis: ⁊ q̃ñ descẽdũt tũc p icorporeũ descẽdũt. ⁊ i orbe
q de sũt rectoꝝ motuuz: ⁊ in descẽsu p orbes plãetaꝝ accipiũt
vires: ⁊ mot⁹ quos diximus: ⁊ paulatiz vsqz ad ondas carnis
deprimunt: ⁊ ibi inebriate ex ethere lacteo q est dulcedo car
nis q̃si carnales efficiunt ⁊ obliuiscunt supiorũ armõie: cu
ius nũ similitudinẽ ⁊ spẽs in se hñt. Q̃ñ aũt excitate redeunt in
corpore ad ꝓpriũ bonũ ⁊ inatũ sibi fm scias ⁊ vtutes: tũc re
ascẽdunt p geminas ad stellas rõpares. Si aũt sũt mali me
riti in scda itascorporatiõe efficiunt fere. vel bestie alie mori
bus eoꝝ cõgruentes: ⁊ de hoc alibi in numeris nostris locu

ti sumus. Dicebat aũt oĩa hec Plo: tanq̃ celi motus essent
aie motus ⁊ ecõuerso. Nos aũt disputãtes ꝯ hec que dicta

> Tex. ⁊ cõ. 46.

sunt p⁹ dicimus ꝙ nõ hñ ꝯtingit dicere ꝙ aia sit magnitudo
vel vtus in corpore que magnitudinez hz exñs: ⁊ hoc nõ seqt
ex dictis Plonis vbi dicit: ꝙ aia fm armoniacos numeros
aptata est corpori. Si eni ꝯnãlis est corpori sicut visus oculoꝝ
vel q̃ritas magnitudini opz ꝙ aut sit magnitudo vel virtus ꝯ
aliq̃ in magnitudine exñs. dico aũt ꝙ hoc nõ bene dicit ⁊ nõ
dicit Plo: eniz vult ꝙ aia hui⁹ ois mundi talis sit: sicut est
aia illa q̃ aliqñ hoc est in qbusdã vocat intellect⁹: dixit enim
aiam mũdi esse itellectualẽ. Cã aũt quare hoc a Platõe di

> Qr aia mũdi fz platonẽ intellectualis sit.

cat est: qꝛ itellectualis aia nõ est vt aia sensibilis vel desidera
tiua: ⁊ non possunt eis aliqualiter aptari ꝓprietates circuli:
qꝛ nõ reuertunt supra se sicut itellectualis aia que icipit a se
querẽdo de itelligibili ⁊ reflectit supra se q̃ñ nõ inuenit ipm:
ner est aia sicut hec sensibilis terra que nõ hz nisi motũ rectũ
per distantiã sui a celo. Sed aia itellectualis est imago eter
nitatis: ⁊ quodãmodo cã tpis. ⁊ iõ superioꝝ motus inueniun
tur potius in ea q̃ in alia: qꝛ ipsa est q̃si qdã pri⁹ nãe. ⁊ ideo
motus primi in nã in ea inueniunt. Sed ꝯ hoc obuiãtes dixi
mus ꝙ si tales sunt motus intellect⁹: tũc sũt motus itellect⁹
corporales: ⁊ sequit ꝙ ipse itellectus aut sit corpus aut vtus
in corpore que nõ explet motus suos nisi p corpus: qꝛ circula
tio forma est corporalis actus: ⁊ actus corpalis est alicuius
operãtis vtutis corporee. Dicamus igit ꝙ si intellect⁹ dz

> Tex. ⁊ cõ. 47.

habere ꝯtinuitatẽ ꝙ rõnabile est ꝙ hẽat ꝯtinuitatẽ talẽ q̃lez
hz opatio eius: que vocat itelligẽtia siue itelligere. Simili
ter aũt ⁊ ipsa actio itellect⁹ siue intelligere rõnale est ꝙ hẽat
formã eoꝝ que itelligunt que vocant itelligẽtia siue itellecti
ua vel itellecta: eo ꝙ actus sunt pu̾ij potẽtijs fm rõnẽ ⁊ obie
cta actib⁹. Sunt aũt itellecta ꝯtẽr ⁊ nõ ꝯtinua: ⁊ sũt magis
sic a numero q̃ ꝯtinuo: q̃ intellect⁹ nõ est sic ꝯtinuus vt circu
lus: sed opz: aut sit impartibile: aut nõ ꝯtinuũ sicut magnitu
do siue q̃titas est cõtinua. Si eniz dẽt ꝙ itellect⁹ est magni
tudo q̃dã ꝯtinua: tũc querat a Plone qualr possit itelligere
magnitudinẽ mathematicã. vel aliã quãcũqz q̃titatẽ conti
nuã: aut enim itelligit cã accipiẽdo totã simul. aut accipiẽdo
partes. ⁊ si itelligit accipiẽdo partes aut hoc est ita ꝙ acci
piat partes idiuisibiles q̃ sunt pũcta: ⁊ si tñ pũcta opz ptes vo
cate: qꝛ de hoc nõ facimus modo mentiõẽ aliquã eo ꝙ ab
aduersarijs supponit pũcta partes eẽ ex qb⁹ cõponit magni
tudo: qꝛ hoc ipsi asserebãt aut accipit partes diuisibiles que
sunt vere partes magnitudinis. Quocũqz aũt istoꝝ modoꝝ
fiat acceptio intellect⁹ nõ est nisi tactus qdã quo magnitudo
que est itellectus tãgit magnitudinẽ que itelligitur q̃ñ simul
sunt in vltimis. Et si qdẽ itellectus accipiẽdo magnitudinẽ
intellectã tãgit puncta ipsius: cũ puncta sint infinita in q̃libet
magnitudine: ⁊ infinita tãgẽdo q̃libet nõ ꝯtingat pertransi
re tãgentẽ: sequit ꝙ itellectus nunq̃ finiet quãtũcũqz paruã
magnitudinẽ itelligẽdo qua scimus esse finitã. Si aũt tãgit
fm partes q̃ magnitudinẽ hñt hoc dupl'r põt fieri aut enim
ille sunt aliquote partes q̃ numerãt totũ vt decẽ decime: vel
due medie vel q̃tuor quarte: ⁊ sic de alijs. aut nõ sũt aliquo
te. ⁊ sic nõ numerãt totũ ⁊ si tangit aliquotas intelligẽdo ma
gnitudinẽ. tunc multotiẽs intelligẽdo tãgit idem. Si autem
intelligẽdo tangit eas que nõ sunt aliquote: cũ tales infinite
sint in qualibet magnitudine: opz intellectũ intelligẽdo infi
nities tãgere idem: lz enim tãgat diuersas partes in nume
ro. ipse tamẽ oẽs sunt idẽ rõne ⁊ itellectu: qꝛ oẽs sunt vnius
speciei ⁊ forme fm ꝙ sunt partes ꝯtinui. Hec autẽ oia falsa
esse experimur in intellectib⁹ nostris qꝛ videmus ꝙ q̃ñ itel
lectus noster intelligit magnitudinẽ aliquã itellectus noster
nõ tangit eã prout itelligit nisi semel. Si aũt dicat aliquis ꝙ
qꝛ oẽs partes magnitudinis itellecte sunt vni⁹ rõnis iõ suffi
ciens est vnãquãqz tãgere partẽ ⁊ nõ opz ipm tangere alias:
qꝛ oẽs itelligit p illã quãcũqz tãgit: tũc queramus quare fm
hoc opz ipm eẽ sicut circulũ: aut etiã oĩo siue etiã vr esse ali
cuius magnitudinis qꝛ si forma circuli bene tangeret partẽ
illam: ⁊ sine magnitudine existens: bene eẽt acceptiuus spei
magnitudinis: sicut ⁊ in vitate mõ est. Redeamus aũt ad
partes pme diuisionis: ⁊ dicam⁹ ꝙ circularis itellect⁹ nõ tan

> Tex. ⁊ cõ. 48.

git intellectã magnitudinẽ fm ptes: sed necũ est vt tot⁹ totũ
tangat ⁊ cũ totũ nõ sit extra partes suas fm ꝙ tangitur non
põt tãgi totũ nisi fm partes ⁊ in partib⁹ suis oib⁹: ⁊ tũc que

ramus sicut prius: qꝛ erit partiũ tactus qñ sicut totũ tãgit in telligẽdo circularis noster ĩtellect⁹. Si autẽ forte dicat q̃s ꝙ ĩtellectus noster nõ est circulus neqꝫ circularis forme ꝯ hoc est: qꝛ in ṽitate opꝫ ꝙ ĩtellect⁹ sit hic circulus de quo dicim⁹. Jam enim sciendũ est ꝙ actio ⁊ mot⁹ ĩtellectus est ĩtelligẽtia siue ĩtelligere: ⁊ ĩtelligentia est circulatio: vt dicit Plato siue mot⁹ circuli: ergo opꝫ ꝙ ĩtellect⁹ sit circulus: mot⁹ enĩ circuli circulatio est: ⁊ mot⁹ ĩtellect⁹ intelligentia est. Sicut igitur se hꝫ mot⁹ ad motũ ita mobile ad mobile: sed dicit Plato intelligẽtiã esse circulationẽ: ꝙ necesse hꝫ dicere ĩtellectũ esse circulũ. Si aũt hoc cõcedat: ꝯ opꝫ ꝙ intelligẽtia ĩtellect⁹ semper aliqd ĩtelligat idem: ⁊ ꝯtinue reflectat sup illud ⁊ hoc opꝫ ꝑpter illud ꝙ noster intellect⁹ dicit eẽ sicut ꝑpetua circulatio que semp in idẽ reuertit. Et hoc qdẽ falsissimũ est: quia nulla est intelligẽtia circularis. Si enĩ eẽt aliqua circularis oporteret ꝙ eẽt aut practica q̃ est sicut artes mechanice que rõcinant de operib⁹: aut speculatiue quaꝝ finis est ṽitas sciẽtie: ⁊ nos videm⁹ ꝙ oẽs practice directe vadunt ad finẽ suũ q est id qđ operatũ ⁊ ꝯstitutũ est p artẽ: sicut domus aut lectus: ⁊ nõ reuertunt. Speculatiue võ terminant rõnib⁹ diffinitionũ que sunt ꝑncipia in ipsis: ⁊ ꝑcedũt directe ad cõclusionẽ. Ratio enim oĩs que certa est: aut est incõpleri aut cõpleri: ⁊ si est qdẽ incõpleri per ipsam habem⁹ sciam quiditatis reꝝ que vocat scientia qd: ⁊ illa est diffinitio. Si autẽ est cõpleri per ipsam acqrimus sciaꝫ ꝑpter qd aliqd est in subiecto: ⁊ hec est demõstratio: ⁊ in scientijs ĩtellectiuis non habem⁹ aliud: qꝛ ꝓbabiliũ est opinio: ⁊ nõ intellect⁹: demõstrationes aũt sunt finite: qꝛ sunt a ꝑncipio qđ est cã dicẽs ꝑpter quid: q̃ est medius terminus in eis ⁊ finẽ hñt determinatũ ad quẽ ꝑcedũt: qui est aut ꝯclusio aut syllogism⁹. Si enĩ ꝯcludant vltime ꝯclusiones tũc est status in eis. Si aũt nõ concludant ille tũc ꝯclusio sumet in alio syllogismo pro ꝑpõne: ⁊ adiungeť aliud mediũ ⁊ alia maior extremitas: ⁊ ꝯcludet alia ꝯclusio: ⁊ iõ nõ reuertunť in idẽ oĩno a quo iceperunt. Sicut facit circulatio circuli. Accipit enĩ semp mediũ aliud: ⁊ vltimã extremitatẽ aliã ⁊ ꝑcedunt ad finẽ determinatum. Ultimũ aũt est extremitas: qꝛ extremũ ⁊ vltimũ sunt idẽ ⁊ sic ab hoc ꝑcedit ī finẽ in quo erit status. Circulatio aũt reflectit se in principiũ vnde incepit. Diffinĩes aũt oẽs quib⁹ nos scimus qd est res sunt finite: qꝛ diffinitẽtia in generibus primis stant: eo ꝙ extra genus primũ nihil vniuocũ inuenit: qđ in diffinĩone possit poni: ergo ĩtellectus nõ est circulus. Amplius cũ circulatio sit circuli reuolutio que multotiẽs sit sicut reuolutio celi: ⁊ sic multotiẽs intelligit idẽ: ⁊ veniet ab eodem in idem ĩtelligẽdo. Est aũt id a quo ꝑcedit intellect⁹ sit motũ per se: id aũt in qđ ꝑcedit nõ sit motũ per se erit idem motũ p se: ⁊ nõ motũ per se: ⁊ sic ꝯtradictoria de eodẽ verificanť. Si autẽ forte aliquis dixerit ꝙ Plato nõ loquit sꝫ veritatẽ sed sm metaphorã: ⁊ assimilauit intellectũ motui circuli ẽ qdẽ hoc peccatũ ĩ ꝓblematib⁹: qꝛ ꝯtra metaphoras nõ ꝯtingit vel rõnibus obuiantis: tñ si neqꝫ fiat vis hoc modo peccatũ adhuc est: qꝛ ĩtellectus magis assimilať quieti ꝙ motui: ⁊ similiter est de syllogismo: diximus in 5° phicoꝝ: ꝙ si nos ꝯsideremus id in quo quiescit: tũc id est forma que intendiť per motũ totũ ⁊ est ꝑfecta cũ motus sit actus imperfectus. Intelligere aũt nõ est impfectus actus sed ꝑfectus: ⁊ similiter syllogismus ⁊ lõci ī quo quiescitur a motu magis assimilať. Nihil enim ꝑfectius est in aĩa ꝙ ĩtelligere sꝫ actũ: ⁊ ꝯsiderate p syllogismũ qm hoc est ꝑfectius ꝙ potẽtia ĩtelligens ⁊ ꝙ habitu ĩtelligẽs: ⁊ ideo illa opatio beatitudinis para est: ⁊ optimũ anime ĩtellectiue admirabiles hñs delectationes qb⁹ nihil est ꝯtrariũ. Et ideo etiã dixim⁹ in 7° phicoꝝ: ꝙ ĩs sedẽdo ⁊ quiescẽdo fit aĩa sciens ⁊ prudens. ¶ Si aũt forte aliqs dicat ꝙ intellect⁹ est numerus cõplexus corpori ⁊ nõ corpus: tunc sequiť ad minus ꝙ sit virtus operans in corpore sicut visus in oculo: qꝛ oĩs virtus cõplexa ad corpus ⁊ ꝑportionata est sic corpori immixta ꝙ nõ opať sine ipso: eo ꝙ ipsa virtus est actus corporis vel ptis eius: ⁊ sic ĩtelligere nõ est beatũ ⁊ felicitas: qꝛ id nõ est leue: sed est q̃si motũ ex obligatiõe corporis in quo nõ est aliqd beatitudinis. Natura aũt est ĩtelligere ĩtellect⁹ si est virtus cõplexa ad corp⁹. Si enim mot⁹ ei⁹ q est ĩtelligẽtia vel ĩtelligere est extra nãm intellectus: ⁊ est a corpore ĩs quo est: ⁊ sic laboriosa est actio: sicut videre ⁊ audire: ⁊ opationes que in organis sunt corpo

7 phi. te. c. 20.
Tex. ⁊ cõ. 49.

ralibus. Laboriosum enim est cõmisceri corpori in operando: neqꝫ posse habere opationẽ a corpore absolutaꝫ. Adhuc aũt cũ aĩa intellectualis sm Pla. descẽdat per capricornuꝫ a cõpare stella: ⁊ fit in desiderio eius ĩcorporari vt dicit: oporteret intellectũ fugere incorporationẽ. Melius enim est intellectui nõ esse cũ corpore ita ꝙ sit immixtus ei: ⁊ separataꝫ hẽat actionẽ: ꝙ esse cũ corpore ⁊ incorporatũ ⁊ immixtũ ⁊ intrĩ ꝙ nõ agat sine ipso: ⁊ hoc qdẽ sit esse ꝯsuetũ est dici ⁊ multis videtur: qꝛ etiã notũ est ꝙ intellect⁹ nullius corporis est act⁹: ⁊ hꝫ operationẽ a corpore liberrimã. ¶ Peccauit autem Plato adhuc: qꝛ cũ diceret celũ circulariter moueri: nõ dedit hui⁹ cãm manifestã ꝑcipue cũ poneret celũ esse nãe ignis: cui⁹ est recte moueri nisi reflectať in circulũ iussu dei deoꝝ: ⁊ tũc accidit ei circulariter moueri: ⁊ nõ ꝯuenit ei p se neqꝫ etiaꝫ aĩe sm Platonẽ sub aliter ꝯuenit circulariter ferri: sed sm accidens sic moueť in quãtũ aspect⁹ eius qui nã est rectus in circulũ est reflexus. Nec põt dici ꝙ cã motũ aĩe sit corp⁹: ⁊ aĩa ponit mouere ⁊ magis causare motũ ī corpore ꝙ ecõtrario: igiť videť ex oĩb⁹ his que dicta sunt aĩam male dici esse vt nẽcẽ se circulariter: ⁊ p hoc mouere corp⁹. Adhuc Plato nõ assignauit aliquã cãm quare melius dicit ⁊ magis cõgruit deũ deoꝝ aĩam sic fecisse vt moueret ꝙ vt quiesceret. Nec assignauit cãm q̃re melius ẽ ipsaꝫ circulariter mouere seipaꝫ ꝙ alio motu locali: ⁊ iõ dictũ suũ sine cã est ⁊ sine ꝯsideratiõe phie: qꝛ phoꝝ est causas ostẽdere eoꝝ que dicũt. ¶ Quia autẽ hec intẽtio qua q̃rimus q̃liter aĩa a deo deoꝝ exiuit in eẽ: ⁊ q̃lis sit in seipsa: vtrũ quiescẽs vel mota: magis ꝑpria est aliteris rõnib⁹ quas in ꝑma phia inducem⁹. Dimittamus eam nunc ⁊ queram⁹ phicas opiniões circa istas passiones aĩe ⁊ causas. Dicam⁹ igiť ⁊ huic opinioni ⁊ plurib⁹ alioꝝ opinionib⁹ accidere vnũ cõe incõueniẽs: ⁊ hoc est ꝙ oẽs ꝯueniũt in hoc ꝙ aĩa copulať corpori sicut motor ⁊ actus ei⁹ ⁊ nihil determinãt de corpore ꝑp quã s. cãm ⁊ qualiũ dispositionũ corporis sit aĩa motor ⁊ actus. ¶ Et tñ absqꝫ omni dubio videť hoc eẽ necium: qꝛ nõ qđlibet agens agit in hoc patiẽs: neqꝫ hoc agẽs in qđlibet patiens: ⁊ similr nõ q̃libet motor mouet qđcũqꝫ mobile: sed ꝑp cõcatiõnẽ que est ⁊ ꝑportionẽ inter hoc agens ⁊ hoc patiẽs: illud agit: ⁊ hoc patiť: ⁊ hoc mouet: ⁊ illud moueť sꝫ aũt mã ⁊ forma nõ cõleť in aliq̃ alia forma: vel in aliq̃ alia mã que sit media inter ea: eo ꝙ nõ p medium forma iungiť mãe tñ hec mã ꝑpter appropriatã ꝑpatiõnem que est in ea efficiť ꝑpria mã hui⁹ forme: ⁊ sicr hic motor ꝑpalus efficiť hui⁹ moti ⁊ hec ꝑpatio in eẽntia est idẽ forme: sꝫ sm eẽ sit differẽs: ⁊ in subto est idẽ mãe: ⁊ in eẽntia sit differens. Et hoꝝ explanationẽ ꝑfecim⁹ in ꝑmo phicoꝝ: circa finẽ. Similr aũt dicim⁹ aĩaꝫ nõ p mediũ vniri corpori: ⁊ hoc pꝫ in vegetabili. Sed vegetabilis nõ est mediũ quo sensibilis aĩa corpori vniať qꝛ si eẽt medium: eẽt dispositio mãe: ⁊ adhuc sequereť necessario ꝑm eẽ accidens in aĩalib⁹: ⁊ hoc nõ est verũ: sed dicim⁹ eẽntiã aĩe sensibilis imediate esse cõiunctã corpori aĩalis: sed hec eẽntia hꝫ de se manãtes virtutes plurimas. quaꝝ q̃dã sunt vegetatiue: ⁊ q̃dã sensibiles: ⁊ ideo vegetatiuũ est ĩ sensitiuo sicut potẽtia ⁊ pars ptãtis ei⁹: ⁊ nõ ꝑcedit ipm sicut dispositio. Eodẽ aũt modo penitus est de vegetatiuo ⁊ sensitiuo p cõparationeꝫ ad ĩtellectualẽ aĩaꝫ in hoĩe: ⁊ hec ĩ sequẽtib⁹ demõstrabunť p rões necessarias ⁊ phicas: hic aũt supponam⁹ cõcatiõnẽ eẽ hui⁹ aĩe sm spẽm ad hoc corpus ⁊ nõ ad aliud sm spẽm: ⁊ hui⁹ aĩe sm indiuiduum ad hoc corp⁹ ⁊ nõ ad aliud sm indiuiduũ. Et ideo si eẽt ꝯiunctio aĩe ad corpus vel agẽtis ad patiens ꝯtingẽs: ⁊ nõ eẽnt dispositiones determinãtes vnũ alij: nõ eẽt cõcatio inter vnũ ⁊ aliud. ¶ Et iõ videnť qdam loqui de aĩa ac si sit equaliter aptatũ ei qđlibet corpus: dicũt enim tñ in cõi qd sit aĩa: ꝙ vꝫ sit aut spera indiuisibilis: aut numerus mouens se: ac si dis aĩa omni aĩe sit eiusdẽ nãe ⁊ eiusdẽ speciei ⁊ nihil dicunt de nã corporis qđ susceptibile est aĩe quare hoc hẽat figurã equinã ⁊ hoc humanã. Est istam dĩam quã videm⁹ in figura ⁊ situ organoꝝ ⁊ mẽbroꝝ diuersificari ĩ omni aĩali: ac si ipsi arbitrenť fabulas Pithagore in legib⁹ suis dictas esse veras. Uolens enim Pithagoras facere ciues colere pietatẽ ⁊ iustitiã fabulatus est aĩas maloꝝ ciuium exire de vno corpore in aliud deterioris ꝯditionis: ita ꝙ aĩa hoĩs ĩgrediebať corpus leonis vel asini: qđ nullo modo fieri põt sm nãm: qñ nõ est diuersitas in figuris ⁊ organis corporis: aliã ꝑp di-

Tex. cõ. 5.
Tex. cõ. 5.
Potentia in eẽntia ẽ idem forme sed differt ab ea sm eẽ. Et mã ꝑpatio est idem subiecto sed sm eẽntiam differt ab ea.
Tex. cõ. 5.

uersitatē aīaꝝ: q2 diuersitas mãe ē pp̄ter diuersitatē forme. Sicut enim videmus in artib⁹ mechanicis: q2 quelibet querit sua ꝓpria instrumēta p̄ que expleat suas opationes: ⁊ nō pōt explere p̄ alia: ita est de aīab⁹ diuersis in specie ⁊ in nūero. Architectonica enim que struit domos querit securim ⁊ dolabrã: ⁊ nō pōt perficere opus suū per fistulã: vel alia instrumenta alterius artis: ita est etiã q2 aīa leonis querit mēbra leonis sibi p̄ que: ⁊ non per alia pōt explere opationes suas. Determinatū igit est de corpore cuiuslibet aīe si debe ascribi bene de aiaꝝ diuersitate: ⁊ qui nō determinat de aīa prout exigit hoc corpus: vel illud: facit ac si aliqs in artib⁹ putet q2 tectonica que est cōstrictiua domus: instruat sibi instrumētū sibi cinū sicut fistulas ⁊ folles: ⁊ p̄ illas faciat opus domus.

¶ Cap. 8ᵐ. De improbatione opinionis que dixit animã eē armoniam corporis cōmixti.

Tex. c. co. 54.

Lia aūt q̄dã opinio tradit̄ de aīa: que ⁊ ipsa cōuenit cū alijs pbabitis in aliquo: ⁊ illa multis fuit credibilis. neq2 hz minorē ꝓbabilitatē q̄ aliqua dictaꝝ opinionū: q2 rōnes dicte phī̄ ca sp̄ebet iter oēs opiones: q̄ rōnes oīū opinionū ɔferunt̄ in cōi. Dicūt aūt isti q2 ɔtra que cōueniunt dupl̄r se cōplectunt̄: aliq̄ enim cōplectunt̄ se non saluatis q̄litatib⁹ eoꝝ que cōplectunt̄ sicut faciūt miscibilia in mixto: ⁊ hec vocat̄ mixtio sicut diximus in fine libri perigeneseos. aliq̄ aūt cōplectunt̄: ita q2 saluant̄ spēs ⁊ q̄litates cōplexoꝝ sicut homogenea ɔueniūt ad etherogeneoꝝ cōstitutionē: sicut os caro neruus ⁊ hmōi in ɔstōnē man⁹. Dicebant igit̄ isti q2 armonia ⁊ ꝓportio ⁊ tēperamētū cōmixtiōis ⁊ cōpositionis est aīa eo q2 videbãt oia cōmisceri ⁊ cōponi sz medietatē geometricã: sicut alibi diximꝰ: ⁊ hãc medietatem rōnē siue ꝓportionē tēperamēti ⁊ cōpositionis ⁊ mixture animã esse dicebãt. Cuius snīe Empedocles fuit defensor primus: q2 nullã aliã formã in entib⁹ eē dicebat.

Tex. c. co. 55.

¶ Et lz ita dicat tñ de facili ip̄robat̄: q2 armonia non hz in se nisi duo: aut enim armonia dicit̄ ipsa ratio ꝓportionis qua cōmiscent̄ ⁊ cōponunt̄ cōmixta ⁊ cōposita: aut etiã ipsa mixtio vel cōpositio vocat̄ armonia: aīa aūt neutrū istoꝝ est. qđ de facili pz: cū aīa habeat opatiōes que nō sunt sm̄ numeꝝ alicui⁹ cōmiscibilium vel cōpositoꝝ. Mixtio aūt ⁊ cōpositio non hñt v̄tutē agēdi aliqđ qđ non reducat̄ ad miscibilia vel cōposita in cōi vel in spāli. Adhuc mixtio aūt ⁊ cōpositio nō agūt aliqđ nisi vnū qđ est sm̄ actū in quē mixta sunt vel cōposita: aīa autem oīs agit multa. Amplius aūt mouere localiter nō est armonie: q2 aliter oīa mixta ad armoniã haberēt motū localem: quo ipsa seipsa mouerēt. Animã aūt maxime sensibilē videmus eē motiuã: sm̄ ꝓcessiuū motū: ⁊ ideo oēs fere antiq dixerunt aīam esse diffinitiuā p̄ motiuū esse: q2 viderūt plātas nō habere aīam sed partē partis aīe: aīalium aūt videbant esse aīas pfectas.

Tex. c. co. 56.

¶ Conuenit aūt magis de sanitate dicere q2 sit armonia q̄ aīa: ⁊ v̄r de virtutib⁹ ⁊ potētijs siue habitibus corporeis. qui sic sunt in corpore sm̄ q2 ipm̄ mixtū est ex ɔtrarijs vel cōpositū. Illi enī sunt in corpore diffusi sm̄ q̄ntitatē corpoꝝ: ⁊ sm̄ cōponentiū qualitates ⁊ q̄ntitates est vn⁹ sanior alio. hoc aūt modo nō inest aliqua aīa corpori: q2 vna sit animātior alio sm̄ qualitatē ⁊ q̄ntitatē mixtoꝝ vel cōpositoꝝ: q2 lz aīa vegetabilis ⁊ sensibilis sint virtutes opantes in corpore ⁊ nō explentes opationes suas: nisi in corporis aliqua parte tñ non sunt corporee virtutes per modū q̄ dictum est: ⁊ ideo habitus corporalis virtus corporea est vel qualitas. Anima aūt vegetabilis ⁊ sensibilis sm̄ vires suas sunt q̄dē virtutes i corpore. sed nō corporee. Intellectus nec virtus est corporea: nec virtus i corpore: sed sepata sicut nos in multis locis ostēdimus in phicis libris phicorum ce. ⁊ mun. Hoc aūt facile manifestat̄ ei qui tētat reddere causas operationum ⁊ passionū aīe quare vna sit visiua ⁊ altera auditiua: ⁊ tertia imaginatiua: ⁊ quarta intellectiua. cause ille armonie nō ɔueniunt: q2 nō possumus dicere q2 ex abundãtia flegmatis sup̄ cholerã oculi cōpositio hēat visum: ⁊ q2 abundantia cholere sup̄ sanguinē in aure sit audiens: ⁊ sic de alijs diuersis armonijs mixtoꝝ ⁊ cōpositoꝝ. Non enī differt imaginatio a reminiscētia in hoc q2 plus habeat ossis q̄ carnis vel ecōuerso.

Tex. c. co. 57.

¶ Amplius aūt nos sciemus armoniã non esse animã: si diuidimus armoniã in duo cōsiderãtes primo maxime ea que sunt ꝓpria armonie. ⁊ hoc est vt videam⁹ ꝓpria magnitudinū que hñt motū ⁊ positionē siue situm: ⁊ ɔsideremus cōpositionē ipsius armonie que est ex talib⁹: q2 ille tales magnitudines sic cōposite ɔsonãt. iō nō ɔtingit accipere aliqđ mixtoꝝ vel cōpositoꝝ primū: q2 in tali cōpositione nō est ignis iuxta ignē primus: ita q2 nō sit aliqđ mediū: q2 plurimū cuiuslibet elemēti cū plurimo alteri⁹ est. ⁊ iō vbicunq2 ignis est iuxta aquã ⁊ cetera elemēta. ⁊ ecōuerso q̄dlibet cū quolibet: ⁊ hec est vna itētio armonie: ⁊ est propria. Ab alia aūt parte dicit̄ armonia ꝓportio q̄ est in reb⁹ miscibilibus ⁊ cōponibilib⁹ anteq̄ misceant̄: opz enim q2 ꝓportionata sit quelibet cuilibet: q2 aliter neq2 misceri: neq2 cōponi possent ad aliqđ vnū ɔstituēdū: ⁊ hec armonia est in vnoquoq2 miscibiliū ⁊ cōponibiliū respectu alteri⁹: ⁊ nō est omnium simul mixtoꝝ ⁊ cōpositoꝝ: ⁊ iō nō ita ꝓprie dicit̄ armonia sic priori modo dicta. sed neutro istoꝝ modoꝝ rōnabile est aīam dicere armoniã esse. Mixtura enī ⁊ cōpositio corporis multū facile inuestigat̄ q̄lis sit in quolibet mēbro simili vel dissimili. Multe enī diuerse sunt diuersaꝝ partiū corporis cōpōnes: ⁊ insunt: q2 in osse scimus plus eē terrestreitatis: i carne aūt plus eē sanguinis: ⁊ sic de alijs. Queratur ḡ cuius mēbri commixtio vel cōpositio est intellect⁹ ⁊ cuiusmodi alia cōmixtio vel cōpositio sit sensitiua potētia: ⁊ cui⁹ sit appetitiua: ⁊ non erit assignare.

Tex. c. co. 58.

¶ Sil̄r aūt ex ista opione sequit̄ q2 icōueniēs est aīam dicere eē rōnē ⁊ ꝓportionē cōtēperamēti vel mixture. Nō enim vna ⁊ eadē ratio est armonie ɔtēperamenti sm̄ quã est os ⁊ sm̄ quã est caro. Cum ergo multe ⁊ diuerse sint hmōi ɔtēperamēti rōnes in vno corpore aīato: multoclēs sequit̄ multas iesse aīas in corpore eodē: ponit̄ n̄ q̄dē aīa eē ratio ⁊ armonia ɔtēperamēti: corpus aūt organicū in partib⁹ dissimilib⁹: multas hz tales armōias. Hec igit̄ cōiter dicta sint ɔ̄ eos qui armoniã dicebãt esse aīam.

Tex. c. co. 59.

¶ Sed spāliter ab Empedocle opione inestigabit aliqs que armonia spāliter aīa sit. Dicit enim Empedocles q̄dlibet corpoꝝ mixtorū rōnē ⁊ armoniã esse quãdã sm̄ formã. Queramus igit̄ ab eo vtrū aīa sit illa ꝓportio siue ratio ɔtēperamēti q̄ est in singulis mēbris corporis: vel sit aīa in mixtis corpib⁹ ⁊ mēbris ex tali mixtura cū sit alteꝝ sit aliqđ a mixtura ⁊ ꝓportio. Si enī sit mixtura singuloꝝ mēbroꝝ: tūc ineuitabilē sequit̄ multas eē aīas in vno ⁊ eodē corpe. Si aūt sit alteꝝ aliqđ cãtū a mixtura ad min⁹ ab Empe. dīa debuit assignari. Amp. aūt si dicat Empe. aīam nō eē mixturã ipsam: sed causari ab ea in mēbris: tūc querem⁹ ab eo vtrū ɔcors mixtura cuiuslibet mēbri est cã aīe aut simpl̄r aliq̄ que est sm̄ quãdã rōnē ⁊ proportionē: ⁊ si ɔcedat̄ q2 cōcors mixtura q̄libet est cã aīe: tunc adhuc sequit̄ in vno corpore eē multas aīas. Si aūt aliqua spālis ē cã: tūc debuit illa assignari ab Empedocle.

Agēs prius ē paciēte. vide p̄ hoc. 3. de an. tex. co. 19.

Amplius aūt si aīa dicat̄ esse alterū a mixtura mēbroꝝ: tūc queramus de ipsa aīa vtꝝ ipsa sit ratio quedã ⁊ ꝓportio mixtionis cuiusdã causata a mixtura mēbroꝝ: aut ē aliqđ alteꝝ extra rationē armonie. ⁊ si q̄dē dicat q2 est mixtura ⁊ ratio ɔtemperamēti causata ab armonia corporali mēbroꝝ tunc est ɔ̄ns cōpositionē corporis sm̄ nãm ⁊ sm̄ esse: ⁊ hoc nō ɔuenit: q2 aīa est agens ⁊ mouēs ⁊ ɔtinens. Corp⁹ aūt est patiens ⁊ motū ⁊ rectū. Agēs aūt ⁊ mouēs ⁊ regens in oīb⁹ est ante patiens ⁊ motū ⁊ rectū. Si aūt dicat q2 est alteꝝ extra rōnē mēbrorū armonie existēs: tunc sibiipsi ɔ̄dicet: ⁊ p̄ter hoc debuisset assignare quale qđ est illud.

Tex. c. co. 60.

¶ Hec igit̄ opinio tales quales dicte sunt hz ɔ̄tra se oppositiones: pauce aūt ⁊ pauce sunt rationes que induxerūt Empe. q2 credidit aīam esse armoniam: quaꝝ vna est q2 videbat̄ Empe. mirū q2 si aīa nō est armonia carnis ⁊ ossis ⁊ hmōi quare p̄ subtractionē carnis ⁊ ossis aīa deficit in aīali. Adhuc aūt si dicat̄ aīa nō esse in qualibet parte. ita q2 quelibet partiū habeat aīam eo q2 aīa nō est ratio ⁊ ꝓportio cōpositionis vel mixture: que est igitur cã q2 ista mēbra corrumpunt̄ q̄n deficit aīa: ⁊ expirat. he aūt rationes indigne sunt vt soluantur. q̄n aīa ideo deficit subtracta carne: aut aliq̄ tali p̄te: q2 ɔ̄struit̄ organū ei⁹ ⁊ ꝓpa mãi q̄ est: ⁊ iō fort̄ q̄ ē i aīa saluari haud pī p̄ter itellualē aīaz q̄ hz aliqđ p̄ter corp⁹ saluās ipsaz sicut īfra patebit. Corrūpit̄ aūt ⁊ soluit̄ armonia corporis egrediente aīa: iō q2 aīa ɔtinet corpus ⁊ mixturã ei⁹: ⁊ ideo cōtinēte ablato necesse est solui armoniam cōmixtionis ⁊ cōpositionis.

Tex. c. co. 61.

¶ Qđ quidem igitur non est possibile animaz esse armoniam: ⁊ q2 non potest circulariter moueri est manifestum ex his que inducta sunt.

Scdm accidens aūt sicut dictū est superius cōtingit animā moueri ⁊ mouere quodāmodo seipsaꝫ. Mouet̄ enīꝫ corpus in quo est aīa ⁊ hoc corpus mouet̄ ab aīa: ⁊ ita mouēdo corpus mouet aīa quodāmō seipsaꝫ: qꝛ mouētib⁹ nobis necesse est moueri ea q̄ in nobis sunt: hoc aūt qdā dicūt dubitatiōeꝫ habere de itellectu. sed de hoc inferius disputabimus.

¶ Cap 9ᵐ. De solutione obiectionis qua videt̄ ex alterantibus ꝓbari, ꝙ aīa mouet̄ per se ⁊ p̄hice: ⁊ in illo est bona demonstratio de intellectualis anime imortalitate.

Tx.co.62.

Rationabili⁹ aūt aliqs accipiet dubitationeꝫ an mouet̄ cōsiderās ea que nunc inducunt̄: ex illis enīꝫ aīa sm̄ seipsaꝫ moueri forte videbit̄ alicui motu p̄hico q est alteratio ⁊ q ēt est in aliqb⁹ cū motu locali. dicim⁹ enim aīam tristari gaudere ꝯfidere sperare ⁊ timere. ampli⁹ aūt irasci ⁊ sentire. Hec aūt oīa mot⁹ dicere videnť ⁊ cū hec insunt aīe ⁊ sꝫ ipsa forte videbat̄ alicui moueri aīam. Sūt enī oīa ista passiones siue passibiles q̄litates illate ⁊ sm̄ istas ultim⁹ alterari p̄hice in 7ᵒ p̄hicoꝝ.

Tx.co.63.

¶ Sed absqꝫ dubio nō necio sequtur ex his ꝙ alteret̄ aīa sm̄ se: qꝛ hec nō sūt in aīa: sed poti⁹ ab aīa in corpore vel in corporis aliq̄ pte q̄ mouet̄ istis passionibus que inducte sunt. Sic enīꝫ iter alia ꝯ̄maīe gaudere dolere aut itelligere possibili itellectu q venit de ignorātia in sciam sunt mot⁹ p̄hici tūc magis ꝯtingit moueri vnūqdqꝫ mēbꝛꝫ q̄ aīam sm̄ se. Sed moueri sic ab aīa e ſt sicut irasci aut timere ex eo ꝙ ex aliq̄ cā aīa cor sic vel aliter moueat. Qn̄ enīꝫ irascit̄ primo mouet aīa cor sm̄ systolēꝫ pp ꝯturbationē. ⁊ scdo sm̄ diastolē pp nocumētū repellēdū. Qn̄ aūt timet tunc mouet sꝫ systolē ꝯtinue. Intelligere aūt sm̄ itellectū potēm forsi cā aut est hmōi ꝙ nō sine motu cuiusdā ptis corporis explet̄: aut forsitan est alteꝝ qdā: qm̄ sm̄ ꝙ cōicat ei cōicat corpori nō fit sine motu cuiusdā partis corporis. Scdm aūt ꝙ est in se ditus nō cōicans fit sine motu corporis sicut in pte supra ui ximus. ⁊ adhuc in parte iferius in sequētib⁹ tertij libri hui⁹ scie dicem⁹. Eoꝝ aūt que fiunt cū motu corporis q̄dā qdeꝫ fiunt in eo qū sm̄ locū mouet̄: qꝛ systoles ⁊ diastoles fiunt in eo ꝙ cor in loco mouet̄ ꝯstringēdo se ⁊ aperiēdo. Quedā aūt fiunt sm̄ alteratione sicut mot⁹ q est in ipsis passionib⁹ calefacto sanguine vel ifrigidato.

Tx.co.64.

¶ Dicere aūt ꝙ ipsa aīa sm̄ se ipsaꝫ moueat̄ irascēdo sic est ac si qs dicat aīaꝫ sm̄ se moueri texēdo vel edificādo. Cū enī aliqs texit vel edificat est ab aīa mot⁹: ⁊ id qd subiicit̄ motui: ⁊ id qd mouet̄ est man⁹ vel pes vel aliqd alioꝝ mēbroꝝ exterioꝝ: ⁊ simil̄r qn̄ irascit̄ vel timet vel gaudet est ab aīa mot⁹. Et qd subiicit̄ motui est cor vel alterū mēbꝛꝫ iteri⁹ qd mouet̄. Et iō nō facit plus aīa q̄ illud qꝛ ista nō differūt nisi in hoc ꝙ in istis mouet̄ mēbꝛū itrinsecū occultū. ⁊ iō vulgus credit ꝙ in istis moueatur aīa. In illis aūt videt̄ moueri mēbꝛa exteriora ⁊ iō dicunt in talib⁹ moueri corp⁹ vel cōiunctū ex corpore ⁊ aīa. Meli⁹ aūt dicit̄ sine dubio aīam misereri aut addiscere aut itelligere sed hoiem totū p aīaꝫ qꝛ mot⁹ ⁊ actiōes ꝓprie ꝯiunctoꝝ sūt sm̄ potētias ⁊ p potētias nāles que isunt aliqū aīe: aliqū corpori. Qn̄ aūt dico hoiem moueri in aīa vel p aīaꝫ nō significat rei motū eē in aīa vel p aīam tanq̄ mot⁹ in aīa exīs ac tanq̄ in subiecto qū mouet̄ sed fiunt mot⁹ illi dupl̄r. Aliqū enī ꝑtingūt ab exteriorib⁹ vsqꝫ ad ipsam: aliqū aūt sūt ab ipsa vt sensus q est mot⁹ sensibiliū specieꝝ ꝑtingēs ab exteriorib⁹ vsqꝫ ad aīam. Reminiscētia aūt ⁊ memoria icipiūt ab aīa ⁊ veniūt vsqꝫ ad mot⁹ sensibiliū spērū q̄ sūt in organis sensuū ⁊ vsqꝫ ad q̄es sensuū: eo ꝙ sensus nō semp mouēt sm̄ actū.

Tx.co.65.

¶ Sed itellect⁹ possibilis quo est oīa itelligibilia fieri ē suba qdā separata ⁊ videt̄ nō corrūpi aliquo modo corporis corruptiōe. Qd̄ sic demōstratiōe ꝓbat̄: accipiat̄ enīꝫ a ꝓbabilis itellectū eē potētiā itellectualē forma determinatā ad ens in nā qd est ante corporeitatē. Oīs enīꝫ potētia qua est aliquid fieri si debeat eē aliqd in nā necesse est ꝙ sit p formā dantē eē illi rei nāli distincta ⁊ determinata: ⁊ hui⁹ ꝓpōnis veritas ē in oīb⁹ absqꝫ ꝯdictiōe ⁊ in sīlia. Intellect⁹ aūt possibilis est potētia qua e ſt oīa fieri sm̄ itellectū sicut in tertio hui⁹ scie libro ꝓbabit̄. Cū ergo sit in nā ista potētia ipsa forma que est itellectualis determinata ⁊ distincta q̄ est suba qdā separata: qꝛ oē separatū in gn̄e sube hn̄s potētiā ⁊ actuꝫ in seipso est suba habet̄ aūt p ꝓbabita ꝙ ipsa est icorporea ante quātitatē corporis ⁊ ꝯtrarietatē sm̄ nām existens: iꝫ nō p̄cedat ipsum corpus. Inde arguit̄ sic: nihil eoꝝ que sm̄ nām sunt precedentia q̄dā alia corrūpunt̄ corruptiōe eoꝝ que sequunt̄ ipm. Intellectus aūt siue aīa itellectualis sic se hꝫ ad corp⁹ p̄hicū: g̃ impossibile est eā corrūpi corporis p̄hici corruptiōe. Attēdendū aūt est ꝙ Plato pp istam demōstrationē dixit aīaꝫ ante corpora sm̄ tēpus fuisse ⁊ secut⁹ est eū in hoc Gregorius Nicenus: hoc aūt minus est ꝯcedēdū sed iferi⁹ hoc iprobabit̄. Est aūt psuasio q̄ post demōstrationē iducit̄: qꝛ si itellectus posiis corrūperet̄ corporis corruptiōe: oꝑꝫ ēt ꝙ alteraret̄ corporis alteratiōe sicut videm⁹ alterari visum ⁊ auditū: ⁊ oēs virtutes quaꝝ est cōicatio cū corpore. iꝫ hoc p accidēs cōueniat ipsis virtutib⁹ p se aūt cōuenit organis ipsaꝝ. Si auteꝫ sic alteraret̄ itellectus: hoc eēt maxime a debilitate que est a destructiōe corruptionis sm̄ nāꝫ ⁊ hec est debilitas senij. In illa aūt debilitant̄ virtutes aīe sed debilitas illa nō p se accidit ꝟtutib⁹ que operant̄ in organis: sed organis ipsis sic diximus qm̄ si senex accipiat p medicinā vel aliā cōpōnē oculū hmōi q est clarus ⁊ pur⁹ ipse videbit sicut iuuenis g̃ hec debilitas que nō redūdat ad virtutē aīe nisi p organum nullo modo attingit virtutē icorporeā cuius nullū ē organū oīno: talis aūt virt⁹ est itellectus possibilis sicut supra ꝓbatuꝫ est. Seniū enim nō est in sustinēdo aliqd aīam sed in sustinēdo aliqd corpus in quo est aīa sicut ⁊ ebrietas ⁊ q̄dā alie ifirmitates que oppilāt rōnē nō faciunt hoc nisi p alteratiōes que alterāt corpus sicut spūꝫ aīalē ⁊ cerebrū ⁊ hmōi partes alias a qbus accipit itellectus spēs itelligibiles. Et hec est simpl̄r cā ꝙ mor quidā delirant ex inordinatiōe ⁊ dissolutiōe corporis in quo est phantasia a qua accipit itellectus: qm̄ sicut diximus superi⁹ tametsi intellectus nō cōmunicet cū corpore: cōicat tn̄ cū eo qd cōicat corpori: ⁊ qꝛ sic intellect⁹ est separatus: ideo dixerūt qdā ꝙ ipse nō mouet̄ p accidens motu corporis. Qd nos veꝝ nō esse diiudicamus qm̄ vnā subam dicimus eē aīam itellectualē ex qua fluunt q̄dā potētie q̄ sunt virtutes in corpore ⁊ cōicātes corpori: quedā aūt nō sunt virtutes in corpore que sunt separate: ꝓpter qd est in corpore aīa intellectualis sicut determinata ⁊ distincta in ipso nō qdem sicut locatuꝫ in loco: sed sicut forma est in sua nā: ⁊ motor in suo moto qū mouet̄ cui⁹ nihil est extra id qū mouet̄: ⁊ ideo mouet̄ motu corporis.

Tx.co.6.

¶ Istius tn̄ itellectus possibilis intelligere cōsumit̄ in senio ⁊ in morte debilitat̄: sicut diximus de deliratione senū: alio quodā qd nō est suū organuꝫ corrupto vel debilitato: ⁊ hoc est organū phantasie ⁊ imaginatiōis a qb⁹ cōmunicāt itellect⁹ possibilis sm̄ actū itelligēdo. Ipm aūt itellectiuū sm̄ se ipassibile est sicut ꝓbatū est prius. Intelligere aūt sm̄ actū ⁊ amare qd est passio cōcupiscibilis cui⁹ ꝯtrariuꝫ est odire nō sunt passiōes aut opa itellect⁹ sm̄ se simpl̄r ⁊ si ei sine itellectu nō sint: tn̄ sunt passiones aliaꝝ virium aīe que hn̄t itellect⁹ ordinē ⁊ sunt in ipsis sm̄ ꝙ participāt aliqualiter itellectu: ⁊ iō sunt hmōi vel illius sensibilis virtutis hn̄tis itellectū sm̄ resultationē sm̄ ꝙ hn̄t ipm: qꝛ aliter amare ⁊ odire ⁊ cōsidere ⁊ alia que supra iducta sunt nō eēnt ordinabilia ad honestū ⁊ turpe in morib⁹: ꝓpter qd dicit Aristo. in fine primi Ethicoꝝ: ꝙ rōnale est duplex: qd s.p essentiā est rōnale ⁊ qd participat aliqualiter rōne: vt obediens ⁊ suasibile a rōne existens: ⁊ ideo corruptis his virib⁹ ꝓpter corruptioneꝫ organi sui neqꝫ reminiscit̄ aliquis neqꝫ amat. Iste enim passiones ⁊ operatiōes nō erant itellectus sm̄ se: sed erant coniuncti aīe cū corpore que sunt vires cōicantes corpori vt predictum est. Intellectus aūt sm̄ se forsitā est diuinum aliqd ⁊ impassibile qd separat̄ a corpore: ⁊ sic habebit alterius modi intelligere ⁊ alias delectationes qb⁹ nihil est ꝯtrariū: sed de hoc hic loqui nō possumus: altioris enim eget inquisitionis quā deo volente prima in pħia pficiem⁹. Redeūtes aūt ad id vnde ratio nostra est dicim⁹ ex omnib⁹ iducti⁹ manifestū esse ꝙ aīa nullo modo motus per se mouetur ⁊ p̄hice. Si autē aīa penitus nō mouetur tunc manifestum est quoniā neqꝫ a seipsa moueri potest.

¶ Cap 10ᵐ. De improbatione opinionis que dicit animam esse numerum seipsum mouentem.

Tex.co.6.

Adhuc aūt quoꝝ actus essentiales differētes sunt: ipsoꝝ sūt essentie differētes. sed sic differunt actus isti vegetare senti-re et itelligere ergo vegetabilis sensibilis et itellectualis non sunt vnius et eiusdē substātie. Hāc aūt questionē pluribꝰ la3 vicib9 tetigimus et determinauimus: et id adhuc dicimus ꝙ hec tria in hoie sunt vnius substantie: eo que q2 eleuatior est ꝙ alie: ꝓpter hoc plura opet̄ aūt: et plura habet principia vite ad exercēda op̄a vite: et ideo iste tres potētie sunt vni9 substātie in hoie: et qd dicit̄ ꝙ corruptibile et icorruptibile nō sunt vni9 substātie: hoc est veꝝ si corruptibile et icorruptibile est aliqd fm sūbam. Si aūt corruptibile et icorruptibile dicunt̄ fm ope-rationē. tūc nihil ꝓhibet ab eadē sūba fluere potētias duas quaꝝ vna est corruptibilis et altera icorruptibilis eo ꝙ vna est cōiuncta corpori et altera non: sicut ab vna sūba separata diximus supius fluere potētiā cōiunctā cū corpore et nō cōiun-ctam. Supior enim eēntia eo ꝙ est superior pōt in omnē ope-rationē inferioris: et p hoc p3 determinatio obiectoꝝ. Dica-mus igit̄ sicut supius icepimus dicere ꝙ ei qui d3 facere de-terminationē certā de premissis ꝙ necessariū est ei accipere quid vnūqdq3 istoꝝ est per rōnē diffinitiuā: et postea p rōne3 illam op3 eum determinare de habitis qui ꝯsequunt̄ sicut accidētia per se sicut est separabile esse vel nō esse separabi-le a corpore: et hmōi que accidunt potētijs anime: et de alijs quecūq3 sunt determināda: ex ipsis aūt cōgruit dicere quid vnūquodq3 istoꝝ est per diffinitiuā rationē: anteq̄ sciamus de toto eo ꝙ partes priores sunt qd ad nos: tunc eadē rōne prius op3 determinare de actib9 istaꝝ potētiaꝝ eo ꝙ actus preuij sunt potētijs quo ad nos fm rōne3 l3 simpliciter et fm esse potētie sint priores actibus: per eādē aūt rationē adhuc de obiectis prius est determinandū: q2 obiecta magis acce-dunt ad nostrā notitiam ꝙ actus vel potentie. obiecta enim sunt que inferunt potētijs passiones et potentie informantur per species obiectoꝝ: et ideo obiecta sunt speciē prebētia acti-bus: et per actus dant speciē potentijs. et ꝓpter hoc prior spe-culatio est de obiectis quo ad nos. secunda de actibus et ter-tia de potentijs quo ad nos prius igit̄ dicendū de sensibili et intelligibili et postea de itellectu et sensu. ¶ Inter aūt omnes potētias prius de alimento et generatiōe dicendū est vegeta-tiuum n in cōmunius inest animatis ꝙ fm sitiuum et intelle-ctiuū et cōmune enā quo ad nos prius est quēadmodū dixi-mus in principio physicoꝝ: vegetatiuū enim est potētia fm quā oibus inest viuere: et illius opera sunt alimēto vti et gene-rare. Tria enim habet in se potētia vegetatiua hoc est nutri-tiuam et augmētatiuā et generatiuā. Cuius hec est ratio: qm̄ omne qd generatur ꝓpter paucitatē materie ex qua genera-tur: prius est imperfectū fm quātitatem et virtus deducens ipsum ad perfectū est augmētatiua cui cōtraria est dimina-tiua que surgit ab imperfectione et potētia eius. Debet aūt omne qd est ex cōtrarijs saluari in esse: et hoc fit per virtute3 nutritiuam. Et indiget diuino esse participare in simili fm speciē: et hoc fit per generatiuā: et ideo tres virtutes necessa-rio habet potētia vegetabilis: dicuntur tamē duo istoꝝ ope-ra generare et alimēto vti q2 ista duo sunt ad substantiā sal-uandā. Alimentū quidē fm materiā et indiuiduū: generare autē fm speciē et formā. Generatiua eni3 oibus inest viuen-tibus quecūq3 sunt de numero naturaliū et nō eternaꝝ sub-stantiaꝝ: et que sunt perfecta et nō imperfecta: q2 imperfectū in quātitate ꝓpter hoc ꝙ multū necesse habet ponere in sub-stantia: nihil pōt ponere in semine: et ideo generare infantes et pueri nō possunt: et hanc generationē habere per se et variā est facere tale alterū in indiuiduo: et idem in specie quale est ipsu3 generās: et facit hoc qd est perfectū vt diximus et nō oc-casionatū sicut monstra sunt: et quecūq3 nō casu generantur: vt peccata nature que sunt mōstra sicut diximus in. 2. physi-coꝝ. Habent aūt generationē variam precipue ea quoꝝ vl-timū posse generatio est sicut vegetatiua: q2 generāt ex se ra-dices: virgas et ramos et folia. In hac autē varia generatio-ne: semper generās facit tale alteꝝ quale est ipsum: vt virga quidē virgā: animal aūt animal. Causa aūt est quatenus di-uino esse participet quantū possunt: qd est sempiternū esse: omnia enim illud perpetuū esse optant et illius causa agunt: quicquid agunt fm naturam. Sicut enim diximus in celo et mūdo: similitudinē diuini esse quedā participāt sine motu: et quedā cum motu: et eoꝝ que mouētur: quedam reiterāmt

Nō aīa corruptibile et icorruptibile sunt vni9

Tex. cōn.

eodem

eadem numero: quedã eadẽ specie: ⁊ sic diximus in fine de gñatione ⁊ corruptione. Quedã aũt reiterant̃ eadem specie non numero: sicut gñabilia ⁊ corruptibilia. ¶ Id aũt qđ est causa finalis cuius cã fit id qđ fit dupl̃r dicit̃: hoc quidem cuius causa fit quicquid fit ad illud. Aliud autẽ est quo res est id qđ est: ⁊ hec est causa formalis: vnde esse perpetuũ causa finalis est generatiõis: sicut eius causa fit tota successio generationis: ⁊ quã nõ cõsequitur natura vna generatiõe: sʒ per totã ⁊ infinitam gñationis successionẽ: ⁊ ideo hoc est tm̃ cuius causa fit quicquid fit fm̃ naturam: forma aũt dans eẽ generato est finis quẽ cõsequitur natura per vnicam gñationẽ: ⁊ hoc est finis in quo quiescit actus vnius particularis generãtis. sicut in quo est eẽ eius qđ gñatur: qa forma dat esse generato. Et qa gñabilia cõicare non possunt esse diuinũ: qđ est perpetuitas eẽ in seipsis: eo q̃ nihil corruptibiliũ continue potest manere: cõicant tamẽ quantũ possunt vt saltẽ remaneant eadẽ specie: ⁊ tunc remanent quidem nõ vnũ sed vt vnum. Numero enĩ non vnum permanent sʒ specie vnũ: ⁊ ideo sicut prediximus esse diuinum quedã participãt plus ⁊ quedam minus vnumquodq̃ sicut potest.

¶ Cap. 2ᵐ. Quali aĩa est viuẽtis corporis cã ⁊ p̃ncipium.

E

Tex. t cõ. 36.

St autem aĩa viuentis corporis cã ⁊ p̃nᵐ. Cã autẽ ⁊ p̃ncipiũ tripliciter dicitur: anima autẽ est viuentis corporis causa ⁊ p̃nᵐ fm̃ tres modos determinatos in secũdo phicoꝝ. Est enĩ anima cã efficiens vnde est motus corporis: et ipsa est ẽt causa finalis ꝓpter quã est corpus: et est causa formalis sicut sũba dans esse aĩato corpori.

Tex. t cõ. 37.

¶ Qđ enim sit cã formalis sicut substãtia animati corporis manifestũ est: viuere enĩ viuentibus est esse: qa viuere est actꝰ aĩe in corpus cõtinuus sicut supra diximus. Causa aũt formalis ⁊ p̃ncipium viuentiũ in eo q̃ viuũt est aĩa: cũ aĩatum ab inanimato determinet̃ in viuẽdo sicut superius patuit. Amplius aũt eius q̃ potẽtia est viuẽs hoc est qđ potestatem hʒ exercendi opera vite actus est rõ. Actus enĩ qui est cõplemẽtum est rõnem ⁊ eẽ dans ei qđ potest operari opera vite: sicut supra ꝓbatũ est in p̃ma diffinitione aĩe. Cõstat aũt q̃ actus potentia viuẽ hũ̃is est aĩa: ergo rõ eius est ⁊ forma: ex istis igit̃ duabus rõnibus ꝓbat̃ esse p̃nᵐ ⁊ causa corporis sicut forma ⁊ substantia eius. Manifestũ est aũt q̃ ipsa est etiã causa finalis que est cã ꝓpter quã est quicquid est: ⁊ ꝓpter quã fit quicquid fit. Sicut enĩ intellectus practicus in mechanicis est ꝓpter finẽ determinatũ ꝓpter quẽ mouet manũ vt inducat formã artis qđ est bonum artis illius: eo q̃ omnis ars alicuiꝰ boni est operatrix. sicut faber facit qđ facit ꝓpter cultellum: ⁊ operatũ opus illud est finis eius. Eodẽ mõ etiam nã operatur ꝓpter finẽ determinatũ quẽ intẽdit sicut ꝓbatũ est in secũdo physicoꝝ: ⁊ hic est finis nature ꝓpter quẽ operatur.

2ᵒ phi. t. c. 74. natura.

Huius ẽt finis in aĩalibus est aĩa. Fm̃ naturã enim oĩa physica corpora aĩata ⁊ organizata ꝓpter aĩam ⁊ diuersitas corporis est ꝓpter anime diuersitatẽ: ⁊ hoc est tã in aĩalibus q̃ in plãtis. sicut ⁊ oĩa instr̃a artis sunt ꝓpter artis finem. Sicut aũt supra diximus q̃ cuiꝰ cã fit dupliciter dicit̃. Uno q̃ est cuius causa fit totũ qđ fit ⁊ qđ est quo res est id qđ est: hoꝝ exempla subiecimus superius. Esse enĩ diuinũ est vnũ cuiꝰ cã fit quicquid fit sed nõ quo res est id qđ est: forma aũt est cuiꝰ cã fit ⁊ quo res est id qđ est: ⁊ talis finis est aĩa aĩati corporis. Sic ergo ꝓbatum est q̃ aĩa est causa finalis. At vero ipsa est etiã efficiẽs causa: vñ est motus corporis animati. Nihil enim mouetur et se fm̃ locum nisi ab aĩa. Si aũt aliquis dicat q̃ non omnibus viuentibus conuenit iste motus: dicemus q̃ etiã alteratio ⁊ augmentum sunt motꝰ ab anima in corpore viuo existentes sensus enim quedam alteratio esse videtur: ⁊ nihil sentit nisi qđ habet animam. Similiter autem omni viuo conuenit augeri ⁊ minui. Nihil autẽ augetur ꝓprie nisi qđ alitur proprie: ⁊ nihil alitur proprie qđ nõ participat animam: ergo ad minus vnde est motus augmẽti in omni corpore viuo est anima: qđ quidem corpus participat animam. Erit igit̃ anima tripliciter causa aĩati corporis eo q̃ tres dicte cause in vnam rem concidunt sicut in secũdo physicorum probatum est. Materialis autem esse non potest: quia materia nunq̃ concidit in eandem rem cũ alijs causis.

¶ Cap. 3ᵐ. De improbatiõe erroris Empedoclis circa motum ⁊ causam nutrimenti.

E

Tex. t cõ. 38.

Mpedocles aũt loquens de motu nutrimenti ad partes ⁊ mẽbra eius qđ aliter nõ bene dixit: addens dictis suis augmẽtũ accidere plantis deorsum quidẽ ꝓpter id q̃ terra sic fert̃ naturalr̃ deorsũ sursum aũt ꝓpter ignẽ qui mouet̃ sursũ. Et fuerũt rõnes inducẽtes Empedoclem p̃cipue tres quaꝝ vna est: qa videbat motũ nutrimenti esse nãlem ⁊ naturalem hr̃e finem determinatũ in natura: tractum autem esse motũ violentũ sicut manifestũ est 7. physicoꝝ. Et ideo ne diceret̃ nutrimẽtũ trahi ad membra per virtutẽ membroꝝ: dixit q̃ nãliter mouet̃ ad illa per nãlem motũ elementoꝝ que cõmixta sunt in alimento. Alia vero ratio eius: qa videmus elemẽta per aliquem suũ actũ remanere in mixto: ⁊ ideo dicebat q̃ ẽt suos motus nãles retinebant. Tertia ratio fuit: qa in omni aĩato videbat mẽbra inferiora habere nutrimẽtũ grossũ ⁊ terrestre: superiora autem habere alimentũ subtile ⁊ calidũ. Sic autẽ in senibus in quibus deficit calor videbat iferiora mẽbra plus nutriri q̃ superiora: ⁊ in iuuenibꝰ in quibus est multũ calidũ mẽbra superiora plus nutriri q̃ inferiora: qa in eis calor ignis multã ad se trahit mãm: ⁊ illa multiplicata multũ eleuat̃ sursum ⁊ parũ deorsum. Eadem aũt causa est q̃ in mulieribus membra inferiora multũ augent̃ sicut crura ⁊ nates: ⁊ mẽbra superiora hñt gracilia sicut bracchia ⁊ humeros: quia frigiditas vincens in eis ingrossat nutrimẽtũ qđ põderositate sua trahit inferius. videbat nihilominus in omni nutrimento dñari aquam ⁊ terrã: ⁊ ideo putabat hec nõ moueri sursũ: nisi prius eẽnt cõuersa in ignẽ vel ignita. Hec igit̃ sũt que induxerũt Empe. Errabat aũt Empe. dupl̃r: vno quidẽ mõ q̃ nõ bene accepit intẽtionẽ eius qđ est superiꝰ: ⁊ intẽtionẽ eiꝰ qđ est iferius: qa nõ idẽ est sursum ⁊ deorsum aĩati corporis ⁊ mũdi: qa in mũdo sursum ⁊ deorsum differũt ⁊ opponunt̃ situ tm̃ sed in corporibꝰ aĩatis differunt figura mẽbroꝝ ⁊ officio. In omni enim aĩato dicimus q̃ caput est superiꝰ corporis eius: ⁊ tñ videmus q̃ bestiaꝝ caput est p̃nũ in terram ⁊ nõ rectũ nisi solius hoĩs: sic̃ Ouidiꝰ dixit de deo q̃ Os homini sublime dedit celũq̃ videre Iussit ⁊ erectos ad sidera tollere vultus. Si ḡ sic figura ⁊ officijs in corporibꝰ aĩatis distinguunt̃ sursum ⁊ deorsum: tũc cũ planta radices hẽat os aĩaliũ per officiũ nãles: radix erit in plãtis sursum: ⁊ rami deorsum: qa nõ idẽ erit sursum ⁊ deorsũ qđ in mundo est sursum ⁊ deorsum: qa sicut diximus positionem iste in corporibꝰ aĩatoꝝ dicunt̃ eedẽ vel nãles diuerse fm̃ opa ⁊ nõ fm̃ situm mũdi.

Quare in mulieribꝰ iferiora mẽbra multũ augent̃ ⁊ ẽt in senibus.

Tex. t cõ. 39.

¶ Adhuc ẽt si cõcesserimus Empe. q̃ idẽ sit mũdo superius ⁊ corporibus aĩatis: nos videmus q̃ quelibet pars nutrimẽti fert̃ in oĩa loca: qa fert̃ sursũ ⁊ deorsũ vbicũq̃ sũt mẽbra: talis enĩ motus nõ põt eẽ a virtute elemẽtali. Si enĩ illa sint simplicia habebunt motꝰ simplices. Si aũt cõposita p̃ualebit motus dñantis in mixto: opʒ igit̃ q̃ motꝰ iste sit ab alia virtute que nõ est elemẽtalis neq̃ cõis cõmixtionẽ elementi: hãc aũt virtutẽ vocamus aĩam ḡ erit ab aĩa. Aliter enĩ euellerent̃ a se inuicẽ que in oĩa loca ferunt̃ ⁊ p̃ualeret dñans elementũ: vniuersalr̃ aũt nunq̃ euellunt̃ quando diu viuit plãta vel aĩal: cõtinens igit̃ ea nõ est elementalis virtus ⁊ hãc vt diximus vocamus aĩam.

Solo ad rõnes Empedoclis.

¶ Rõnes autẽ mouentes Empe. nõ sunt difficiles ad soluẽdum. Ostendimus enĩ in 7. physicoꝝ duplicẽ esse tractũ: vnũ quidẽ in quo trahens per virtutẽ que oĩno extrinseca est: trahit id qđ trahit ⁊ tractus iste est violẽtus. Alius aũt est quãdo trahens aliquid sue virtutis generat in tracto que virtus inata in tracto facit ipm moueri ad trahẽs sicut trahit̃ ferrũ a magnete: ⁊ hic tractꝰ est nãlis: sic trahit̃ cibꝰ ad mẽbra eo q̃ virtus mẽbri generat̃ in cibo que agẽte in se mẽbro cõtinue reducit̃ ad actum: ⁊ per illã alimentũ mouet̃ ad mẽbrũ sicut ad locũ sue forme ⁊ speciei in qua complementũ accipit illiꝰ virtutis que generata est in ipso per actionẽ aĩe que est actus mẽbroꝝ. Cũ autẽ hec virtus nõ sit elementalis sed aĩe que est actus mẽbroꝝ cõstat q̃ naturaliter mouet̃ vel potius si ita liceat loqui aĩaliter mouet̃ ad mẽbra ⁊ nõ per virtutẽ aliquã elementalẽ. Et qđ dicit elemẽta aliqualr̃ remanere in mixto cibo: nõ iuuat ad sue opinionis assertionẽ: qa elemẽta materialia efficiunt̃: ⁊ virtus aĩe alimentũ assimilãs efficitur formalis ⁊ mouẽs. Qđ aũt dicit grossius ⁊ terrestriꝰ eẽ nutrimẽtũ inferioꝝ membroꝝ nõ generalr̃ est veꝝ. Mem.

7ᵒ ph. t. c. 10.

brorum enim terrestrium sicut sunt ossa: nutrimentum est terrestre:
et membrorum aquaticorum sicut est cerebrum nutrimentum est aqua-
ticum: et ossa sunt superius et inferius corpore cerebrum tamen su-
perius. Sed verum est quod in senibus et in mulieribus frigidis plus
nutriuntur inferiora membra quam superiora propter caloris defe-
ctum: quia calor est instrumentum anime et deficiente instrumento: aut nul-
le fiunt operationes artis aut non bene fiunt: sed ex hoc non proba-
tur quod fiat nutrimentum virtute elementali sed potius virtu-
te anime cum aliquo defectu instrumenti quia secundum Empe. nihil de-
beret de nutrimento in talibus stare sursum sed totum de-
orsum. Sic igitur patet quod non vere dixit Empedocles.

¶ Cap. 4m. De improbatione erroris eorum qui dicunt augmen-
tum et alimentum fieri per virtutem ignis.

*Tex. c. 40*

Unt autem quidam qui non omnium elementorum virtu-
te fieri dicebant alimentum sed virtute ignis tantum:
et similiter augmentum talem assignabant rationem: quia
ignis solus inter omnia corpora et alitur virtute
propria et augmentatur. Alitur enim inquantum edu-
cit subtile humidum de calefactis: et convalescit et
sustentatur in ipso augetur autem inquantum incrementum accipit sue
quantitatis per appositionem cremabilium: et propter hoc dicunt
quod ignis etiam hec duo in omnibus operatur animatis. Et hi quidem
adhuc aliis duabus rationibus sunt inducti quarum una esse dice-
bant quia videbant ignem non nutritum perire per continuam sue
materie perditionem. Evolant enim ascendendo semper naturales
partes ignis et contendunt superius. Cum igitur sic continue deper-
datur indiget deperditi restauratione. Non autem deperditum re-
stauratur nisi per nutrimentum: oportet igitur quod ignis nutriatur. Si quis
autem eis dixit quod ignis naturaliter movetur sursum: et ideo partes sue
naturales evolant ex ipso naturaliter: dicebant hoc esse non posse pro-
pter hoc quod nihil corrumpit seipsum nec naturaliter intendit suipsius
corruptionem. Ignis autem corrumpitur per hoc et destruitur quod pas-
sim evolant ex ipso partes naturales sue: ergo non naturaliter emit-
tit eas: sed per aliquid corrumpens: erit igitur etiam naturale nutrimen-
tum ipsum salvans et deperditum restituens. Alia autem ratio istorum fu-
it quia dicebant augmentum fieri per hoc quod additur aliquod corpus
intrans in poros eius quod augetur et nihil esse ita porosum: sicut
ignem propterea quod siccissimus est et perspicuus ex siccitate et
continet poros perspicuitas autem multitudinem ostendit poro-

*Rationes an-*
*tiquorum quibus pro-*
*babant ipsam*
*augmentatio-*
*nem ab igne fie-*
*ri.*

rum. ¶ Hec autem non sunt vera in toto verum quidem enim est non
fieri alimentum sine calore ignis: sed calor ille instrumentalis est et non
primum efficiens et ideo est concausa et non causa principalis. Opera-
tur enim in alimentum non species ignis sed species vivi corporis et vir-
tutis anime: sicut supius diximus: et ideo non alterat ad speciem
ignis: sed carnis vel ossis que sunt species organorum anime. Cuius
signum est quia augmentum ignis in quantitate interminatum est:
tantum enim augetur quantum est cremabile appositum igni. Sed omnium
animatorum que constant in figura et quantitate certa est quantitas in
qua salvatur forma illius speciei: et est ratio magnitudinis in ma-
ximo et in minimo in qua stat. et extra quam non salvatur species:
et augmentum habet terminum quod est quantitas organorum que sufficit
operationibus virtutum et potentiarum: ergo aliud est principium augmenti in
animatis quam sit virtus ignis hanc autem vocamus animam que talem
ponit augmento suo terminum: hec enim magis sunt rationis hoc
est forme que dat esse et rationem quam materie hoc est quam alicuius vir-
tutis materialis vel corporee sicut est calor ignis. Alia autem ratio qua
Avicenna improbat sententiam istam est: quod ignis quando nutritur et au-
getur non nutrit et auget nisi seipsum anima autem vegetabilis neque
nutrit neque auget seipsam sed potius corpus. ¶ Rationes autem
quas inducunt non difficile est solvere: dicimus enim quod ignis
non proprie nutritur neque augetur. Id enim quod convertitur in ignem non in-
greditur in ignem neque ingreditur in ipsum ut cuilibet parti addatur
et uniatur sed diffunditur ignis per generationem forme ignis in mate-
ria aliena. Et quod dicunt quod attrahit subtile humidum ex crema-
bilibus: et quod illo cibatur dicendum quod non ad hoc attrahit ut illo
cibetur: sed potius ut in illo generetur tanquam in prima materia. Non enim
attrahit nisi quia calefacit et subtiliat et tunc calor facit ipsum
ebullire ad superficiem corporis cuius illud fuerat humidum: et
ibi fumat et fit flamma deberet autem attrahi in omnes partes ignis
antequam inflammaretur si esset nutrimentum ignis: patet igitur quod illud est
proprie generatio ignis et non nutrimentum. Quod autem dicunt in igne fie-
ri deperditionem secundum naturam dicendum quod accidit igni inquantum est in
loco alieno: per hoc enim materie partes plus igni similes evo-
lant intendentes ire ad locum proprium: sed extinguuntur ab aere

*Tex. c. 41.*

*Avicenna.*

*Solutio ad ra-*
*tiones antiquorum*

circumstante: et sic fit continua ignis deperditio: neque intendit per
hoc suam corruptionem: sed potius melius salvari et convalesce-
re in loco proprio: et sic fieret si non impediretur: et ideo non intendit
ignis secundum naturam restaurare illud deperditum: sed potius per in-
flammationem multiplicare suam speciem in materia aliena sicut di-
ximus. Quod autem obiiciunt de poris et vacuo ostendimus nihil
esse in primo de generatione et corruptione. Exclusis autem sic falsis opi-
nionibus et erroribus antiquorum: loquemur de qualibet potentia ve-
getabilis anime: ostendentes que sit quelibet ipsarum et quam habet
adinvicem: et ad animam vegetabilem comparationem.

¶ Cap. 5m. De alimento quod est obiectum nutritive et ve-
getative.

Uoniam autem hec potentia anime quam vocamus nu-
tritivam est vegetativa id est individui generativa per
multiplicationem individuorum in specie oportet nos
secundum predictam doctrinam prius loqui de nutrimen-
to. Opere enim quod est alimenti opus determina-
tio fit circa alias potentias anime vegetabilis: eo quod
augmentativa et generativa operationem quandam alimenti reci-
piunt. Est igitur alimentum quasi obiectum unum tribus potentiis anime vege-
tabilis predictis. ¶ Primum autem quod de alimento querendum occur-
rit est: utrum alatur contrarium contrario vel simile simili. Videtur enim quibusdam
quod contrarium alatur contrario. Sed non omne contrarium alitur a quocunque contrario sed solum
illo contrario alitur aliquod contrarium quod contraria non solum generari possibile est
ex alterutris sed etiam augmentari unum ex alio. Multa enim ge-
nerantur contraria ex alterutris: non tamen omnia contraria fiunt ex omnibus sicut di-
ximus in primo libro physicorum: et eorum que generantur ex invicem
non omnia augent se invicem: sicut quando sanum generatur ex laboran-
te: non augetur neque alitur unum ex alio: et ut universaliter dicatur cum contra-
ria sint que sunt potentia et actus adinvicem in generibus omnibus: ea
que sunt unius generis contraria generantur adinvicem sed non augentur neque
aluntur unum ex alio alia sunt contraria in genere substantie tamen acce-
pta. In illis enim unum substantialiter potest converti in substantiam alterius et
ideo unum potest alere et augere alterum. Sed adhuc observandum
est: quod neque illa eodem modo se habent adinvicem quod scilicet utrumque alat
reliquum et econverso: et hoc scimus ex dictis antiquorum: qui di-
xerunt de simplicibus corporibus quod aqua alit ignem: et non econverso
ignis alit aquam: et licet falsa sit eorum suppositio: tamen verissima ra-
tione fuerunt inducti. Viderunt enim quod nihil aliud alit nisi quod re-
cipit speciem et formam eius quod alitur ab ipso. Humidum autem inter
omnia prima solum videbant facile recipere formas et species aliorum
corporum que ei imprimuntur: et ideo dixerunt hoc solum esse alimen-
tum. Et hec ratio cogit quod omne alimentum oportet humidum esse secundum actum sed
forte potentia sit alterius qualitatis. Viderunt etiam quod omne quod alitur:
speciem et formam suam imprimit ei quod alit ipsum. Nihil autem adeo po-
test esse sigillativum forme sue: sicut calidum et siccum quia calidum pe-
netrat et siccum retinet acumen quod dat ei calidum: et ideo solum
ignem nutriri dixerunt: patet igitur quod licet non verum dixerint in hoc quod aqua
alat ignem: tamen causa propter quam illud dixerunt est verissima et ex
veritate que est in dicto eorum isto: accipitur quod non equaliter se habent
contraria adinvicem: quorum unum alit: et alterum alitur quod utrumque ab
altero et alii possit et alere reliquum. Aliens enim in eo quod est aliens oportet
quod sit in actu humidum susceptibile forme et speciei eius quod alitur.
Id autem quod alitur est habens virtutem que formam corporis quod alitur et
membrorum eius sigillat in ipso: et ideo indiget instrumento quod est calor
naturalis et aliis virtutibus sibi subservientibus de quibus infra dice-
mus. Distinctio autem que est inter aliens et id quod alitur inter corpo-
ra animata in solis simplicibus deprehenditur sic diximus quod ignis
alitur et aqua alit: et non ita videtur in compositis: propter quod composi-
ta ab excellentiis primarum qualitatum sunt remota: et ita non viden-
tur esse in actu humida neque in actu adeo sicca quod possint ita
evidenter habere proprietates alentis et aliti: quemadmodum simpli-
cia. ¶ Hec autem que diximus habent dubitationem eo quod quidam vi-
dentes alimentum uniri ei quod alitur: nihil autem uniri alii: nisi quod
similitudinem habet in forma ad ipsum dicunt non augeri vel ali contrarium
contrario sed potius simile simili. Aliis autem de quibus predictimus vide-
batur ali contrarium contrario nec impossibile sit ali simile simili. Et pro se inducunt
rationem quod omne alimentum mutatur et decoquitur decoctione calidi et
humidi sic alimentum omne mutatur. Mutatio autem omnis aut est
de contrario in contrarium aut de contrario in medium quod comparatum contrario est con-
trarium: ergo non alitur nisi contrarium contrario. ¶ Adhuc autem omne alimentum
patitur ab eo quod alitur: et non econverso: contraria autem sunt que patiuntur
abinvicem patitur enim decoctionem et assimilationem: et omnis deco-
ctio fit completio a naturali et proprio calore ex contrariis qualitatibus

*Tex. c. 42.*

*Tex. c. 43.*

*Nota [illegible]*

*Tex. c. 44.*

*Tex. c. 45.*

aut passionibus sicut habitū est in 4° methauroꝝ. Nō tñ patitur id qd aliter ab alimēto: sicut neqꝫ instrōꝝ domus aliqd patit a mā ex qua fit domus: sꝫ potius mā patit ꝛ trāsmotatur ab ipso in domus formā. Ita ꝛ alimētū trāsmutat in formā eius qd alitur ꝛ nō ecōuerso. Instructor aūt domus non hꝫ mutationē nisi illam que est ex ocio ad agere siue act⁹ primi ad secūdū: sicut sciētē dicimus motari quando actu sit cōsiderās: ita ēt aie vtus que nutritiua vocat mutat quando de nutriente fm potentiā efficit nutriens in effectu: ꝛ forte hoc nunq̄ est: qa in talib⁹ vtutib⁹ superius diximus aiam magis fore actū scōm q̄ pmū. ꝛ potius assimilari vigilie q̄ somno: forte eni semp nutrit. ꝛ si nō semp nutrimentū ab extrinseco querat: qa semper aliqd agit circa nutrimētū: aut dissoluēdo aut alterādo: aut attrahēdo: aut vniendo membris. In determinādo aūt istā questionē magnā hꝫ differentiā: verū nutrimentū sit qd vltimo est qū vnit membris aut qd pmo querit vt nutriat anq̄ alteret ꝛ assilet: aut vtrūqꝫ: qā si cōsideremus nutrimētū fm actū hoc est q pōt pficere nutrimēti operationē per hoc q mouet ad mēbra ꝛ vnitur mēbris. sine dubio tūc id qd assimilatū est mēbris est nutrimentū. Si aūt nutrimentū accipiat fm potētiam: q. s. pōt p suā subam fieri nutrimētū tūc nutrit 2rīū cōtrario: ꝛ ideo nō coctū adhuc est cōtrarium coctū aūt simile: ꝛ ita vtrūqꝫ predictoꝝ cōtingit dicere: ꝛ q cōtrariū 2rio: ꝛ q simile simili alitur: ꝛ ideo manifestū est q vtrūqꝫ quodāmō recte ꝛ non recte dicit. ¶ Qm̄ autē sicut supra ostēdimus nihil aliud ꝑprie qd non hꝫ aiam opꝫ aiatum esse corpus qd alitur: ꝛ aie potentia in alimentū agere: ꝛ nō virtute elemētali simplici. Alimentū igit aiati corporis per se est ꝛ nō fm accñs: virtutibus aūt elementalibus nō attribuit nisi per accñs. hoc est inquātū sunt instrumēta aie: ꝛ sic qualitates elemētales sūt cōcause ꝛ non cause alimenti. sicut supra ostendimus.

Tex. ꝛ cō. 48

¶ Cap. 6m. De officijs nutritiue ꝛ augmentatiue.

His aūt habitis de alimēto ꝛ de ipsis potentijs est determinādum. Est aūt potētia nutritiua que de nutrimento restaurat deperditū in corpore aiato vt saluet in eē diuino. Augmentatiua aūt est illa que de nutrimēto addit quantitati mēbroꝝ vt ad debitā lōgitudinem ꝛ quantitatem deducant. ¶ Ex ex hoc accipit q lꝫ idē subm sit alimento ꝛ augmētatiuo: hoc est ei qd auget: in esse eoꝝ fm rōnem diffinitiuā est alteꝝ ꝛ alteꝝ. Aiatū eni fm q quātū ꝛ alimentū augmētatiuū querit. sed nō nutrit nisi fm q est hoc aliqd ꝛ suba potens recipere formā mēbroꝝ ꝛ subam. Nutrimētū eni non saluat nisi subam: ꝛ ideo q̄diu pōt nutriri: tādiu saluat in indiuiduo. Sꝫ augmētatiua nō agit per totā vitā: ꝛ ideo ipsa non est saluatiua sube: sed potius pfectiua quātitatis. Et sunt q̄tuor differentie iter nutritiuam et augmētatiuā quaꝝ vna est ꝛ pncipalis: q nutritiua nō accipit alimētū nisi inquātū est potētia suba mēbroꝝ ꝛ nō curat de quātitate. Augmētatiua aūt accipit ipm inquātū potētia addit quātitati mēbroꝝ: inquātū mēbroꝝ quātitas extendit ipso addito mēbris. Secūda aūt est: qa nutritiua addit substātiā cibi sube mēbroꝝ equalit fꝫ tres corporis diametros: lōgitudinis ꝛ latitudinis ꝛ pfunditatis in oib⁹ his equalr perditū restaurās: augmētatiua aūt pcipue addit lōgitudini: ꝛ ideo idiget q calor suus sit fortior ꝛ mēbra in qbus est sint mollia que extēdi possint: hoc aūt sic pbat: lōgitudo eni nō fit maior nisi ossib⁹ extēsis: ꝛ hec dura sunt ꝛ non nisi forti calore faciēte discurrere nutrimētum per ipsa fieri pōt. Sile aūt nō fit extēsio sicci indorati sed potius eius qd est humidū flexibile: ꝛ ideo nō fit augmentū nisi in iuuentute anteqꝫ adueniat siccitas nimis que pbibet extensionē ꝛ hec est cāꝝ vna quare nō semper augent corpora sed semp nutriūtur. Nutritiua eni lꝫ fm oēm dimēsionem vt diximus nutriat: tamen fm latitudinē maxime nutrit: qa ad illius incrementū nō exigitur nisi assimilatio nutrimēti ꝛ additio: ꝛ nō extensio in ampliorē quātitatē nisi quantū extendit in addito: ꝛ hoc frequēter fit in solis mēbris mollib⁹ que sunt caro ꝛ huiusmodi: pter hoc q ossa extendant. ꝛ hoc fit calore debili magis q̄ forti. Tertia differētia ē q nutritiua hebetior est vt dictū est instrumento operat: augmētatiua aūt acutior. Cū enī calor nālis vtrinsqꝫ sit istrm: hebes calor est qui solū conuertit nutrimentū ꝛ assimilat. Acutus aūt qui facit

Quid est po° nutritiua. Quid augmētatiua.

Tex. ꝛ cō. 47

Nō q̄tuor differentias inter nutritiuam et augmētatiuas virtutem.

ipm discurrere per mēbra dura que mollificat infundendo ea acuto humore nutrimētali: ꝛ tunc extendit ea. ꝛ cā huius est qa cum quelibet virtus plus possit in mā ppria q̄ aliena hebetat calor: quāto plus de aliena materia igeritur. Qd vt melius intelligat opꝫ scire q duplici humido indiget omne qd nutritur: vnū quidē est seminale qd est aliquid substantie seminis. ꝛ illud est pprium subiectū caloris nālis. Aliud autem est nutrimētale qd accipitur de nutrimento qd semper retinet aliqd de natura cibi: ꝛ ideo semper aliqd habet de extraneo: ppter qd non adeo efficax est in eo calor naturalis: sicut in pmo humido ꝛ quāto plus igeritur de nutrimentali humido qd addit radicali siue seminali. ex quo formantur mēbra radicalia ꝛ qd est infusum eis tanto plus inspissantur ꝛ indurant: ꝛ calor plus in eo debilitat: ꝛ ideo calor qui pmo fecit duas operationes alimenti. s. ꝛ extensiōis: tandē ppter sui debilitatem ꝛ membroꝝ duritiā nō pōt perficere nisi vnam que est nutrire: ꝛ ideo tūc stat augmentum. ¶ Est aūt circa hoc adhuc notandū q tempus incrementi etiā fm Galenū ꝛ Auicennā est tps etatis puerilis qui sunt calidi ꝛ humidi ppter vicinitatē quā hñt ad suā originem que est ex calido ꝛ humido. Humidū aūt ꝛ calidū simul cōiuncta faciūt diffusionē ꝛ extensionem: pcedente autē tempore exiccat paulatim humidū in tempore iuuentutis ꝛ indurant membra: ꝛ lꝫ acutius in iuuenib⁹ sit calidū tamē nō est maius in iuuenib⁹ q̄ in pueris. Et de hoc dat exemplū cōueniens Galenus: qa si aliq calidītas determiate virtutis penetrat in aquā ꝛ eadem in essentia caliditas penetrat in mām siccam: acutior erit caliditas in sicco q̄ in humido: sed nō maior. Et sic est de calore pueroꝝ ꝛ iuuenū qui equalis est lꝫ acutior sit in iuuenib⁹ q̄ in pueris ꝛ ideo in pueris plus de cremento operat ppter mollitiem membroꝝ: ꝛ in iuuenibus minus ppter eorūdē duritiē lꝫ calor sit equalis: ꝛ huius signū est q pueri circa septimū annum vt in pluribus plusq̄ dimidiū perficiunt sue quantitatis. Hec igit est tertia diuā. ¶ Quarta autē est penes finē virtutisqꝫ accepta: qa aia sicut ꝛ natura nō est infinite ꝛ indeterminate itentiōis: ꝛ ideo habita debita quātitate in qua exercere pōt suas operatiōes nō auget vltra augmētatiua aia: etiā si posset hā vltra augere qa nō abūdat superfluis nā: sicut etiam non deficit in necessarijs. finis autem nutritiue est saluare idiuiduū per deperditi restaurationem: ꝛ hoc necessarium est in toto tēpore ꝛ ideo per totā periodū cōtinue operatur. Reliqua autem que de augmento ꝛ nutrimento dicenda sunt in primo de generatione ꝛ corruptione requirantur.

Quō calor pueri ꝛ iuuēis sūt eq̄les in radice fm Gal.

Nō de duplici hūido seminali ꝛ nutrimētali.

¶ Cap. 7m. De officijs virtutis generatiue.

Idem aūt nutrimentū per virtutem generatiuam est factiuum generationis: non tamē generat id qd alitur. sꝫ potius generat id quod est: vt id quod alitur in specie: m ius probatio est: qa nihil generat seipsum: oporteret enī q idem esset ꝛ nō esset simul. Omne enī generās actu est: id autē qd generatur actu non est ens. esset igitur idem ꝛ nō esset fm subam: ꝛ ideo sicut alimento ꝛ augmēto aliud ꝛ aliud est esse fm idem subm: ita alimento ꝛ generatiuo necessarium est aliud esse fm diffinitiuā rationē. Propter qd notandum est nutritiuam saluare indiuiduū per distributionem nutrimenti ad membra: ꝛ qd superfluit membris: hoc sequestrat ad membra genitalia que trahunt ipm sicut ventosa trahit sanguinem. Membra autē seminaria sunt organum virtutis generatiue: sicut cerebrū est organū virtutis animalis: ꝛ cor virtutis vitalis: ꝛ virtus generatiua sita in membris genitalib⁹ iprimit in alimento superfluo virtutem formatiuā: que in seminis viscositate retenta: q̄si fuerit in debito loco format semen in organicū corpus. sicut enim nutritiua cibo influit speciem mēbrorum per quā tendit ad mēbra ita genitalia influunt ei virtutem formatiuā qua formatur semen in membra corporis organici. ꝛ hoc qdem semen a toto corpore deciditur ꝛ maxie a cerebro: ꝛ per spongiositatem membroꝝ attractiua virtute testiculoꝝ trahitur ad vasa seminaria: ꝛ ibi informatur predicta virtute. Et ideo virtus generatiua in veritate est duplex. Una qdem in generāte que descindit semē attrahendo: ꝛ hec operat tribus calore. s. qui spumosum facit semē vt spumosū sit spiritu deferente formatiuā virtutē: ꝛ hic spiritus exten-

Mēbra seminaria sūt organū gñatiue virtutis.

Tria sūt istra virtutis gñatiue q̄ ē in gñante. 3.

dit mēbra genitalia: et eodem calore cōsumit superfluū humidi seminis vt efficiatur globosum et quasi glādulosum: vt magis retinere possit virtutes sibi impressas: et melius retineat figuras membrorum in se effigiatas. Operatur autē seipsa virtus generatiua vniuersādo virtutē formatiuā que est in semine sicut ars est in artificiati: magis operatur humido cibali: sicut materis etiā operatur: et operatur ventositate sicut instrumento extendente mēbra genitalia ad actum coitus: et eiiciendo semē a masculo in feminā: ventositas enim pellit semē ad locum debitum.

*Virtus formatiua continetur in semine duo.*

¶ Alia autē virtus generatiua est in semine: que est virtus formatiua: duo habens instrumenta et duas materias: et duo opera. vnū quidem suorum instrumentorum est calor seminis qui triplici virtute est informatus quarum vnā habet a substantia in qua tum est calor: et ille est virtus solutiua aut dissolutiua et subtiliatiua et alteratiua seminis. Secunda autē est virtus celestis que virtute operatur ad vitam ex potentia motionis celi sicut diximus in aliis locis. Tertia est virtus anime: cuius ipse calor est instrum virtute qua inducit formas organorum physici corporis potentia exercentis opera vite. Habet et spiritū infra spumā seminis contentū pro instrumento per quē vehit in omnes partes seminis suas virtutes. Duo autē humida sunt materie in quibus hec operatur. vnū quidē est quod est in substantia seminū et hoc est principale. Aliud autē est attractū vt addatur illi: hoc est humidum sanguinis mēstrui loco cuius infans querit cibū cum a matrice separatur: et hoc humidū est supplemētū quod additur humido seminali vt sufficiat formationi membrorum. Duo autē opera sunt: vnū quidē membrorum formatio alterum autē est quod attribuitur membris sicut numerus membrorum et ordo et situs et asperitas et lenitas et cetera huiusmodi que membris attribuuntur. Hec igitur sunt opera generatiue et hec quidē fit ex nutrimēto. Fuerunt autē quidā dicētes nō ex nutrimēto. sed ex aliquo quod actu est pars animalis: fieri generationem dicētes eā fieri ex carne non ex superfluo nutrimēti. Sed error eorum cōuincitur quatuor rationibus.

*Opinio quorundam dicentium generationem fieri ex aliquo quod est actu pars animati. Impugnatio. pulchra.*

¶ Quarum prima est: quod caro vel aliud quod est pars corporis animati nō est potentia corpus animatum nisi prius a sua forma corrumpatur: semen autē est potentia totum corpus. Secunda ratio est: quod illud quod est actu pars nō deciditur ab animato: nisi cum magno dolore: semē autē separatur cum delectatione. Tertia ratio est quia actu pars nō deciditur a toto corpore: semē autē deciditur a toto corpore. Quarta ratio est quia videmus oculis nostris semina plantarum neque lignū esse neque folia: neque radices: sed semina maturata: et videmus semina animalium nō esse carnē. neque os sed humorem albū falsum igitur est quod dicunt: et rationibus inductis et multis aliis manifestatur error eorum. Querunt autem isti qualiter esse sit generatio vniuoca vt ex planta plāta et ex homine homo. Sed ad hoc nos dicimus quod generatio dicitur equiuoca vel vniuoca quantū ad generans primū effectiue quod decidit a se semen: hec enim dat virtutē formatiuā semini: et sic fit ex plāta plāta: et ex homine homo: et sic de aliis.

*Tex. t. cō. 45.*

¶ Ex omnibus autē premissis cōstat quod huiusmodi principium quod vocamus animam nutritiuā est eius quod pōt saluare seipsum: et suscipere tale principium secundum quod est in tali dispositione. Ad hoc enim habet eam vt saluetur in aliquibus suis dispositionibus: licet in omnibus saluari non possit: quia in quibusdam continue mutatur. Alia autē sunt que nō indigēt tali principio eo quod in omnibus suis dispositionibus semper vno modo cōsequantur: sicut corpora celestia: et ideo illa habent alias virtutes quam mortalia. Nō enim indigēt nutritiua et augmētatiua et generatiua: quemadmodum diximus in aliis.

¶ Cap. 8m. Et est digressio declarans quatuor virtutes ministeriales dictis tribus virtutibus deseruientes.

Oportet autem scire quod cum vnū et idem sit subiectum circa quod dicte virtutes tres operātur. Habent tamen in hoc ipso virtutes multas subseruientes sibi: quarum tamen multitudo ad quatuor est reducta: que sunt attractiua digestiua expulsiua et ante has tres appetitiua. Appetitiua enim appetit cibum appetitu naturali: prout est anime vegetabilis virtus. Appetit autem ex vacuitate replentis nutrimenti et ex defectu qui puenit ex dissolutione deperditi a substantia vegetabilis: hic tamen appetitus cum sensu est in his que habent animam sensibilē et vegetabilē et vocatur fames et sitis: et puenit ex sensu euacuationis. Attractiua autē in plātis quidem est ex calido quod est in radice et ceteris partibus plante. cuius virtute est suctio humidi nutrientis quod tangit radices plantarum. In animalibus autem est per motum villorum: qui sunt secundum longitudinem in stomacho et intestinis animalium. Sed digestio est ex proprio et naturali calore digerente: et separante purū ab impuro: et terminante ipsum ad speciem eius quod nutritur inquantū est instrumentū anime. Scias tamē tribus precipue iuuari attractionem. scilicet similitudine: vacuitate et calore: similitudine quidem sicut magnes attrahit ferrum: et hoc fit in anima vegetabili quando cibus accipit membri similitudinem: et per illam mouetur ad ipsum sicut superius diximus. Vacuitate autē quando membra vacua sunt et pori membrorum propter multam factam in eis deperditionem et cōsumptionem. Calore autem trahente: quia calor naturalis sugit cibum. sicut ignis sugit oleum in lāpade: et hi tres modi perficiunt attractionem in omni habēte nutritiuā virtutem aut potentiā. In animalibus autē insuper sunt villi per longitudinem stomachi et quorundam intestinorum ordinati: qui motu suo ingeruntur et attrahunt cibū in locū digestionis vt ibi digeratur. Retentiua autē operatur adhuc: vt cibus ita diu stet in loco vno donec debitā accipiat alterationem. Et hoc quidem generaliter iuuatur tribus et quartū specialiter habet in animalibus perfectis.

¶ Primū autem trium est dissimilitudo qua habet ad membra et partes diuersas eius quod nutritur: per illā enim impeditur nutritio ad partes nutriti. Secundū autē iuuans est siccitas retinentis: cuius actus in tenendo cōfortatur ipsa siccitate. Et tertiū est frigiditas: licet frigiditas ad illud operetur per accidens et nō per se: per accidēs autē dico frigiditatem operari: quia frigiditas tenet id quod est nutriens in essentia sua et figura ne calore dissoluatur et euanescat virtus eius eo modo quo etiā conseruat aliquando a putredine: per se autē nō operatur frigiditas ad aliqua operum vite sed potius impedit eo quod est qualitas mortificatiua. Id autē quod specialiter habet in animalibus perfectioribus sunt villi ex transuerso in intestinis et stomacho positi: qui cōprimendo retinēt cibum ne de loco moueatur. Digestiua autem vt diximus in omnibus iuuatur calido et humido eo quod calidū alterat et terminat. Humidū autem facile influit membris: et recipit eorum formas et figuras. Habet tamē tres operationes: hoc est alterationem cibi ex qualitatibus cōtrariantibus vt diximus in quarto metheororum et maturationem que est per eductionem humidi superflui: et hec quidem a quibusdā vocatur digestio: que fit per assimilationem nutrimenti ad membra: propter quod etiam quatuor digestiones esse dicuntur. Quarum vna fit statim in ore. Superficies enim oris continua est stomacho: et operatur in cibū alterationem: et hoc patet quia triticum masticatū a masticatione accipit virtutem maturationum apostematū quā non habet contusum. Et alia est in stomacho vbi grossum a subtili separatur: et hoc a quibusdā vocatur prima vna cum illa quā diximus fieri in ore: et hec est vera sententia quod prima digestio in ore incipit: et in stomacho perficitur. Secunda autē est in epate vbi massa que vocatur pulsanaria hoc est succus de cibo eliquatus trahitur per venas que meseraice dicuntur ad epar: et ibi rubeū sanguinis accipit colorem: et dirigitur ad venas: et in extremitatibus illarum tertiā accipit digestionem: et in albedinem mutatur: et separatur ab eo nimia aquositas que est in ipso per colatoria vrine quibusdam in animalibus que vrinam habēt. In aliis autem que nō habēt remanet eam fere stercorum immixta. Et quarta digestio fit in singulis mēbris ad propriam similitudinem mēbrorum. In plantis autē quia terrestres sunt nō est stomachus sed est eis terra pro stomacho quia in terra sub radicibus eliquatur humidū permixtum: et subtile quidem sugunt radices: et grossum dimittunt: et ideo ventre non indigent. Expulsiua autē expellit quod superfluum est: siue sit purum siue impurū. Et iuuatur in hoc opere multis: sed precipue quatuor sunt que eam iuuant. Iuuat enim caliditas vias per quas fit expulsio: aperiendo et acuendo id quod expellendum est. Iuuat etiam humiditas aliquādo vias per quas fit expulsio lubricando et mobilitatē ei quod expellendū est conferendo. Iuuat etiam frigiditas per accidēs viscositatē que est in eiiciendo superfluitate: cōtinendo ne euaporet et etiā ingrossando que cum fortis est cum magno impetu eiicit superfluū. Iuuāt etiā frigiditas et siccitas per quas ei debet cōtrahendo et tūc quasi exprimendo expellit superfluū. Similiter autem caliditas incidit viscositatē et separat: et tūc facilius educit. In omnibus autē his virtutibus est manifestū quod frigiditas nō iuuat nisi per accidens:

cidens: et hoc ideo fit: quia virtutes iste precipue motu perficiuntur: et quedam sunt opera vite frigiditati et imobilitat et mortificat. He autem quatuor virtutes naturales vocantur eo quod ut natura per instrumenta corporalia operantur. ¶ Sciendum autem quod in his omnibus semper virtutis instrumentum et vehiculum est spiritus: et frigiditas spiritum a motu suo impellit vel impedit: et ideo ad opera virtutum per se officit. sed proficit per accidens.

Nota hoc ut intelligas cur dixerit medicorum vicem quod frigiditas non iuvet opus nature.

¶ Cap. 9m De comparatione trium virtutum anime vegetabilis adinvicem et ad seipsam animam vegetabilem.

Tex. et co. 49.

Quoniam autem tria sunt necessaria .s. quod alitur: et quo alitur: et alens effective. Alens quidem primum et cui essentialis est actus alendi est anima vegetabilis per nutritivam. Quod vero alitur est corpus quod habet animam et non aliud: sicut ostendimus superius: quo vero materialiter alitur est alimentum. Et in his est advertere quod virtus nutritiva est deserviens augmentative et generative: quoniam utrique per dictas quatuor virtutes preparat materiam. Nutritiva enim separat quod est superfluum nutrimento et expellit ipsum ad membra generativis: ut in virtute formativa sigilletur. Augmentativa autem deservit generative generans in quantitate et figura perficiendo ut generare possit: et ideo constat finem in his virtutibus esse generativam. A fine autem qui est quo res est id quod est: hoc est a forma: omne quod nomen accipit debet denominari finis autem est generare alterum ut ipsum utique tunc erit principale in anima vegetativa generare alterum ut ipsum: ideo in vegetabilibus id quod est substantialis forma absque dubio est generativa. Et ideo corpus secundum omnem partem informat ubi anima vegetabilis est tota perfectio corporis sicut sicut in plantis et in eis est varia generatio quia ubique planta generat ramos et virgas et folia et fructus et semina et ubicunque abscidatur convalescit utraque pars ipsius. Sicut enim tactus in anima sensibili est sensus particularis et forma substantialis eius quod habet sensus: et ideo ipsum brutum ubique determinat. ita de generativa est in plantis propter quod etiam nonnullis videbatur nutritivam et augmentativam eandem virtutem esse sed propter fortis calor et mollia membra habere operationes duas: cum autem calor debilior est et duriora et sicciora membra tunc retinere tantum operatione unam licet non veram causam dicant. Quoniam etiam si ponatur non hebetari calor et non indurari corpus nihilominus stabit tamen augmentativa in termino secundum naturam ut supra diximus. Qualitercunque autem dicatur constat quod in his generativa est finis: et ideo inter has tres vires que super nutrimentum operantur prima naturaliter est nutritiva: et secunda augmentativa sicut substantia est ante quantitatem: et illa que finis est generativa que non servat esse secundum materiam et individuum: sed esse divinum in specie attingit propter quod agitur quicquid agitur secundum naturam. Oportet autem scire quod anima vegetabilis est que unit in se istas vires que quidem specie differunt secundum quod et vegetabilis differunt. Est enim una palmifica et altera olifica et sic de aliis: et actus illius anime est vita sicut diximus superius. Est autem adhuc sciendum quod si comparatio fiat anime vegetabilis ad sensibilem et rationalem: tunc vires anime vegetabilis dicuntur naturales: eo quod non nisi per instrumenta primorum corporum naturalium operantur et ad naturam in individuo vel in specie conservandam sicut patet ex dictis. tamen est perfectio organici corporis sicut et alie et ideo licet nutritiva sit diffusa in toto corpore propter hoc quod ubique salvat individuum et similiter augmentativa eo quod omnibus dimensionibus et precipue longitudini principaliter addit et generativa in plantis: tamen in animalibus perfectissimis he virtutes sedes habent determinatas a quibus influunt suas operationes in corpus et sedes quidem nutritive precipue est epar cum calore suo alterans et ad membra dirigens cibum. Sedes autem generative est in testiculis masculorum et feminarum. Sicut autem diximus quod nihil nutritur proprie nisi quod est animatum: ita etiam nihil generat proprie ad speciei salutem nisi quod est animatum. Generare autem ad salvandum se in specie est generate ex eo quod discinditur a seipso et cui a seipso influitur virtus convertens id in simile secundum speciem: et sic non generant inanimata sed potius per actiones suas generant formas suas in materia aliena cuius causa est quia talia inanimata non habent aliquid quod potentia sit totum. sed quicquid

Nota quomodo vires anime vegetabilis naturales nuncupentur.

corporis ipsorum est hoc est actu pars et non potentia totum: ex eo autem quod est actu pars et non potentia totum fieri generatio nullatenus potest sicut diximus superius.

¶ Cap. 10m. De duplici motore nutrimenti.

Tex. et co. 50.

Est autem quo alitur dupliciter sicut et quo gubernatur est movens imobile et hec est manus vel virtus que est in manu. themon autem sive gubernaculum est quo gubernatur sicut movente et moto eo quod est instrumentum gubernandi et hoc ideo est quia omne alimentum est necessarium ut possit decoqui: et ideo oportet esse calorem decoquentem: et tunc calor effective alit ut movens motum et potentia anime est ut movens tantum. Si autem quispiam obiiciat quod movens corporeum quod est movens motum non oportet ante se habere aliud movens imobile motu locali tamen sicut ostensum est in 8 physicorum in alteratione autem non est necesse quod corpus alterans habeat ante se aliud movens ipsum. et sic dicat hic non oportere esse moventem animam ante calorem: dicendum quod necessarium est in motibus vite: sed in motibus aliis naturalibus non est necessarium. necessitas autem explanata est superius ubi ostendimus quod virtus elementalis sufficienter ad nutrimentum movere non potest. Sic igitur figuraliter sive superficialiter quid sit alimentum dictum est. certificandum autem erit de ipso in propriis rationibus de nutrimento nutrimenti enim ratio plene non determinatur ex unius libri principiis quoniam de motu ipso nutrimenti et augmenti et generationis que sunt de nutrimento iam determinavimus in libris de generatione et corruptione: et de modo decoctionis in quarto metheororum hoc tamen autem de motoribus universalibus de propriis autem motoribus quo ad singula animalia quo ad singula membra in scientia de plantis et de animalibus erit manifestum de ipso autem nutrimento dicendum erit in libello quem faciemus de nutrimento deo volente.

Vide in Averroem super hoc multa dicentem in commento 50

¶ Tractatus Tertius Secundi Libri de anima de sensibus.

¶ Cap. pm. In quo genere potentie sit potentia sensitiva.

Tex. et co. 51.

Sicut aút esse diximus auditú cóparatú ad suú sensibile sic est quilibet sensus se hñs ad sui sensibilis primas differẽtias: auditus eni est audibilis τ nó audibilis: visus visibilis τ nó visibilis: τ silr etiá olfatus est odorabilis τ nó odorabilis: nó odorabile aút sine inodorabile dr tripliciter. s. qđ impossibile est hre odorẽ q sentiat odoris puritione sicut simplicia: τ dicit non odorabile: qđ paruũ habet odorẽ vix cóprehensibilẽ per bonum olfatum: τ dicit inodorabile qđ hꝫ odorem paruũ: aut q fetidú est: aut q corrũpens est sicut sunt odores quorũdá venenoꝝ τ cadauerum corrũpentium: his aút modis τ ingustabile dicit. ¶ Silr autem olfatus est per mediú distans qđ est aer vel aqua. sicut τ duo sensus de qbus iá supra determiátú est: aquatica eni aialia pp̃ter eandẽ cám videnẽ habere odoris sensum sicut τ aialium sanguinẽ hñtia in oíbus enim his vnú signú est q olfatú habeant: eo q a lóge currút ad alimẽtú cú nó moueant nisi ab odore: pp̃ter hoc etiá falsum est qđ dicit Platon q. s. odor sit fumalis euaporatio rei odorabilis: τ hanc Platonis opinioné ponit τ iprobat Arist. in libro de sensu τ sensato: τ ibi etiá nos eádẽ iprobamus vel iprobabimus. Sed hoc mirádú est qđ qdam antecessoꝝ nostroꝝ dicunt Aristo. sentire q odor sit fumalis euaporatio. cú oino Aristo. illud improbet: vñ nó est dubiú illos Aristotelem non intellexisse. Signú aút q odor nó sit euaporatio fumalis est q fumus est quedá pars subalis subtilis fumantis corporis resoluta ex ipso: pp qđ fumãs leuius efficit quádo multú fumauerit: materie eni generabiliú maior extensio τ raritas quá potest habere est in forma ignis dicamus igitur q ex vno pugillo terre fiát per rarefactionẽ mille pugilli ignis eo q corp⁹ rarius maiorẽ hꝫ quátitatẽ pars autẽ que fumat τ in fumú resoluit ex aliquo odorifero nó est quantitas pugilli: nec fum⁹ est ita attenuatus sicut suba ignis: diximus aút q sensata sperice in circuitu generant diffundit autẽ odor alicuius in circuitum per quingentas leucas ad minus: cú aút a centro rei odorifere distet odor diffusus per quingentas leucas: tunc diametri sperice odoris sũt mille leucaꝝ in circuitu τ replet odor sperice diffusus totum spatiú illud. si igitur eét fumalis euaporatio: oportet q fumosa pars rarefieret spatio mille leucarum nó linealiter sed sperice in longum latú τ pfundum: tanta autem materia non habet tátam extẽsionem: nec etiá sub forma ignis: ergo fumosa pars incóparabiliter rarior esset igne qđ est impossibile: falsum est igit q odor sit fumalis euaporatio. Qđ aút ad spatiú aliquádo extendatur experimẽto cóstat: cede eni grádi facta in terra grecoꝝ aduenerunt ad cadauera vultures τ tigrides ab odore tracti qui nunq̃ ante in terra illa visi fuerant: τ locus pp̃inquior vbi: antea fuerunt visi a loco cedis distabat spatio quingentarú leucarum. Aliud autem experimentum est q in aqua missa parua parte cáphore inficit aqua multo lógius q̃ cáphora per fumú posset extẽdi: sicut igit diximus q oés spẽs sensibi-

*Tex. τ cõ. 95.*

*Tex. τ cõ. 96.*

*Tex. τ cõ. 97.*

*An odor sit fumalis euaporatio. vide p hoc Auero. in pñti cõmẽto. 97.*

lis per esse spūale ⁊ intentionale se multiplicāt in medio: ita ⁊ odor: ⁊ ideo sine omni materia rei odorabilis diffunditur in medio sola qualitas odoris. Si em̄ in fumo diffunderet̄ tūc materia veniret ad sensuz ⁊ nō eēt necessariū mediū ad sensum: sed esset propter bene esse: ⁊ hoc nos supra improbauimus: sensus enim fm̄ hoc non eēt susceptiuus speciei tm̄ sz ꝙ est species: sed potius fm̄ hoc eē qḋ habet in materia: et hoc nos inferius oīno ostendemus fore falsum. ¶ Adhuc autem non esset sensibile per se motiuum sensus: sed per aliud sue materie qḋ oīno falsum est: sicut supra est probatum: ⁊ hec mouerunt Aristo. ad hoc qḋ dixit odorē non esse fumalem euaporationem. ¶ Auicē. autē sequens Platonem dicit odorem non sine euaporatione diffundi: ⁊ concedit medium sensui nō esse necessariū ad hoc ꝙ sit sensus fm̄ actū: sed ad bene esse ipsius: ⁊ ideo dicit ꝙ si aliquod sensibile cōiungi posset sensui fm̄ esse spirituale sine medio: tunc nō exigeret mediū: ⁊ tale dicit esse euaporationem: qa illa est spiritualis: ⁊ odor in ipsa est fm̄ eē spirituale. ad experimēta autem dicit ꝙ per geometriam in sciētia visus scitur ꝙ visus extēditur ad loca lōgiora quādo exaltat̄ oculus vidēs: ⁊ ideo autē vultures ⁊ tigrides aues que sunt aquile varie altissime super eminētias montiū volāt: ⁊ ideo longissime vidēt. Adhuc autem poterat eē ꝙ venti validi illuc detulerūt odores: cum euaporatiōe fumali: signū aūt ponit eius qḋ dicit ꝙ pomū qḋ diu odoratur per eructionem odoris leuius effi citur: ⁊ citius corrūpitur: similr autē ꝙ odores venenosi necant hoīes ⁊ aīalia qḋ minus facerent si sole ⁊ simplices essent qualitatū intētiones. ¶ Quidam aūt vtrisqꝫ volentes satisfacere opinionibus dicūt: ꝙ duplex est euaporatio: quedam spiritualis: ⁊ quedā mālis: ⁊ ꝙ odor est euaporatio spiritualis ⁊ nō materialis: ⁊ isti ignorant dicta sua: qa si vocāt spiritualem euaporationē corpus rarū ⁊ tenue sicut est aer: tunc oīs euaporatio spiritualis est. Si autē vocant euaporationem spūalem alterationē mediꝫ que fit sola ⁊ simplici qualitate odoris: tunc nō saluant Platonē: ꝙ ipse negat hoc: ⁊ insuper improprie loquūtur: qa spiritus in physica corpus est subtile ⁊ aereum. ¶ Et ideo nobis videt̄ Aristo. ⁊ Auerroi fore consentiendū non ꝑpter experimenta sed ꝑpter ratiōes inductas: et ꝙ Plato ⁊ Auicē. in hac parte nō bene dixerūt. Qḋ autē odores corrūpunt aliquando hoc sine dubio est ideo: qa ingrediuntur per poros occultos ⁊ apertos ad interiora aīalium cū euaporatione corporis venenosi: ⁊ euaporatio illa confortat odorē: sed nō ipsa tm̄ agit eum: sed potius mediꝫ alteratio que est a qualitate odoris simplicis: qm̄ autez euaporatio est spūalis sicut ⁊ medium ideo aliquādo est in loco mediꝫ ⁊ defertur ad instrumentum odorandi in odoratu: materia enim odoris non est fumalis euaporatio nisi in medio ⁊ nō in odorifero: ⁊ cū aūt venit ad olfatum nō agit in ipm̄ per esse materiale sed per esse intentionale qḋ hz in eo inquantū est medium ⁊ non subiectum eius fm̄ esse māle.

¶ Cap. 26m. Qualiter olfatus est in respirantibus. ⁊ non respirantibus.

Tex. ⁊ cō. 98.

Ex predictis autem oritur dubiū: vtrū oīa olfacientia sic̄ odorant omnes differētias que sub odore sunt: hō enī nō odorat nisi spirās siue attrahēs spirituz: ⁊ si qḋ nō inspirat: sz aut expirat emittēdo spm̄ aut retineat spm̄ nō odorat: siue odorabile sit ꝑpe: siue lōge: si eni odorabile infra nasuz supra organum odoratus ponat̄ tūc hō nō odorat: medio eni indiget sensus nō pp bene eē sensus: sed oīno ꝑpter eē sensum fm̄ actū sicut sepius diximus. hoc eni oībus sensibus cōe est. odorabile aūt vocamus primuz odorās sine corpus mixtū a quo resoluit̄ odor nō euaporationē ab ipso resolutā: que ia hz formā ⁊ nām mediꝫ in eē spūali: ⁊ ideo ipse imotat sensum tāgens organū intus: sed si nō respirant non sentiunt: nā sentire ꝑpriū est hoīum: hoc aūt manifestum est tētantibus in seipsis per experimēta: dico aūt ꝑpriū qḋ quidē cōuenit homini omni ⁊ nō soli: sed aliꝫs etiā aīalibꝰ spirantibꝰ pluribus: cā aūt huius est qa organa sensus sunt due papole ad modū papular̄ que sunt in mamillis in anteriori parte cerebri cōstitute porrecte directe contra ossa triangularia sañ: ⁊ sunt cooperte pelle tenui ne occasiōes ꝯtingant eis ex aere attracto. nec hn̄t motū ex seipsis pelles ille: sed vento inspirate exsufflante eleuantur. ⁊ odores tūc simul cū aere veniētes imutant ea: huius aūt signū est quando strictissimum hn̄tes nasum pp clausuraz foraminū que per ossa triangularia ascēdūt: aut nō odorāt oīno aut valde parum odorant: hoc aūt in anathomia libri aīaliū scitet̄ plenꝰ.

Tex. ⁊ cō. 99.

¶ Ea aūt aīalia que sanguinē non hn̄t nō respirāt. eo ꝙ frigida habent corda: ⁊ nō indigent euentatiōe refrigerāte: et ideo qdam talia dixerūt habere aliū sensum preter eos qui dicti sunt quo participant odorē: hoc tn̄ impossibile est qa olfatus est ille qui patit̄ ab odore: ⁊ ideo siue fiat inspirando siue nō. semper vnius rōnis est sensus fm̄ ꝙ est potētia passiua a tali actiōe qḋ est odor olfatus enī est sensus odorabilis ⁊ differētiaꝝ odorabilis que sunt ea que sūt boni odoramenti. ⁊ talia sentiūt ⁊ spirātia ⁊ nō respirātia. Amplius aūt non respirātia corrūpuntur aliquādo a malis odoribꝰ: vt sulfure ⁊ huiusmodi ex qbus etiā corrūpitur hō. Sulfur enī in lacunis ꝑiectum odore interficit pisces: opꝫ igit̄ talia olfatum hr̄e: sed nō per modū illum quo hz ipm̄ hō ⁊ aīalia respirantia: talibꝰ enī occurrūt odores in medio sine attractione aeris. Et hoc est ideo qa instr̄a odoratus discooperta sūt eis: ad que liber hn̄t ingressuz per mediū per qḋ est odoratus.

Tex. ⁊ cō. 100.

¶ Videt̄ aūt hic sensus ꝑut est in hoībꝰ ⁊ aliꝫs respirantibꝰ ad eūdem prout est in non respirantibꝰ differre: sicut differt visus aīaliū hn̄tiuz duros oculos ad visum eoꝝ que molles hn̄t oculos. Molles enim oculos hn̄tia. hn̄t velamina que sunt lachrymalia ⁊ palpebras sup oculos quas aliqs nō mouens. nec ꝯtrahēs nō videt. Aīalia aūt duros hn̄tia oculos ⁊ nō velatos hn̄t oculos. ⁊ mox vidēt sine impedimēto que apparēt in perspicuo fm̄ actū lucido. Et silr̄ organū olfatus quibusdā est nō cooptum que. s. nō respirāt: ⁊ ideo occurrūt eis mox odores que sunt in aere. Aliꝫs aūt que attrahūt spiritū inest hoc instr̄m coopertū qḋ tn̄ discooperit̄ quādo respirāt attrahētia spm̄: eo ꝙ tūc ampliant̄ vene odoratꝰ ex spiritu: ⁊ pori qui sūt foramina nasi ⁊ eleuant̄ in spūs velamina organoꝝ olfatus. Et pp hoc quecūqꝫ inspirādo odorant: nō odorāt in aq̄ lz aq̄ mediū sit odoris sicut ⁊ aer: ⁊ hoc iō est qa talia olfatū fm̄ actū nō hn̄t nisi quādo īspirāt: īspiratio aūt in aqua eē nō pōt. ⁊ iō talia in aq̄ odorare est īpossibile. Cōparationē aūt quā fecimus īter odoratum ⁊ visuz: nō fecimus nisi quo ad silitudinē illā que est hr̄e velamina: ⁊ non pp necessitatē vtriusqꝫ sensus: sed pp bene eē vtriusqꝫ. Non velatos enī habētia oculos peius vident: ⁊ nō velatū hn̄tia olfatum melius odorāt: ⁊ huius cā est supra dicta. Sz hō praue odorat: ⁊ nō discernit odores reꝝ nec odorabilia discernit p odores sicut faciūt multa aīalia alia: que res eiusdē spēi indiuiduales per odores discernūt: sicut canes qui discernunt vestigia vnius cerui a vestigiꝫs alterius cerui ⁊ inueniūt ceruum per modū odoris qḋ adheret vestigio. Et discernunt vestigiū vnius hoīs a vestigiꝫs alterꝰ hoīs sicut pꝫ in canibus qui inueniūt fures. Hoc autez multo meliꝰ facerēt non respirātia si essent ita disciplinabilia sicut canes. Pauca eiz sunt nulla aīalia sanguinē nō hn̄tia disciplinabilia sūt ⁊ hoꝝ oīum cām in libris aīaliū determīabimus. Est aūt sic a principio diximus odor sicci alicuius sicut sapor est humidi commixtionalis. Organū olfatus potētia est oīs odor ⁊ actu nullus: quia aliter non oēs reciperet odores sicut dictum est superius: hec igit̄ de olfatu superficialr̄ sint dicta. Adhuc eniz de odore subtiliter tractabimus in de sensu ⁊ sensato.

¶ Cap. 27m. De gustu fm̄ ꝙ est in medio fm̄ eē māle ipsꝰ.

Tex. ⁊ cō. 101.

Gustum aūt eo ꝙ est potentia passiua sicut alios sensus per suū obiectum determinabimus. Dicamus igit̄ ꝙ gustabile qḋdaz est de numero tāgibiliū. Et hac de cā non sit gustus gustabilis per mediū corpus extrinsecū: sed intrinsecum qḋ nō est a gustante distinctū: ita ꝙ nō est actu pars eius: sed ducitur eo tāqꝫ instrumento mediali in quo percipiat sapores. Est autē huius corpus humor salinalis in ore ⁊ lingua. Cū eniz gustabile sit tangibile sicut tactus nō potest eē medium per extrinsecū ita nec gustus. Gustabile est autez corpus in quo est actu humiditas: eo ꝙ gustabile est in humido: sicut in ꝑpria materia ⁊ in medio: humidū autem de numero tangibilium. Propter qḋ etiaz gustus formaliter differt a tactu: qa humidum in gustu materiale tm̄ est: ⁊ sapor in eo est forma agens in gustū: ⁊ ideo gustus nō est ps tactus: sed spēs quedam sensus sicut ⁊ tactꝰ.

Si eniz

Auicēne positio ⁊ responsio eius ad argumēta adducta.

Opio ꝑpria.

Si enim gustus formaliter acceptus pars esset tact⁹: tunc nõ essent quinque sensus sed quattuor: quorum vnus haberet plures partes. Et loquendo de gustus est quidam tactus intelligit quidam tactus qui nõ simpliciter est tact⁹. sed quodammodo quia s. id quod est materiale in gustu est tangibile. Et quia humidum est potissima materia saporis in quo diffundit᷑ et est secundum esse materiale ipsius: et ideo si in aqua esse possemus: et permisceret᷑ dulce aliquid cum aqua nõ gustaremus dulcedinem ab aqua separatam: sicut accipimus speciem coloris: sed potius gustaremus dulce aque permixtum simul in humido aque extraneum linguam tangente. Et ideo tunc sensus dulcis nõ esset nobis tunc per aquam sicut per medium tamen quia in eo quod est medium tamen nõ est sensibile nisi secundum esse spirituale et intentionale: dulce autem istud esset in humido aque sicut in materia cui corporaliter permiscet᷑: sic gustamus etiam sapores in potu quia in humido vini sunt: et cum humido gustum immutant: et nõ ab humido sicut a medio secundum esse intentionale accipiunt᷑. Color autem nõ sic videt᷑ quod misceat᷑ medio secundum esse materiale: nec videt᷑ sic quod aliquid de partibus materialibus colorati deferat ad visum sed sic quod in medio videt᷑ secundum esse intentionale tamen: et hoc est potius a medio accipere sensibile quam in medio. Et vt hoc melius intelligat᷑: oportet scire quod gustus nõ accipit speciem saporis denudatam a corpore saporoso: sicut faciunt tres sensus de quibus dictum est sed accipit eam in desluxu partium corporis saporosi ad ipsum: et ideo hoc quod gustat᷑ nõ qualitas vel intentio est. sed corpus quod venit ad linguam propter quod verissime gustus quidam tactus est: et indiget medio intrinseco quod est pars animalis. Est autem hoc medium nõ humor saliualis eo quod ille humor nõ est pars animalis: sed potius lingue vel faucium extremitas in qua diffusi sunt nerui gustatiui. Humor autem saliualis est medium ad bene esse gustus et nõ ad esse: quia partes corporis saporosi permixte humido saliuali subtiliant᷑ et inde efficiunt᷑ vt possint penetrare per seipsas ad gustum: et ex hoc patet quod odor nõ est fumalis euaporatio: quia cum omnis fumus corp⁹ sit si odor nõ nisi in fumo pertingeret ad olfactum olfact⁹ esset quedam tactus: sicut et gustus.

Quomodo gustus a tactu distinguatur

¶ Si autem aliquis quesiuerit qualiter gustus diuidit᷑ a tactu: dicendum sicut prius: quia sapor in humido secundum actum tangit tantum humidum inquantum humidum gustum inquantum gustus est. nõ immutat: sed potius sapidum inquantum est sapidum propter quod gustus in eo quod gustus iudicium saporis est: et sic a tactu discernit᷑ et nõ est pars quedam tactus. Et in hac sententia auctores tres concordant secundum Aristo. et Auic. et Auer.

Tex. t cõ. 102.

¶ Et sic dicendo patet quod gustus nullum medium est extrinsecum sed tamen sicut color est visibilis et proprie agit in sensum visum sic sapor est gustabilis et per se agit in gustum sed nõ agit et perficit sensum saporis in gustu sine humiditate actuali sicut diximus. sic experiri potest cum salsum agit in gustum: illud enim nõ agit sine humiditate: quia salsum est humidum liquidum et tactu humido dissoluit᷑ et liquefacit linguam et commixtum incorporat᷑ illi humido et agit in gustum et nõ aliter.

¶ Cap. 28ᵐ. Qualiter saporis dicitur se habet ad gustum et econuerso.

Sicut autem visus est visibilis et inuisibilis: tenebra enim est inuisibilis: et visus iudicat tenebram lucidum et coloratum. Adhuc autem visus est inuisibilis quod est valde splendidum: quod nõ est ex se: sed ex impotentia visus dicitur inuisibile: et ideo alio modo dicit᷑ inuisibile quam tenebra. Similiter autem sicut auditus est soni et silentii quod dicitur inaudibile et est magni et excellentis soni qui etiam dicit᷑ inaudibile sed aliter quam silentium dicit᷑ enim inaudibile sicut et valde splendidum dicit᷑ inuisibile: sicut enim paruus sonus et debilis dicit᷑ inaudibilis quodammodo. eo quod non mouet auditum ita et magnus et violentus sonus est inaudibilis eo quod corrumpit auditum. Inuisibile enim et inaudibile dicitur multipliciter aliud enim dicit᷑ omnino inuisibile a quo priuat᷑ vniuersaliter per se visus: aliud autem dicit᷑ inuisibile quod et si de se aptum natum sit videri tamen non habet visum aut prauum habet et corruptum vel debilem sicut et ingressibile dicit᷑ illud quidem quod omnino priuatur gressu aut quod non habet prout debet habere sed habet debilem et prauum. Similiter quilibet sensus se habet ad sui sensibilis dictas. Vnde et sic gustus est gustabilis et non gustabile multipliciter dicit᷑. s. quod habet priuationem omnimodam ad gustum: sicut insipidum aut quod habet paruum aut prauum et corrumpentem gustum. In omnibus autem his principium materiale sapor esse videtur potabile: et nõ potabile: dico autem potabile quod est humidum nõ simpliciter: sed aliquid passum a sicco hoc enim subiectum est saporum quos influere facit in gustum sicut in potu est: et impotabile dicitur multipliciter sicut et nõ gustabile: vnde cum gustus sit potabilis et nõ potabilis tamen gustum est potabilis: et ita potabile facit aut nõ gustum: aut debilem aut prauum gustum potabile autem est gustus secundum naturam. Potabile tamen et non potabile sunt cõia tactus et gustus: sed simpliciter est tactus: et sic proprie vocatur humidum nõ simpliciter autem sed aliquid passum a sicco est gustus: et sic vocatur proprie potabile.

T. t cõ. 104.

¶ Et quoniam humidum sic potabile est gustabile a quo passiuo accipit gustus: oportet quod organum quo sentimus sit tale quod non sit humidum tali potabili actu: et quod non sit ipsum impossibile fieri a tali potabili humidum. Sic enim actu nullum saporem habebit et potentia habebit omnes. Gustus enim cum sit passiua potentia sicut et ceteri sensus patitur aliquid et immutatur a gustabili secundum quod gustabile et non tangibile est. In tali autem passione necesse est quod organum fiat humidum humido potabili: quia sicut dictum est supra: saporosi partes non pertingunt ad organum gustus nisi fluentes commixte humido potabili. Si autem in tali passione fiat humidum: et tunc oportet quod fuerit tale quod possibile fuerit fieri humidum: et tamen in se saluatum sit ab humido potabili quia aliter nõ omne taliter agens potabile reciperet. Gustatiuum enim organum quo sentimus non est actu essentialiter humidum sed potius saluatum ab ipso. Huius autem signum est quod duo impediunt sensum saporum in lingua. sit enim sic multum sicca et quasi adusta sicut est in febricitantibus febre acuta non sentit lingua sapores. Adhuc autem si sit multum humida lauantur ab ipsa sapores. sicut fit in his qui aqueum flegma multum habent descendens in linguam: eo quod multum talem humorem in stomacho habent non bene sentiunt sapores quia omnis videtur eis insipida: sicut aqua vel sicut albumen oui. In lingua enim sicut diximus tactus sit primi humidi quod subiicit᷑ saporibus: hec autem duo impedimenta percipimus: quia sicut quando aliquis gustat fortem saporem alicuius viscosi humidi sicut mellis et postea gustet alterum: videbimus secundus impeditus per primum: et sic est qui multum humidum et superfluum habet in lingua: semper impediti sunt a discretione certa saporum. Secundum autem impedimentum est sicut in infirmis laborantibus ex cholera adurente omnia amara esse videntur: eo quod talis sapor est in lingua eorum sicca et adusta: ad hoc igitur quod bene gustet lingua oportet ipsam esse saluatam a superflua humiditate: et non impossibilem ad humoris receptionem. Ex omnibus autem his patet Peripateticorum sententiam esse quod medium in gustu extremitas est lingue tangens saporosa que sunt actu para gustantis. Humidum autem saliuale saluat in esse medium ad conuenienter tangendum id quod est medium in gustu: organum autem est neruus gustatiuus qui diffundit᷑ ex maxima parte super lingue latitudinem et in aliqua parte in superficie concaua faucium.

¶ Cap. 29ᵐ. De differentiis saporum secundum speciem et qualiter se habent ad gustum.

Tex. t cõ. 105.

Licet autem in libro de sensu et sensato proprium est dicere de generatione saporum: tamen propter doctrine bonitatem aliquid hic dicemus: dicimus autem quod species saporum sicut et in coloribus et in aliis sensibus prime quidem et extreme sunt simplices et contrarie et he dulce et amarum. consequentes autem et proxime medie que propinquiores sunt extremis: sunt pinguis qui proximus est dulci: et salsus qui proximus est amaro qui autem magis distant ab extremis versus medium per eque distantiam sumptum: sunt sicut acer et austerus et ponticus et acetosus et acutus. Iste enim fere videntur sapor omnes differentie: et est in eis magna diuersitas inter auctores: quia in rei veritate Galenus et Auic. volunt quod causa saporum sit calidum et frigidum diuersimode vincentia humidum a sicco passum: et si calidum et frigidum essent causa contrariorum et mediorum saporum tunc oportet quod maxima contrarietas in saporibus diceret᷑ a calido et frigido: et nos videmus quod hoc non est verum: quia calidum et frigidum causant in omnersa saporem eundem: amarum enim causatur aliquando a calido terrestri combusto et tunc causa eius est calidum aliquando autem causatur a frigido sicut in saporibus plantarum que cum pepane sunt dulcescunt illarum enim omnium fructus vt malum in principio est amarus et similiter sed dulce frequenter causatur a calido in humido subtili bene admixto cum sicco subtili: tamen potest etiam causari aliquando a frigido sicut in

plantarum fructibus que cum pepasse sunt fiunt amari illi enim a principio sunt dulces vel insipidi: cōstat igitur ꝙ calidum ⁊ frigidum nec essentialiter nec generaliter causant contrarios ⁊ extraneos sapores. Et adhuc etiam hoc cōstat alia ratione: quoniam multa sunt calida complexioni hominis que inter omnes est equalior: que tamen nō necessario sunt in se ⁊ simpliciter calida: vel etiam alijs cōplexiōi calida: sicut aliqd calidū homini frigidū est leoni: qui calidior homine est. Et ideo si forte Galenus ⁊ Auicē. experimētis pbant amarū vniuersaliter operari calorē in homine non est ppter hoc pbatum ꝙ amarum in se ⁊ simpliciter sit calidū: vel cuilibet sit calidū. ⁊ si oia hec non curemus: tamē cōstat ꝙ agens de generatiōe sensibilis causas dare dz que sūt essentiales: vt forme quedā in illo sensibili de quo agit: ⁊ ideo fm ppietatem istius sentētie dicimus nos ꝙ extremi simplices sunt sapores dulcis ⁊ amarus: ⁊ quia duplex est mediū s. per eque distantiam ⁊ per vicinitatē ad vnū cōtrariorum sumptum dicimus ꝙ dulcis ppinquiorez iuxta se habet salsum alij aūt quinque sunt magis remoti: ⁊ videt ꝙ oēs illi sint versus amarum qui sunt acer ⁊ acutus ⁊ acetosus: ⁊ alij qui sunt austerus qui idē vocatur stipticus ⁊ pōticus videntur eē magis versus dulcem. Isti autē medij sunt causati ex diuersis vijs quibus mouetur dulce in amarum vel ecōuerso: lz enim plura media habeāt aliqua contraria tamē nō semper per illa omnia mouētur quando fit motus de contrario in cōtrarium: quando enim mouetur album in nigrum vel ecōuerso non semp prius venit in colorez extremum: sed aliquādo in illū: aliquādo in rarapō ⁊ aliquādo in viridē. aliquādo aūt in croceū fm diuersitatez eius qd alterat. ita est etiam in saporib⁹: ꝙ alteratio que est de dulci in amarum aliquando est per pingue ⁊ pōticum: aliqn per acre ⁊ acutū fm diuersitatem nature eius ⁊ sic qd alteratur cū in omni motu sint multa facta sicut in physicis est determinatū: vbicūq; tñ incē motus anteqꝫ sit in extremo simplici: ibi constituet mediū cōpositum ex vtroqꝫ extremorum: ⁊ hec generatio mediorum est ppria ⁊ formalis cum nos iā in tertio physicorum ostendimus ꝙ motus alteratiōis nō est nisi forma post formam fm continuū fluxum potentie ad actum. De numero aūt saporum ⁊ cetera fm speciem generatiōe dicemus in libro de sensu ⁊ sensato: organū autem gustatiuuz est potentia quelibet differentia saporis ⁊ sapor qui est gustabilis est illud qd facit gustum actu huiusmodi esse qualis est sapor.

Sn̄a Auer. in cō. 105.

¶ Cap. 30m. De tactu: vtrum sit vnus an plures.

Tex. t cō. 106

De eo autem qd pōt tangi ⁊ de tactu eadē ratio est que dicta est de alijs sensib⁹. quo ad hoc ꝙ tactus virtus passiua est que ad actū ducit per spēs tangibiliū qualitatum ⁊ cū cōtactio sit inter agens ⁊ patiēs ⁊ agentia in actu sunt plura genere: quorū nullum agit per aliud: oportz ꝙ tactiua sint plures virtutes diuersas hñtes cōtactiones ad diuersitatē generis agētiū. Vñ si tactus nō est vnus: tūc necessariū est ꝙ ea que tāgunt sint genere plura: ⁊ ecōuerso ⁊ si ea que tāgunt sint genere plura: necessariū est tactū plures virtutes esse. ¶ Adhuc aūt hz dubitationē magnā: vtrū tactus sit plures virtutes aut nō. ¶ Adhuc aūt hz dubitationē qd est quo vt instrō ⁊ vt medio sentimus in tactu. ⁊ si aliquo vt medio sentimus in ipso: hoc eni multi negauerūt. Dubitat eni mox sensibili occurrēs caro sit quo sicut instrō sentim⁹: ⁊ in his que nō hñt carnē sit mēbrū simile carni quo sentiunt sicut carnē ⁊ sanguinē non hntia: an nō sit hoc organum quo sentimus: sed potius caro vel simile carni sit mediū per qd redditur sensus ⁊ organū sit aliud aliqd intrinsecus qd est primū ⁊ pncipale quo sentimus in tactu: hec eni ambo hñt dubitationē. Qd eni nō sit vnus sensus sed plures videt pbari ex hoc ꝙ sicut sepe diximus oīs sensus vnus vnius ꝯtrarietatis eē videt sicut visus albi ⁊ nigri: audit⁹ grauis ⁊ acuti in sonis gustus aūt amari ⁊ dulcis in eo aūt qd pōt tangi qd spēm suā generat in tactu multe insunt cōtrarietates. quarum nulla sentit per alterā sicut calidū ⁊ frigidū ⁊ humidū ⁊ siccū quarum neutra per alterā sentit. Et aūt talis graue ⁊ leue: que tactu sentimus ⁊ per aliā aliquā ꝯtrietatē ⁊ quarum ponit durū ⁊ molle asperū ⁊ lene. sed hec nō sunt adeo prima sensibilia sicut ea que dicta sunt quia durū qd resistit tangenti est aliquo mō siccū: ⁊ molle eū qd cedit tāgēti ⁊ est aliquo mō humidū. Silr aūt asperū qd in plurib⁹ partib⁹ sue superficiei tāgēti resistit est aliqd sicci. sic ⁊ lene cui⁹ ptes in vnam superficiē ꝯfluētes est aliqd humidi. Sz pmo enumeratarum ꝯtrietatū nulla omnino sentit p aliā. Est aūt et tact⁹ qrūdā aliorum quecūqz sūt hmōi ꝙ tāgētis imutāt ad spēm suā per tactū ⁊ nō per aliquā aliā porē nām sentiunt: ⁊ talia sūt sicut dissolo continuitatis in corpore: que est ex verbere vel vulnere: vel aliquo alio. Et sicut oppositū ei⁹ qd est cōsolidatio ꝯtinuitatis. Dissolo enim nō sentit nec ex calido nec ex frigido nec ex hūido vel sicco: nec ex graui vel leui. Silr aūt est de ꝯsolidatiōe. Corruptio qdē cōplexiōis sentit ex aliqꝫ pmarum qualitatū corrūpēte cōplexionē: sed dissolo nō est ꝯtria cōplexiōi: sed poti⁹ cōpositiōi: ⁊ iter cōplexionē ⁊ cōpositionē supius distiximus. Tale aūt sensibile tact⁹ est: et delectatio que est in venereis: sed nō ea que est in potu ⁊ cibo quia illa est calidi et sicci, ꝑut rñdet fami: sz illa est frigidi ⁊ hūidi ꝑut rñdet siti. Hec aūt oia tāgibilia pluriū generū sunt nō subalternatiz positorum: ⁊ iō videt passiuū his actiuis rñdēs plures eē sensus: ⁊ nō vnus specie vel nūero vel genere non eni sufficit ꝙ hec oia in vno sint gñe gñalissimo: quia sic oia sensibilia eēnt vnus sensus. ¶ Hz aūt solonē sophisticā ad hāc iductā dubitationem: eo ꝙ aliqs forte instabit ⁊ dicet ꝙ pbatio quā induximus ꝙ oīs sensus vnus. vnius sit ꝯtrietatis sit falsa: qꝛ etiā in alijs sensib⁹ plures vident inesse ꝯtrietates sicut in voce non solū est vna ꝯtrietas que est acutio ⁊ grauitas: sed et magnitudo ⁊ paruitas vocis: et lenitas ⁊ asperitas ei⁹: ⁊ his silia ꝯtria que circa vocē inueniri pñt. Sūt aūt ⁊ circa colores huiusmodi plures differētie ꝯtrie: sed eam aūt solnētes iductā dubitationē et si ꝯcedamus plures ꝯtrietates quas dicit tñ oēs has eē videmus circa subz vnō cōe: qd est primū genus earū: pme eniz oēs sunt in voce. ⁊ secūde oēs in colore. In tāgibilibus aūt nō inuenimus aliqd subm primū qd sit genus ꝯtrietatū superius iductarum. Et ideo adhuc remanet dubiū: vtrū tactus sit sensus vnus vel plures. ⁊ dicte et dīe non dicūt cōtraria vltima: quia vltima ꝯtria in quolibet genere sunt simplicia: sz magnitudo ⁊ paruitas ⁊ lenitas ⁊ asperitas nō sunt vltima in voce: sed dīe sunt vocū mediarum: sicut in lib. de sensu ⁊ sensato ostēdemus. Silr autē est de his que sunt in colore. Qd autē in sensibus tactus non sit genus vnuz patet: quia si cōsideramus ea fm eē prout physicus ista cōsiderat: tunc calidū frigidū ⁊ humidū ⁊ siccum sunt in qualitate ⁊ leue ⁊ graue: que causantur a raro ⁊ dēso sunt in substātia eo ꝙ super substātiaz nō addūt nisi sitū quendam qui est in partibus materie: ostensum est igitur demonstratiue ꝙ sensus tactus est plures virtutes tactiue: ⁊ sic determinata est vna superius inductarum dubitationum.

Tex. t cō. 108

Nō esse genus in graue ⁊ leue sit ī subā fm Auerroim.

¶ Cap. 31m. Q caro non est organum tactus.

Tex. t cō. 109

Remanet autem querenda hec questio: vtrū organum quo sentimus intus sit: an non. Qd autem organum tactiuū exterius sit ⁊ sit caro que mox occurrit tangibilibus. sicut quidam dixerunt. illud est signum qd inducunt ad hoc probandum ꝙ statim fit sensus fm actum quando tangunt carnem tangibilia: hec fuit causa ꝙ dixerūt carnem esse organum tactus: videtur eniz in alijs sensibus ꝙ non sit sensus fm actuz nisi quando species sensibilis est in actu vel in sensu ⁊ arguebāt ex hoc ꝙ cū sensus sit fm actū: ꝙ tunc habet speciem sensibilem in organo. sed tactus carnis ad tangibilia mox est sensus tactus fm actum: mox igit species tāgibilis recepta est in organo tactus: caro igitur organum est: ⁊ non medium. Amplius autē prius tempore sensibile est in medio qꝫ in organo: quoniam organū accipit qd redditur a medio: ⁊ medium accipit ab obiecto sicut cōstat ex predictis. si igitur medium esset caro prius esset qualitas tangibilis in carne qꝫ in organo sed non est fm actum sensus nisi quando imutatum est organum: ergo qualitate sensibili existente in carne: non esset adhuc fm actum sensus: et hoc nos experimur fore falsum: ⁊ propter istas rationes magni viri de Peripatheticorum secta dixerunt carnem neruosam esse organum tangendi Alexander. s. ⁊ Themistius ⁊ posteriores eis Auicen. Sed quia Arist. opinio his non concordat dicimus nos nullum esse signum qd induxerunt ad probandum ꝙ caro mox sensibilibus occurrens sit organuz sensus: cuius probatio est ꝙ si aliquis nunc circa carnez suā extenderit

Sz de Themistio ꝯsidera ꝙ oppm̄ mor Alexādri ipsā ab eo in cap. ꝑo.

extenderit aliquid tenue sicut pellē vel mēbranā τ faciat sensum p tactū tangibilium similiter sicut prius mox vt tetigerit tāgibile significabit se sensui τ nō ē qualitas tāgibilis prius tēpore in mēbrana vel pelle q̄ sentiat in corpore cui ↄstat q̄ mēbrana nō est organū sensus. Si aūt aliquis dicat q̄ nō est simile: q: mēbrana supinducta carni est extranea: τ caro est cōnaturalis τ mēbrū aīati corporis: dicem⁹ q̄ est simile q̄tū ad hoc q̄ nō intercidit aliqđ tēpus inter sentire τ eē qualitatē sensibilē in pelle: sed in hoc est dissimile: q: caro eo q̄ nālis est: certificat τ demonstrat certius sensibile q̄ pellis eo q̄ sicut vltimus ipsa est pars sentiētis: significat igiť qđ inducerūt

Tex. τ cō. 110.

fallax est. ¶ Caro aūt ad tangibilia videť sic se habere: sicut si circulariter nobis aptatus eēt aer sicut pars actualis aīalis sentiētis exis. tūc enī p vnā partē nostrā videremur sentire τ sonū τ odorē τ colorem: τ ab vnitate illius partis qua sentiremus videreť esse vnus qdā sensus auditus τ visus τ olfatus: nūc aūt qm̄ determinatū τ distinctū est a nobis medium per qđ sentimus tria sensata inducta q: determinata sunt organa ipsoꝝ sensuū: ideo manifestū est q̄ predicti sensus plures sunt τ nō vnus. Medium aūt forma cōiunctū nobis vel determinatū nō facit sensum vnū vel plures sed potius vna ꝓportio passiui τ actiui facit vnū: τ plures ꝓportiones faciunt plures.

Tex. τ cō. 111

¶ In tactu aūt est hoc manifestum τ latens eo q̄ mediū in ipso nō pōt esse a nobis distinctū: cuius cā est q̄ animata corpora sentiētia oīa cōponunť ex tangibilibus per eēntiā corporis: τ ideo oportuit q̄ nō per spēs suas tm̄: sed etiā per suas essentias corporib⁹ aīatis ↄiūgereņť in sensu. τ ideo oportuit q̄ actu pars eēt aīati mediū p qđ talia sentit. Nec pōt eē simplex corp⁹ ex quo cōponiť corp⁹ aīatum trib⁹ de causis.

Qr corp⁹ aiatum ex simplici corpe cōponi nō possit tripli ci de causa.

Quaꝝ vna est sm̄ hāc intētionē principalis: q: sicut dixim⁹ supra: mediū nullā actu dz habere qualitatē illius sensibilis cui⁹ ē mediū. Et hoc nō pōt nisi altero duoꝝ modoꝝ. Quoꝝ vnus est: q̄ sit oīno priuatū: sicut absonum τ nō coloratū ad sonū τ colorē se hz. Alter aūt est q̄ sit tēperamētū ad equalitatē: τ recesserit ab excellētijs qualitatū sensibiliū: τ hoc opz in tactu eē medium eo q̄ sentiēs nō pōt oīno destitui qualitatib⁹ ꝓmis cū ex illis cōponať. Cū igitur iste qualitates sm̄ excellentiā sint in simplicib⁹: simplex corp⁹ nō potuit eē mediū ad eas: nec ex ipso pt fieri corpus animatū. ¶ Scđa rō est q: si eēt ex his nō est susceptibile diuersitatis organoꝝ: hoc aūt requirit oīs aīa terrena vt supra diximus. ¶ Tertia vo rō est: q: opz aliqđ firmū esse aīatū corp⁹ cōmixtum ex aqua marie τ terra vt possint in eo fieri opatiōes vite τ spūs. Si enim foret simplex aereū vel aqueū. tunc omni corpori ↄtinuareť qđ tāgeret ipm̄ si aūt eēt ex terra tunc nō hēret aptitudinē ad vitā pp frigus τ siccitatem que sunt due qualitates mortificatiue: relinquiť igiť aīatū corp⁹ eē mixtū ex aqua τ terra: τ ex alijs: τ opz vt mediū sibi habeat coaptatū: vt vndiqz tāgat nocētia τ cōueniētia: τ recedat a nocentibus τ ↄueniētib⁹ p suā essentiā ↄiungať: necessariuz ergo est q̄ in eo qđ pōt tāgere τ hz potētiā tactiuā sit aliqđ corp⁹ medium sic mixtū p qđ fiunt oēs sensus tangēdi cū sicut habitū est sint plures: hoc aūt est caro que mox occurrit tāgētib⁹. Et ēt iō q: nulla pars hoīs vel alteri⁹ sentiētis ita ad eq̄litatē medij sit mixta sicut caro: nerui enī τ vene τ alia nō ita ad mediū sunt eꝑata sicut caro: τ iō nō incōueniēter sunt media.

Ex vnitate medij nō seq̄t vnitas potentie.

Et si forte aliqs inferat ex hoc q̄ tact⁹ est vnus sensus ab vnitate medij nō valet illatio qm̄ sicut dixim⁹ ab vnitate medij nō ꝓbať vnus fore sensus sz poti⁹ ab vnitate organi passiui sm̄ rōnē τ ꝓportionē ad suū agēs.

Tex. τ cō. 112.

¶ Hoc autē qđ demōstrat q̄ tactus est plures τ nō vnus est p̄cipue tact⁹ qui est in lingua: ille enī tact⁹ tāgit oīa q̄ tangi pnt: τ insup tāgit saporosa sicut dixim⁹ sm̄ eādē partē lingue in qua est tactus: τ si qdē ita eēt in toto corpore sensibili q̄ ēt alia ps q̄libet sentiret saporē cū tāgibilib⁹: nūc vīr videreť eē vnus numero τ specie sensus gustus τ tact⁹: τ hoc idē videreť si lingua esset aīal. Nūc aūt discernunť tact⁹ τ gustus eo q̄ nō sm̄ q̄libet partē ↄuertunť: q̄cqd enī gustat sapores sm̄ idem discernit tangibilia: sed nō ↄuertunť q̄ q̄cqd sentit tāgibilia q̄ sm̄ id iudicet sapores. Que aūt subiecto sepata sunt eēntialr sunt diuersa: iō gustus τ tactus eēntialiter sunt diuersi sensus: sz aūt ipsi tactus subiecto nō diuersificenť tū formalr pp cāz prius inductā necesse est tactiuas virtutes diuersas esse.

¶ Cap. 32m. Vtrum actus idigeat aliquo medio extrinseco.

Tex. τ cō. 113.

His aūt sic ↄuenienter demōstratis queramus an mediū qđ est in tactu actualis pars tāgētis immutetť semp p tactū corporis cui⁹ accipit qualitates: an ēt īdiget medio exteriori. hoc enī videť. scim⁹ enī tactiuā vtutē bestia nō habitare nisi in aere vel in aqua. scim⁹ ēt q̄ nihil tāgit in aqua nisi ꝑm supficiē humidā vel humefactiuā eē. humidā ēt vel humefactiuā hēns supficiē hz aliqđ corpus humidi sibi i sup ficie adherētis. Sed oē corp⁹ hz ꝓfunditatē cū ꝓfunditas sit tertia magnitudo siue dimēsio corpis. Q̄ñ iter q̄libet se tāgētia in aq̄ itercidit mediū ꝓfundū hēns in quo q̄litas tāgētis prius est q̄ in sensu tact⁹: τ sic cū oīuz habitātiū i aq̄s vltima rep̄ta τ ↄfusa sint aq̄ oīa tāgētia in aq̄ medio extrinseco vtūtur in aq̄ p qđ fit tact⁹ ipsoꝝ: eadē aūt necessitate seq̄ť hoc in aere q: aer ēt humidus est: τ replet τ ↄfundit vltimas supficies se tāgētiū sit igiť tact⁹ nō tm̄ p mediū īntrinsecū sz ēt p mediū extrinsecū. hoc aūt est ↄ rōnē tact⁹. q: illa se ↄtingūt quoꝝ vltima sūt simul nō itercidēte aliquo alio corpe. sic igiť verus tactus nō pōt eē habitātiū in aq̄ vel in aere l. in aere magis lateat q̄ in aq̄ eo q̄ nihil est aer. sicut ēt aīalia habitātia in aq̄ vt pisces magis nos latēt q̄ in aere habitātia eo q̄ aer ē magis pulus τ minus tegit ea q̄ sunt in ipso.

Tex. τ cō. 114.

¶ Ex his igiť dubiū oriť vtrū oīum sensibiliū sm̄ vnā similitudinē sit sensus p mediū extrinsecū: an quorūdā sensuū sit aliter q̄ in alijs: sicut gustus τ tact⁹ videnť accipe sua sensata i eo q̄ tāgūt sua sensibilia corpali tactu sm̄ sua vltima. Si enī oīa sensus ē p mediū extrinsecū lz q̄dā tn̄ hoc tāgūt sua sensata: τ q̄daz nō: sed sūt lōge distātia ab ipsis τ reddunť eis a medijs q̄ prio a sensib⁹ immutata sūt: tūc oīa sensata sentimus p altera a nobis τ extrīseca media: τ tūc p mediū extrinsecū sentim⁹ durū τ molle τ alia tāgibilia sicut τ sonabile τ visibile: τ odorabile: τ nō erit dīa in hndo mediū extrinsecuz istoꝝ q̄nque sensuū sz poti⁹ in sentiēdo p mediū extrinsecū lōge vel prope: τ ꝓpinq̄tas sentiēdi p mediū extrinsecū erit cā q̄re latet q̄ q̄dā hnt mediū extrinsecū cū tn̄ hēant: sed qđ latet nō erit cā nō eēndi media. Qm̄ aūt supius diximus: si ponamus nos sentire p pellē mēbrane nobis supinductā q̄ sit adeo tenuis q̄ lateat nos oīno: q: ꝓhibet sensuz: eo q̄ pcipi nō pōt si pri⁹ sit qualitas sensata in pelle: τ p pellē in carne: sz sic lateat: tū ꝓculdubio pellis est media p quā sentimus: τ est mediuz extrinsecū sicut dixim⁹ de aqua τ de aere. Videmus enī nunc tāgere oīa q̄ tāgi pnt: τ nihil in sensu tactus videť eē per mediū: cū tn̄ iter vltima tāgētiū itercidat humidū aeris τ aque: quo repleta sunt vltima tangētiū: sicut diximus supra. videť igiť mediū extrinsecū habere sensus tactus. Sed ad hec oīa dicimus soluentes: q̄ in veritate ita est q̄ humido aque vel aeris se tangētia hnt inter suas supficies itercidēs aliqđ humidū corpus: sed tn̄ hoc nō est mediū necessariū ad sensum: sed accidit. Et in veritate est adeo tenue τ ita adherēs se tāgentibus q̄ vno tactu numero tāgit illud medium τ imutat sensum: τ iō tāgit p illud: nō sicut p mediū: sed sicut p aliqđ accidētaliter sibi circūpositū.

Tex. τ cō. 115.

¶ Et iō differt hoc medium a medio qđ est in speculatiuis sm̄ visum τ in sonatiuis sm̄ auditū: qm̄ in visu. in auditu τ olfatu fit sensus: ita q̄ nos i eis facimus nobis mediū aliqđ qđ agat in organū: τ ab obiecto agať in ipm̄. Et iō in illis sensibilib⁹ mediuz aliquo mō sm̄ intētionē sensibilis agit in nos sensibile qđ i ipm̄ egit forma sensibilis. Nō qdē tēporis prioritate q: in momēto precipue in visu imutať τ mediū a visibili τ visus a medio: sed tamē est tibi prioritas cause: qm̄ sensus nō imutať: nisi causaliter imutatū sit mediū: τ hoc mediū necium est ad sensum. Sed que sentiunť vel sentiri possunt in gustu τ tactu: nō requirūt mediuz extrinsecū ꝓpter esse sensus: sed per accidens vel ad bene eē sensus: ad bene esse quidē gustus sicut diximus: p accidens aūt tactus pp ↄfusionē vltimoꝝ ab humido aque vel aeris. Et ideo tangibilia nō sentiunť a medio sicut fit in sensibus visus τ auditus τ odoratus sed potius sentiunť simul cum medio qđ infundit vltima. Et hoc simile est clipeato qui percutitur: nō enim sic percutiť clipeus q̄ clipeus percussus vlterius percutiat hoiem: τ reddat sibi percussionez sed potius simul vno ictu percutiť clipeus τ clipeatus: τ ita est in his que se tāgunt in humido aque vel aeris. Hec igitur que hic dicta sunt: snīa est Aristotelis sm̄ veꝝ τ subtiliorē intellectum eoꝝ que dicit in secundo de anima de tactu.

¶ Cap. 33. Et est digressio dicens intentiones Alexandri: Themistij Auerrois et Auicene.

Sed Alexāder et Themistius hic diuertetunt a veritate et errauerūt. Opinati sūt enī Arist. dixisse nō eē tactū habitātiū in aere et aqua nisi p mediū aerē vel aquā tanq̄ tact⁹ indigeat medio extrinseco: et tūc negāt hoc de rōne dicti Aristo. opponētes q̄ tactus aīaliū in aere et aqua sentit qualitates aeris et aque sine medio et ita nō fore medium nec iūm semp in his q̄ se tangūt in aere vel in aqua: et intelle ctā hūc etiā multi modernoꝝ vel latinoꝝ habuerūt ante hec tēpora sequētes Alexādri et Themistij errorē. Sed ꝯ istos ē sniā Auerrois dicētis q̄ locus et locatū similia sunt h̄z nām: et iō habitātia in aqua nō sentire dicit qualitates aque h̄z q̄ est locus ꝯnālis talib⁹ aīalib⁹: et idē dicit de qualitatib⁹ aeris et in aere habitātib⁹: cū aūt intēdunt q̄litates istoꝝ elemētorū et efficiunt dissimiles aīaliū qualitatib⁹ que habitāt ī eis hoc nō fit nisi vt dicit p admixtionē corpoꝝ calidoꝝ vel frigidoꝝ cū ipsis. Et inter pducit suū sermonē q̄ dicit aquā non calefieri nisi p admixtionē corpoꝝ calidoꝝ: et est rō sua: q̄ frigiditas est nālis pprietas aque sicut caliditas ignis: et ideo manēs aqua pura nō deserit frigiditatē vt dicit. ¶ Nos aūt nullatenus hoc credimus fore veꝝ: q̄ nos videmus oculis aquā calefactā p seipsam redire ad frigiditatē: et hoc nō face ret nisi in nā sua frigida eēt: cum nihil videamus separari ab ea non oꝫ redire ad frigiditatē q̄diu est cōmixta corporibus illis calidis. Adhuc aūt f̄m eū nunq̄ alteratio fit in simplicib⁹ elemētis: que mutatio est f̄m solā qualitatē: que oīa absurda sunt pp q̄ dictū suū nō credimus eē veꝝ. ¶ Bene enim dixerūt Alexā. Themi. et Auic. opinātes qualitates aeris et aque sentiri sine medio extrinseco: h̄z nō subtilr Aristo. dicta intellexerūt: q̄n opinati sūt Aris. intellexisse tactū medio extrinseco indigere. Quid aūt sit mediū in tactu: posterius dicet. Q̄d aūt dicit Auerrois q̄ similia p tactū non sentiant: et q̄ locus et locatū similes hūt qualitates in parte est veꝝ: et in parte falsam: cū aūt oīs passio primo sit dissimiliū: postea facta mutatiōe sit similiū: et sensus est passio quedā. opꝫ q̄ oīs sensus primo dissimilis sit: et tūc suū sentit p obiectuꝫ imutationē. Facta aūt imutatione cū sensus est similis rei sensate in specie sensibili et tūc nō sentit se imutari sed iam pfectius iudicat de sensibili: cui⁹ apud se spēm h̄z: et ita est de tactu q̄ diu ei qualitates tactiue qualitatib⁹ aīalis tangētis dissimiles sunt tūc sentit hoc q̄d tangit. si aūt penetrauerint et informauerint carnē et cetera mēbra tāgētia. tūc nō sentiunt amplius. ¶ Et hui⁹ signū est q̄ febricitātes sentiūt calorē innaturalem eo q̄ excedit calorē cōplexionis: sed ethicus q̄ maiorem q̄ febricitās h̄z calorē nō sentit eū q̄ informat mēbra et factus est quasi nālis: et sic est in omni passione et omni sensu. ¶ Q̄d aūt dicit locū et locatū similes hīe qualitates: nō oīno veꝝ ē: q̄ loci qualitates sunt q̄litates simplices. et locati qualitates sunt cōposite. Probatū aūt est in lib. pigenescos: q̄ qualitates mixtoꝝ sunt reducte ad mediū: et qualitates simplicium sunt in excellētia. ¶ Et si dicat q̄ simplicia in locis generatorum cōpositoꝝ nō sunt simplicia sed permixta videt hoc esse nō oīno veꝝ: q̄ lꝫ permixta sint nō tñ hūt talem permixtionē que miscibilia ducat ad medium: sed potius in qua vnū elementū suis in qualitatibus saluatum est. sed nō est oīno depuratum ab altero q̄d euaporabiliter eleuatur in ipso.

Opio Auerrois in co. 115.

Improbatio.

Opio ppria.

Solo ad mo[...] Auerrois

Q̄ febrientes febre ethica [...] habeant ma[...] rem calorē [...] huētib⁹ feb[...] putrida nō [...] tiūt calorē [...]

Nō oīs p[...] [...] elementa [...] sensib⁹ in loc[...] generatoꝝ simp[...] ctare tollit [...] ipsis.

¶ Cap. 34. De medio tactus q̄d sit et quot modis dicatur.

Tex. et cō. 116.

Omnino aūt videt caro et extremitas in lingua in gustu: et sic p oīa se habere in mediādo: sicut se habēt aer et aqua in visu et auditu et olfatu: in oībus eniꝫ sensib⁹ gnāliter videt ꝯuenire. q̄ illius nullus sit sensus quo sicut istrumēto sentimus q̄n sine medio tangit a sensibili primo vt si quis ponat corpus albū in oculi vltimo quo videmus sicut istrumēto q̄ est humor crystallinus siue glatialis manifestū est igit ex hoc q̄ possibile tāgi q̄d est instrm tactus est intus sub carne: et tñ nō est caro ipsa: q̄ sit necesse est accidere in tactu sicut in alijs sensibus. sensibilia eni apposita sine medio sunt id quo sentiūt aīalia sicut instro nō sentiūt sed tangibilia posita sup carnē sentiunt ergo caro erit mediū in tactu et nō instrm. cā aūt quare nō sentiunt instra nisi a medio hoc est q̄ in istrumēto est vis sensitiua et hoc nō accipit nisi spem in omni sensu: et iō opꝫ q̄ in organo nō sit nisi spēs: et ideo non pōt fieri tactus corporis f̄m nām sensus: sed opꝫ q̄ spēs sit in medio et a medio fiat in instro sed hoc videt fore mirabile: cū omni terranti p experimentū cōstet neruos fore magis sensibiles q̄n tāgunt a sensibus q̄ ipsaꝫ carnē q̄d est ꝯ predicta. Adhuc aūt p anathomiā pbatū est q̄n caro nō h̄z sensuꝫ nisi sibi ministratū a neruo: et iō videt snia inducta eē falsa nec solū in carne sit sensus: sed in ossibus q̄busdā sicut in dentibus sicut experimēto pbat: et iō Auic. et multi alij hāc sniam Aristotelis imitari cōtēpsecunt et dixerūt carnē neruosam eē organū tactus et nō esse in tactu sicut in ceteris sensibus: q̄n tactus nō tm est vis quedā et potentia sensitiua aīe. sed ē forma que facit alias eē. q̄n nullū animal est sine tactu: et omne q̄d h̄z tactū est aīal: et iō tactus nō est in vno mēbro sed est in multis sicut oīs forma substātialis actū quē h̄z eēntialē operatur in tota mā et nō in vna eius parte tm. et iō dicūt tactum nō habere mediū aliq̄d cui⁹ adhuc inducūt rōnē: q̄ s. animal sentiēs ex tangibilib⁹ cōponit et ex illis saluat et corrūpit: et iō opꝫ q̄ sine medio eisdē ꝯiungat: nos aūt veritatē saluare cupiētes et reuerentiā exhibere Aristo. principi phoꝝ dicamus carnē eē mediū tactus: sed carnē gnāliter vocamus id q̄d vere caro est: vel id q̄d est simile carni. simile aūt carni dicit⁹ tripliciter accipi: vno q̄dē modo mēbꝝ q̄d loco carnis est in aīalib⁹ sanguinē nō hūtib⁹: alio aūt modo dicit caro vel simile carni id q̄d vicinat medietati et equalitati cōplexionis que est in carne: sicut dētes: et iō dētes crescunt in his in q̄b⁹ alia ossa nō crescūt: et experimētū hui⁹ est q̄ ei q̄ dētes superiores vel iferiores hūt extractos ille videbit dētes illis oppositos sup alios ꝓlongari: et hoc nō eēt nisi crescerēt p nutrimentū: videmus enim in senib⁹ q̄busdā dentes extractos crescere: q̄d nō fieret nisi eēnt vicini carnis cōplexioni q̄n caro sola est que insluit et essluit p nutrimētū restaurata p totā vitā aīalis: et ideo dixit Galenus et Auic. q̄ dētes hūt medioꝫ in tactu sicut et caro pp q̄d etiā mēbra mollia quoꝝ cōplexio ad equalitatē carnis nō accedit nō sentiant sicut epar et cerebrū et hmōi: et si aliq̄n in eis sentit dolor hoc est in panniculis q̄ sūt circa substātias eoꝝ. Tertio aūt modo dicit sile carni q̄d carni est cōmixtū sicut nerui. nō enim pōt eē q̄ nerui multū immixti carni nō multū sunt siles carni cū ex corde vel codē trahant nutrimētū: cui⁹ signū est: q̄ nerui in vtroq̄ fine ꝯiuncti ossibus sicut nerui qui vocant funes siue ligamētū ossiuꝫ pp similitudinē quā habēt ad ossa nō sentiūt: dicimus igit neruos sensitiuos in loco vbi sensum habuerūt nō sentire sine medio tangunt a sensibili: et hoc est in loco vbi a cerebri anteriori parte oriunt: illi eniꝫ cōplexionē carnis nō habēt: sed potius cerebri vnde oritur sensus: alibi aūt vbi carni immixti sunt et medietati carnis vicini sensum habēt: q̄ illi sunt plus habentes rōnem medij in tactu q̄ organi rationem.

Opio Auic. d[e] organo tact[us]

[...] q̄ [...] cerebrū [...] [...] nō [...] [...] nutrimētū

¶ Cap. 35. Qualiter se habet tactus ad tangibilia.

Tex. cō. [...]

Nunc aūt ea que tāgi pōt que tāgibilia vocamus differētie corporis pōici f̄m q̄ est corp⁹ phicū: dico aūt illas eē differētias tales quales eas qualitates q̄ elemēta adinuicē distinguūt et determināt. s. calidū et frigidū et humidū et siccū de q̄bus prius in scdo pigenescos vtrim⁹ vbi tractatū est de elemētis: id aūt quo sentim⁹ sicut organo in quo situs est sensus q̄ vocat tactus: pmo est potētia hmōi pars: post alterationē aūt a sensibili factā est actu hmōi. ¶ Sētire est enim q̄dā pati: et iō faciēs et agens sensum ad similitudinē sue speciei est actu et patiēs ē potētia habēs formā agētis: et cū oporteat oēs partes aīati corporis eē mixtas ex tāgibilib⁹ differētijs: necesse est q̄ organū et mediū in tactu aliquo modo habeāt istas qualitates et f̄m q̄ h̄z eas nō suscipit eas: q̄ nihil suscipit id q̄d iam h̄z: et si igit h̄z eas ad equalitatē medij reductas hoc mō nō suscipit eas: et iō nullus oīno tactus sentit qualitates sibi p oīa siles: sed tactus prius m⁹ est excellētijs illaꝝ qualitatū: ideoq̄ꝫ in potētia est ad illas excellētias et illis imutat a tangibilib⁹: et ideo tact⁹ simile sibi calidū et frigidum et durū et molle et reliqua nō sentit: sed excellētias tangibiles ipse sensus exstat in medietate quadā cōplexionis inter sensibiles ꝯrietates: et iō nō discernit sensibilia tactus: q̄ mediuꝫ neutrū est extremoꝝ et cū priuatū sit vtroq̄ modo potētia est vtrūq̄: et iō discretiuū est ipsoꝝ ad vtrūq̄ enim ipsoꝝ cōparatū est sicut alteꝝ: q̄ mediū cōparatū extremo est extremū

Tex. cō. [...]

etiam cū extremo sit priuatio que pōt immutari ad suū oppositū hoc modo cōsiderarū id quo tāgimus pōt immutari ad sensum ab extremorū vtroqz. ¶ Et opz eē in tactu sicut ē i visu.

Tex. c cō. 119.

Id enim quo sentim⁹ in visu albū ꝛ nigrū.nec albū nec nigrū est in actu sed vtrūqz potētia ꝛ sic est in oīb⁹ alijs sensib⁹. ꝛ ita est in tactu ꝙ id quo sentimus nec frigidū nec calidū est excellēter sed mediū qđ est in potētia vtrūqz ꝛ actu neutruz.

Tex. c cō. 120.

At vo obijciet forte aliquis ꝙ ea que dicta sunt eē vera nō pñt: q2 idē numero in vno idiuisibili tpe nō pōt simul moueri ꝯrarijs motib⁹: ꝯstat aūt ꝙ iudicās de sensib⁹ opꝫ moueri ab ipsis sensibus iudicans igiꭍ de albo ꝛ dulci: vel de albo ꝛ nigro qñ eadē vel altera sunt: opꝫ ꝙ simul moueaꭍ motu forme vtriusqꝫ: hoc aūt impossē videꭍ. si eni dulce sit hoc est ſm ꝓprietatē forme sue mouit sensum ꝛ intelligētiā: amaꝝ mouebit vtroqꝫ modo vel motu ꝯrio ꝛ albū ꝛ iterum mouet ſm aliū: formationis aūt diuersitas oritur a formaꝝ ꝯrietate ꝛ sic idem numero ꝛ indiuisibile moueꭍ in tpe indiuisibili motib⁹ cōtrarijs formaꝝ qđ est impossibile. Et iꝫ hoc vno verbo soluere possumus dicētes ꝙ forme nō habent contrarietatē nisi prout sunt in mā per esse materiale ꝛ intētiones ꝯrioꝝ in anima accepte nō sunt ꝯrie: ꝛ ideo in eodem esse possunt tū q2 intēdimus ad plenuꝫ declarare q̄liter sensus cōis vnus ꝛ nō vnus sit: aliter soluimus inductaꝫ dubitationē: ꝛ pmo volumus dare solutionē ad hoiem postea aūt solutionē verā que demōstrat veritatē nature sensus cōmunis. Dicimos igiꭍ primo ꝙ sensus cōis est qđdā inseparatum ꝛ indiuisibile est iudicium eius ꝛ in tpe idiuisibili ſm suū subiectū: esse aūt suū est diuisum ꝛ separatum. Cōtingit igiꭍ dicere ꝙ quodāmodo inseparatū ꝛ indiuisibile sentit diuersa ꝛ separata: ꝛ cōtingit dicere ꝙ diuisum ꝛ separatū quodāmodo aliu modo est illud qđ sentit diuisa ꝛ separata: dicimus eniꝫ ꝙ nullius sensibilis iudiciū pficiꭍ in organo ꝓprij sensus qui recipit illud sensibile sed oēs particulares nerui qui ad organa proprioꝝ sensuuꝫ diriguntur: ꝛ cōcaui sunt ve in eis discurrat spūs qui est vehiculum virtutis sensitiue dirigunꭍ ad anterioꝛē cerebri partē que medietas quedam est ꝛ symphoniace cōposita ad oia sensata propria ꝛ nullū hꝫ sensum potentē oēs suscipere ꝛ ibi est organū sensus cōmunis: ꝛ ab illius vnitate sensibilis virtus que est sensus ꝓprio eo ꝙ est finis sensuū est vna loco ꝛ subiecto: sꝫ pluralitate formaꝝ particulariū sensuū est plures. Omnes enim ꝓprij sensus emanant ex ipso.

Tex. t cō.

¶ Et dicemus tunc soluētes inductaꝫ dubitationē ꝙ nō est incōueniens: ꝙ id qđ est vno mō vnuꝫ ꝛ aliu modo plura sentiat diuersa ꝛ cōtraria. Ista aūt solutio iꝫ impediat obiectionē quo ad hoiem nō tū soluit inductam dubitationē quo ad materiā sensus cōis. Idem enim subiecto ꝛ indiuisibile est potētia habēs cōtraria: ꝛ si intelligaꭍ diuisum per subm: adhuc potētia hꝫ cōtraria: ꝛ ideo cōtraria potētia insunt ei qđ indiuisum subiecto ꝛ ei qđ est diuisum: sed esse eius qđ actu hꝫ ꝯria nō pōt esse indiuisum subo sed opꝫ ꝙ diuisum subto sit. Cōtraria enim actu nō pñt in subto eodē esse: ꝛ iō in eo ꝙ agit aliqd p formas ꝯrioꝝ opꝫ ꝙ sit diuisum: igiꭍ impossibile est albū ꝛ nigruꝫ esse simul in eodem subiecto: ergo nō pōt aliquid pati per receptionē speciei eoꝝ actu vnū ꝛ indiuisibile subto sed ſm prius habitā solutionē sic se habēt sensus cōis ꝛ intelligentia: qñ vel quādo habent species ꝯriau ꝛ diuersoꝝ. dictū est eniꝫ ꝙ sunt vnū subiecto: ꝛ plures ſm formas deriuatas ab ipsis nō ergo conueniens fuit dicta solutio. Cōuertemus ergo sermonē ꝛ dicem⁹ qñ sensus cōis est sicut terminus sēsuū particulariū ꝛ q2 terminus est forma apprehēsio enim diuersoꝝ sensatoꝝ est ad hoc finaliter vt discernatur cōuenientia ꝛ differētia que est inter ea. ꝛ q2 terminus talis ꝛ finis est forma ideo dicem⁹ sensum cōem essentialiter ꝛ formaliter vnum ꝛ indiuisibiꭍ esse: ꝛ p subia particularia ad que dirigitur virtus eius esse plures.

Tex. t cō.

¶ Eo modo quo mathematici quidā dicunt punctuꝫ in circulo quo diciꭍ eē cētrū vnū in subia ꝛ forma: nō tñ quātuꝫ duo sunt q2 sic in se indiuisibile est ꝛ nō ex diuersis cōpositū ꝛ hoc modo nō discernit nisi vnū qđ est mediū circuli p hoc aūt ꝙ ipm substātialiter est mediū circuli est ipm principiū equalitatis lineaꝝ ꝓtractaꝝ ab ipso ad circūferentiā sic vno ꝛ vnū ꝛ multa discernunꭍ. Oportet enim vnū eē p subiam ꝛ formā

per qđ

per qd̄ indicat in oībus eq̄litas: ⁊ opʒ ipm eē plura per hoc ꝙ est pluriū qbus sua medietas dat eq̄litatē ⁊ sic diuidit̄ q̄damō per attributionē ⁊ influentiā: ⁊ nō per subaʒ ⁊ formam qm̄ suba vna est: ⁊ forma mediās que est cā eq̄litatis vna ē: fm̄ tn̄ ꝙ diuidit̄ nō vnū est: qa ⁊ sic bis vtit̄ eodē signo: hoc enī mō significat diuisionē diametri in pūcto qd̄ est cētrū ⁊ ē attribuens vni semidiametro eq̄litatē ꝑ hoc ꝙ est ei⁹ pn̄m: ⁊ eq̄litatē attribuit alteri ꝑ hoc ꝙ est ei⁹ finis: ⁊ iqūātū sic vno termīo vt duob⁹ vtit̄ indicat enī duo qa index est eq̄litatis duaꝝ semidiametroꝝ ⁊ sic sepata sūt vt q̄ dā separato diiudicata. Inquātū vo est vnū in forma ⁊ suba mediationis: fit iudiciū vni⁹ ⁊ multoꝝ vnitoꝝ vno q̄dā ⁊ sl. Uni⁹ enī totius circulatiōis iudiciū est vnū cētrū. ⁊ multaꝝ lineaꝝ equaliuʒ est iudiciū ꝑ vnicā cētri mediationē: eo ꝙ illa cā vlis est oīs eq̄litatis que est in lineis ab eodē cētro ad circūferētiam ꝑtractis. Sic omni eodē mō dicimus sensuʒ cōeʒ formalē pn̄cipiū oīuʒ sensuū particulariū: ⁊ eē forma a qua est īfluētia i oīb⁹ ꝓprijs sensibilib⁹: ⁊ eē vnū in suba ⁊ forma sensibilitatis: sʒ distictū per hoc ꝙ īfluit particularib⁹ organis particulares sensus: ⁊ ꝑut dirigit sensuʒ huic vel illi ꝓprio organo: ⁊ sic iudiciū diuersoꝝ sensibiliū per hoc qd̄ dicit ea eē altera vel eadē adinuicē est per vnū in forma ⁊ substantia: ⁊ per diuersa per hoc ꝙ illud vnū aliqd attribuit̄ diuersis ⁊ influentiā hʒ super diuersa: ⁊ hoc nō dicitur diuersuʒ nisi per hoc ꝙ est diuersoꝝ: simpliciter tamē vnum ⁊ indiuisum est.

¶ Cap̄ xz^m. Et est digressio declarans qualiter sensus communis est medietas omnium sensuum.

Ortasā aūt obijciet aliqs ꝯ ea que dicta sunt dicēs ꝙ oē mouēs formale est ad id qd̄ mouetur ab ipso: mouet aūt sensus ꝓprius cōeʒ eo mō q̄ ipse mouet̄ a sensibili: nō enī eēt iudiciū sensatoꝝ ꝓprioꝝ in sensu cōi dicente ea altera eē vel eadē nisi ad ipʒ trāsiret a sensu ꝓprio cui prius occurrit. videt̄ igit̄ sensus cōis eē maior q̄ ꝓprius. Oē enī recipiēs recipit fm̄ potētiā maīē: sic in aīabatis sepe determinatū ē: opʒ aūt ꝙ sensus cōis recipiat eadē qb⁹ discernit ⁊ iudicat. recipit aūt secūda receptiōe: videt̄ igit̄ maior esse q̄ sensus ꝓprius: qui p̄ma recipit receptiōe. ¶ Adhuc aūt si sensus cōis oīuʒ ꝓprioꝝ sensuū recipit sensata ⁊ nihil recipitur nisi qd̄ hʒ aliquā cōicātiā cū recepto: sicut visus q nō recipit nisi colorē pp cōicantiā quā hʒ cū ipso: ⁊ nō recipit sonuʒ eo ꝙ nullā hʒ cōparationē cōicātie ⁊ ꝓportionis ad sonum: tūc videt̄ sensus cōis esse cōpositū qd ex oīb⁹ armonijs sensuū ꝓprioꝝ: est q̄ maīs: qa cōpositio: cū omni sensu pticularī: ⁊ sic videt̄ iteꝝ nō eē vera prius īducta solō. Nō enim pōt dici ꝙ sensus cōis sit cōis p mā dā ꝑdicari cōiter de oī sensu ꝓprio: qa ⁊ sic eēt sensus cōis aliqd de rōne sēsus ꝓprij: ⁊ nec posset diffiniri sensus ꝓpri⁹ nisi in diffōne sua poneretur sensus cōis: sic hoīs diffinitio in se hʒ aīal qd̄ est ꝑdicatum cōe de hoīe: hoc aūt nā ē veꝝ: sicut per se pʒ cuilibet. ¶ Propter hoc dicim⁹ ad hoc ⁊ his silia oīa ꝙ sensus cōis ē vna nūero forma que est vlis nō vt ꝑdicabile: sʒ sic cā formalē ꝑhēs ea que oriunt̄ ex ipsa: sicut archetectonica ꝑhet formā domus. Sicut enī a principio diximus aīa est sup nāʒ totā corporis: ⁊ ideo ip̄rimit ⁊ īfluit in totā nām corporis suas ipressiōes ⁊ suas vires absq eo ꝙ ip̄rimat̄ sibi aliqd a nā: ⁊ ideo nā non agit in nāʒ nisi ēt agat̄ ⁊ patiat̄ ab ea. Oē eniʒ mouēs pbice mouet̄ eo ꝙ in ordine vnū pbicū non supponit̄ alteri pbico: sʒ aīa cū sit incorporea agit in nām ⁊ nō patit̄ ab ipsa nā sic ēt diximus supra: ⁊ iō p̄mū augēs qd̄ est virt⁹ aie nō auget nec alterat̄ augmētoꝝ sicr est is oīb⁹ sicut de p̄mo digerēte. Silr aūt p̄mū sentiēs nō qdē in tpe sʒ nā: hoc est in quo p̄us saluatur tota virt⁹ sensitiua est sensus cōis qui est origo sensuū ꝓprioꝝ ita ꝙ ab ipso deriuant̄ sensus ꝓprij: ita ꝙ nō eē cōstituit̄ ab eis: nec aliqd sui eē hʒ ab eis. Et qd̄ dicit̄ ꝙ sēsus ꝓprij mouēt ipm falsuʒ est oino: opʒ enī ꝙ sensibile ꝓpriū spirituali⁹ ⁊ simplici⁹ fiat in sensu cōi q̄ in ꝓprio: ⁊ hāc maioreʒ simplicitatē nō dat ei sensus ꝓpri⁹: sʒ poti⁹ cōis. In ipso eniʒ est spūs lucidus q est vehiculū ⁊ instrm ipi⁹: ⁊ ille ꝑut est instrumētū sensus cōis ꝯfert ei maiorē simplicitatē: sic lux colorib⁹: ⁊ in tali actu ⁊ forma facta sensibilia ꝓpria ptigūt ad organū sensus cōis: ⁊ tūc indicat de eis. Nec pōt dici ꝙ aliqd corporeū oino cōferat eis agere in organum sensus cōis: eo ꝙ forme corporales sunt ipsa sensata: nō separate ab appendicijs materie: ⁊ ideo corporale agēs qd̄ tn̄ est instrʒ ei⁹ qd̄ est incorporeū: hʒ ꝙ dat eis agere in organū sensus cōis: qd̄ formali⁹ est q̄ organa sensuū ꝓprioꝝ ⁊ hoc est qd̄ intēdit dicere Aug. q dicit ꝙ corporales forme nō mouēt aiam sed poti⁹ talib⁹ formis factis in corpore aīa luce sua facit eas in seipsa. In tali aūt ordīe mouētiū ⁊ motoꝝ id qd̄ vltimo mouet̄ formalissimū est oīuʒ: ⁊ p̄muʒ mouēs oīum mālissimū: ⁊ hoc iō est: qa in tali ordine scdm mouēs nō accipit virtuteʒ motiuā a p̄mo mouēte: sed ab alio qd̄ est aliqd eius qd̄ mouet̄. sed in his in qb⁹ scdʒ mouēs accipit virtutē motiuam a priori mouēte: veꝝ est ꝙ vltimū motū est mālissimū oīum: ⁊ minus hn̄s dignitatis ⁊ simplicitatis cū aūt aīa rōnalis sit supra nām ⁊ īfra intelligētiā. erit aīa sensibilis īfra rōnē ⁊ supra nāʒ sicut aīa vegetabilis infra sensibilē ⁊ supra nām. ⁊ ideo ipsa est suba ⁊ forma quedā hn̄s vires multas. quaꝝ quidē ipsa sensibilis vis est potētia a generatiōe ꝑfecta habitū cōnatur ali sibi: qui habit⁹ est inchoatio quedā ⁊ armonia oīum sensibiliū formaꝝ: sicut in gn̄e ē inchoatio ⁊ armonia oīum dr̄aꝝ illius gn̄is: ⁊ illa potentia sic habitu cōnāli perfecta oīa sensibilia hʒ potestate ⁊ actu nullū anteq̄ distinguat̄ ab eis: ⁊ in hoc sensu dicit̄ a pho ꝙ sensus est spēs sensibiliū ⁊ intelligēs spēs itelligibiliū. Talis aūt forma vna simpler ꝑhabēs potestate ea quoꝝ ipsa est cā ⁊ hʒ ea actu quando distiguit̄ ab aliquo illoꝝ: ⁊ per hoc ꝑsolutio oīum inductaꝝ dubitationū. Et hec est cā quare Auicebron dixit spēs sensibilia esse in aīa: ⁊ nō acceptas ab extra. Mac ēt de causa dixerunt quidā virtutē sensibilē per se eē actiuā ⁊ nulli⁹ spēi esse receptiuā qa nō recte recipit eas sʒ vna spēs que est habitus potentie sensitiue distinguit̄ ad sensibilia que sunt in organis sicut distinguitur virtus vniuersalis ad particulare in qd̄ agit ⁊ circa qd̄ operat̄. De principio igit̄ ⁊ virtute fm̄ quā dicimus aīal hr̄e sensuʒ ⁊ posse sentire sit hoc modo determinatum: de alijs autem virtutib⁹ quas supra detegimus sub alterius libri principio inquiremus.

¶ Explicit Liber Secundus.

¶ Incipit Tertius de aīa qui est de apphēsiuis virib⁹ ditus

¶ Tractatus Primus de viribus anime sensibilis.

¶ Cap̄. p̄m. Et est digressio declarans libri intentionem ⁊ de imaginatione.

## In hoc aūt tertio libro

De anima intendimus certificare de alijs potētijs aīe que restant: quaruʒ prima diuisio est in apprehēsiuas ⁊ motiuas que differunt per rōnē potentie actiue ⁊ passiue quarū potētiarum non superius assignauimus drīam: quoniā potētia actiua semper sibi similis est: eo ꝙ ipsa est actus. ⁊ semp cōpleta ad agēdum: ⁊ si aliqn̄ nō agit hoc est ꝓpter defectū eius in qd̄ agit. ⁊ non pp hoc ꝙ ipsa idigeat acquirere aliqd per qd̄ ad agendū perficiatur. Passiua aūt dissīlis est sibi: qa aliquādo hʒ formā: ⁊ aliquādo nō hʒ eā: sʒ cū acqrit eaʒ per alteratiōnē: tūc pōt agere actionē cui⁹ pn̄cipium est forma que est acq̄sita per alterationem in ipsa. Nec tn̄ forma aliqn̄ datur ei a gn̄atiōe sicut superi⁹ diximus de potentia sensitiua: aliqn̄ aūt reqrit̄ p alterationē: sicut est de scīa que est ꝑfectio itellect⁹. Potētie igitur apprehēsiue gn̄aliter potētie sunt passiue: nec hn̄t principia agendi nisi per formā quā per apprehēsionē acqrūt pp qd̄ etiaʒ apphēnsiue dicuntur. Tales autē non gn̄aliter sunt omnis aīe: sed sensitiue ⁊ intellectiue tm̄. Et eaꝝ quedaʒ sūt apphensiue de foris exīntib⁹ suis agētib⁹: quedā aūt sunt apprehēsiue ita ꝙ sua agētia prima sunt ⁊ intus ⁊ ille que hn̄t sua agētia de foris sunt sensus de qb⁹ iam fm̄ ꝙ sunt vires aie expeditū est: de his aūt que sunt apphēsiue deintus nūc determinabimus. Oēs enī has siue sint partes aīe sensibilis siue sint rōnalis in ꝯsūgemus: eo ꝙ antiquoꝝ quidā oēs illas quādā partē itellect⁹ fore dicebāt: sicut in sequētib⁹ ostendet̄. Ad faciliorē autem intellectū antiquoꝝ sñie de hoc volumus loq de trib⁹ virtutib⁹ quas supra enūerauimus. s. de imaginatiua: ⁊ estimatiua ⁊ phātastica. Dicimus igit̄ imaginatiuā eē in qua imagines sensibiliū rebus sensibilib⁹ absentib⁹ reseruant̄. Hec aūt imagiatiua plus abstrahit q̄ sēsus: qm̄ sensus nō accipit formā nisi re p̄nte: ista autē reseruat

Solamo.

ueritate m̄ae rū qd̄ ē ꝯ pipa theuco. 2. de aīa com. 60 ⁊ 2 phi cō. 87. 5.

Maiorē simplicitatē quaʒ hʒ obm sēsus cōis non hʒ a sensu ꝓpo sʒ a sensu cōis: cōsiderata qa tunc vniuersitas formaꝝ eēt ex vi

Imaginatiue vnū̄ descriptio ⁊ eius dr̄a a sensu.

ea ꝫ etiā re absente ꝓpter qḋ ē ſm Auic. ꝛ Algazelē alia po tētia est a sensu cōi. Bonitas autē hui⁹ organice ỽtutis alia est a bonitate sensus: q̄ꝛ bonitas sensus est in recipiendo: ꝛ bonitas hui⁹ in retinēdo est. ꝛ pure repñtādo: pp qḋ ꝛ plu res videmus eē subtiles in discretiōe sensibiliū: ꝛ nō bñ ima ginātes. Bene aūt imaginātes ad duo disponunt: quorum vnū est in mathematicis: q̄ꝛ tales bñ distribuūt figuras cu ius est causa q̄ꝛ lꝫ in organo imaginatiōis omnia distribuan tur tamen sensibilia distribuuntur in ipso prout sunt vnita suis subiectis: ꝛ ideo non est imaginabilis sonus prout est act⁹ sonātis: ꝛ color ꝓut est q̄litas colorati: ꝛ sic de aliis: ꝛ iō qḋ principaliter in eo distribuitur est quātitas ꝛ figura pp qḋ hñtes huiusmodi organū purū ꝛ bñ cōpositū optime efficiū tur imaginatiui. ꝛ q̄ñ cū hoc subtilis sūt itellect⁹ cū bonitate imaginatiōis ꝓficiūt multū in mathematicis disciplinis. Si aūt hmōi hoīes abstrahant a motib⁹ sensuū ꝛ sūt semꝑ soli tarij ꝛ abstrahant a cura carnis ꝛ delitijs corporis efficiant ꝓphete. Mot⁹ enī mult⁹ sensibiliū suo tumultu īpedit mani festari in eis effect⁹ celestiū. Silr aūt cura carnis ꝛ delitie et sollicitudies ꝛ act⁹ multi mūdani occupāt aīaz: ita q̄ꝛ nō pōt percipe īpressiōes celestiū: q̄ꝛ aīa pp vniōnē suaꝝ potētiarū in sua sūba talē hꝫ colligationē viriū suaꝝ q̄ꝛ q̄ñ ītēdit opa tiōi ei⁹ ſm vnāquāqꝫ potentiā tūc abstrahit ab intētiōe circa alias. Cui⁹ signū est q̄ꝛ intēte cogitās aliqḋ nō aduertit ea que hꝫ p̄ oculis: ꝛ similr fit q̄ꝛ aīa occupata circa exteriora nō aduertit mot⁹ ꝛ imp̄ssiōes celestiū que fiunt in suo corpo re abstracta ab his aūt sentit talia ꝛ parat eis imagines. q̄ꝛ cōnaturale est sibi sub imaginib⁹ corporalib⁹ cognoscere ge. qḋ ipsa cognoscit: ꝛ in talib⁹ ip̄ressionib⁹ celestiū radicant il la somnia que aliqḋ signāt de futuris. Qualr aūt imp̄ssiōes tam motuū celestiū q̄ intelligentiaꝝ que sunt motores ve niant ad aīas aīalium in prima pħia ostēdet. Sꝫ q̄ꝛ hoc suf ficit est q̄ꝛ organum imaginatiōis nō opꝫ oīno idē esse cū or gano sensus cōis sed ſm esse differens lꝫ forte in substantia sit idem: ꝛ hoc magis inferius erit manifestum.



❡ Ca. 2ᵐ. Et ē digressio dclarās ea q̄ ꝯueniūt ex estimatiōe.

Ea aūt potētia que estimatiua dr̄ ab imaginatio ne differt in ipsa sp̄e que cōprehēdit q̄ñ sicut ī q̄libet aīali est determinatū ista elicit ītētiōes que in sensu nō sūt scripte nec pōt dici q̄ꝛ hoc sit sen sus officiū ſm q̄ꝛ determinauim⁹ sensatū p acci dēs in superiorib⁹: q̄ñ nāqꝫ ꝯtigit cognoscere q̄ꝛ iste est fili⁹ dionis nisi habeat notitia filiatiōis ſm qḋ ē in isto nec vnqꝫ lupus miseret itato suo nisi hēat cognitionez ꝛ hui⁹ idiuidui: ꝛ q̄ꝛ hoc idiuiduū est nat⁹ ei⁹. opꝫ ergo aliquā esse virtutē aīe elicitēz hmōi itentiōes: ꝛ q̄ꝛ nō pōt esse ima ginatio nec penit⁹ sepata ab ea. Qḋ enī nō sit imaginatio pa ret: q̄ñ ad imaginē rei solā nō sequit mot⁹ vel effect⁹. vl̄ mi nī: vel tristitie vel fuga: vel insecutio: ad estimationem aūt mot⁹ sequit istoꝝ qḋdā: vel qḋlibet: separata aūt ab ipsa pe nit⁹ eē nō pōt q̄ñ hmōi intētiōes non accipit ſm rōnē cōes ē vles sꝫ poti⁹ in hac imagine vel illa nihil cōtinens de cōi: opꝫ igit q̄ꝛ sicut itellect⁹ practicus se hꝫ ad speculatiuū ita se hꝫ estimatiua ad imaginationē. ꝛ iō hec virt⁹ nō penit⁹ app̄ hensiua est: sed ꝛ motiua est per hoc q̄ꝛ determinat ad qḋ mo uere dꝫ aīal ꝛ quo fugere pp qḋ quidā phoꝝ hāc opionez eē dicebāt qḋ tñ nō ꝯgruit: q̄ꝛ opio rōnalis aīe qdē habit⁹ est: estimatio aūt oīuz est quoꝝ est sensus sic iā ostendimus: su perius enī diximus oīa que hñt sensuz hēe motū dilatatiōis ꝛ cōstrictionis ad minus: ꝛ cū ista aliq̄ mō mot⁹ moueant ad cibū opꝫ imaginationē cibi esse apud eā: sꝫ imaginatio sola nō mouet vt dictū est: opꝫ igit ista talia oīa hēe estimationez qua moueant. Tres q̄ istos iter oēs sensus: sensuz cōez. s. ꝛ imaginationē ꝛ estimatiuā hꝫ oē aīal: qḋ aliquem vel aliq̄s hꝫ de sensib⁹ exteriorib⁹ ꝓpter qḋ supra diximus q̄ꝛ oē hñs sen suz hꝫ desideriū cibi qḋ est fames: ꝛ omne hñs desideriū hꝫ imaginationē ꝛ estimationē que nō loba sed ſm esse differt ab imaginatione sicut iā diximus: est aūt estimatiua magis actiua q̄ imaginatiua: q̄ñ elicere intētiōes est aliqḋ agere: ꝛ magis perfectū est q̄ speculari imagines solas sicut si spe culū aīatū imagines sibi imp̄ssas diceremus speculari: oēs tñ vires aīe aliquo mō actiue sūt eo q̄ꝛ oēs agūt aliqḋ opus vite sicut superius diximus cū de diffōne aīe ſm suā subam loqueremur: lꝫ aūt plus actiōis habeat estimatiua q̄ ima ginatiua tamē ꝓprietatē passiue potētie hꝫ in hoc q̄ꝛ nō agit per se sed per ītētionē quā elicit a for⁹ acq̄sita. Est āt adhuc aduertendū q̄ꝛ ista virt⁹ aīe in hoīe sicut ꝛ cetere aliq̄ ꝯiun git rōni. ꝛ tūc iuuat a rōne. ꝛ suadet ad imitādū qḋ estimat vel fugiendū: ꝛ ob hāc silitudinē sūt in hoīe ad opionē phoꝝ quidā sicut Plato eā opionē quādā asserebāt: ꝛ nō differ re in hoīe ꝛ in brutis: nisi per magis eē obūbratā in brutis: ꝛ min⁹ in hoīb⁹: sꝫ falsuz est qḋ dicūt: q̄ꝛ opio est de cōi ꝓut est in plurib⁹ estimatio aūt ſm q̄ꝛ hmōi nō recedit ab hoc indi uiduo ſm q̄ꝛ hoc est: ꝛ iō in hoīe adiuta rōne nō iuuat nisi ꝓ ut est circa hoc vel illud ꝛ tūc dr̄ ꝓprio noīe estimatio: si aūt cōpositio aīs opinio silis de plurib⁹ particularib⁹ ſm vnam intētionez in eis inuētā accepta: iā hoc nō est estimatiōis sꝫ cognitiōis experimētalis que rōnis est sꝫ rū ipsa ministrat sibi sensus ꝛ estimatio: q̄ꝛ aūt ista virt⁹ sic cōiūcta est imagi nationi: ideo organū ei⁹ ēt aut idē est cū organo imagīatio nis: aut ꝓpinquū est vnū alteri substātialiter idē existens: ꝛ ſm esse dispositionis differens sicut supra diximus.

❡ Cap̄ 3ᵐ. Et est digressio declarans naturam phantasie.

Phantasia post hoc determinātes dicimus ipsaz eē potētiā cōponētē imagines cū intētiōi bus: ꝛ intētiōes cū imaginib⁹: ꝛ imagines ꝛ in tentiōes cū intētionib⁹ ad duplicē finez qui est in particularib⁹: vnus aūt finis ē cognitio p̄ti cularis maior q̄ in sensibili aīa haberi pōt: ꝛ il lius finis est sn̄s de hoc q̄ꝛ sit id ꝛ de alio q̄ꝛ sit aliud: ꝛ sic de omni eo de quo sentētia ꝓfert per modū affirmatiōis vl̄ ne gatiōis. Secūdus aūt finis est opus qḋ intēdit ex huiusmo di particularib⁹ sicut opus in hñtib⁹ rōnē est finis artis: ꝛ q̄ꝛ talis cognitio in plurib⁹ aīalib⁹ exp̄sse apparet: eo q̄ꝛ videm⁹ ea quedā eligere: ꝛ alia quedā q̄ñ refutare: ad electionē aūt ꝛ refutatiōez ꝑrigit sn̄a ꝛ decretū: ꝛ iō multi dixerūt q̄ꝛ phā tasia est aliqḋ rōnis: nō aūt est intētio nostra verā eē electio nē aīe sensibilis sed aliqḋ silē electiōi: qḋ exp̄sse videt q̄bus dam in brutis: ꝛ in vno plus ꝛ alio min⁹: nos aūt videm⁹ ea per modū artis facere casas: ꝛ ꝓuidere cibū in lōgū tp̄s: ꝛ hu iusmodi opeꝝ opꝫ esse ꝑn ᵐ anime sensibilis potētiā aliquaz: hoc aūt eē non pōt: nisi illa virt⁹ que cōponit ꝛ diuidit ima gines ꝛ intētiōes mō supradicto: hec etiā opa nō in oīb⁹ vi demus in q̄b⁹ est imaginatio ꝛ estimatio. sed in q̄busdā que perfectiora sūt. Opꝫ igit phātasiā ſm aliqḋ esse differētez ab imaginatiōe ꝛ estimatiua lꝫ enīz oēs iste potētie passiue aīe sint ꝛ patiant a formis indiuidui: que sunt ꝑncipia cognitio nis sensibilis que forme eedē eē videnf: tñ mot⁹ passiōis nō est idē: sed est ſm differētē gradū abstractionis pp qḋ ꝛ ipse potētie nō penit⁹ sūt eedē sed sic superi⁹ dixim⁹ de sensu cōi: videt tota formalitas sensibilis ỽtutis eē phātasia: ꝛ hoc mā liter dūaꝫ hꝫ ſm q̄ꝛ inchoat ab organo vni⁹ mot⁹ eius: vel ab organo alteri⁹: ꝛ hoc mō videnf oēs iste vires anime sensi bilis esse interiores in vna essentialitate cōi ꝛ substantia dif ferentes aūt ſm esse māle in diuersis partib⁹ cerebri: in quo organizant iste potētie que oēs sunt organice: ꝛ hec est cau sa quare Arist. plerisqꝫ in locis vtit istis virtutibus tāq̄ eis dez: ꝛ equoce ponit nomē vnius ꝓ alteri⁹ noīe: sꝫ si tñ subtili ter distinguant vt hic fūt distincte: sic hñt distingui. Opꝫ aūt nō latere q̄ꝛ quādo he potētie cōiuncte sunt rōni sicut sunt in hoīe: accipiūt ordinē agēdi ꝛ operādi ꝛ regimen a rōne: ꝛ q̄ꝛ rō diuersificat ſm diuersitatē eoꝝdē de q̄b⁹ rōcinatio fit: iō opatiōes ēt phātasie multiplicant valde: quādo aūt sunt nō cū rōne tūc ipse regūt ad instinctū nāe solū: ꝛ q̄ꝛ nā vno mo do est in hñtib⁹ spēm vnā: ideo opa phātasie in oīb⁹ hñtibus spēm vnā in irrōnabilib⁹ sunt vno mō: ꝛ ideo omnis hirūdo vno mō facit nidū ꝛ oīs formica vno mō ꝓuidet cibuz: ꝛ sic de alijs ſm visa phātasie ad instinctū nāe operātib⁹: hō aūt non sic operat pp diuersa principia operis de q̄bus inquirit per rōnez. ꝛ hoc est qḋ dixerūt p̄hi q̄ꝛ idā in pħia nāli admo dum excellētes: q̄ꝛ iste ỽtutes in brutis potius agunt a nā q̄ agant: in hoīe aūt poti⁹ agūt q̄ agant: q̄ꝛ in hoīe nā instī aīt tm̄ subseruit eis: in brutis aūt ſm aliqḋ mouet eas poti⁹ q̄ moueant ab eis: ita etiā vis est que multū ipedit itellectum eo q̄ꝛ nimis occupat aīam cōpositiōe ꝛ diuisiōe imaginatio nū ꝛ intētionū quaꝝ magna copia est apud eā: ꝛ non tm̄ pōt cōponere accepta a sensib⁹. sed etiā fingere his similia: ꝛ q̄ꝛ intellectus ꝑceptiones vt frequenter sunt siles imaginatio

nib⁹ ꝛ

nib⁹ ⁊ fictionib⁹ pbātaſie ideo quādo miſcet cōcepta imaginibus ⁊ intētionibus plerūq; generat deceptionē ⁊ errorem. Maxime aūt quādo aliqd de celeſtibus ⁊ diuinis itellectui imprimit: ⁊ hec eſt cā ꝙ ſomnia que ſunt ꝓphetie futurorū: plerūq; applicata ad imagines ſiunt illuſiones ⁊ dānatiōes. Sed quādo applicat cōceptibus intellectus: imaginatiōes ⁊ intētiōes cōgcuas tūc adhuc indigēt interꝑtatiōib⁹ pp cōpoſitiōes imaginationū ⁊ intētionū: eo ꝙ nō ꝯueniūt conceptib⁹ diuinis ⁊ celeſtib⁹ imagines ſenſibiliū ⁊ intētiones: niſi ſm metaphorā. De his aūt in ſcia de ſomno ⁊ vigilia dicemus. Multa vo ſūt aīalia hāt potētiā nō būiliꝫ: cuius cauſa eſt cerebri defectus in talibus aīalib⁹ vel diminutio. Totum enim cerebrum talium parūper differt a medulloſa natura ſiuida in qua eſt ſenſus ⁊ tenuis imaginatio: ⁊ ideo ſpiritus iſtoꝝ non depurantur. ⁊ cerebrū eoꝝ non confortat ad huiuſmodi operationes animales perfectas.

Nō qꝫ qui de diuinis intellectum aliqd imprimit cōtigit ſibi illuſio et deceptio.

¶ Cap. 4m. Et eſt digreſſio declarans ꝙ omnes vires anime ſunt organice ⁊ agant mediante corpore.

Omnes autē dicte vires ate ſenſibilis organice ſunt: ⁊ per inſtra corporalia ſuas opatiōes perficiūt: ⁊ hoc qdē de ſenſib⁹ que apphendunt de foris oſtēdere nō eſt difficile: qm iā habicuꝫ eſt ꝙ illi nō apprehēdūt niſi per rei ſenſibilis pſentiam ſenſibilia aūt corpora ſunt: corpus aūt nō eſt pſens niſi corpori: ad virtutē eni incorporeā nō exigit preſentia ſm ſitū ⁊ locū nec operat in ipſa aliqd ꝓpinquitas localis vel remotio: ſicut apparet in itellectu ⁊ itelligibilib⁹: ſit ḡ conſtat ꝙ ēt virtutes ſenſibiles ſūt in corpore. cui ēt res ſenſibilis pūtiaſr in ſitu ⁊ loco opponit de virtutib⁹ aūt interioribus que ſunt imaginatio eſtimatio ⁊ phātaſia ideꝫ conſtat: qm in oīb⁹ illis eſt apphenſio forme ſingularis ſm ſitū ptinꝫ eius: ⁊ liniamēta: ⁊ quātitatē cui⁹ deſcriptio ⁊ pictura nō poteſt eſſe niſi in iſto corporeo: qꝺ ſic ꝓbat. Imaginemur enim quadratū. a. b. c. d. ⁊ adiūgamus eidē duo q̄drata per oia illi equalia ⁊ oīno ſīlia: quoꝝ vnū ſit. e. f. g. h. adiūctū ei in angulo. a qui ſit angulus dexter q̄drati pꝛius imaginati: ⁊ alterū ſit. i. k. l. m. adiūctuꝫ pmo quadrato in angulo. b. qui ſit angulus ſiniſter ⁊ ſtatuamus iſta tria quadrata in imagiatiōe noſtra ſicut hic vides ea fore depicta: quero qualr apphendit vnū hoꝝ eē a dextris: ⁊ alteꝝ a ſiniſtris: ⁊ tertiū fore mediū cui duo adiūgunt. aut eni hoc eſt ex ſubto in quo diſtribuunt: aut ex ipſis q̄dratis: aut ex cōparatione q̄dratoꝝ ad aliqd extra: nō aūt pōt dici ꝙ ſit ex cōparatiōe quadratoꝝ ad aliqd extra: qꝛ ſepe imaginamur hoc qꝺ nō cōparat ad aliqd extra ſicut chimerā ⁊ ſilgārē ⁊ trigelaphuꝫ: ⁊ alia multa mōſtra que imaginātes fingimus. Si aūt dicat eē ex ipſis quadratis aut erit hoc ex eēntia ⁊ figura quadratoꝝ: aut ex aliquo accn̄te nō aūt pōt eſſe ex ipſis q̄dratis qꝛ iſta ſunt vni⁹ rōnis ⁊ equalia per oīa ⁊ ſīlia ita ꝙ nulla inquātū talia cadit inter ea diuerſitas. Si aūt dicat eſſe ex aliq̄ accidēte qꝺ accidit eis aut hoc erit accn̄s ſeparabile: aut ſeparabile. nō aūt pōt eē ex accidēte iſeparabili qm accn̄s iſeparabile cauſat ex eēntialib⁹ ſui ſubti ⁊ quoꝝ eēntialia eadē ſūt hoꝝ accidēs iſeparabile eſt idē: eēntialia aūt triuꝫ q̄dratoꝝ p oīa ſūt eadē ⁊ ſic pp accn̄s iſeparabile nō pōt eē dicta q̄dratoꝝ imaginata diuerſitas. Si aūt dicat ꝙ hoc ē accn̄s ſeparabile: tūc intelligat illud nō ineē: ⁊ cū illud ſit cā diuerſitatis in magnitudie tūc iā nō imaginabimur vnū fore dextrum ⁊ alterū ſiniſtrū: qꝺ oīno falſuꝫ ē: qꝛ adhuc ſtat imagiatio ſic ꝑus: qꝛ dicta q̄drata ſic ponunt eē ꝯiūcta. Remanet igit ꝙ hoc ſit ꝓpterea ꝙ tali mō diſtribuunt in organo imaginationis: qꝺ eſt cerebrū. In quocūq; aūt forma ſub differētijs ſitus depingit illud eſt corp⁹: ḡ organū imaginatiōis eſt corp⁹. ſi autē forte aliqs dicat ꝙ iſta ſitus diuerſitas per dextruꝫ ⁊ ſiniſtrū: ⁊ mediū ex intellectu eſt attribuēte eis rōnē dextri ⁊ ſiniſtri ⁊ medij hoc cōſtat eē falſuꝫ: qꝛ intellectus dextri ⁊ ſiniſtri vniuſis eſt: ⁊ nō attribuit huic vel illi niſi per ſitū particularem quo illud eſt dextrū: ⁊ illud ſiniſtrū ⁊ tertiū eſt medium: ⁊ tūc redibit eadē queſtio vnde cauſet hmōi ſit⁹: opꝫ igit ꝙ illud cauſet ex imaginatiōe: ſicut ⁊ in cōtinuo in quo diſtribuunt tria q̄drata mō predicto qꝛ in cōtinuo nō efficitur vnū dextrū ⁊ alteꝝ ſiniſtrū ⁊ tertiū medium: niſi per hoc ꝙ diſtribuit vnū in dextra parte ſpatij ⁊ alteꝝ in ſiniſtra: ⁊ tertiū in medio. Ita ergo eſt in imaginatiōe. ꝙ vnū in vna parte organi eſt: ⁊ alteꝝ in altera: ⁊ tertiū in tertia. virt⁹ aūt imaginationis cōſiderat ipm ſic diſtributuꝫ ⁊ per hoc ꝙ ſic diſtribuit in organo. ḡ ipſa operat in organo ⁊ eſt organica.

Nō pulchraꝫ rōnē ad ꝓbādum organū imaginatiue ē corpoꝛe materiale ipſis organi cauſā. ʒ.

¶ Ampli⁹ aūt nos imaginamur figurā ⁊ imaginē hōis eiuſdeꝫ maiorē ⁊ minorē ⁊ hoc cauſari nō pōt ex re qꝛ illa ē vno modo: nec cauſat a forma qꝛ forma nō cauſat ſui diuerſitatem pp maioritatē ⁊ minoritatē: ḡ ſit hoc ex ſubto in q̄ diſtribuit: in quo oſtēdit plus ⁊ min⁹ nō aūt deſcribit plus ⁊ minus niſi in corpore. ḡ organū imaginatiue eſt corp⁹ ⁊ ipſa virtus organica qꝛ rali in corpore opat: ⁊ idē āt eſt de eſtimatiua ⁊ phantaſia qm ⁊ ille ictiōes ab imaginib⁹ apphēſis nō ſeparant: oēs igit dicte vires organice ſūt corpore idigentes ad ſuas opatiōes: ⁊ p iſta itelligim⁹ diuaꝫ intellectus ab huiuſmodi virtutib⁹: qꝛ ille omnino incorporeus eſt.

¶ Cap. 5m. De improbatione erroris antiquorum qui dixerunt ꝙ intelligere ⁊ ſentire ſunt idem.

Quoniā autē ſicut diximos ſupius duab⁹ differentijs qbus aīatū differt ab inanimato antiq precipue diffiniūt aīaꝫ motiuo ſm locū ſ. ⁊ i eo ꝙ ipſa diſcernit ⁊ itelligit ⁊ ſentit videt eis ꝙ intelligere ⁊ ſapere qꝺ tn̄ ſimpliciſſimū itelligere eſt ſit corporalib⁹ inſtris pfectū ſicut qꝺdaꝫ ſentire: dicebāt eni ꝙ intelligere eſt ſm phātaſiaꝫ re nō pnte operari ⁊ ſillogizabāt hoc ex duab⁹ affirmatiuis in ſcḋa figura dicētes ꝙ ſenſui iterori cōuenit iudicare ⁊ diſcernere aliqd entiū: cui⁹ forma eſt apud ipm: ⁊ itellectui ꝯuenit idē: ergo itelligere eſt qꝺdā ſentire. ⁊ in hoc errore fuit Empe. q dixit volūtatē ⁊ appetitū augeri vel minui ad pnts delectabile tā in hoīb⁹ q̄ in aīalib⁹ alijs: voluntas aūt ⁊ appetit⁹ non ſunt niſi de aliquo apphēſo: cuius habet iā notitia. Id ḡ qꝺ auget pntialr volūtatē ⁊ mutat cā eſt id qꝺ ſemp ſapere altera ⁊ altera pſtat pnts ḡ pſtat ſapere ⁊ itelligere pntia aūt ē ſm formā corporalē: ſic ia an̄ oſtēdimus ḡ itelligere ⁊ ſapere eſt ſm pntiaꝫ corporalē ſicut ⁊ ſenſus idē aūt vult ⁊ illud dicū qꝺ Homerus dixit: q dixit ꝙ talis eſt itellect⁹ in terrenis hoīb⁹ qualē in die ducit ſiue cōducit pater deoꝝ ⁊ virorū ꝑ eni deoꝝ celeſtiuꝫ. i. planetaꝝ eſt ſol eo ꝙ attribuit eis lumē ⁊ motū ſicut in ce. ⁊ mun. oſtēdimus: ⁊ idē eſt pi virorū qꝛ hō ḡnat hoiem ex mā ⁊ ſol: in die aūt p lucē ꝯducit ſol calorē ab iterioꝛib⁹ ad organa ſenſuꝫ exteriora: ⁊ pficit opatiōes ſenſibiles: ⁊ ſi talis eſt itellect⁹ tunc itellē ē vtus corporea ſicut ⁊ ſenſus. ¶ Vn̄ oēs hi opinant ꝙ itelligere ſit pfectiuū organo corporeo ſicut ⁊ ſentire: ⁊ iſti ſūt q dicūt ꝙ non ꝯtigit ſentire nec itelligere: niſi ſile ſili ſicut declarauim⁹ in pmo lib. vbi poſuimus pn⁹ rōnuꝫ diſputatiōis iſt⁹ de aīe natura: ⁊ hoc mīꝝ fuit de antiqs qꝛ lꝫ dicerēt cām q̄re res ſentit ⁊ ſcit: nō dixerunt deceptiōis cām ⁊ ignorātie ⁊ hoc nō fecerūt: cū tn̄ error ⁊ ignorātia magis ſit ꝓpria aīalib⁹: tū plurib⁹ aīalib⁹ ꝯueniat q̄ ſcia: ⁊ aīa plus tēporis pficit in errore q̄ in ſcia: qꝛ īfantia ⁊ pueritia ⁊ ſeniū in errore pficiunt: ⁊ ſ paucis quedā ps vite pacua adhibet ſcie: qdā aūt vidētes nō cauſari ſcire niſi per hoc ꝙ dixerūt ſile ſili ſentiri ⁊ intelligi ⁊ cōcedētes aīaꝫ eē cōpoſitā ex oīb⁹ que ſunt. dixerūt errorē ⁊ ignorātiā oīno nihil eē: ſed oia que vident alicui eſſe vera. In qua opione fuerūt plurimi phoꝝ intātū ꝙ dixerūt ꝯria ⁊ ꝯdictoria ſil eē vera qm̄ vniant diuerſis: ⁊ hoc oportuit eos dicere aut ꝯcedere ꝙ deceptio ⁊ ignorātia cauſabant ex tactu corporali diſſilis alicui⁹ ad aīam: ⁊ tūc ſequebat animā nō ex oībus cōponi: ſed ex qbuſdā: ⁊ qñ illa ex quoꝝ ſilibus erat cōpoſita tāgebāt eā tūc habuit diſcretionē ſenſus ⁊ intellect⁹ de reb⁹ illis: ⁊ qñ tetigit eā aliqd cui⁹ nō erat ſilitudo apud eā: tunc ḡnabat deceptio ⁊ ignorātia qꝛ hoc ꝯrium eſt illi dicto eoꝝ qꝺ dicūt ꝙ ſile ſili cognoſcit ꝯria aūt cauſant a ꝯrijs ſm iſtos: ⁊ ideo ſilitudo tāgentis ad tactoꝫ cauſat ſciam: ⁊ diſſilitudo eiuſdē tactus cauſauit ignorātiā ⁊ deceptionē error aūt dicti iſtius inde dephendit: qꝛ expſſuꝫ in oīb⁹ videt ꝙ tā ſcia q̄ deceptio ſunt ꝯrioꝝ eadē ⁊ ſic falſum dictū ꝙ ſilis ſit ſcia ⁊ diſſilis ignorātia ⁊ deceptio. ¶ Qꝺ autē falſuꝫ dicāt ēt in hoc ꝙ idē dicunt ſentire ⁊ ſapere: manifeſtū eſt ex his que nūc iducemus: ſentire eni eſt in oībus aliq̄ mō aīalibus intelligere autē in paucis de nūero aīalium ſed nec etiā intelligere cōīter acceptū qꝺ eſt qcūq; actus rōnis in quo eſt itelligere recte ⁊ nō recte recte eni intelligere eſt ſm virtutes itellectuales: que ſunt ſapiētia ⁊ prudentia ⁊ ſcia: ⁊

Tex. ⁊ cō. 150.

Tex. ⁊ cō. 151.

Tex. ⁊ cō. 152.

opinio vera: nō recte autē intelligere sine nō vere intelligere. est fm habitus 3rios istis habitib⁹: et hoc intelligere cōiter dcm̄ nō est idez cū sentire. sensus enī ppriorū sensatorum semper est verus et inest oib⁹ aialib⁹ itelligē aūt sicut iā dirim⁹ conuenit et falso et nulli inest aiali nisi cui inest ratio.

¶ Cap̄ 6ᵐ. Q imaginatio vel phātasia. neq₃ sensus sunt neq₃ opinio cum sensu.

Te.c cō.153

Imiliter aūt imaginatio large accepta put ambit imaginatiōez et phātasiaz que vtūt imaginibus: altera est a sensu et ab intellectu: hec enim imagiatio qdē nūq₃ fit sine sensu hoc est nō fit nisi in hūte sensuz et sine imagiatiōe nō fit extimatio: nec ēt opio qa l₃ opio fit quedā acceptio rōnis per pbabilia tū qa incerta est: opʒ q̄ imixta sit phātasia. Simplices enī 3ceptiōes itellect⁹ nō sunt icerte s₃ semp vere. Qd aūt itelligentia et opio nō sint eedē imagiationi de qua dirimus manifestū est ex his que dicent̄ nūc. imaginari enī est passio quedā que est in potestate nostra qñ voluerimus possumus enī fingere in nobis idolū. sicut si corā oculis qñcunq₃ voluerimus sicut faciūt illi qui positi sūt in ope recordatiōis. Illi enī ex hoc qd repositū est apud aiaz veniunt in his vel in id qd fuit pre oculis prius. et referūt idoluz ad rem in pterito acceptaz: et sic possumus nos fingere idolū nō referendo ad rē et tūc imaginari. sed nō ē in nobis opinari vel itelligere: qa opʒ hīe rōnē que faciat credere: et hāc a re et a nā et nō alibi opʒ accipere. Silr aūt est de estimatione: qa in his trib⁹ opʒ aliquid falsuz vel verū dicere et discernere: sicut ex sñia: et hoc non est in nobis: sed potius a re de q̄ sñia veri vel falsi pfert.

Te.c cō.154

¶ Amplius aūt cū opinamur vl estimamus aliqd difficile vel terribile: statiz sequitur in effectu cōpassio timoris vel tristitie: et hoc est iō qa opinio et estimatio sūt fm intētiōes rerū vel sñie quedā de reb⁹. Silr autē sit si opinamur vel extimatiōnē habemus de aliq̄ de quo est cōfidendū. sicut de 3uenientī: statī enī sequit̄ in affectu gaudiū vel spes hmōi opiōnē vel extimatiōnē. qñ aūt fm phātasiaz vel imaginatiōnē fugim⁹ aliqd terribile: vel de quo est cōfidēdū nō sequit̄ aliq̄ cōpassio in affectu: s₃ habemus nos ad talia idola sicut ad ea que nō sūt in re nec io. sed sicut videmus in pariete res pictas que nō sunt in re. et ideo nemo timet leonē pictū vel lupū pictū. Imaginatio aūt in phātasia adhuc minus h₃ de rei veritate q̄₃ in pariete. sicut pictū minus h₃ de veritate rei q̄₃ depictū. Ampli⁹ āt scia et opio et prudētia et cetere vtutes intellectuales sicut et extimatio in sensibilib⁹ sunt partes acceptiōis: nō accipit̄ autē qd nō acceptat̄ p vero. imagiatio aūt et phātasia fingēs idola a nullo tanq₃ vera acceptatur. igit̄ nō est pars acceptionis: ergo imaginatio et phātasia non sunt opinio vel estimatio. De virtutibus autez intellectualibus que partes acceptionis sunt et qbus cōsentimus vt veris differere altera est ratio: hec enim ad. 6. ethicorū pertinet librū. in quo de intellectualibus virtutib⁹ determinari habet. per ista igit̄ cōstat q̄ imaginatio et phātasia vt est cuz imaginibus nō est opinio vel estimatio.

¶ Cap̄ 7ᵐ. Q imaginatio vel phantasia neq₃ sensus sūt neq₃ opinio cum sensu.

Te.c cō.155

Ed nūc aliter opʒ pcedere ob antiquorū q̄rūdā dicta. Habitū est enī de eo qd est itelligere: qñ alterū est ab eo qd est sentire. Dicebāt autē antiq q̄ quedā ps ei⁹ qd est itelligere est phantasia: quedā aūt opio et scia: et illi dircxūt q̄ phātasia et imaginatio sūt itelligere qddā: l₃ non oē intelligere sit imaginatio vel phātasia: hāc aūt disputationē sic iterabimus: qa enī iā quedā de phātasia determinauimus in qbus ostēdimus ipsaz nō eē opiōnē vel estimationez: opʒ nos nūc loq de altero qd isti dicūt verū phātasia sit itelligere qddā et accipiemus mō phātasiā gñaliter p imagiatione et phantasia vocātes totā illā aie potentiā fm quā nobis fit phātasma: vel idolū re nō pūte: sic enī accipit̄ phātasia ppe: qñ nō dicit̄ s₃ metaphorā: metaphorice enī aliqñ dr̄ phātasia itellect⁹ q est cū phātasmate s₃ istos q̄ q dicūt phātasiaz fore itelligē qddā opʒ q̄ phātasia po⁹ sit habitualis s₃ quaz 3tingit verū dicē de re ipa hē at vo ēē vtes: etsi multe sint: tū ad pñs sufficiūt q̄tuor que sūt sēsus cōis opio et scia et itellect⁹. Ars enī et prudētia que sūt ēt vtutes itellectuales: silr autē et sapiētia fm q̄s 3tigit verū dicē: nihil hnt silitudis cū phātasia: qa sapiētia de altissimis et pmis et diuinis est: que non imagines hnt: ars aūt est pn̄ᵐ factiuū cū rōne dirigēte factionez et facturā. prudētia aūt est pn̄ᵐ actiuū cū rōne. et dirigit i ops bilib⁹ p nos. Imagiatio aūt nihil oino dirigit s₃ pot⁹ ipedit oēm directionē sic supra ostēdim⁹. Silr aūt pbabim⁹ q̄ nō est aliqs habit⁹ istarū vtutū q̄s enūerauimus. Si enī est sensus vel aliq̄ ps ei⁹ qd est itelligere: sic illi dicūt tūc opʒ q̄ sit habit⁹ vel po⁹ habitualis fm quā discernim⁹ sñiando. vel s₃ quā verū vel falsuz dicim⁹ affirmādo vl negādo. et tūc erit aliqs habituū pnotatorū.

Te.c cō.156

¶ Qd igit̄ nō sit sensus manifestū est ex his que dicunt̄. Sēsus enī sic ex supra dictis p₃ duplex est. s. dict⁹ s₃ potētiā sic est sensus in hūte sensuz ēt qñ dormit et sensib⁹ nō vtit̄ et dictus fm actū sic est sensus i vtēte sensu: et sic est visus po⁹ sensus: et sicut est visio actu sensus l₃ autez imaginatio nunq₃ sit nisi in aliq̄ qui h₃ sensus tñ ipsa nō essentialr est sensus: qa si ipsa eēt essentiali sensus. nūq₃ eēt sine sensu in po⁹ vel actu accepta. sed aliq̄ sensu nō actu existe apparēt idola fm phātasiā sicut in excecato q̄ sōniat vl im aginat̄ colores q̄s aliqñ vidit postea adducim⁹ ēt hoc q̄ sensus qdē semp est ei⁹ qd pñtiali adest: nō autez phātasia vel imaginatio: sunt enī re nō pūte. ¶ Adhuc aūt si actu et essentialr idē eēt sensus et phātasia hoc mō dicta: tūc qbuscūq₃ inesset sensus: inesset et phātasia omni mō dicta: et s₃ quālibet suam opationē: et hoc mō nō est verū: qa vmes qui sunt lūbrici terre et muscas et cimices et pediculos et hmōi icōpleta aialia nihil videm⁹ ad phātasiā opari eo mō quo supra determinauimus opa phātasie. inest tñ talib⁹ imagiatio aliq̄ et estimatio superius enī hoc est pbatū. Videt̄ tñ Arist. dicere formicas et apes nō hīe phantasiā. qd oino falsuz est: cū talia aialia artificiose operent̄ casas: et pudeant in futurū sibi et operentur. is cōe puto aūt hoc nō ex vitio eē phi: s₃ ex vitio trāslatiōis: qa trāslator nō itellerit nullū aialiū que dixit Ar. phātasiam nō hēre: et loco eorū trāstulit formicas et apes. et corrūpit vitatē mala ex trāslatiōe. Preterea sensus qdā qui sunt ppriorū semp sunt veri. phātasie aūt et imaginatiōes vt in pluribus sūt false: nō qdē verū dicētes vel falsuz: qñ habitū est q̄ non discernūt affirmādo vel negādo s₃ hoc mō falsuz quo ens fictū dicit̄ falsuz cū nō sit in rei veritate sic fingit̄. Ampli⁹ aūt qñ operamur sensibilr circa rē nō dicimus q̄ videt̄ nobis homo: aut aliqd aliud qd nō sit fm rē. s₃ potius dicim⁹ q̄ hoc est hō in re: eo q̄ sensus iudicat rē pūtez: cū aūt aliqd non re ope reali sentimus s₃ fingimus ipm re nō existe. tūc dicim⁹ q̄ eē videt̄ et nō q̄ ita sit in re: et tūc talis sensibilis cognitio aliqñ est vera: et aliqñ falsa: qa qñ fingit vt est in re: tūc ē vera: et qñ aliter tūc est falsa: aliqñ enī sic pus dixim⁹ visiōes apparēt dormiētib⁹. et de his nō dicim⁹ q̄ sūt: s₃ q̄ vident̄ et nō sūt.

Te.c cō.157

¶ At vo nec ipsa imagiatio siue phātasia nō est aliq̄ virtus que sit de eaū nūero que semp verū dicūt sic itellect⁹ et scia et sapiētia phātasia enī et imagiatio sunt frequēter false: intellect⁹ aūt et scia et sapiētia et vtutes sunt semp vere. sic in 6. ethicorū h₃ ostēdi. Relinqtur q̄ videre si sit opio eo q̄ opinio eē itelligere qddā vt antiq dixerūt: opio est aliqñ vera et aliqñ falsa s₃ opiniōi que est intelligere qddā inheret fides 3nia nō enī pōt eē q̄ opinās nō hēat fidez de his de qbus h₃ opionez: cū enī dubitatio indetermiatus mot⁹ sit rōnis ad vtrāq₃ 3dictiōis partez: ābiguitas aūt ambit vtraq₃ partē rōnis p rōnes eqliter fortes opio stat in vna pte et credit illi per rōnes q̄s h₃ ad illā: et nō ad aliā s₃ tñ formidat ad huc alterā 3dictiōis partē pp hoc q̄ sue rōnes q̄s h₃ ad alterā nō sunt demōstratiue: s₃ pbabiles: et ex hoc p₃ q̄ ois opinās opiniōe que est itellectus h₃ fidē ei⁹ de quo h₃ opionem: nulli autē bestiarū talis iheret fides l₃ multe bestiarū habeāt phātasiā l₃ enī bestie acqescant suis estimatiōib⁹: tñ nō hnt fidez et credulitatē: qa sic scia effectus est demōstratiōis: ita fides et credulitas effectus est syllogismi pbabilis. Ampli⁹ ad oēm opiōnē 3sequit̄ fides qcūq₃ opinat̄ h₃ fidē. sic aūt fidem sequitur psuasiū eē eo q̄ nullus est psuasus: nisi qui h₃ fidez: psuasuz aūt eē 3sequit̄ rō eo q̄ nulli psuadet̄ nisi p rōnez: bestiarū aūt qbusdā pōt phātasia iesse sic supra ostēdimus: s₃ nō oibus iest s₃ rō nulli inest bestie. ergo phantasia nō est rō nec opio per 3ñs.

Te.c cō.158

¶ Ex istis aūt vlteri⁹ māifestū est q̄ imaginatio ēt nō est opio siue estimatio 3iuncta cuz sensu sic qdā dixerūt: nec est opio que sit per sensuz sibi 3iunctū: nec est complexio et cōpositio opionis et sensus siue estimatiōis et sēsus: qa si

Nō ar formice et apes phantasiam

6° ethicorum a paulo ante

qa si est opio cũ sensu phãtasia: tũc nõ est phãtasia nisi ri⁹ eius
eius eñ sensus sz actũ vel po^{cũ}. ⁊ hoc ostendim⁹ sup⁹ eẽ falsuz.
Idẽ aũt sꝫ q̃rẽ si phãtasia est opio facta p sensuz. Si aũt est cõ
plexio siue cõpositio opionis ⁊ sensus: tũc opz ꝙ aliq̃ mõ ha
beret ꝓprietatea sensus ⁊ ꝓprietates opionis: q̃m cõponẽtia
fm aliquẽ modũ dicũtur de cõposito et ꝓprietates eoꝝ aliq̃
mõ ꝯueniũt ei. nihil aũt hoꝝ ꝯuenit phãtasie. est aũt manifestũ
nõ eẽ phãtasiã sine imagiatione opionẽ cũ sensu: ꝓp id qõ di
cũt ꝙ vere opio nõ ẽ aliud ab eo cui⁹ vere ẽ sensus. dico aũt ac
si dicaꝫ ꝙ phãtasia ẽ resultãs ex albi opione. cui⁹ albi et ẽ ve
re sẽsus: ⁊ p se: nõ enĩ ve dicũt phãtasia ẽ ex albi q̃dẽ opinioe:
et sensu aũt boni: q̃m tũc phãtasia eẽt opio: ⁊ sensus eiusdẽ so
lũ p accñs: appet igĩt ex eoꝝ dictis ꝙ phãtasia ẽ aliqd opina
ri: qõ et sentiẽ nõ fm accñs sz per se ⁊ essentialiter. ¶ Sz cõ
tra istos eñ qõ nos frequenter videmus fm sensum res fal
sas. de quibus tamẽ cum sensu falso habemus veram acce
ptionem opinionis vel scientie sol enim fm sensuz visus vi
detur eẽ vnius pedis in quantitate diametri: ⁊ tamẽ credi
mus ipsum eẽ maiorem habitatiõe terre tota per opionem
vel per sciẽtiam. si ergo phantasia eñ opinio ⁊ sensus vel cõ
positio veriusq;: aut hõ abijcit opinionem talẽ ⁊ retinet sen
sum: aut retinet vtrũq;. s. sensũ falsũ ⁊ opinionem verã. Si
autem abijcit opinionẽ ꝓpter sensuz: tũc abijcitur acceptio
vera de re aliq̃ a qõ est salũata in eadem veritate: ⁊ talem
acceptionez ꝯtingit abijcere eũ qui non eñ latens nec discre
dens: cõtingit ergo idẽ saluatum discredere ⁊ credere ⁊ non
credere simul. qa salus rei facit credere. ⁊ abiectio acceptio
nis facit nõ credere: ⁊ hoc eñ ipossibile: qa sicut diximus nõ
potest dici ꝙ lateat eum nihil mutatiõis factũ sit is opinan
te vel in re de quo eñ opinio aut si retinet opinionem ⁊ non
abijcit eam ⁊ phantasia est talis cõplexio opiniõis ⁊ sensus:
tunc phãtasia erit simul vera ⁊ falsa sed hoc stare nõ põt: qa
opinio vel acceptio alia falsa facta est quãdo mutata re: mu
tatio ipsa latet discredentem: hic autem nulla eñ facta mu
tatio oĩno: non ergo potest dici ꝙ phantasia sit aliqõ vnũ su
pius numeratorum vel sit ex illis compositum quid.

¶ Cap. 8^{m}. Quid sit phantasia fm veritatez: prout cõmuni
ter agitur de imaginatione phantasie.

Si aũt volumus scire fm veritatem qd eñ phã
tasia, put cõiter accipitur pro imaginatione in
qua distribuũtur imagines ⁊ p: o phãtasia que
vtitur ipsis fm superius determinatũ moduz:
sciendũ eñ ꝙ in oĩbus que sic se habẽt ꝙ aliqd
est motũ ad formã primi mouẽtis sic sensus sz
actũ factus motus eñ ad formã sensibilis necessario et mo
net ad ꝯsequens ipm ⁊ ꝓportionaẽ sibi fm cõlorem mouen
tis ⁊ moti: opz igĩẽ ꝙ sensus fm actũ factus ⁊ hñs formã sen
sibilis mouet vtutes apprehẽsiuas interiores sibi ꝓximas
ad spẽm sensibilez quã hz: videmus aũt phantasiã eẽ motaz
sicut ad formã: igiẽ phantasia erit motus q̃dã: ⁊ q̃m phanta
sia nũq̃ est nisi in eo subto in quo eñ ⁊ sensus. ⁊ nõ est vnq̃ i
aliq̃ nisi in quo est et sensus: ⁊ est tñ de hĩs quoꝝ est sensus:
sit aũt motus mouẽtis nõ a sensu in potẽtia sz poti⁹ ab actu
sensus: q̃m mouet fm formã sensibilis que facit ipsum actu.
¶ Motus aũt talis quẽ facit sensus fm actũ necesse eñ esse
siẽz in forma sensui fm actũ facto: igiẽ phãtasia fm vitatẽ ẽ
potẽtia in qua est mot⁹ sensus fm actũ sic: nõ aũt hic voca
mus motũ ipsaz mot⁹ successionez sz poti⁹ tum in motu sint
duo: vnũ qõ est ipsa successio sz fieri: alteꝝ aũt qõ eñ forma
facta post formã: vocamus hic motũ formã factam post for
mã: qa forma que eñ in phãtasia sit post illã que est in sensu
cõi ⁊ ꝓprio: ⁊ q̃n dicimus ꝙ eñ motus a sensu: itelligim⁹ hoc
ꝙ sensus ẽ effectiuus huius mot⁹: ⁊ non terminus a quo sit
motus: qa ille abijciẽ in motu. Si aũt phãtasia dicaẽ mot⁹
a sensu fact⁹: ⁊ nõ potẽtia in qua siue in quã fit hmõi mot⁹:
erit descriptio potẽtie per suũ ꝓpriũ actũ: sicut hñt describi
potẽtie passiue put supra determiatũ eñ. Ex quo aũt phan
tasia est talis mot⁹ ꝯstat ꝙ nõ est ꝯtigẽs sine sensu qui aliq̃
fuerit sz forte cũ ipsa sensuz eẽ nõ sit necessario: ⁊ ideo phan
tasia nunq̃ ꝯtingit in hĩs que nõ sunt sensibilia sicut plãte:
sz illud qõ hz eã multa ꝯtigit fm ipsam facere ⁊ pati ⁊ hmõi
cãm sapius assignauimus: vbi sigillatim de iteriorib⁹ viri
bus aie sensibilis egimus: ⁊ ꝯuenit ipsam esse aliq̃ãdo ve
ram: aliq̃n falsaz: hmõi aũt cã oriẽ ex diuersitate sensibiliuz
que sunt tripliẽ dicta sicut in superiori libro determinauim⁹: ⁊
sensus per se ⁊ ꝓprioꝝ sensatoꝝ: semp est verus ⁊ si hz falsũ
hoc est paucissimũ qa nõ ꝯuenit ei falsum ex se sed poci⁹ ex
frotiente vel ex medij diuersitate vel ex sensibilis distãtia:
sicut superius ostẽdimus: ⁊ voco diuersitatẽ sentiẽtis q̃n cõ
tingit per ifirmitatẽ male dispõnis organũ sentiẽs diuersita
tem aũt medij q̃n ipm nõ in sincera ⁊ pura nã medij medi
at: sꝫ d hz aliqd sibi imixtuz: distãtia aũt sensibilis impedit
vires sensibilis agentis in sensum: eo ꝙ vis omnis agentis
in aliud est ꝓportionata ad determinatã distantia aliter au
tẽ nõ posset errare sensus ꝓprius circa sensibile ꝓpriũ: q̃m si
cut sup: a ꝓbacum est sensibile ꝓpriuz est per se actiuũ in sen
sum: ⁊ per se actiuum nõ imprimit in passiuũ: nisi tm formã
propriã. ⁊ tum illam recipit sensus nõ potest esse error circa
id qõ sic recipit: ⁊ quo ad hoc mot⁹ a sensu factus est verus
eadem veritate qua sensus est verus nisi aliqd aliud impe
diat. est autẽ aliud sensibile vt hec idioidua demõstrata ac
cidant sensui qõ vocamus sensibile per accidẽs ⁊ in illo in
cidit medium in sensum qa illud eñ per cõpõnem ⁊ diuisio
nem sensibilis per se. ad aliud qõ non accipit sensus ⁊ aliq̃
cõponit vere aliquando false. Visus enĩ albi non mẽtiẽ ꝙ
albũ sit inquãtuz aũt albũ dicit eẽ hoc vel illud per affirma
tionẽ vel negationem sepe mẽtiẽ. Tertium aũt sensibile est
cõe sensibile ⁊ hoc est ꝯñs propria sensata: propria eniz sen
sata insunt cõibus cõmonia enĩ sunt in magnitudie ⁊ figu
ra: ⁊ ideo iteꝝ hoc cõponit ⁊ diuidit: ⁊ ideo circa illa maxia
sit deceptio fm sensum: ⁊ ideo sensus iterior qui eñ phanta
sia factus ab actu sensus exterioris qui est ab hĩs trib⁹ sensi
bus: ⁊ ideo duas hz causas falsitatis quaꝝ vna est distãtia
a re: qa accidit re nõ pñte. ⁊ nõ dirigit formã sensibilis quã
hz ad rẽ sicut facit sensus: ⁊ ideo frequẽtes sunt illusiões in
ipsa phantasia ⁊ in sensibus ꝓprijs. Alia aũt cã falsitatis eñ
quã hz a sensibili per accñs ⁊ a sensibili cõi in quoꝝ cõpõne
⁊ diuisiõe frequens est deceptio: vñ lz exterior sensus pñtis
aliq̃n sit verus: tñ alteri interiores sensus qui sunt pñtis et
absentis erunt vtiq; frequenter falsi: ⁊ tunc maxime cum ꝓ
cul sit qõ sentimus fm rem. Si igitur ea que dicta sunt nul
li alij ꝯueniunt q̃ phãtasie in cõi accepte. ⁊ ꝯueniũt ipi phã
tasie sicut iaz ostẽdimus tunc absq; dubio phãtasia erit mo
tus a sensu fm actum facto. sicut diximus supra.

¶ Cap. 9^{m}. De rõne nominis phantasie ⁊ vtilitate eius.

Quoniaz autem visus inter oẽs sensus maxime
eñ sensus eo ꝙ magis hz sensibilis cognitiõis:
ꝓpter qõ etiã disciplinabilis est maxime ⁊ ma
xime formalis in quo est opatio sensibilis sic:
⁊ quasi nihil operatiõis nature: quã et ob cãm
inter sensus ꝓmus est ⁊ ideo lumen etiã a luce
accipit q̃m oculi luminaria dicuntur ⁊ visus lumen lumino
riuz illoꝝ: ⁊ hoc eñ iõ qa sine lumine nõ põt videre. iõ phãta
sia determinatũ vel deriuatũ nomen a visu habet qa phãta
sia diciẽ visio vel apertio latine ⁊ huius cã est et q̃m sensi
bilia visus maxie permanent ⁊ finguntur in phãtasia: ⁊ alia
minus ⁊ minime sensibilia olfatus: ⁊ ideo rarissime somni
at quis de odoribus ⁊ huius causa est: qa debiliter hẽmus
hũc sensum: tactũ aũt maxie habemus: tñ seruat q̃litates in
corpore magis q̃ itẽtiones q̃litatũ in aĩa: ⁊ ideo raro somniat
aliquis frigus vel calorem: nisi frigescat vel calescat interi⁹
corpus: sz colores ⁊ figuras frequentissime somniat ⁊ sonos:
eo ꝙ magis sunt illa habentia de proprietate intentionũ spi
ritualium: ⁊ ideo de facili transeunt ad phantasiam: qa aũt
phãtasmata sunt sĩlia sensib⁹ sit econuerso adeo sicut ad sen
sibilia: q̃m nõ est aduetens ratio vel estimatiua cognitio: ⁊
ideo multa per phãtasiã opanẽ aĩalia sicut superius dixim⁹:
alia quidez qa intellectũ non hñt: sicut bruta: alia võ ex hoc
ꝙ hñt intellectũ velatum ob aliquã amentiam melancholie
vel ebrietatis vel egritudĩs cerebri: aut pp somnũ qui lz per
se sit ligamentũ sensuuz: tñ etiam ligat intellectũ per accñs:
sicut quidã hoies sunt: ⁊ ibi operanẽ per solã phantasiã. Sic
igiẽ sicut sunt quinque sensus exteriores visus audit⁹ olfa
tus gustus ⁊ tactus. ita sunt quinque sensus interiores sen
sus cõis. imaginatio: estimatiua: phãtasia ⁊ memoria: phã
tasia cõiter accepta claudit in se imaginationem ⁊ phãtasiaz
ꝓprie dictã de phãtasia quidẽ igitur ⁊ ceteris iterioꝛib⁹ sen
sibus quid ⁊ ꝓpter quid sint intãtũ a nobis dictum sit.

E 3

Tex. c. cõ. 159.

Tex. c. cõ. 160.

Tex. c. cõ. 161.

Phãtasia du as hz cãs falsitatis.

Tex. c. cõ. 162.

Nõ q̃re raro aliqs somniat d̃ q̃litatib⁹ tãgi bilib⁹ frequenter de colorib⁹ figuris ⁊ sonis.

¶ Tractatus Secundus Tertij Libri de anima in quo agitur de parte rationali.

¶ Cap. p^m. Qui tractatus est qualis intellectus possibilis est.

Tex. c. cō. pmi

vocaẗ qui vbiq[ue] est: ⁊ semp vbiq[ue] qdẽ: qꝛ per pactũ distẽ-
sionẽ: semp aũt p successionẽ formaꝝ in qua successiue ma-
net hyle ⁊ subm vnũ ⁊ idem. Deus autẽ vbiq[ue] est per rõnẽ
sue simplicitatis nõ diuisus p ptes: sz semp est non vt subm
oium que succedũt ibi formaꝝ. Sed extra tẽpus excellens ⁊
mensurans ⁊ regens oia nulli diuino pmixtus est ex oibus.
¶ Quarta aũt ꝓpositio ꝙ diuinũ nullo indigẽs ad esse suũ
oino vera est de deo ⁊ de mã oino falsa: qꝛ iz nullo idigeat:
vt mã tñ oibus indiget ad esse pfectũ. ¶ Adhuc enim nihil
oium est ꝙ ita ⁊ tot ⁊ tantis indigeat sicut ipsa: ⁊ ꝙ ad esse
materie nullo idiget hoc iõ est: qꝛ hoc est primũ in rõne sub
iecti: ⁊ si ad hoc alio idigeret oporteret ꝙ hoc eẽt subm pus
primo ⁊ abiret hoc in ifinitũ: ⁊ ifinitũ abhorret itellus ois.
pz igiẗ ꝙ hec disciplina ẽt preter oẽm rõnez ficta est. ¶ Qđ
autẽ tertio adducit ꝙ hyle ꝯm se est ipactibilis ⁊ imobilis ⁊
impassibilis: ⁊ ꝙ hyle accepta corporeitate efficiẗ diuisibi-
lis ⁊ mobilis: ⁊ accepta ꝗ̃litate efficiẗ passibilis ⁊ sẽsibilis:
⁊ ꝙ noys similiter se hz ad acceptionẽ sensus ⁊ imaginatio
nis. Et deus silr̃ ad induitũz ꝗ̃titatis celoꝝ ⁊ elemẽtiꝝ
multũ est irrõnabile ⁊ totuz penitus ipossibile ⁊ abomina-
bile. ¶ Dicere enĩz hyle esse indiuisibiluz etiã qñ est ꝯm se
accepta est penit⁹ falsum. Tunc enĩz est diuisibilis in poten
tia nõ actu. vnde iz nõ fuit dictũ alicuius sapientis scientis
phiam: silr̃ dicere ꝙ per ꝗ̃litatẽ assumptã sit mobilis oino
falsuz est: ⁊ a nobis iprobatũ est in phicis ꝯm hoc enim ma
neret corporeitas vna numero in toto ⁊ omni motu ⁊ muta
tione sicut subm motus ⁊ mutationis manet vnũ numero:
⁊ ꝯm hoc corpus nãle cõstitueret dimẽsionib⁹ ꝗ̃titatũ: ⁊ ma
thematica ꝯm esse accepta erunt principia phicoꝝ que am-
bo sunt absurda apud oẽs qui aliqđ nouerũt de peritia pe-
ripateticoꝝ. ideo in phicis determinauimus corp⁹ phicũ
ab aptitudine mẽsurationis triuz diametroꝝ cõstitui: ⁊ nõ
ab actuali mẽsuratione ꝗ̃titatis mathematice ꝯm esse acce
pte: hec enĩz aptitudo subiecti ⁊ materie ꝙ vnum numero
manet in toto motu ⁊ mutatiõe ⁊ ab hoc hz mobilitatẽ. Re
ceptibilitatẽ aũt forme hz ante hãc a seipsa: ⁊ si passibilitas
diciẗ receptibilitas tũc passibilitatẽ hz a seipsa hyle. Si aũt
passio est a cõtrario tunc passibilitatẽ hz a ꝯtrioꝝ susceptibi
litate ⁊ passionẽ ipsam hz a ꝯtrijs susceptis ⁊ ꝯm actũ agenti
bus: qꝛ hec passio magis facta abijcit a suba: ⁊ non sit nisi
agentib⁹ abinuicẽ cõtrarijs ⁊ mutuo se abijciẽtib⁹ a subiecto.
¶ Noys aũt nõ sic se hz ad imaginationẽ: qꝛ cũ noys in aia
hois hz imaginationẽ hz illã ex potentia organica. cuius or-
ganum nõ recipit nisi figuras corpoꝝ: ⁊ hec potẽtia fluit ab
anime substãtia sz ꝙ ipsa est endelechia corporis organici
phici hãbẽtis potentiã ad vite opera: ⁊ nõ est ex hoc: ꝙ ipsa
noys aia per hoc efficiaẗ ꝙ formã assumat corpoream sicut
iste fatuus dicit: ⁊ cuz Alexãder secutus est ⁊ fuit hoc princi
pium heresis cuiusdã Tertuli greci opinãtis aiam habere
effigiez mẽbroꝝ. Si enim sic dimensiones corpoꝝ accipit si
cut hyle eo ꝙ idem est noys ⁊ hyle: vt isti dicũt oportebit ꝙ
sicut

sicut hyle corporeitate vestita τ trietate disposita: nullum
prorsus actū h; extra corporis τ ꝯtrarietatis ꝑmissionē ita
nõ'' sidata forma sic que est dimēsiones vt iste dicit nullā
hēat opatione separatā a corporis mēsuratione τ multitudi-
ne: τ sic nulla est in nobis operatio itellectus oīno. qđ expe-
rimēta docēt esse falsum. Isti cōcedunt hoc adducētes pro
se qđ dicit Aristo. ꝙ noster itellect⁹ est cū cōtinuo τ tpe. Sz
iam in prehabitis ostēdimus ꝙ li; sit cū cōtinuo τ tpe in pri
ma itelligibilis acceptiōe: m̄ apud se inuenit sine cōtinuo τ
tpe itelligibile qđ est ipsa rei veritas τ qdditas. τ tunc oīno
est sine cōtinuo τ tpe. ¶ Deus aūt sine sillogismo iducitur
sic se hēre ad celum τ ad mundū: τ iō esse noym τ hyle: τ sm
hoc nec diuinus itellectus eēt etiā sine ꝯtinuo τ tpe ꝗnimo
hyle: τ sm hoc in oīb⁹ rebus eēt itellectus apud se: τ cū cōti
nuo τ tpe intelligeret in oībus τ sm hoc sm prudētiā dictus
itellectus eēt in oīb⁹: τ ſi dicat iste sicut dicit Demo. ꝙ hoc
verū est. sed in quibusdā obruitur corporeitate qđ ad iudiciū
de rebus τ cōceptionē τ notionē venire nō pōt illud est ab-
surdū: qr ꝑpter formaz est mā: τ ideo sm potestates forme
ꝯparatur mā. ¶ Si igitur hyle ꝑtātes hās h; in oībus apta
bitur ei organā ꝑtāti sue ad operationes cōgruū loq autez
diu de abusionib⁹ istoꝝ viroꝝ friuolum est: ex dictis enim
satis intelligit istos in ꝑhia agrestes esse τ rusticos τ natu-
rales eoꝝ positiones nullo modo existere.

¶ Cap. 9ᵐ. Et est digressio declarans opiniões τ rationes τ solutio nesrationum Melissi.

Melissus aūt positionis hui⁹ susceptor articu-
lauit eā: eo ꝙ Zenophanes nō distinxit aliqd:
sed oīa dixit esse deuz. Melissus aūt oīa dixit
esse vnū in mā. Persuasus rōnib⁹ trib⁹: quas
ex propositionib⁹ quatuor assumpsit quas pu-
tabat esse veras. vna aūt τ prima suaꝝ ꝑpositionū est ante principiū mām nihil esse oīno de rebus natu
raliter τ substātialiter existentib⁹. Scđa est formam vel ali
quid aliud nō causare τ agere nisi actu sit τ substantificata.
Tertia est formā nō substantificari ad hoc ꝙ actu sit τ agat
nisi per mām. Quarta est cōsequētia nō esse substātias reꝝ
sed esse accidētia que subam nec distinguūt nec in numero
ponūt. ¶ Ex hijs igitur sic processit. principiū est reꝝ oīum
ante qđ nihil est de esse reꝝ τ ex quo est esse totū: ante mām
nihil est de esse reꝝ τ ex ipsa est esse totū ergo mā est solū re-
rum principiū. Si enim detur forma esse ante mām tūc nō
est actu neq; agit nisi substātificata τ fundata p mām. Igit
oportebit ꝙ mā fundans formā sit ante primā mām qđ est
absurdum. Si aūt sit non fundata sed per hoc est ꝯtra ter-
tiam ꝑpositionē: τ tunc querat in quo sit vel quale esse ha-
beat: τ dicat ꝙ est in itellectu agentis. Cū; igitur hoc qđ in
tellectu est sit h; qd τ nō simplr erit actu agens id qđ tm̄ est
sm quid: τ hoc est ꝯtra ꝑpōnez secundā. Ex hijs igit͛ telin
quit formas oēs accipere esse ex hoc ꝙ fundant in mā: τ sic
esse materie cōsequunt: τ tunc nihil sm substātiaz diuersifi-
cant: sicut dicit ꝑpositio quarta. ¶ Amplius iste Melissus
dixit eē accidēs id qđ nihil addit de substātialitate forma-
rū: aut nullu; aliqd addit substātialitati materie: eo ꝙ suā
substātialitatē nec acquirit per formā aduenientē nec amit-
tit eam ea recedēte: τ sic forma de substātialitate nihil exi-
stens mām nō diuersificat neq; numerat nisi per accidens.
¶ Tertio aūt inducit id ꝙ oīs forma qualitas quedaz est
τ in quale predicat. Qđ aūt qualitas est subam nō diuersi
ficat: eo ꝙ multe qualitates sunt in vno τ eodē τ ꝑprie τ cō
munes: τ ex hijs dicebāt mām solā esse rerū subam: τ quia
formis nō diuidit nisi per accidēs iō dixit oīa esse substan
tialiter vnū τ idem: τ cū ex se sit infinita mā: τ nō possit per
formā distingui: dixit eā esse infinitā τ cū ifinitū nō habeat
quo moueat dixit illud vnū esse infinitū τ imobile hec aūt
nihil habēt veritatis: li; enim in ordine materie nihil sit ante
mām: τ ideo sit ipsa materiale principiū: tn̄ simpliciter for-
ma est ante mām tpe τ rōne τ substātia. Ipsa enim efficiēs
per se forma est oīum: nō qdem appropriata oībus τ incor-
porata: sed prehabēs in se oīa formata τ oīa faciēs ea sicut
principiū nō coessentiale sed imediatū in oībus per subam
suaz agens: τ hoc quidem exēplum est in microcosmo in
qua vna numero aīa in semine vt artifex existens: τ non vt
ꝑfectio formalis ipsius nō per accidēs vel per aliud: s; per
se τ imediate agit formā capitis cordis τ epatis carnis τ os
sis τ nerui τ alioꝝ oīum per hoc ꝙ est forma talis corporis:
τ hoc modo vt artifex talis per seipsu; nō per accñs vel per
aliud agit mām ad formas: τ est ante eā duratiōe τ ratione
τ suba. ¶ Qr aūt forma nō sit actu nisi fundata τ substātifi-
cata in mā penitus est falsum. qr sic mā cōferret esse forme
qđ falsum est: qr ecōuerso forma dat eē materie. forma enī;
est quasi foris manēs dicta: τ quāto plus manet foras ma-
teriā suba τ esse τ operatione verius haber nomē forme: τ
ideo itellectus verius est forma ꝙ̄ sensus: τ intelligētia ve-
rius est forma ꝙ̄ aīa: τ deus maxime est forma oīa formās.
Ille autē forme que in materia sunt imagines vocant: eo
ꝙ sunt formaꝝ veraꝝ resultationes τ imitationes quātu;
ꝑmittunt materie: vt dicit Plato. ¶ Ex hoc aūt patet nō
esse verū dictū Melissi i; aūt forma nihil cōferat materie
de esse materie: eo ꝙ esse materie habeat mā a seipsa. tn̄ cō
posito sola cōfert esse formare τ mā suscipit illud τ distingui-
tur τ numerat ex ipso. nec sequit ſi in quale ꝑdicat ꝙ sit ac-
cidentalis qualitas: qr est qualitas essentialis que est cōfe-
rens esse τ hoc ignorauit Melissus. tamē forma nō predi-
catur per hoc ꝙ est causa rei. sed per hoc ꝙ est esse rei. s; de
hoc modo disputādi nō est locus. ¶ Sic igitur finita mā p
formā nec vna manet nec ifinita: qm̄ quecūq; pars ei⁹ ciau-
ditur inter fines vnius forme diuidit ab altera τ numerat
cū illa τ finitur: τ ideo nec vnū ens neq; infinitu; sed qr qđ
in ipso fuit i potētia ad eē est etiā in potētia ad nō eē habet
quo τ ad qđ moueat: τ ideo nō est vnū oīa infinitū τ imobi-
le sicut dixit Melissus. ¶ Agrestis enī; τ iste est τ rustic⁹ in
ꝑhicis nō ciuiliter dispositus: sicut τ doctor suus Zenopha-
nes: τ ideo sermones istoꝝ relinquunt: qr sufficit id qđ di-
ctum est in cōtradictione positionis istoꝝ. Dicimus tamē
in ꝑhicis quedā de ista positione que si addātur ad ea que
hic dicta sunt: magis erit sufficiens contradictum.

¶ Cap. 10ᵐ. Et est digressio declarans positionez Parmenidis τ rōnes eius in quo peccauit.

Parmenides aūt ambobus hijs rōnabili⁹ dixit
oīa enī; dixit vnū esse sm formā τ rōnē: τ fun-
dat dictū suū sup. 6. ꝑpōnes: quaꝝ prima est.
Primā formā oīu; esse lumē cause prime. Se
cūda est oē qđ agit ad iductionez forme prima
i formā dē eē v͛tute luminis τ iō oēs scđas cau-
sas agere sm formā prime cause. Tertia nihil eē in actu ni-
si qđ a lumie prime cause in eē cōstituit. Quarta est lumen
illud cause prime p scđa nō multiplicari sed poti⁹ scđa per
ipsaz vniri. Quīta est lumē illud ꝑhabere v͛tute oē qđ est τ
sit τ simplr τ in se cōtinere omnia. Sexta τ vltima est. ꝙ ge-
quid ꝑter illud est qđ vere est τ vnū τ simplex est nō esse sine
nihil penitus esse. ¶ Prima aūt istaꝝ propositionū constat
per hoc ꝙ omnis causaꝝ multiplicitas que in eodem gene-
re est cause: reducit ad aliquā vnā primaz in eodem genere
in quo stat: τ ꝙ est prima causa: qr aliter in causis iretur in
infinitū. ¶ Nulla aūt formalis causa accipi pōt ante causa-
litatē largissimi. Cum enī; quelibet itelligētia sit plena for-
mis cōstat primā causaz cuius lumē infunit oībus intelligen
tijs. Lumē vniuersaliter formās omne qđ est habere. Nō
enim largit oībus nisi per intelligibile lumē suu;. ¶ Scđa
aūt constat per hoc: ꝙ causa τ secunda τ tertia τ deinceps
qđ est τ ꝙ causa est habet a causa prima: τ hoc nō posset eē
in ordine causaꝝ formaliū nisi causa prima informet sequē
tes lumine suo: τ hoc patet ꝙ inde virtus celi mouens cum
virtute elemēti τ calore cōplexiones sic informat virtutē ele
menti vt sm eam agat ad formā substātie quā virtus ele-
menti nunq̄ produceret. Similiter in semine calor anime
animalis iformans calorē celi τ elemēti sic informat vt sm
rationē eius fiat actio ad formam viui τ animati τ sic est in
oībus videre. ¶ In eadē igitur similitudine se habebit for
ma cause prime ad oēs alias secūdas formas τ tertias τ sic
deinceps: τ per idem aūt manifestat veritas propositionis
tertie: qm̄ ex quo secunde cause virtutē causandi esse nō ha
bent a se sed a lumine super eas a prima causa fluēte lumē
cause prime causatiuū est omnis esse: τ sicut nihil in esse actu
constituit nisi a lumine cause prime. ¶ Quarta aūt constat
ꝙ nihil multiplicatur nisi per differētias diuidentes ipsu;.
Scđa aūt τ oīa sequētia nō sunt differentie luminis cause



Quomodo intellect⁹ nr̄ cōiun
gat̄ cōtinuo τ tempori.

prime sed sunt post ipsum: et ideo non dividunt et multipli-
cant ipsum et per hoc cōstat prima pars quarte ppositionis.
¶ Scḋa aūt p hoc q omne qḋ est ab vno simplici vnitiuz
est et collectiuū et cōprehēsiuz eoꝝ que sunt sub ipso: q ipm
cōprehēdit oīa illa: et sic cōstat vtraqꝫ pars quarte ppositio-
nis. ¶ Quinta aūt cōstat per hoc q nihil largitur aliqḋ nisi
prehabeat et cōtineat illud virtute ad minus q aliter non
posset largiri ipm. ¶ Sexta et vltima constat per hoc q extra
vel preter esse est nihil esse: q omne qḋ est per hoc est qḋ ali
quid esse habet. Cōstat aūt iam per antedicta q omne esse
luminis simplicis est cause prime: et sic q preter illud est ni-
hil est oīno. pcedit ergo sic: omne esse existentiū oīum est lu-
minis cause pme qḋ est vnū in se nō multiplicatū per aliqḋ
signoꝝ: ergo omne eē vniuscuiusqꝫ rei est simplex: vnde nō
multiplicatū omne qḋ est simplex vnū est nō multiplicatuz:
q ad multiplicationē esse sequit multiplicatio eius qḋ est:
q vnum eē est vnius rei substātialiter. ¶ Adhuc qḋ preter
esse est nihil est: sed qḋ pter esse vnū simplex est pter esse est:
ergo qḋ preter eē vnū simplex est oino nō est: et nihil est: hec
igit positio est Parmenidis: et q omne qḋ terminat p for-
mam finitū est: iō dixit oīa esse vnū finitum: q vō extra esse
nullus motus est: et extra eē est: qḋ est extra vnius simplicis
primi esse: iō dixit vnū esse oīa finituz et imobile: et pz q hoc
qḋ dixit nō enuntiauit absqꝫ phīca et magna rōne: peccauit
aūt in hoc: q posuit primū per scḋa nō multiplicabile cū eniz
sint scḋa subiecta ipsius primi cōstat q prima per esse mul-
tiplicant in ipsis: et sic multa fiunt in genere et specie et nume
cum vnio qua vniunt secūdum in primis est vnio sm rationē
principij vnientis principiata et hec est vnio pportionis si
ue analogie et nō vnitas sm esse alicuius sube. ¶ Attende
aūt q Auerrois dicit peccasse Parmenidez in hoc q illud
vnū qḋ est oīa putabat eē vnitatē que est discrete q̄titatis
principiū que est numerus: et hoc ego nō puto. q pax exper
ti in phīa sciunt hoc vnuz qḋ conuertit cū ente et in genere
nō est vnū qḋ pn^m numeri est nō esse: sed potius ita itelligen
dum est sicut diximus de positione et peccato ipsius.

Ista pō Commēta. vbi est 3 Mac. 4. meta. cō. 3. et. 10. meta. cō. 10. Sz vbi Parmenidi hoc imponat nō memini me legisse.

¶ Cap. xi^m. Quid in summa colligit ex oībus opinionib9 et questionib9 inductis tam Epicureoꝝ q̄ Stoicoꝝ: et hoc est q non ponit alia preter predictas causas.

1. metaphī. e cō. primi.

Habitis aūt hijs ex oībus dictis phīs cōceden
tib9 idem et sapiētibus per rōnē vniuscuiusqꝫ
positiōis sue accipimus ea que a principio di-
ximus. A pmis eniz epicureis phīs accipim9
quid principiū existentiū et formaꝝ esse corpo
reum: aqua n āqꝫ et ignis et hijs similia sīt cor-
pora et talia pro principijs eē posuerūt sed differēter: quia a
quibusdā eoꝝ accipimus q pn^m existentiū et suboꝝ sit vnū.
Ab alijs vō accipimus q sint plura sz nī corporea pncipia
vtrisqꝫ nī tam dicētib9 q vnū q̄ dicētib9 q plura sint corpo
rea principia nō ponētib9 ea in aliam spēm causalitatis nisi
in spēm materie. A quibusdā vō eoꝝdez epicureoꝝ accipi
mus q ponunt istam cām quā diximus eē materialē et cum
ea quā vocamus vnde motus siue mouentē et efficientē: vel
accipiamus iterū illā que est vi motus a qbusdā epicureis
positā eē vnā simplicē sicut ab Hesiodo q nō ponit nisi amo
rem deoꝝ mouentē. ¶ Ab alijs vō eiusdē secte phīs ponen
tibus eam duas accipimus duo eē mouētia sicut Empe. di
xit mouere litez et amicitiam: oēs nī epicurei alij ab italitis
absqꝫ italicis obscurius dixerunt de causis hijs et precipue
de mouēte causa. Italici enim Anaxagoras et Hermonius
et Empe. fuerūt et isti distictius aut itellectū agētē vt Anax.
et Hermōius: aut duo mouētia posuerūt vt Empe. et tamē
oēs isti vt diximus nī dictis causis vnde sunt materiali. s. et
vnde motus et hac alterā. s. qua est vnde motus qdā eoꝝ
dixerūt esse vnā: quidā aūt duas Piragorici vō a qb9 secta
incepit stoicoꝝ duo principia dixerūt sm eundē modū cau-
sarū materialis. s. et formalis. Quos modos superius inter
causas enumerauimus: sed addiderūt vnū in pōne sua qḋ
istoꝝ est ppriū. ¶ Dixerūt eniqꝫ finitū et ifinitū et que posue
runt vnitatē esse principia tam existentiū q̄ factoꝝ: q nō sunt
alie quidē nature corpoꝝ qbus ista insint vt passiones sub
iectis: sicut si diceremus q finitū et infinitū et vnū esset ignis
finitus vel ifinitus vel vnus: vel terra finita vel infinita vel
vna: vel aliud tale corpus: sed ipsuz finitū vel infinitū et ipm
vnū que sunt finitas vel ifinitas: et vnitas dixerūt hoꝝ esse
subam de quib9 predicātur sicut principia de principiatis.
Hoꝝ aūt oīum rōnem nos supius assignauimus in capło
vbi Pitagoricoꝝ assignauimus rōnes: et ideo numerū di-
xerunt formalē esse subam oīum per modum quē superius
declarauimus. De his igit causis sm hūc quē diximus mo
dum enūciauerūt. Inceperūt aūt isti Pitagorici vnū dice-
re et diffinire de ipso quid est siue rex q̄ddditate: sed valde
simplr et sine arte tractauerūt supficialiter: et nō per substan
tialia res diffinierūt: et cū pmū inest hoc qḋ dicit rei termi-
nus hoc putauerūt esse subam rei siue quidditatē. Dicen-
tes enim formā nō eē principiū in eo q forma est: sed in eo
q est vnitas: et mām nō esse principiū in eo q mā: sed in eo
q duo: dixerūt per prius cōuenire terminū esse vnitati et bi
nario q̄ forme et materie: et iō numerū substātialē terminuz
et principiū dixerūt esse oīum tam existentiū q̄ factoꝝ: et hoc
est simile: ac si aliquis dicat q idem est dupla res et duali-
tas siue binarius: et q esse omnis dupli est eē binarij: eo q
primo binario cōtingit esse dupliū ad vnuz: sed fortasse hoc
nō semp est verū: si eniz in discretis accipiat est verū: sed in
alijs cōtingit: q idē nō est eē dupli qḋ binarij: q vni et eidē
rei accidit aliqn aliqua duplicitas potētie et actus vel alte-
rius: cui9 tn̄ esse nō est esse binarij et discreti: et si hoc opposi-
tū sequit q multa erunt vnū solū: q binari9 vel ternarius
vel alius numerus in multitudine discreta consistens erit
vna sola res: q diffinitū terminatū ex actu et potētia ex oi-
bus diffinietib9 est vnū solū: et hoc incōueniēs sequit eni ge
neraliter ad dictū Pitagoricoꝝ: et est incōueniēs magnuz:
q multa in numero et in discretiōe cōsistētia simplr sūt mul
ta et nullomō vnū formaliter. Quidditas aūt rei simplr est
vnū et non multa: sicut pbabit in. 7. libro scie huius. ¶ De
priorib9 enim phīs epicureis et alijs stoicis sequētibus tot
causas quot diximus est accipere et nō plures: et patet q nul
lam nouā causam addant superius dictis a nobis.

Tex. cō. 4

¶ Cap. xii^m. De causa positiōis Platonis et modo quo col-
legit eam ex Heraclito et Socrate philosophis: et qualiter
posuit ideas: et quid ideas esse dixit: et qualiter vnaz: et qua
liter plures dixit esse ideas.

Tex. cō. 5

Post oēs aūt dictas phīas et diligēter ispectas
ipsaꝝ causas in qib9 pbabitis supuenit Pla-
tonis in phīa negociū siue studiuz: et in multis
quidē sequebat Piragoricos: aliqua tn̄ pau-
ciora bis ppria que inuenit preter Italicoꝝ de
phīcis phīam: cū eniz cōsuetudo facile iducat
ad opinādū: et qḋ cōsuetū ē de difficili sit moueri: Plato cō
suetus audire illud qḋ cōueniēs videbat cuidam phō noīe
Cirello et opinionib9 Heracliti ephesini phī cōuenit cū eis
in opinionib9 qbusdā. Dicebāt aūt de sensibilib9 pticulari
bus nullā posse esse sciaz eo q cōtinue defluūt et nunq̄ pma
neant in eodē statu. Agentib9 eniz qualitatib9 sensibilib9 et
patiētib9 abinuicē oportere dixerūt fieri abiectionē cōtinuā
in subiecto et renouationē: et iō esse qḋ est forme pprietas et
effectus nō stat in talib9: sed fluit cōtinue et forma que inest
materie similr: ¶ Qḋ aūt fluit nō est vna forma: sed forma
post formā: et semp habet pmixtū esse cū nō esse et potētiā cū
actu: et ideo cū omne nomē imponat ab vna aliqua forma:
dixerunt isti q res tales noīa rem eoꝝ significātia habere
nō possunt: et si habēt dixerunt isti q infinita significant: eo
q in quolibet fieri sunt infinita facta: sicut ostēdimus in. 6.
physicoꝝ: et ideo vlterius intulerunt de quolibet simul affir
mare et negare: et isti plurimos auerterunt a studio phīe na
turalis: eo q desperauerunt de scientia naturaliū: et ideo di
era istorum Plato posterius veniēs suscipit ita esse: et ideo
Porphyrius dicit q descēdentez a generalissimis vsqꝫ ad
specialissima iubet Plato quiescere: eo q eē indiuidui in-
diuisibile sit et terminari propter sui esse transmutationem
non possit: et ideo de ipso non possit fieri disciplina: hec igi-
tur ita suscepit Plato a Cirello et Heracliti positionibus.
Ab alia aūt parte Socrate de Macedonia doctore suo: et
precipue circa Stoicos in idcirca moralia tm̄ studēte et ne-
gociante et de phīa naturali nō se intromittente: lz de omni
bus scientijs plenus extiterit in moralibus ipse Socrates
quesiuit vniuersale p qḋ diffinitio sit et qḋ est pncipiū artis
et sciētie: et ipse Socrates querēs vlē primus fuit qui insti-

Tex. cō. 6

tit ad

tis ad finiam veritatis de q̃dã diffinitiõe per vniuṡa in q̃
tũ qd est ⁊ pp qd est diceref ⁊ illũ ẽt q̃ ad hec recepit Pla-
to pp huiusmodi vniuṡuz inq̃sitionẽ q̃ñ etiã de alijs q̃ de
motalib⁹ que sunt phĩca hoc idẽ sit euidẽs ⁊ nõ cõuenientẽs sit
hoc alicui sensibiliũ eẽ ꝙ illa sunt cõtinue defluẽtia. Impos-
sibile nãq̃ esse dixit cõem rõnẽ diffinitiuã de aliquo sensibi-
liũ eo ꝙ semp trãsmutenf. Sic itaq̃ tali necessitate cõpul-
sus talia cõiter diffiniẽtia qd ⁊ ppter qd dicẽtia appellauit
existẽtiũ ideas ⁊ spẽs idea enim grece latine est forma vel
spẽs. Sensualia võ pticularia dixit oĩa dici de noĩb⁹ suam
nãm significantibus: sicut Sor dicif hõ ⁊ Brunellus dicif
asinus. ppterea aũt idee vocanf inq̃ãtuz cãe sunt: sed spẽs
inq̃ãtũ sunt forme ⁊ fm ea inq̃ãtũ sunt forme quid est esse
rerum significãtes dixit.n. ꝙ a spẽb⁹ idealib⁹ multa sunt ⁊
sunt de rõne vniuocoꝝ: oĩa scʒ que ad vnaʒ cõem idealem
spẽm hñt respectũ vnũ ⁊ hoc dicit fieri fm participationeʒ
idee vnius a multis. Plato.n. mutauit nomẽ deĩn Pita-
goricũ in participationẽ. Pitagorici nãq̃ dicunt ꝙ existẽtia
phĩca sũt numeroꝝ pmoꝝ mathematicoꝝ imutatio in res
phĩcas: sicut patet per antedicta: ⁊ nõ posuerũt pticipatio
nẽ: sed poti⁹ totũ numerũ fm eẽ imutari ⁊ fieri phĩcas res
ex qbus sunt sensibilia. Plato võ q᷑ dixit ideas esse perpe-
tuas dixit nõ imutari in phĩca sed pticipari: sicut id qd est
corruptibile ⁊ particulare pticipat incorruptibile ⁊ vniuẽ.
Nomẽ g̃ siue appellationẽ trãsmutauit pticipationẽ vocãs
hoc ꝙ imitationẽ illi vocauerũt: q᷑ ẽt illi nũeros pmos di-
xerunt esse ppetuos ⁊ vles virtute ʒ de vniuersali sub rõne
vlis nõ fecerũt aliq̃ cõsiderationẽ. In cõi aũt tam Pitago-
rici q̃ Platonici dimiserũt ⁊ neglexerũt q̃rere q̃ sit spẽruʒ
aliq̃ imitatio vel participatio: ⁊ q̃ sit q̃ sit illa: sed tm̃ suppo-
suerũt hmõi esse spẽꝝ participationẽ siue imitationẽ q̃lẽ di-
ximus. Plato.n. dixit sementẽ oĩs nãe facere deũ deoꝝ: ⁊
tradere eã dijs iferiorib⁹ ad perexeq̃uẽdũ in reb⁹ phĩcis.
Hoc aũt dicebat fieri per lumẽ cause pme sicut diximus in
opiõe Parmenidis: ⁊ hoc lumen dicit esse oĩs nãe semen
tem: eo ꝙ fm suã virtutẽ efficif oẽ qd fit. Lumen aũt illud
hʒ se ad phĩca sicut forma artis ad mãm: ⁊ sicut lux ad eẽ
⁊ sũbam coloꝝ: ⁊ sicut formatiua que est in semine aialis ⁊ ee
spẽe hoĩs se hʒ ad figuras ⁊ spẽs mẽbroꝝ: forma.n. artis
nõ inducif in mãm nisi applicet virtuti manuuʒ artificis ⁊
virtuti securis ⁊ ppendicularis ⁊ oium symetriaruʒ ⁊ oium
instrumẽtoꝝ per que deducif ã mẽte siue itellectu practico
artificis in mãm ⁊ oĩa in que deducif ⁊ qᵒꝝ virtutib⁹ ap-
plicaf determinãt ipsam ⁊ informanf ex ipsa ⁊ per hoc qdẽ
ꝙ determinãt eã ⁊ coaptãt eã pticularitate mãe: ⁊ q᷑ infor
manf ex ipsa iõ agunt ad esse qd est act⁹ ipsius solius: ⁊ nõ
alicui⁹ eoꝝ qbus applicaf. Domus enĩʒ nõ est act⁹ securis
vel perpendiculi formaliter loquẽdo sed est act⁹ formalis
forme artis domificãdi que est in aĩa architecti. Similiter
aũt lux se hʒ ad colores eo ꝙ sicut diximus oium coloꝝ lux
est vna ⁊ simplex hypostasis applicata tñ superficiei clare in
qua plene diffundi põt ppter multũ pspicuũ terminatũ qd
est in ea albedinẽ pducit: applicata aũt siue diffusa in super
ficie vni⁹ de pspicuo terminato habente magis impedif dif
fusioꝝ erit palloꝝ: ⁊ applicata ei in qua est pspicuũ aqueum
pducit viroꝝ clarioꝝ vel minus claꝝ: ⁊ sic est de alijs fm
ꝙ pspicuũ aqueũ est clari⁹ coloꝝ generibus ita ꝙ in oĩbus
lux coloꝝ eẽs hypostasis determinaf ⁊ pprium generans
hui⁹ vel illius efficif: ⁊ in oĩb⁹ forma ad quã color cõstituif
nõ est nisi lucis vel luminis forma: ppter qd etiã oĩbus co-
loꝝ motiu⁹ visus est fm actũ siue lucidi effectũ siue formam
lucidi que lux vel lumẽ est vt in.2. de aĩa a nobis determi-
natũ est. Eodẽ mõ formatiua que est in semine pmo in cor
de se ponẽs vna quidẽ est fm sũbam ⁊ formã ⁊ sũbali opa-
tione formã suã que vite forma est coicans accipit spirituʒ
instrumẽtũ per quẽ sicut sue virtutis vectore cũcta distincte
pducit. In se eni vna existens ⁊ per spiritũ applicata ⁊ insitu
ta spiritib⁹ ⁊ humiditatib⁹ ⁊ calorib⁹ ⁊ locis ⁊ cõplexioni-
bus membroꝝ ex vnoq̃q̃ istoꝝ distincte pducit hoc mẽ
brum qd est cerebrũ vel hoc qd est epar: vel hoc qd est ocu
lus vel pes vel manus: q᷑ tñ oĩa quibus miscef format vel
contrahit ad formã suã que est vite hoĩs vel alteri⁹: iõ oĩs il
la mẽbroꝝ diuersitas cõcorditer est ad vite operationẽ: ⁊ fi-
gura ad opus hoĩs vel alterius a qua vita formatiua de-

Quõ idea ⁊ forma idẽ sint subiecto ⁊ fm modum differant.

scendit in semẽ: ⁊ nisi esset vnũ sic oium diuersitatẽ operan-
tiũ cõtinens ⁊ informãs tũc qd pducif esset cõfusuʒ: q᷑ calor
ignis vnũ ⁊ virtus celi aliud ⁊ virt⁹ humidi iterũ aliud: ⁊ ex
vnoq̃q̃ similr aliud ⁊ aliud pduceret: ppter qd etiam ex
dicto Parmenidis dicẽte ꝙ pmũ formãs nõ distinguif ex
secũdis qbus adiũgif sequebaf in toto nõ eẽ oium partiũ
ppter quã cãm illã dubitationẽ mouit Aristo. in pmo phy.
vbi tractat Parmenidis põnẽ: sed Plato melius ista de-
clarãs dixit pmũ misceri cũ secũdis ⁊ iõ ptes quodãmõ idẽ
esse cũ toto ⁊ quodãmõ esse diuersas: sicut in pmo nostroꝝ
physicoꝝ determinauim⁹. Sic igif Plato pater mi itellect⁹ lu-
mẽ ei⁹ qui est pater oium vns ⁊ simplex est idea vĩtute qdeʒ
⁊ cãlitate vniuisis: ⁊ iõ in seipsa phabẽs vĩtualiter oẽs oium
formas excellẽtiori esse q̃ sint in seipsis: q̃ñ in intellectu pa
terno sunt lux ⁊ vita ipsi⁹ opatiui itellectus: ⁊ hec idea pce
dens ex ipso cõiungif luminib⁹ oiuʒ motoꝝ orbiũ ⁊ motuũ
toti⁹ orbis: ⁊ miscef cũ ipsis ⁊ ipsi desiderãt eã sicut formãt
tem lumina sua ppria ⁊ mot⁹ pressus eius est ꝙ mixta lu
mini pmi motoris sic determinata procedit in 2ᵐ: ⁊ ex illo
determinata pcedit in 3ᵐ: ⁊ sic pcedit in oẽs: oẽs iformãs
⁊ ab oib⁹ accipiẽs determinationẽ: ⁊ hoc est semẽtẽ pmum
virtute multiplicabilẽ deũ deoꝝ facere: ⁊ dijs inferioribus
tradere: ipsisq̃ pcipif vt exequanf eã per infusioneʒ eius in
virtutẽ celestiũ corpoꝝ per oẽm periodi mẽsurã in oib⁹ lu-
minariũ applicationib⁹ ⁊ cõiunctionib⁹ ⁊ radiationib⁹ trigo
nis ⁊ exagonis ⁊ tetragonis tã accedẽdo q̃ recedẽdo sum-
ptis: ⁊ vt vniuẽr dicaf in oib⁹ periodi ptib⁹ ⁊ vĩtutibus pla
nes ⁊ applanes motuũ in circulo pfectoꝝ: ⁊ tũc efficif plus
a plurib⁹ determinata ⁊ plura informãs ⁊ sic infundif ele-
mẽtoꝝ virtutib⁹. ⁊ in illis simplr determinata iformat oĩa
⁊ infundif pticulari generãti ⁊ mãe pticulariter cõnantis: ⁊
ex oib⁹ virtutib⁹ illius illa iterũ determinata ⁊ informans
est efficif tunc huic vel illi mãe cõgenia simplex in se qdeʒ in
ẽntia eẽis sed oium qbus determinaf habẽs virtutes. ⁊
sic ideaf id qd generaf ⁊ hoc est deos semẽtẽ a deo deoꝝ
acceptũ ad pereq. Quia aũt in tali infusione lumẽ pmi ali-
q̃ñ plus vincit lumẽ motoꝝ sup vĩtutes mãe corpee ⁊ aliq̃ñ
ecõuerso plus vincũt vĩtutes corpee ⁊ magis occũbit lumẽ
itelligẽtie ⁊ paterni ⁊ pmi itellectus. Sed in quo plus occũ-
bit lumẽ efficif corruptibile. In quo autem vincit ⁊ irradiat
sõ cõmixtũ mãe pmũ lumẽ manet incorruptibile fm aliqd
imixtũ mãe: ⁊ fm aliqd nõ cõmixtũ: iõ pceptuz dei deoꝝ est
vt id qd ex pductis sibi simile videret a se sumerent ad se-
des sidereas: ⁊ qd sibi dissimile cerneret ẽt dimitterẽt corpo
ri mãe ⁊ trãscorporationi subiacere. Ex oibus igif iductis
pʒ q̃liter vna oib⁹ idea vniuẽsis est cã vĩtute oĩa habẽs ⁊ pre
habẽs ⁊ cõtinẽs ad vnum: ⁊ hoc multiplicaf ex respectu ad
ideata nõ in se: sed q᷑ multoꝝ est: ⁊ pʒ q̃liter ex mẽte diuina
pcedit in corpora: ⁊ hec est in oib⁹ Platonis intẽtio: ⁊ iste
sunt vniuẽsles idee siue spẽs que sunt aĩ res ⁊ sunt multe ⁊
vna origine enim vna ⁊ formãte vice. Multe aũt ex deter-
minantib⁹ sic vel aliter ⁊ luce pria occũbente plus vel min⁹:
cã aũt positiõis est que dicta est a nobis in pncipio capli.

Nõ q̃ sit vera mens plõnis de idea fm Albertum.

¶ Cap. 13ᵐ. Qualiter Plato posuit mathematica ⁊ princi-
pium materiale ⁊ formale: ⁊ in quo conueniebat cum Pi-
tagoricis ⁊ in quo differebat ab eis.

AMplius aũt pter sensibilia ⁊ ideas Plato po-
suit mathematica corpora que fm eẽ sunt in-
fra res sensibiles ⁊ differũt tam ab ideis q̃ a
sensibilibus a sensibilib⁹ quidẽ q᷑ fm rõnem
sempiterna sunt ⁊ imobilia a speciẽb⁹ võ dif
ferunt q᷑ fm quedã in multitudine existentia
sicut sensibilia cũ spẽs sint eedẽ. Eadẽ eni spẽs est vna: ⁊ ea
dem vni⁹ multitudini vnũuoce ⁊ vni⁹ ⁊ eiusdẽ fm formaʒ
⁊ spẽm. Mathematica aũt sunt in multis vni⁹ rõnis: sicut
oĩs circulus ⁊ oẽ q̃dratũ est vni⁹ rõnis in quocũq̃ sit: eo ꝙ
abstrahit a mã sẽsibili: vñ ẽt q̃nque regularia corpora que
in vltimo Euclid. pbãt adaptabat q̃nque corporib⁹ simpli
cib⁹. hoc aũt nõ cõuenit spẽbus: q᷑ idee fm diuersitatẽ rerũ
sunt diuerse fm rõnẽ: sensibilia aũt cõplant mãm determi
natã. Causa aũt hui⁹ positiõis erat ꝙ videbat mobile cor-
pus inq̃ãtũ est mobile pre linquere an se corpus ⁊ iõ illud
putabat esse principiũ corpis mobilis. Corpus aũt oẽ puta
bat cõstitui ex principijs quãtitatis: ⁊ ideo corpoꝝ natura-

Tex. cõ. 6.

lib' ex q̄ cū diuersitate causabat diuersitatē: τ hoc qdē nō est verū sicut per antecedentia satis est manifestū. Qm̄ aūt spēs ideales sunt cause oib' aliis que sūt per nāꝫ f̄m Platonē: putabat Plato ꝙ elemēta specieꝝ idealiū oīum existētium essent elementa. Posuit igit̄ ꝙ cā mālis oīum sit magnū τ paruū pncipia reꝝ: sꝫ illud qđ est cā formalis vt subā vnuꝫ est qđ est idea p̄ma dicit eī. ex illis que sūt magnū τ paruū fieri: τ eē spēs τ nūeros rerū f̄m pticipationē vni' idee prime. τ illud vnū ideale pīcipiū dixit esse rerū subam τ nullū aliud entiū dixit esse vnū nisi illō vnū: qm̄ illud vnū est qđ vnit ē n̄ in multitudine q̄dā sicut pꝫ ex superi' inductis: τ illud vnū dicit fieri numerū ex colcatiōe p̄mr rū secūdis: τ hūc numerū dicit eē formas τ spēs rerū oīum. Magnum aūt dixit cōponi ex paruis. Infinitū τ magnum quidem esse subm̄ sed cītū magni dixit eē multa vel infinita parua. In his aūt positiōib' fere Plato dicit. vt Pitagorici dixerūt. Nō. n. differt ꝙ ille dixit nūeros mathematicos esse principia Plato aūt ponit pn̄m eē numerū idealē. In hoc igit̄ ꝙ dicit ꝙ nūeri sont cā sube siue forme cunctis existentibus.

Tex.cō.7. Simplr dicit vt Pitagorici: pro infinito vō ꝙ q̄si vnū māle pncipiū ponit Plato illi fecerūt pncipiū māle dualitatē: τ infinitū illud qđ est mā dixit Plato ꝯstitutū ex magno τ puo: τ hoc est ꝓpria posito ei' in q̄ differt s Pitagoricis.

Tex.cō.8. ¶ Ampli' Plato qdē ponit nūeros ideales esse p̄ter sensibilia: eo ꝙ f̄m p̄ncipia sue eēntie nō depēdent ab illis: sicut nullū superi' f̄m p̄ncipia eēntialia depēdet ab infeiori: Pitagorici vō numeros quos dicebāt esse pncipia dixerūt res ipsas esse f̄m formā: τ nō habere essentiā extra res ipsas. et ad hec Pitagorici nō ponunt mathematica inter res τ numeros sicut Plato ponit mathematica esse inter species τ res sensibiles. Qđ aūt Plato posuit vnuꝫ τ nūeros eē p̄ter res ipsas que sunt in nā τ nō dixit vnū τ nūerū esse res ipsas sicut Pitagorici dixerūt: τ ꝙ vniuersalr itroduxit ideas apparet p scrutatiū de rōnib' diffinitiuis sicut diximus in antehabitis: qꝛ cū videret ꝙ nō ꝯuenit scire nisi per demōstrationem τ demōstrationis mediū est diffinitio inuestigabat diffinitionē τ vidēs ꝙ in sensibilib' nihil est finitū τ manēs ꝙ sit ratio oīum que sūt diffinitiēta extra res sensibiles: τ sic introducit ideas τ iō fuit qꝛ priores pbi nō hēbāt artē resolutoriaꝫ docentē demōstrare que docet inuenire rei diffinitioneꝫ in ea parte logice que posteriora analetica vocat̄. Isti aūt Platonici fecerūt in positione sua dualitatē verā aliaꝫ p̄ncipiꝫ: qꝛ dixerūt eā esse mām sicut iā an̄ diximus: τ hoc iō qꝛ sicut oēs numeri p̄ter p̄mos que p̄ncipia sunt numeroꝝ gn̄ant̄ ex dualitate ita oīa gn̄ant̄ ex magno τ paruo. P̄mi aūt nūeri sunt vnitas τ binarius qꝛ vnitas est p̄ncipiū numeri τ binarius ē p̄ncipiuꝫ pluralitatis. Generant̄ aūt ex dualitate magni τ parui siue mā τ specieb' sicut ꝓcedant ex quodaꝫ eximagrio siue sigillo qꝛ sicut sigillum est p̄ter cām quā ip̄imit τ nō dat ei esse suū sed tm̄ formam sine mā. Ita sigillant ipse idee mām sensibilē τ nihil dant ei de esse ꝑpetui sꝫ tm̄ formā: hoc aūt ita nō est sed potius ecōuerso: qꝛ nō rōnabile sic ꝯtingere: hui' aūt in sequētib' hui' scie est manifestū.

Tex.cō.9. ¶ Sed qꝛ nunc intēdim' hoc qđ Platonici ex mā magno τ paruo diuisa multa faciant siue fieri dicunt: sed ipse spēs nō generant nisi sigillando semel q̄ntum ad vnitatem sigillantis: videt̄ eni in nā rerum ꝙ ex vna materia fit vna mensura q̄ntitatis ex qua sic res vita: sed ille qui inducit spēs in res sensibiles sicut formator τ sigillator vnus τ idē existens in specie τ forma separatus multas facit spēs particulares in rebus sensibilib': τ hoc hꝫ f̄m aliq̄ similitudinē masculi ad feminā: femina eni implet̄ impregnata ab vno motu masculi seminis in eam. Masculus auteꝫ separatus a feminis multas iplet: τ sic dixerunt separatū inductorē forme sigillare multas mās τ forme tales sunt motre similitudines τ imitationes principioꝝ que dixerunt esse principia existentium. Isto igit̄ qui dictus est mō Plato determinauit de principijs que nūc querimus. Palā aūt est ex his que diximus qꝛ nō est vsus nisi solū duab' causis. s. ipa que qđ qd est sine forma τ illa que est mā. Spēs eniꝫ sunt cāe eius qđ quid est oibus formas participantib': spēb' vō dixit cāꝫ eē vnū paruū oīa alia formans. Vnit̄ aūt τ illa que est mā subiecta de qua spēs dicit̄. Species aūt sigillare habent in sensibilibus. sed vnū p̄mū formās hꝫ eē in specieb': materia vō subiecta qua vtit̄ Plato est illa dualitas que est magnū τ paruū sicut dixim'. ¶ Ampli' ad hoc bene τ male in moribus dedit cām eēntis hmōi idealib' ita ꝙ singulis dedit singulā cām. Elemētū. n. boni est cā bonoꝝ: τ elemētū mali cā maloꝝ: τ ista elemēta sunt idee boni τ mali. qđ tn̄ nō oportuit ꝙ existēte q̄dā cā boni nō oportuit eē cām formale mali: τ ꝙ malū est priuatio boni τ formā nō hꝫ: τ iō elemēta rerum magis τ melius dicimus inuestigasse quosdā primoꝝ pboꝝ an̄ Platonē sicut Empe. τ Anaxa. eo ꝙ illi ꝓpria rerū naliū p̄ncipia posuerūt. Plato aūt extra nālia principia que sunt rerū nāliū. Hec igit̄ dicta sūt de opione Platonis.

¶ Cap. 14m. Qr nō est addere qntā cām p̄memoratis q̄tuor causis ex oib' dictis intentionibus philosophoꝝ.

Breuiter igit̄ τ sūmatim siue particulariter ptransiuim' determinando qui pbi τ qūo siue qb' rōnib' dixerūt de p̄ncipijs siue causis rerū existiū τ de ipa vitate reꝝ q̄ est reꝝ qditas ex simplicib' τ p̄mis sube subiecte p̄ncipijs cōstituta. Oīa. n. alioꝝ dicta redeūt aut ad opionē Epicuri q ponit corporea: aut ad opionem Stoici q mathematica ponit p̄ncipia: aut ad opionē Platonis q cōsentit in aliquo cū veris. Ex oibus aūt inductis lꝫ irrationabiliter dicta sunt hoc tm̄ ab eis habem': qꝛ oīum loquētiū de p̄ncipio τ cā nullus dixit aliqđ nouū gen' cause qđ p̄ter q̄tuor gn̄a cārum que a nobis in. 2. phys. sūt diuisa q̄si genera genus esse addere intēderit. Sed oēs pbi siue de nā sola loquētes siue de ipsa vitate p̄ma existētiū loquant̄ obscure qdē q̄ntū poterāt vident̄ in positionib' suis appropinq̄re illis cārū generib' τ nullū genus cāe nouū addē. ¶ Isti nāꝫ pbi q solū mām p̄ncipiū oīum esse dicūt siue ponāt materiā esse vnū aliqđ siue plura: τ siue ponāt esse corp' siue incorporeā sicut Plato q dixit mām esse duo magnū. s. τ paruū. Mathematici aūt oēs qui ponūt cām materialē esse dicūt. Similr τ stoici q dixerūt infinitū esse similiū ptiū cōmixtū pn̄m. Et similr Empe. qui ignē τ terrā τ aquā dixit esse p̄ncipiū māle Anaxa. n. mālē. cām dixit finitationē mixtionis similiū partiū sicut pꝫ per determinata in antehabitis. Oēs. n. isti sunt tāgētes cām quā vocam' materialē. ¶ Ampli' aūt qui dicūt aut ignē solū aut aerē solū aut aquā solam aut corp' mediū qđ sit igne spissius τ aere subtilius. Oēs n. isti tale corp' qđ sic posuerūt dixerūt esse materiam. Oēs igit̄ isti nō tetigerūt nisi solā materiā nihil ex quo fierēt res nouum qđ nō rōnē materie habeat adijciētes. Alij aūt pboꝝ locuti sunt de cā ꝙ vnū est p̄ncipiū motus siue mouēte: sicut illi q dixerunt amorē τ odiū siue litē τ amicitiā qđ idē est eē cās. Similr aūt τ illi qui dixerūt esse cām aliquid ex cuiuslibet que enumerauimus dixerūt esse aliquid mouēs sicut calidū vel frigidū vel aliquid huiusmodi. Nullus eni hoꝝ in hoc genere causalitatis inuenit aliqđ qđ haberet rōneꝫ causalitatis noue: qꝛ oēs in rōne mouētis dixerūt eē qđ posuerunt. Sed nullus antiquoꝝ plane τ manifeste dixit cām formalem que qđ erat esse rerū τ substātia: eo ꝙ esse τ q̄ditatem τ rōnē dat his que sunt. Maxime tn̄ hanc dederunt causaꝫ illi qui spēs esse posuerunt sicut Platonici τ illi qui ponūt rōnē diffinitiuā esse in spēb' τ nō in sensibilibus cōtinue transmutabilibus. Isti eniꝫ nō ponunt spēs esse vt materiā sensibilib': neq̄ etiā ea que sunt in speciebus p̄ma principia: sicut vnum prime cause τ luminū numeri de quibus diximus supra. Ponunt esse materiam sensibilib' neq̄ suscipiunt spēs sicut ea a quibus ꝓueniat principiuꝫ motus sicut a mouente τ efficiente. Dicūt enim ꝙ species magis sunt cā imobilitatis τ sunt in quiete q̄ sine causa mot' vel mouentis: sed potius dicunt ꝙ species p̄stāt singulis siue singularibus alioꝝ oīum a specieb' quid erat esse propter hoc ꝙ imobiles sunt τ q̄escentes. Specieb' aūt vnū qđ est idea cause prime p̄stat esse. illā vō cām que est cā act' siue pfectiōis τ trāsmutationis oīs rei: τ cā mot' hoc est ꝑ quā est id qđ est: τ voc̄at cā finalis mō q̄dā dicūt: sꝫ isto mō nō dicant quo vere est f̄m rōnem cālitatis finis: qꝛ eā nō dicunt ꝓut est finis intentionis mouētis: τ finis motus ꝓuet desiderij māe est in ea: sed balbutiēdo dicūt eā ꝓut iclinat aliquo mō efficientē: τ hoc ipsum nō determināt. ¶ Quidā enim ponētes intellectū agētē cuius facere est ꝓpter aliqđ: τ ponūt res am oīa intellectus: vt bonū qđdam dicunt esse

illas cās sicut hoc esse bonū a quo inuidia est longe relegata: τ hoc qz bonū est ex amore cāme res q̄s facit: sed hoc vō itellectū vt bonū ponētes nō ponūt hoc sicut ꝓpter qd cām qz scz sit cā ꝓpter quā sicut finē sicut illud qd est existēs aut ꝓpter quā sit factū id qd sit in vniuerso existētiū: sed poti⁹ posuit eas esse cās sicut ab hijs: sicut mot⁹ eoꝝ qui fiunt τ esse eoꝝ qui sunt. finis eni est ꝙ in termino mot⁹ intēdit id qd fit: τ tunc vltra id nō mouet efficiēs: τ hoc mō amor intellectus nō est cā sz poti⁹ mouēs sicut iā dem̄ est. Similr aūt τ illi q dicūt ꝙ oia ista sunt vnū aut ens p̄n^m sicut Xenophontes τ Parmenides dixerūt cām talē eē q̄ est nā subē. τ ei⁹ qd qd est: sz nō dicūt hoc qd est eē hui⁹ cā: nec dixerūt hui⁹ cā fieri qd fit sicut cā finis. igit accidit eis mō quodā dicē id qd est cā sicut bonū τ e τ finis. Dicunt eni fm accñs obstrue fm ꝙ est dispositio efficiētis ad mouēdū τ simpliciter nō dicūt τ hoc est fm accñs dicē nō simplr: hoc. n. accidit fini ꝙ inclinatiu sit efficiētis. subaliter aūt est terminus itētiōis τ motus. Quia igit sic ab istis diffinitū est de causis τ determinatū est quot τ que sunt fm istos. dicim⁹ ꝙ oēs inducti pбl videnī testimoniū phibere in nūero sꝑeri⁹ inuētaꝝ cāꝝ per hoc ꝙ aliā qnte cālitatis cām addere nō valēt. ¶ Ampli⁹ aūt ex inductis pboꝝ inqsitionib⁹ palā est qz ingrēda sunt pncipia vel in mō sic victo per rōnē oium cāꝝ. aut fm aliuz modū q̄rūdā victaꝝ cāꝝ. Quo aūt mō vero vel falso qlibet inductoꝝ pboꝝ dicit. τ quō per rōnes ꝓbauit dem̄ sua: τ quō se habent qōnes que ꝯtingunt de pncipijs entis post hoc: deinceps de hijs percurramus vidētes vtꝝ vera sunt que dixerunt: τ vtrum valentes rōnes eorum.

¶ Tractat⁹ qnt⁹ de ꝯdictiōe opionū iductaꝝ de principijs.

¶ Cap. p^m. De ꝯdictiōe Epicureoꝝ qui ponebāt corporuz materiā esse oium vnū corpus dicentes eam esse.

Incipientes igitur ab hinc ad ꝯdicēdū hijs q̄ iducta sūt dicim⁹ ꝙ qcūqz oē qd est ponūt eē vnā qdā nāz q̄ est mā oium: τ hāc dicūt esse corporeā hoc est mēsurā q̄titatis habētez: facile palā est qz multiplr delinqūt: diminute. n. loqūtur de pncipijs τ rōnes nō ꝓbātes iducūt. Diminute aūt τ isufficiēter loqūtes p̄mu isufficiēs ponūt p̄n^m māle corporeā. n. māl ponētes nō ponūt nisi mām corpoꝝ τ nō ponūt mām icorporeoꝝ: cū tñ sint τ existāt incorporea sicut suba fm ꝙ suba τ ens fm ꝙ ens τ oia diuina. hec eni sūt qñ corporeā mēsurā τ sūt in eis potētia τ act⁹ τ mā τ sub alia forma vt sepi⁹ in pbabitis determinatū est. ¶ Amplius aūt diminute loquanī de pncipijs gñabilium τ corruptibiliū qz cū conenī physice tractare de oib⁹ corporib⁹ abstulerūt motū q est mouēs τ efficiēs in mā gñabiliū τ corruptibiliū. Cū tñ sine cā mouēte mā nequaq̄ moueaī ad generationē τ corruptionē. ¶ Ampli⁹ aūt diminuti sunt τ insufficiētes q cū ponāt nisi mām cōuenit eis ꝙ suba τ qd qd est nulli⁹ enti s ponūt eē cām qd est valde icōueniēs. ¶ Adhuc aūt rōnes qb⁹ vtunī i ponēdo hoc vel illud corp⁹ mām sunt valde vane τ debiles: qui. n. mō faciūt qñz simpliciaz corpoꝝ per se solū oium esse māle p̄n^m: aut quō per rōnem faciūt qdcūqz per se solū esse mām oium p̄ter terrā cū speculenī in entib⁹ gnōnē τ adinuicē factam. Dico aūt ꝙ ponūt corporeā oium esse mām aut ignē: aut aquā aut terraz: aut aerē vel plura hoꝝ sil: vel oia: aut aliō aliqd tale corporeū: quedā eni hoꝝ vt dicunt fiunt ex adinuicem ꝯcretione siue inspissatione: vt densa ex raris: quedā aūt distentatione sicut rara ex densis. hoꝝ aūt qd māle pncipiū esse dicunt plurimū differt fm eon in p̄us esse vel posterius esse: eo ꝙ ipsi supponebāt eē id est hoc elm̄ qd est p̄mū in cōpositione τ posterius in resolutione. τ in hoc ꝯueniunt oēs. Quidā aūt dixerūt ꝙ spissum cōponit ex multis raris subtilib⁹ τ resoluit in ea vltimo: τ illi oēs opinabanī illud nunc maxime eē elementū inter oia ex quo fit cōcretione τ inspissatione aliquid sicut p̄mō cōpositū. tale vō est qd minutissime est partis τ subtilissimū est corpoꝝ: vnde quicūqz ignez ponūt esse principiū māle oium dicunt hoc maxime confitendo hanc quā diximus rōnē. ¶ Similiter aūt τ quicūqz ꝯsitenī qdlibet alioꝝ corpoꝝ esse elemētale subtile. s. in partib⁹ p̄dicta rōne dicūt qd dicunt. Nullus eni posterioꝝ pboꝝ vnū solū corp⁹ mām oium esse dicentiū dignatus est terrā esse elemētū persuasus p̄ inducta rōne: τ ideo ꝓpter magnitudinez τ grossitiē partialitatis terre dixerūt ea nō esse elemētū: qd liber aūt aliuz triū elementoꝝ indicez quēdā pбm accepit: qui ipsum posuit corpoꝝ esse materiā: hij nāqz pbl dixerūt ignē mām esse. Alij vō dixerunt materiā esse aquā. Alij vō aerē hoc elementū esse dicunt. Qui eni p̄ inducte cōsenserunt rōni duabus disturbabanī rōnibus quaꝝ vna fuit ꝙ in circulari generatione elemētoꝝ adinuicē videbant aliqd esse oportere subm mutatiōis saluanz hoc aūt nullum esse elementoꝝ: τ iō cōsentiētes sꝑerius inducte rōni dixerunt illud esse igne spissius τ aere subtilius. Causa aūt q̄re dicebāt igne spissi⁹ fuit: qz videbant mām corporeā ampli⁹ extendi τ rarificari nō posse q̄tuz extendiī in igne τ cū hoc ignis nō sit. dixerūt ipm minus raꝝ esse q̄ ignē. Aere autez sbtilius dicebāt: ꝓpter sꝑeri⁹ dictā rōnē. qz scz subtile ex quo fit spissum resoluiī vltimū. ¶ Scda rō fuit: qz videbāt subtile spūale nō esse icorporabile: τ ideo cū ex elemēto corporea fiant dicebant elementū esse subtile qd incorporabile est τ hoc aqua: qz humidū aque est eo ꝙ est penetratiuū pactiū τ partis partiū. Sic igit τ hijs de causis singulū elementoꝝ indicē accepit p̄ter terrā quā nullus antiquoꝝ posuit ꝓpter hoc ꝙ cōfessum esse opinati sunt spissum componi ex raris: sicut magnū ex paruis. spissum eni dicebāt quodam magnū esse. Sed cū rō elementi sit qd est p̄mū generatione in simpliciū generatione τ qd est in cōpositione p^m τ resolutione vltimū sicut confitebanī. ¶ Quare nō dicunt etiā terrā elementū oium esse corpoꝝ: sicut multi hominuz esse dixerūt. Multi nāqz dicūt ꝙ oia sunt terra: qz cum nō dicāt esse formā aliquā materiā dixerunt esse oia τ accidentibus diuersificatā τ situ partiū fieri hoc vel illud. Dicit. n. Hesiodus poeta qui τ Homer⁹ dictus est terrā primū fieri inter corpora simplicia τ eā natare lato pectore super aquā. Sic eni vt recitat Hesiodus ꝯuenit esse antiquā τ publicā siue vulgarē esse susceptionem quā oēs susceperint. Rō aūt antiqtatis est duplex: vna quidē qm̄ locus generatiuūs circa centrū est: τ ibi est locus primus terre: τ iō in pricipio ꝓducit vt mater τ materia alioꝝ. Alia aūt ratio est ꝙ elementa oia cōposita sunt maxime ex terra τ in ipsam maxime resoluunī. Iste igit sunt due secte pboꝝ sic de mā corporuz loquentiū fm igit istoꝝ primā sectā: nec bene dicit sī quis horum simpliciū corpoꝝ aliqd p̄ter ignē qui est subtilissimus corpoꝝ specie: τ fm eosdez neqz recte neqz bene dicit qui ponit ꝙ elementū omniū est corpus qd est igne grossius τ aere subtilius. qz nihil hoꝝ est subtilissimū corpoꝝ: τ iō fm dicta eoꝝ nō est principiū. Si vō sicut posterior dixit secta qd est generatiōe posterius hoc est remotius a generatiōe est prima nā prius in oibus: τ qd est densatū τ ꝯcretū est posterius siue longinquius in generatione tūc accidit cōtrariuz dicto primoꝝ: aqua eni fm hoc erit prior aere: τ terra prior aqua: τ sic terra est elementum primum ex quo cuncta alia per resolutionem generantur τ que prestant materiam generatis. Ista igitur sunt dicta de opinionibus eorum qui vnam causam materialem qualem diximus inter simplicia corpora posuerunt.

¶ Cap. 2^m. De ꝯdictione Empedoclis plura mālia ponentis τ de ꝯdictione eius quod dicit de mouente principio.

Idem quoqz sequiī ad dictuz eius qui plura simpliciū corpora materiā omniū posuit: sicut dictū est Empedo qui posuit quatuor corpora simplicia esse omnium materiā: hinc autez Empedo. cōtingunt quedā incōueniētia que sunt eadē cum hijs que cōtingunt prebabitis qui vnū corpus ponunt esse numerum: quedā etiā propria inconuenientia hijs accidere necesse est τ illa quidē que illis τ isti cōtingunt sunt incōuenienter dixisse de principijs: sicut τ illi propter insufficiētiā materie: τ efficiētis τ forme: ꝓpriū aūt incōueniēs est qd accipit Empe qz nos cernim⁹ elementa esse generata ex adinuicē nō saluata vna elementi forma in subiecto generatiōis: quasi nō semp in subiecto trāsmutationis igne τ terra eodē fm formā corpore ꝑmanēte in tota trāsmutatiōe ignis τ terra τ alia huiusmodi nō existent prima mā generatiōis: de hijs autem τ hmōi satis in physicis nostris est dictum versus finem primi libri vbi de

Tex.co.10.

Tex.co.11.

Tex.co.12.

Tex.co.13.

Tex.co.14.

Tex.co.15.

principijs determinatū est. Similr Empedo. nec recte nec oino irronabiliter putādus est dixisse d causis eoꝝ que mo nec vtꝝ vnū vel plura sint mouentia. Qd eni mouentē cāni posuit rōnale fuit: ꝛ hoc fuit ipsa veritate coact⁹ sicut in añ/ habitis dctū est. Qd aūt litē ponit ꝛ amicitiaꝫ que sunt fm pma mouētia ꝛ nō determinant subm actionis ꝛ passionis eoꝝ nō rectū fuit. Adhuc aūt sic dicētib⁹ sicut dicit Empe. necesse est ꝙ ex toto alterario auferaꝛ. Lis eniꝫ ꝛ amicitia nō faciūt nisi ꝫgregationē ꝛ segregationē: ꝛ nō alterationeꝫ in ꝫgregatis ꝛ segregatis. Silr ex calido nō erit frigidum nec ecōuerso ex frigido calidūꝫ fm dicta Empe. Ipse eniꝫ ponit qd illa patiꝛ ꝫtraria q̄si mā ꝛ subm: nec dicꝛ ꝙ est vna mā sicut subm manens in tota trāsmutatione que facta est ignis q̄n fit ignis ex aq̄ ꝛ que facta aq̄ q̄n fit aq̄ ex igne. Nō eni ponit nisi agētia litē ꝛ amicitiā: ꝛ nō dat eis māꝫ subie ctā ſꝫ nisi ꝫgregatiōe ꝛ segregatione sine mā subra que vna est sub vtroqꝫ ꝫtrarioꝝ. ꝛ sic pꝫ ꝙ isufficiēter locutus est de pri/ cipio mouēte: adhuc āt ponere duo eque pmo mouētia est penitus incōueniēs. Necesse est enim ꝙ ois multitudo mo uentiā ꝛ motuū reducaꝛ ad pmuꝫ motum ꝛ ad mouēs pri/ mum sicut in. 8. phyſi. ostendimus. Adhuc autē q̄si ñ dem⁹ litē mouere ꝛ amicitiā qd mouebit litem aliq̄n vt moueat postq̄ aūt nō moueat Empe. nō determinauit ꝛ eadem rō est de amicitia: ꝛ sic ante hec duo mouētia necesse est aliud mouens ponere: ꝛ hijs similia sequunꝛ incōuenientia.

¶ Cap. 3ᵐ. De ꝫdictione ad positionem Anaxagoꝛe.

Tex. cō. 16.

aqua nō fit ex illo nisi corrupto altero ꝯm subām illud antē
quo hoc diciř fieri ex hoc sicut post hoc nō fit ex hoc illo cor-
rupto ꝯm subām: ⁊ hoc est in oībus cōmixtis ex elemētis in q-
bus paulatim ꝑgressus fit ad eē pfectū p multa media qđ
nō fit in simplicibꝰ ḡnatiōe ex iuicē: ꝑpter qđ ēt illa in qbus
fit hoc ex hoc sicut post hoc nō reflectunř siue cōuertuř ad
inuicē q2 id qđ est prius nō pōt eē posteriꝰ ad idem. vn̄ nec
dicimꝰ ꝙ ex viro fiat puer: ex cōgressione ordinatio castro
rū: nō eniꝫ dicimꝰ ꝙ factū iam in esse pfecto fiat ex ḡnatione
illa que est forma post formā: sed potius dicimꝰ ꝙ sic factū ⁊
pfectū in vltimo termino ḡnationis fit post ḡnationē iperfe
cti ꝑgredientis ad pfectū sine corruptione subē: ⁊ sic dies p-
fecta que est meridies qm̄ lumē solis totū iplet hemisperiuꝫ
circulo pyramidis luminis solaris directe sup terrā vndiqꝫ
iacēte ⁊ diametro pyramidis ppendiculariter centruꝫ in he-
misperio

Scđo de aīa tex. cō. 5.

7. phy. te. cō. 20.

misperio pertiente fit ex aurora vel mane in quo lumē qḋ est forma diei permixtū est opacitati ꝑ pyramis solis nō nisi in pūcto tangit sperā terre fm hemisperij descriptionē: ab illo enī mane continue erigit̄ pyramis donec in meridie pfecte stat sup hemisperiū ita ꝙ circulus q est basis pyramidis ambit circulū orizōtis ꝛ iō nō pōt dici ꝙ fz gñationē diei auroꝛa siue mane fiat ex meridie. ¶ Exēpluꝫ aūt qḋ quidā hic ponūt sicut in vapoꝛe fit nebula nō est cōueniens: qꝛ nō semp ex vapoꝛe fit nebula: sed vapoꝛ depressus est nebula nisi dicamus ꝙ nebula dicat̄ vapoꝛ spissus: ꝛ qꝛ vapoꝛ p nām factus est ꝯtinue inspissat̄ egrediēte accidētali calido ꝛ sic mot⁹ ille pficitur in esse nebule. Altera que est generatio simplicitū qꝛ ib⁹ nihil placet nisi mā simplex ingenerabilis ꝛ icoꝛruptibilis reflectunt̄ siue ꝯuertunt̄ adinicē. ¶ Sic igit̄ hoc fieri ex hoc duplr̄ dicimus ꝙ vtrūqꝫ hoꝝ ipossibile est in infinitū abire. Nā generatio eoꝝ que nō cōuertunt̄ est infra extrīa impfectū ꝛ perfectū ꝛ in his necesse est eē finē in quo stet generatio qꝛ aliter periret finis qui in nā itendit̄ ꝛ esset casu ale opus nature: igit̄ nō fit hoc ex hoc in talibus.

Tex.cō 5[?].ꝛ infra.

Alia aūt que sunt simplitia reflectunt̄ adinuicē: ꝛ nō semp fit hoc ex hoc in ifinitū fm rectā gñationis theoriā sed alterius generatio est alterius corruptio in talib⁹: sicut ostēsū est a nobis in scḋo pigeneseos. ¶ Ex hoc igit̄ vlteri⁹ cōcluditur ꝙ primū sempiternū ingenerabile et quo aliquid fit impoſſe est corrūpi: cōstat enīꝫ ex omnibus que in fine ꝓmi pħicoꝝ ꝛ hic dicta sunt ꝙ fm nullius vnq̄ pōſ positionē generatio est ifinita in sursum respectu primi: qꝛ qlibet posuit aliqḋ māle eīntū eē primū. Necesse est aūt ex quo primo fm subam corruptū aliquid factū est nō esse illud sempiternū. Cū v̄o circularis fit taliū generatio: ꝛ vniuscuiusqꝫ eoꝝ generatio ex altero fit alterius corruptio nullū elemētū manet incorruptū ꝛ sic nullum eoꝝ est simpliciter materia ꝓmā sed potius qḋ est incorruptibile ꝛ ingenitum.

¶ Cap. 8m. Q̄ causa finalis non potest abire in infinitum.

Tex.cō.8.

Mplius aūt id qḋ est cuius cā sumit oia alia est finis siue cā finalis: ꝛ talis cā sic vltima est in motu ꝛ prima in intētione ꝙ ipsa nō est alicuius alteri⁹ cā sed alia oia sunt ꝓpter eam ꝛ cā ipsi⁹. ¶ Si igitur tale qḋ qū talis hꝫ cause modū ꝛ rōnē fuerit ipm qḋ vltimū est in motu mouētis ꝛ materie hui⁹ qḋ est finis mot⁹ vtriusqꝫ dictarū causaꝝ nō pōt esse infinitū: qꝛ vltimū qḋ est finis vltimum acceptū est actu q est motus efficiētis ꝛ māe: ꝛ p sic acceptū actu pfecta quiescit mā que est subm motus ꝛ principiū mouens cessat mouere. infinitū aūt est cuius partes accipienti semp est aliqḋ extra accipere: ꝛ iō nunq̄ in ipso cōuenit accipere vltimū. Si v̄o detur ꝙ id qḋ est finis nō erit tale vltimum sequet̄ ꝙ finis nō erit id cuius cā mouet efficiēs ꝛ cuius cā mouet̄ mā: ꝛ hoc est ꝙ cā finalis nō est causa finalis. ¶ Amplius aūt illi qui sua positiōe faciunt ifinitū in cā finali quasi sui dicti obliuiscunt̄: qꝛ volūt entia eē bona ꝛ bonū esse qḋ oia optāt ꝛ ad qḋ ꝛ ꝓpter qḋ mouent̄: ꝛ in ista pōne auferūt boni nām ꝛ rōnem nihil enim optat hoc nāli appetitu qḋ nunq̄ cōtingit cōsequi qꝛ eēt vanū ꝛ inutile nāle desideriū. Id aūt qḋ in infinitū distat a quolibet entiū nunq̄ cōtingit cōsequi igit̄ illud nō cōtingit appeti: ꝛ sic illud non esse bonū alicuius cōsequit̄ ex hoc qḋ infinitū. Infinitū igit̄ faciens in cā finali aufert rōnē boni entiū. ¶ Amplius aūt nullus oīm mouētiū ꝛ efficientiū conabit̄ aliqḋ facere fino sit futurus venire ad terminū mot⁹ vel opis sui: qꝛ nec op⁹ regit̄ itelligētia qꝛ mouēs est vt̄e motū ꝛ ab ipsa est nālis appetitus boni ois rei nāliter: ꝛ tūc sequit̄ ꝙ aut casu moueat oē qḋ mouet ꝛ casu moueat̄ oē qḋ mouet̄: aut ꝙ cā finalis actu icludat̄ a motu q est actus pfecti mouētis ꝛ actus impfecti mobilis: primū aūt hoꝝ est impoſſe: ꝛ 2m igit̄ erit necīo cōcedēdū. ¶ Ampli⁹ aūt itellect⁹ actiu⁹ qui grece vocat̄ practicus fm hoc nihil eēt in entib⁹. Ois enī q talē hꝫ intellm cā alicui⁹ facit oē qḋ facit. In liberalib⁹ .n. finis est opatio ipsa. in mechanicis aūt apothelesma siue opatū: in musicis aūt cātū volumus: in fabrili aūt gladiū vel qḋ tale p opationē effectū sic determinatū est in ꝓn⁰ nostroꝝ ethicoꝝ. Id aūt ꝓp qḋ facit q itellectū hꝫ termin⁹ est aliqs quē opere consequi intēdit: igit̄ idipsū est cā finalis: qꝛ finis intentus nihil aliud est q̄ terminus operis ꝛ intentionis ꝛ appetitus.

Tex.cō.9.

¶ Cap. 9m. Q̄ cause formales non vadunt in infinitum.

Tex.cō.10.

Odem aūt mō ostēdemus ꝙ ifinituꝫ nō est in ca formali: forma enīꝫ resoluit̄ in diffinietēs sī est forma que est spēs. Si aūt est forma gñationis stat in aliquo primo sicut iā ostēdem⁹. Inquamur ḡ primo de forma que est totū eē ꝛ est spēs. ¶ De illa enī fm duas cōparatiōes opꝫ ostēdere ꝙ nō est ifinita: qꝛ enim illa cōstituit̄ ex gñe ꝛ differētia opꝫ ostēdere ꝙ stans iferius ad differētiā vltimā cōstituētē nō est ifinita ad supius p gña: ꝛ hec est prima ostēsio: ꝛ scḋo reuertemur ostēdētes ꝙ stans supius in gñe non est infinita versus iferius p differētias diuisiuas ꝓpter quarū ifinitatē nō est accipe vltimā cōstituētē diffam. ¶ Dicemus igitur ꝙ forma que qḋ erat esse rei eo ꝙ quicqḋ est preter spēm nō est de esse sed de indiuiduātib⁹ nō cōtingit diuidēdo p sua diffinietēa reduci ad aliā rōnē que suoꝝ diffinientiū sit diffinitio que multiplicet̄ sup rōnē diffinientiū superioꝝ in ifinitū. In talib⁹ enim ꝯstat id qḋ est supius ꝛ prius siue ante semp eē magis cām rōnis ꝛ esse: ꝛ id qḋ est posterius minus eē cām pdictoꝝ qm id qḋ est prius ꝯstitibus est cā ꝛ nō ecōuerso sicut diximus sepe. in oibus aūt talib⁹ necesse est primū aliqḋ qḋ est causa oīum: qm sicut in mouētibus prius diximus in talib⁹ cui⁹ primū nō est nec cōsequēs est cū primū sit cā cōsequēti ꝛ ꝙ est cā est igit̄ genera in que ad supius forma resoluit̄ spēi stant in aliquo vno ꝓmo ꝛ sic ad supius forma nō ꝓcedit in infinitū.

Tex.cō.11.

¶ Amplius dicētes formā ab iferiori p differētias diuisiuas ꝓcedere in ifinituꝫ destruūt scire qḋ est de re fm ꝓpriā nām ꝛ subām. Non est enim possibile scire aliqḋ fm pfectū ꝛ verū sciēdi modū nisi prius p diffinietēa diuidēdo pueniat̄ ad ea que fm formā indiuidua sunt: ita ꝙ formalib⁹ ad esse cōducētib⁹ vlterius nō diuidunt̄ qꝛ illa forma sic accepta est vltima ꝛ ꝓpria rei pfectio: ꝛ cōuertibilis in cā eēntialis: sed nō est aliquā rem cognoscere si ponat̄ ifinitus eē p diuisas formas ꝓgressus: impossibile est enīꝫ que sic sunt ifinita intelligēdo pertransire. ¶ Si enīꝫ detur sicut dixit Plato ꝙ sic itelligere opꝫ. Queramus quō itelligere opꝫ qḋlibet cōpositū ex multis: nō enī sic itelligere ei qḋ est .s. infinita accipiēdo in talib⁹ sicut quidā dicūt ꝙ in linea intelligit̄ totalitas linee per diuisiones medietatū fꝫ ꝙ suaꝝ medietatū diuisiones nō stat diuisio: ꝛ sic supficiē cōponi ex lineis ꝛ intelligi ꝛ corpus cōponi ex supficieb⁹ ꝛ intelligi ꝛ omne diffinitū ex infinitis. ꝛ sicut isti dicūt nō cōtingit intelligere aliqḋ nisi .n. statuat̄ vltimū in quo stet diuisio nec pficiet̄ esse nec pficiet̄ scire ꝓpter cām quā diximus: qꝛ .s. nos non arbitramur nos scire ꝛ cognoscere aliqḋ nisi cū causaꝫ cognoscimus ꝛ qm illius est cā ꝛ qḋ vltimū hēm⁹ vsqꝫ ad elemētales causas sicut declarauim⁹ in primo pħicoꝝ: iō qui intelligēdo lineā ꝓcedit in ifinitū

Tex.cō.ꝓmi.

nunq̄ enumet abit sectiōes i quas diuidit̄: ꝛ iō nō itelliget ipaꝫ: sed si itelligi debeat opꝫ ꝙ itellectus eius stet ad gen⁹ primū ꝛ ad differētiā vltimā qui est alius itelligēdi modus q̄ p sectionē diuisionis. ¶ Sed adhuc et si formā cōsideremus ꝓut est actus māe ꝛ pfectio cōpositi ex mā ꝛ forma adhuc impoſſe est ꝙ ipsa sic ifinita: qꝛ hoc mō itelligēdi necesse est ꝙ mā intelligat̄ in eo qḋ iaꝫ motū est ꝛ generatū: compositū enīꝫ hoc mō p motū esse ꝛ gñatuꝫ eē pfectū est: ꝛ hoc qḋ in actu est ꝛ pfectū eē hꝫ in nā. Et aūt qḋ infinitū est in magnitudine vel multitudine nullū est eē actu ꝛ pfectuꝫ in nā: igit̄ ifinitū nō est hoc mō actu pfectū: ergo forma sic actu pficiēs nō est ei⁹ qḋ est ifinitū.

Tex.cō.12.

¶ Si aūt det̄ ꝙ ifiniti est taliter forma actu pficiēs ꝛ cōplens sequetur ꝙ ei qḋ nō est ifinitū eo ꝙ est p formā terminatū ꝛ pfectū cōuenit eē ifinitū: ꝛ sic terminatū ꝛ finitū erit nō terminatū ꝛ nō finitū ꝛ sic ꝯdictoria vificabunt̄ de eodē qḋ est impoſſe. Qḋ igit̄ nullū genus causaꝝ sit ifinitū fm rectā theoriā ꝓbatū est a nobis.

¶ Cap. 10m. Q̄ cause nō sunt ifinite fm spēm causalitatum.

Tex.cō.13.

Uod aūt neqꝫ fm spēs causalitatū cause sunt ifinite sic declarat̄. Si enī nō quatuor tm̄ vt in precedēti libro diximus sed ifinite eēnt pluralitate spēs causaꝝ nō cōtingeret et hoc supposito aliqḋ pfecte cognoscere. Sicut enīꝫ sepius diximus tūc opinamur nos scire quālibet rerum: cū cognoscamus causas oēs ex qb⁹ est ꝛ si qua deesset nō esset vera rei cōprehēsio per itellectū: qꝛ v̄o eē nō cogno-

fritur diu pformā ꝛ māin eo ꝙ forma multaꝝ reꝝ. māin cōcipit in rōne sua. fieri aūt reꝝ nō cognoscit nisi p mouens ꝛ subiectū ꝛ finē. sed infinitū qd per adiectionē speciez ꝛ causaꝝ infinitū est nō ꝯtingit ptransire in tpe finito a quoquā intellectū rei p causas accipiētē igitur cū esse ꝛ fieri rei perfecte per itellectū cōprehēdaꝛ nō possunt spēs causaꝝ eē infinite. esse enim rei est p suas causas actu ꝛ iō nō possunt esse infinite q cū infinitū nō sit nisi potētia ipossibile ꝙ per infinitū aliquid sit in actu quāuis enim forma vniuersalis que est esse rei sit infinitoꝝ hoc nō est nisi in potētia ꝛ nō in actu. ¶ Nullo igit modo cause sunt infinite sm aliquā rectā theoriam ꝫ per accidens sm theoriaꝫ circularem sicut diximus quedā carū sunt infinite. finitis autē sue existentibus sunt ipsa principia sciendi sicut sunt principia essendi.

¶ Cap. 11m. Qualiter consuetudinis habitus impedimentum est theorie veritatis.

Tex. co. 14.

Um aūt iam determinatum sit a nobis qualiter theoria veritatis facilis sit sm aliquē modum ꝛ difficilis sm aliuṁ. ꝛ ꝙ theoria veritatis sit p causas qb⁹ nō accidit in infinitū abire: opꝫ nos determinare theorie veritatis ipedimēta. Sunt aūt duo in gnē ipedimēta videndi veritatē. vnū qdē qd est ex mō nature ꝛ alterū qd est ex nā. Ex modo aūt nāe exns est ex cōsuetudine: q sicut diximus in ethicis ꝛ libro de memoria ꝛ remi. cōsuetudo in nāā transponit ꝛ cōsuetudinalis habitus in modū nature mouet ad cōsentiēdū ēt si sit cōtra nām ꝛ cōtra rōnem. Unde ethicus suum calorē ꝯternatur aīē eē nō sentit quāuis maior sit ꝙ calor febricitātis. Cōtingit igitur auditiōes eoꝝ qui auribꝰ insonāt sm cōsuetudines. Nā vt cōsueuimus audire ita digna videt nobis dici ꝛ eē vera quecūq sūt audita. pter ea que cōsueuimꝰ audire nō videnf adeo nobis verissia: sed potiꝰ talia pp hoc ꝙ incōsueta sunt minus nota ꝛ magis extranea nobis eē videnf. Nam id qd cōsuetū est notius nobis eē videt. eo ꝙ ad modū nāe nobis accidit. Quātū vo hēat vim huiꝰ cōsuetudinis habitꝰ leges ostēdūt. q. n. hō ciuile aīal est naāliter ꝛ nō pōt pfici ciuilitas sine cōgregatione nec cōgregatio pōt esse sine republica: oportuit leges ponere ad rempublicā cōtinēdā multa aūt in legibꝰ hmōi pp metū penaꝝ ꝛ allectiōes ꝑmioꝝ de hijs cōficta sunt q pter rōnē sunt ꝛ pter ūitatē in hmōi. n. legibꝰ fabularia ꝛ puerilia qdā de penis ꝛ ꝑmijs ꝯficta magis qdē valēt apd eos q talia semp audire cōsueuerūt ꝙ vera cognitio de ꝑmio virtutis ꝛ pena vitioꝝ ꝛ hoc nō est nisi pp cōsuetudinē q facit credibilia que alias oīno incredibilia iudicarent: sic expsse videmꝰ in legibꝰ hijs que carnalia sibi ꝑmia cōstituūt sicut delectari venereis ꝛ potibꝰ ꝛ cibis post mortē. cuꝫ rō nō admittit aliqd ūtutis ꝑmiū nisi in quo ꝛ deꝰ delectat hoc ē cōtēplatione sui ipsius sic in fine ethi. determinatū est a nobis. Sed q nō neciuꝫ est ad hoiuꝫ ciuilitatē hoies pure itelligere veritatē sed potiꝰ hoieꝫ pietatē colere ꝛ iustitiaꝫ seruare ꝛ rēpub. tenere. Iō a legis latorib⁹ nō principia q̄rant veritatis: sꝫ potiꝰ dant pcepta pietatis ꝛ que facilius monēt spe ꝑmioꝝ ꝛ metu penaꝝ ad regimē ꝛ cōseruationē reipub. ꝛ iō facti sunt eē dij multi ꝛ cultus multi ꝛ religiōes in qbꝰ nō attendit qd verius sꝫ potius qd faciliꝰ moueat ad reipub. cōseruationē hoc aūt pcipue fit sm hmōi sapie principia: que de vniuersitatis ꝑnꝰ ꝛ de separatis intēdit: pp qd de hijs ꝛ entu reꝝ in esse multi multa cōfinxerūt. Sicut ꝛ Socrates tria gnā deoꝝ quasi reꝝ itroducit principia ꝛ in ꝑmo genere. i. z. noia pter deū deoꝝ eē posuit. ¶ Dixerūt enīꝫ alij alia sm leges diuersoꝝ. inde aūt factuꝫ est hoc credibile apud diuersos ꝙ cū oīs itellectꝰ in theoria veritatis in quibusdaꝫ vt primis principijs vocat illi pter vim cōsuetudinis ꝯtria hoꝝ principijs eē ꝛ veritatis supponāt ostēdimus enim superius in quo oēs cōuenerūt sapiētes ex nihilo sm nām nihil posse fieri sed oēm formā ex ppria educi mā ꝛ ideo reꝝ perfectaꝝ specificas differētias ꝛ species pprias hēre materias que oīa sunt principia apud recte philosophantē nisi sunt quidā pluce loqui volentes dicentes aliquid ex nihilo fieri sue essentie vt magnitudineꝫ ex nihilo magnitudinis: ꝛ sic de alijs ꝛ dicūt ꝙ specie s reꝝ ꝛ specifice differētie fiunt ex nō pprijs materijs vt homo nō ex homine sicut imperfecta quedam ex putrefactione terre generant animalia ꝛ

Quod necesse est ad hoiuꝫ ciuilitatem hoies pure itelligere

hijs igitur ꝛ hmōi apologijs vis perpendit cōsuetudinis.

¶ Cap. 12m. De impedimēto nāli ad veritatis theoriam.

Est aūt aliud ipedimētū theorie ūitatis ex ipso mō naturalitatis: q si ꝫ hō sm ꝙ hō solus itellectus sit tn̄ itellectꝰ in hoie sꝫ eē trahit ab imaginatiōe ꝛ sensu ꝛ alijs corporeis virtutibꝰ nō sinētibꝰ eum pure cōtēplari theoriā veritatis. Alij. n. si nō mathematice qā demfat ea q dicit nō recipiūt p cōsensum ea que dicit ꝛ isti sunt in qbꝰ ꝑualet sup itellectū virtus imaginatiois ꝛ isti nihil credūt nisi qd imaginari poterit ꝛ iō extra mūdū simulē huic mūdo imaginant mūdū ꝛ locū ꝛ tēpꝰ vsq in infinitū: nec suscipiūt aliqs eē itellectuales substātias q sine hoc sint ꝛ nūc nec aliqd dicūt eē eternitatē ꝛ hmōi que accipiunt p itellectū ab imaginatiōe nō recipiētē alij in qbꝰ oino itellectꝰ ad sensuꝫ reflexus est nec recipiūt aliqd si nō extra id p sensum demōstret: hij aūt qui figmētis legū cōsueti sunt conant iduci sibi testē poetā talia poetizātē. Illi aūt qui pblcis assueti sunt oīa volūt audire sm certitudinē aut p se notoꝝ aut ex hijs demōstratoꝝ: alijs aūt qui vulgaribꝰ iperiti asserꝫ sunt flebilis ꝛ cōtristabilis eis certitudo pblca aut q pp defectū studij nō pnt cōplecti talē sermonē ignorātes veritatē cōclusionis syllogizāte: aut pp nāleꝫ micrologiā siue defectū rōnis vel ingenij. Id enim qd certū est per syllogismū aliqd hꝫ tale ad qd nō de facili pōt deficiēs a studio: ꝛ id qd nō pōt deficiēs in vsu rōnis: ꝛ iō ei oibus iductis pꝫ ꝙ sicut est in symbolis cōtractuū in mercationibꝰ ita nō liberū est vnicuiqꝫ eligere sꝫ nām in rōnibꝰ. ¶ In cōtractibꝰ enim nō semp attendit valor rei sed potius placitū vendētis vel emētis ꝛ ad illud obtinēdū cōtendit. Et cā cōtentionis potius est in vēdēte vel emēte ꝙ in re ipsa ꝛ sic in susceptiōe ppositoꝝ circa principia theorie veritatis vt pꝫ ex inductis. Maxime autez hoc est in sapiētia prima in qua sicut diximus multa sunt in quibus hoies oēs cōmunicāt: circa prima enīꝫ magis cōicant hoies ꝙ circa sequētia: ꝛ error circa illa est cā erroris circa ꝯsītia: cuius signū est ꝙ oēs hoies circa principiū vniuersitatis reꝝ aliqua niti ꝛ circa exitū reꝝ in esse ꝛ causas multa fingere ꝛ paucos attingere veritatē in illis videmus.

¶ Cap. 13m. De remedijs contra impedimēta inducta.

Tex. co. 15.

Emedia vo cōtra inducta ipedimēta sunt cōtra primū qdē qd est ex vi cōsuetudinis ꝛ secūdū ꝫ ignorātiā male dispōnis est ꝙ opꝫ hoieꝫ primū erudiri moduꝫ pble quo sciat qūo singula sūt accipiēda q sine audita ꝯ modū illū exiftētia refutabit ꝛ nō pbabit vt animi cōceptum. ¶ Modus aūt iste est in sciētijs logicis sm oēs ptes perfectaꝝ ꝛ iperfectaꝝ argumētationū: q ex illis potētes erimꝰ syllogizare de omni pblemate ꝛ ipsi disputatiōes sustinētes nihil dicemꝰ repugnās oibus pbabilia cōia in oibꝰ vel pluribꝰ inuēta. ab hijs que ppria ꝛ sensibilia sunt singulis sciētes distinguere ꝛ pfecta rhetoricis ꝛ poeticis p illa sciemus dignoscere pter qd absurduꝫ ꝙ aliqs illis nō ibuat: sed simul velit querere sciaꝫ speculatiuā aliquā de hijs que cēntialis est speculatiue ꝛ modū pprium illius nō ꝑhabendo prius modū oium pble cōem: alterū enīꝫ istoꝝ qd est acceptio sciē cū mō pprio neglecto mō cōi nō est facile accipe: q talea virtutes ꝛ cōplexiones pbationū nō cognoscer ꝛ sepe falsa pro veris accipiet ꝛ nō pbata sumet pro pbatis ꝛ iō talea q in logicis instructi nō sunt in oibꝰ errātes inuenimꝰ.

Tex. co. 16.

¶ Cōtra scdm vo qd ex nā est ipedimētū est ꝙ acceptō mō cōi argumētationū discernat circa vnūquodqꝫ modū proprium: q sapientis hoc est ꝙ de vnoquoqꝫ put res se hꝫ sicut est de eo rētet accipere. ꝛ iō demōstratio siue pscrutatio mathematica non in oibꝰ est appetēda: q si in vna sciā inferūt demfatiōes ita ꝙ demōstratio prime certitudinis est demōstratio pper qd ꝛ ea que est scđe certitudinis est demōstratio qa multo magis in diuersis sciētijs erit diuersitas demōstrationis ꝛ sic cōparādo sciētias in genere ꝑme certitudinis demfatio erit mathematica: q illa ē de nō ꝯceptis cū mā lꝫ sm eē sit in mā. Secūde aūt certitudinis demōstratio est pbica in qbꝰ ipsa mā ꝛ motus varietatē inducūt ꝛ casuꝫ a certitudine ꝑma sicut in pricipio huiꝰ scie diximꝰ. igit in nō hntibꝰ mām eē in hntibꝰ in mā appetēda certitudo mathematica. In rhetoricis autē ꝛ ethicis sufficiat psuasionem

Vide in textu diuersitatem

tionē inducē pp qd ēt hic modus isti⁹ scie ppri⁹ in quo mō sum⁹ nō nālis est nec in eo phica a nobis querēda est certitudo ¶ Ois.n.nā forsan mīz hz forsan āt dico pp itellectā q est vltima pfectio hois q a mā separat⁹ sicut ipse itelligētie que fm pipatheticos vltime sūt pfectiōes celoꝝ: s3 hois itellect⁹ ɔtinuus est cū ɔtinuo ⁊ tpe per imaginacionē ⁊ sensum: ⁊ quo ad hoc aliq̄ iclinationē hz ad mām quā nō hūt itelligētie quas pipathetici dicūt eē celoꝝ pfectiōes tn̄ mā eqvoce est in hijs que sūt in potentia ad vbi tm̄: ⁊ in hijs q sūt in potētia ad vbi ⁊ formā: ⁊ iō ēt nā dicit equoce de illis qm̄ nō est pn̄ᵐ mot⁹ ⁊ qetis in qb⁹ est p se ⁊ nō fm accidēs: ⁊ iō de reiteratis in vbi fm subam incorporalē semp motis nō per eādē rōnē dicit in hijs que fm subam icorporalē mouent. Ista sapia vō q̄uis sit de phicis qbusdam tn̄ nō est de hijs put sūt phica sic in ante habitis sepi⁹ declaratū est ¶ Et opz nos pscrutari primuz qd est nā in vniusi qd ⁊ fecim⁹ in scia de auditu phico.sic.n.de qb⁹ pticularib⁹ est phica manifestū erit sicut docuim⁹ in libris qui sunt de particularibus nālib⁹ sicut est mobile ad formā ⁊ ad locū de quo in celo ⁊ mūdo ⁊ mobile ad formā de quo fm sui diuersitatē in alijs libris nālibus tractatū est a nobis. Ex hijs.n.que sbi dicta sunt scit q ista sapiētia nō nālem modū nec mathematicū habere pōt sed vniuersaliorē vtroq3 mō ⁊ pbationes eius erunt citra certitudinē mathematicā ⁊ phicam ⁊ supra certitudinē topicā que est in logicis. ¶ Opz etiā nos p⁹ querere vtrū vnius ⁊ eiusdē sciētie sit querere causas ⁊ principia omnis entis: aut pluriū: si eni pluriū esset hoc ita q vna scia quereret quedā pncipia ⁊ q̄sdā causas ⁊ alia scia quereret alias sequeret q nō oēs cāe ⁊ pncipia essent entis fm qd est ens ⁊ quedā eēnt cuiusdā entis ⁊ alie eēēt alterius entis qd esse non potest: ⁊ ideo de omnibus huiusmodi questionib⁹ ⁊ similibus opz nos hic adunare dubitationes.

> Mā equoce dē de his q̄ sūt in po⁰ ad vbi tm̄ Et de his q̄ sūt in po⁰ ad formā vide cōmentatorem. 8. meta cō 12. Et 2⁰ .cap. de suba orbis et 3ma cc.cō.92

¶ Explicit liber secundus metaphysice Alberti magni.

## ¶ Incipit liber tertius qui est de questionibus a principio querēdis. Cuius aūt prim⁹ tractat⁹ est de intētione libri ⁊ nuō ɔ̄clonū.

¶ Cap.pᵐ. De rōne q̄re in hac scia rōnes ppōnunt simul.

> Tex. cō. pri.

Nobis ad quesitā sciam que sola theorie vitatis est accedē volētib⁹ necesse est pᵐ aggredi q̄ōnes de qb⁹ in hac scia in primis dubitare ⁊ disputare opz in pticularib⁹.n.sciētijs dubitatiōes de quesitis nō sīl sed sigillatiz cū hijs que tractata sūt cōmiscem⁹. In hac aūt vniusi sapia que de pncipijs est oīuꝝ sciarū oia simul dubitabilia ⁊ mālr dicta determinata sunt: q2 ex mālr dictis ⁊ distinctis opz pcedē qd fieri nō posset nisi pri⁹ eēnt distincta. Simil̄r aūt ad quesita cōia pcedere habem⁹ qd iterū fieri nō posset nisi quesita eēnt pordinata. Nō.n.illi⁹ sapie que oia declarat celare est intentū sed declarare qd intēdit vt sciat qb⁹ ⁊ q̄lib⁹ pncipijs ⁊ pbationibus venit ad illud. Ea vō querēda sunt que quēq3 qdez nō ignote auctoritatis phoꝝ alr ⁊ alr de diuersis susceperūt p rōnē: ⁊ ea ēt q̄ alia istis extra ea que suscepta sūt pt̄ermissa sunt ⁊ intacta hec.n.que alr ⁊ alr dicto mō suspecta sunt disputabilia sunt in vtrāq3 partē q2 latēt opz ea pordinare ⁊ pdisputare vt bene declaret dē qb itēdim⁹. Oīb⁹ enim vtiliter inuestigare aliqd volētib⁹ inest bene disputare ad vtrāq3 partē ab initio circa ea que pmū quesita declarationes debēt eē oīum alioꝝ in pticularib⁹ sciētijs determinandoꝝ. q2 oīum posterioꝝ in sciētijs pticularib⁹ certa inuestigatio est solutio certa poꝝ circa cōia in vniusi scia dubitatorū: soluere vō nō est ei⁹ q̄ ignorat modū dubitatōis. ¶ Dubitatio aūtq3 interminatus motus est rōnis sup vtrāq3 ptez ɔ̄dictiōis: ⁊ iō nodata est ⁊ ligata rōne pcedat ad alteram ptē ɔ̄dictionis eq̄liter ambiēs vtrāq3. ¶ Hoc aūt de ipa re de q̄ dubitat demōstrat dubitatio ipsa mētis que vtrāq3 ɔ̄dictionis ment partē inquātū n sic mentiēs mēs dubitat in tm̄ patit aliqd sīle ligatis hoc aūt est q vtrisq3 dubitantib⁹ s. ⁊ ligatis ipossibile est pcedere ⁊ puenire ad id qd est añ: ad qd conant ⁊ ɔ̄tendunt: pter quā rōnē in hac sapia opz pmus oēs difficultates speculari ⁊ causas eaꝝ sicut diximus: q2 in hoc methodo q̄rentes de imētis ɔ̄sequētib⁹ sine inuestigatione disputatiua ɔ̄nam sīles sunt hijs q qdē in via se ponūt ⁊ ignorāt quo debeāt ire nō determinātes prius quo tēdere velint: ⁊ ad hec q̄ dixim⁹ ɔ̄tingit talib⁹ q nō cognoscūt qn̄ q̄sitū inueniūt q2 nesciūt ad qd disputāt. ¶ Finis.n. ingn̄ itōis q̄est ɔ̄clo q̄ōnis in talib⁹ nō est incognit⁹. sic ergo nō pdubitās dupl̄r errat in via.s.⁊ in fine. in via qdē: q2 nescit ad qd iducit pncipia ex qbus pcedit. in fine aūt q2 nescit se cōclusisse ppriū qn̄ ɔ̄clusit: ⁊ iō nihil certū hz: ⁊ hoc vtriq3 valde impertinēs est huic sapie: ⁊ iō in ea pdubitādū est. Ampli⁹ digni⁹ ⁊ vtilius est in ea pdubitare ⁊ nō tm̄ necessariū. ¶ Cū.n. hec scia oīum stabiliat pncipia nec stabiliri ⁊ fundari possint nisi ɔ̄dicentiū soluant rōnes: ⁊ vīr ille solui nō possunt nisi pdubitaret de qb⁹ ɔ̄dicit aduersarius. Necesse est hāc sapiam habere per pdubitationez rōnes oīum eoꝝ qui audiunt pposita ab hijs qui sunt aduersarij: ⁊ pre dubitantes ⁊ has necesse est habere ad iudicandū ⁊ determinandū de auditis. ¶ Ad intelligētiā autem hoꝝ que dicta sunt sciendū q nos dubitationē pro interminato motu rōcinationis accipim⁹ in pmissis qn̄ ratio ante ɔ̄sensuz mō viā hz ad vnū mō ad alteꝝ ⁊ hoc eē nō pōt nisi q2 in vlibus ⁊ primis nō pōt haberi modus demōstrationis: ⁊ q2 ista sapientia de talibus est oz q medius sit inter logicū ⁊ demonstratiuū q2.n.ex cōibus est opz ipm esse nō demōstratiuuz: q2 vō nō est interminati generis est sed ex hijs que sunt entis inquātū ens est pcedit est modus eius pter logicū. Alr aūt minus large sumēdo dubitatio est indeterminat⁹ motus rōnis sup partes ɔ̄dictionis sine rōcinatione ɔ̄sensum inclinante. Ambiguū aūt est qn̄ ambit vtrāq3 partē p rōnes equipotētes. Opinio aūt qn̄ nō ɔ̄firmato qdez ɔ̄sensu complectit alterā. fides vō qn̄ fortificat in alterā sine fundatiōe in eadē scia aut qn̄ fundat per demōstrationem.

> Documentum

> Quid dubitatio Ambiguum opio fides.

¶ Cap.2ᵐ. De numero questionū in primis ponēdarum ⁊ que sint ipse questiones.

> Tex. cō. 2.

Est aūt circa cōia ista dubitatio prima qdē de hijs de qbus dubitauim⁹ in pdictis in fine libri pcedentis. Utrum vnius vel multaruz est sciaꝝ causas speculari quedā.n scie sunt in qbus nihil demōstrat p finē vel efficientē: eo q abstracta a motu sunt ea que ɔ̄siderāt: ⁊ forte aliqs crederet q sic esset in prima oīum sapia: q nō oīuꝝ speculatio cāruz ptineret ad vnā sciam primā eo q ipsa magis abstrahit a motu ⁊ mā q̄z mathematica ⁊ iō hic oz querere q2 sicut dicim⁹ in fine libri pcedētis. si nō vni⁹ pme scie eēt ɔ̄tēplatio cārū oīum nō esset vna pria scia que stabiliret pn̄ᵃ oīuz. ¶ Sed oporteret ingri aliā ab ista scia q de qbusdā pncipijs certificaret hec igit qd p⁹ est querenda ¶ Secundo querendū est vtrū isti⁹ sciētie pme est scire pn̄ᵃ primi entis que sunt principia sube tm̄ que sunt q̄tuor cause superius inducte: aut ipsa eadez scia cum causis ⁊ pncipijs esse habet etiā considerare de principijs demōstrationis pmis ex qbus non qdem in vno genere sed oēs ⁊ in oī genere demonstrationū ostēdūt hoc qn̄ pbant: vt vtrū ɔ̄uenit vnum ⁊ idez simul affirmare ⁊ negare vel nō: ⁊ vtꝝ vni ⁊ eidē sint iter se eq̄lia ⁊ de alijs talib⁹ primis pncipijs ⁊ dignitatib⁹. hec.n.etiam quedā principia sunt ⁊ cause ⁊ sunt circa esse ⁊ nō esse inquācum est esse ⁊ inquantuz est hoc esse vel illud. ¶ Tertia aūt questio est si hec pma scia est circa subaz sicut circa ens primū vtrū ista sola scientia sit circa oēs substantias in quacūq3 accipiant diuersitate generis: aut nō sit circa oēs sed circa plures que magis accedūt ad vnam generis rationē qm̄ subaꝝ multa sunt genera abstracta ⁊ cōcepta cū mā fm rationem diffinitiuā. ¶ Quarta questio est si plures scie sunt de diuersis genere substantijs ⁊ entibus ⁊ fm rationem diffinitiuā diuersitatis: vtrū oēs ille sunt cognate tanq̄ ptes vnius sube existes: aut earū vna qdē que est de separatis fm esse ⁊ rationē habet nomē sapiētie. Alia vō aliquo alio censet nomine vt illa que est de separatis fm rationem ⁊ nō fm esse dicatur doctrinalis. Que vō de conceptis fm esse ⁊ rationem dicatur nālis. ¶ Quinto aūt necessarium est querere propter platonicos vtrum sensibiles substantie solū esse dicende sunt an pter eas dicēde sūt esse ⁊ alie a sensibilib⁹. ¶ Sexto aūt pp eosdē querere opz vtrū oēs sube nō sensibiles sint vnite fm gen⁹ vnū aut sunt

plura genera subaꝝ nō sensibiliū sicut dicerūt illi qui sua positione faciūt eē plures spēs ideales subas sepatas: ⁊ cāles ⁊ mathematica que dicanꝭ esse media iter hec diuina ⁊ sensibilia. De hijs.n. vt dixim⁹ pscrutandū eē. ¶ Adhuc aūt se primo querendū est vtꝝ speculatio isti⁹ sapie sit circa subas entiū solū aut sit ēt circa ea que sm se accidūt subijs. ¶ Adhuc aūt octauo querit de eodem ⁊ diuerso. ⁊ qꝛ ab eodem srs cātur in quātitate eq̄le ⁊ i q̄litate simile: tō sub eodē q̄onis articulo querek de equali ⁊ inequali ⁊ simili ⁊ dissimili. ¶ Nono aūt qꝛ diuersitatis cā ꝯtrarietas ē querek de ꝯrio ⁊ de nō ꝯrio. ¶ Et decimo de priore ⁊ posteriore: ⁊ de alijs oibus talib⁹ de qbuscūq; dialectici ex ꝓbabilib⁹ incedere rētant lꝫ nō bene certificent ex ꝓbabilibus solū faciētes pscrutationē. Eoꝝ.n. theoria inquisitiua est de oibus. sed p̄mus phs de hijs certificat ex proprijs entis sm φ ens eē qꝛ ista ꝯsequunk ens inquātū est ens. Oē.n. ens comparatū ad ens aut idē est illi aut diuersum: aut ꝯriū: aut ꝯuenies: aut prius: aut posterius ⁊ sic de alijs. ¶ Amplius ⁊ vndecimo querik de hijs quecūq; hijs eisdē accidūt sm se ⁊ nō sm accidens. ¶ Duodecimo aūt querik nō solū qd in se eē hoꝝ vnūquodq; ꝓdictoꝝ sed ēt vtꝝ vnū vni tm̄ est ꝯriū: ꝗꝛ plura opponunk vni sicut vni videnk ⁊ multū ⁊ paucū esse ꝯria. ¶ Tertiodecimo vō q̄ritur vtꝝ illa q̄ sunt pn̄cipia ⁊ elā reꝝ sunt genera cōia: aut sunt pticularia in q̄ diuidik ⁊ resoluik singulariū existētia cōpositoꝝ. ¶ Quartodecio q̄ritur si dek φ gn̄a cōia sunt entis pn̄cipia vtꝝ̄ finalia siue vltia genera quecūq; de indiuiduis ꝓdicanꝭ sunt pn̄cipia aut sint pria gn̄a pora finalibus ⁊ prima: finalia aūt dico in qbus stat generis cōitas ⁊ hec sunt spēs specialissime: ⁊ hoc est q̄rere vtꝝ̄ aial vel hō magis sit pn̄cipiū qꝛ multis vr̄ hō magis esse pn̄cipiuꝫ eo φ magis ⁊ ꝓxim⁹ est circa singularia: hoc eni platonici iserūt q̄rendo vlia pn̄cipia ponētes que sunt in aia. ¶ Quintodecimo q̄rendū est: qd ⁊ maxime tractādū est vtꝝ ens est aliq̄ sm se cā p̄ter numerū: aut nō hoc aūt q̄rik ꝓpter formā quā nullus oino antiquoꝝ nisi balbutiēdo posuit. ¶ Sextodecimo iuxta hoc q̄rendū occurrit vtꝝ̄ illa cā que p̄ter nām entis cā esse ponik sit sepata a mā: sicut qdā eā a ductore exteriori esse dixerūt: aut nō sit sepata ab ea sed de mā ꝓducak de potētia exiēs ad actū. ¶ Decimoseptimo querendū relinqtur: cū in cōpositis aliqñ sint plura genera cōponētiuꝫ ⁊ sint quedā ēt simplicia vtꝝ̄ forma pficiēs sit vnū vel plura vtrūq;.n. ab antiqs dictū est φ Anaxa. multas ⁊ ifinitas in q̄libet eē posuit ⁊ Empe. dixit inesse vnā que eē armonia. ¶ Dico aūt vnā qd rōne est vnū ⁊ plura q̄ subto ⁊ loco sūt plura ⁊ qꝛ sic de vnitate ⁊ pluralitate sunt phi locuti. ¶ Decimooctauo ēt de forma querendū est vtꝝ ipsa est aliquid p̄ter totalitatē cui⁹ est forma sicut dicik aia addita toti quā Democritus in oibus eē dixit: ⁊ Orpheus lꝫ aūt diceret φ Democritus. ¶ Dico aūt simul totū qd greci sinolon vocant: qñ ꝓdicak aliquid de mā siue cōpositione mā ll qñ nihil est additū illi sꝫ tm̄ ꝓdicat cōpositionē ei⁹ aut armoniā: tūc.n. querik vtꝝ forma est aliqd p̄ter formā totalitatis illius aut nihil aliud. de hijs qdē dicta aliqd est p̄ter cōpositionē mā e sicut de vegetatiuis ⁊ sensibilib⁹ ⁊ per se motis: de alijs vō dicta forma nihil est p̄ter totalitatē mā e. Tunc sub eadē q̄one querik q̄liter sont talia de nuō existētiuꝫ que in eis sunt formalia pn̄cipia. ¶ Decimonono querēdū est: vtꝝ pn̄ª entiū sint determinata nuō aut spē: ⁊ hoc est querē vtꝝ sunt ea que in rōnib⁹ diffinitiuis sunt determinata aut subto aut loco. De hoc.n. iter stoicos ⁊ epicureos non parua est ꝯtētio. ¶ Uigesimo autē querendū est vtꝝ̄ eadē sint pn̄cipia corruptibiliū ⁊ incorruptibiliū aut diuersa et si sint eadē. ¶ Tūc vigesimoprio loco querik: vtꝝ sint oīa pn̄ª tā corruptibiliū φ̄ incorruptibiliū icorruptibilia oīa vel si sint diuersa corruptibiliū ⁊ icorruptibiliū pn̄cipia tūc sub eadem q̄one querik vtꝝ incorruptibiliū pn̄cipia sunt incorruptibilia ⁊ corruptibiliū corruptibilia. ¶ Amplius aūt querik vigesimoscdo: qd oīum difficilimū ⁊ plurimā hꝫ dubitationē. Utꝝ vnū qd est pn̄cipiū numeri ⁊ ens qd est pn̄ᵐ ⁊ cā primū oīum sint nō diuersuꝫ aliqd sꝫ sint oīum existētiū suba: quē admodū pitagorici ⁊ Plato dixerunt lꝫ differēter dixerint sicut in p̄mo hui⁹ sapie ⁊ scie libro ostēdim⁹: aut nō est vnuꝫ qd est pn̄ᵐ numeri idē oino enti: sed id qd est entis pn̄ᵐ est diuersum aliqd ab vno ⁊ ente: ⁊ est aliqd subm ⁊ determinatū subiecte ⁊ hoc aūt mouēs ponik sic pn̄ᵐ oīum. Empe. dicit amorē aut mā sicut prioꝝ ali⁹ dicit ignē: ali⁹ vō aquaꝫ alius aerē sicut in p̄io libro a nobis determinatuꝫ est. De hijs q vnū aliqd subm oīuꝫ esse dixerūt pn̄ᵐ. ita φ q̄libet elmtū iudicē accepit p̄ter terrā. ¶ Uigesimotertio queritur vtꝝ pn̄ª rerū sint vniulia aut singularia ꝓp eos qui vniulia sm̄ res eē dixerūt sicut cāe sunt aū cātū. ¶ Uigesimoquarto querik: vtꝝ pn̄ª rerū sint potētia vel actu: qꝛ id qd est in potētia nō sit in actu nec per hoc φ est in actu qd eē multi negauerūt. ¶ Amplius querik vigesimoq̄nto vtꝝ vniuersitatis pn̄ª sint aūt pn̄cipia entiū φ̄ per motū aut nō pn̄cipiēte aliqd nisi p motū: ⁊ hoc p̄cipue querēdū eē ꝓp motorē primū quē aūt φ̄ per motū q est act⁹ mouētis dixerūt qdā esse pn̄ᵐ: hec.n magnā in hac sapia p̄stāt dubitationē. ¶ Adhuc ēt vigesimosexto querēdū est: vtꝝ numeri mathematici ⁊ lōgitudines ⁊ figure superficierū ⁊ pūcta sint sube ⁊ substātialia pn̄cipia entiū sicut qdā dixerūt vel nō. ⁊ sū sūt sube rerū vt dicūt qdā. ¶ Tūc vigesimoseptimo querēdū vtruꝫ hec mathematica sm esse separata sint a sensibilib⁹ aut sꝫ esse sint in eis. De oib⁹ eni hijs q̄onib⁹ nō solū difficile est veritatē ipsam inquirē: sed nec facile eē bene dubitare: ita φ ipsa dubitatio in rationem disputatiuam deducatur.

¶ Cap. 3ᵐ. Et est di. decla. numerū ⁊ ordinē q̄onū iductaꝝ.

NOs aūt nō oēs disputabim⁹ nec soluem⁹ iductas q̄ones: eo φ qbusdā eaꝝ disputatis ⁊ solutis facile est determiare de alijs: lꝫ n oēs inducte q̄ones sint de pn̄cipijs tm̄ qdā eaꝝ sunt de pn̄cipijs sm φ theoria vitatis sit sup ea sicut. 12. a pn̄ª sm ordinē iducte: alie aūt. 15. sunt de ipa nā pn̄cipioꝝ: pn̄ª aūt sm φ theoria v̄itatis eē de eis dupl̄r ꝯsideranꝭ ex pte. s. speculatiōis in q̄ sm rōnē scie vniūtur speculata oīa que reducibilia sunt in vnū gen⁹ speculatiōis: aut ex pte speclatoꝝ sm φ gen⁹ speculatiōis vnū multiplicak in speculatis sm diuersas speculatoꝝ rōnes: ⁊ sm p̄ᵐ modū q̄ speculata vniunk: in vno gn̄e speculatiōis sunt accepte q̄tuor q̄ones p̄me: sm aūt modū alterū sunt sumpte octo q̄ones q̄ sequunk. ¶ Inter q̄tuor āt p̄me tres p̄ores sūt de vniōe quā pōt facē theoria sb scia vna: ⁊ q̄rta ē de ipa rōne ⁊ dignitate tal' scie. Prie āt tres diuersificanꝭ sm pn̄cipij rōnē ex q̄ iformak speclatio. Hec āt ē tripl̄r: ē.n. pn̄ᵐ p̄ᵐ ex q̄ ē aliq̄ si q̄ sit pn̄ᵐ eēndi hꝫ rōnē cāe sꝫ cāe diuersitatē: ⁊ q̄rik si hac diuersitate sit ē reducibilis in sciaꝫ vnā: ⁊ hec ē qd p̄ª: ⁊ ē pn̄ᵐ nō esse sꝫ cognitiōis: ⁊ de hoc quēadmodū reducak ad sciam est qd 2ª: ⁊ est pn̄ᵐ p̄mū ⁊ pn̄cipale eius qd est suba ⁊ de hoc q̄liter in sciam icidit est qd 3ª. Quarta eē de pn̄cipalitate ⁊ nā huius scie per iā dicta pꝫ ordo ⁊ ꝯnālitas iductarū q̄onū ⁊ q̄liter determinatio scde ⁊ tertie depēdet a determinatiōe p̄me ⁊ q̄rte sicut parebit in sequētib⁹. Itā in. 8. aūt sequētib⁹: qꝛ pꝫ φ prie due sūt de subtis speculationis: ⁊ sequētes 6. sūt de p se accidētib⁹: ⁊ iter duas p̄mas p̄ma est de diuisione p̄mi entis sm nām: ⁊ scda est de diuisione eiusdē sm q̄rūdā pōnē sm φ de ipsis est scia. Sex aūt que sūt de per se accidētib⁹ diuersificanꝭ sm ꝯsiderationē accn̄tis absoluti ⁊ cōparati: absoluti qdē in gn̄e vel spē: cōsiderati sm φ hꝫ cōparationē ad subm cui⁹ est p se accn̄s: aut sm φ cōparak vt subm ad accidēs ꝓpriū qd per se ꝯuenit ei. Septima.n. est in gn̄e de accn̄te ꝓprio absolute accepto. 8. 9. ⁊. 10. sunt de accidente absolute in spē accepto: ⁊ hꝫ diuersitas plana est per ea que dicta sunt in p̄habitis. 11. vō est de accidēte accn̄tiū: ⁊ vltima est de accn̄te cōparato ⁊ de oib⁹ dictis nō querik nisi sm φ vna scia eē de hijs vel plures sicut cuilibet pꝫ per seipsū. ¶ Alie vō. 15. q̄ones sic diuidunk φ p̄me. 9. sunt de pn̄cipijs que sunt cause sm rē siue nām earuꝫ accepte. Sequētes aūt. 6. sūt de hijs que pitagorici ⁊ Platonici posuerunt circa pn̄cipia ⁊ causas. Inter. 9. aūt p̄mas tres sunt diuersitates sm tres causaꝝ ꝯsiderationes: ⁊ oēs precipue sunt de cā formali. Cā.n. pn̄cipiū ⁊ cā esse dicatur causa inquantū ab ipso causatū ⁊ dicak elmtū inquātum est essentiale primū cōponens pōt esse questio vtruꝫ remotū ⁊ confusum in re inuentū sicut genus sit principiū ⁊ elmtū vel ꝓpinquū determinatū ⁊ specificatū: vel ēt φ est ps eē vl' id qd est totū vel esse causatoꝝ: ⁊ penes hoc accipiunt due q̄ones prime: hoc aūt formali principio sic accepto dubitak de ipso per cōparationē ipsius ad aliud coessentiale principiū

Principia per cōsideratiōem posita.

qđ est mā vtꝝ aliud sit ab ipso vel nō: ⁊ si aliud vtrū separatū sm eē. ⁊ si nō separatū vtꝝ sit vel multiplicet sm mām in qua est: ⁊ qꝛ forma est nā ⁊ forma est aīa dubitat vtrum aliqd sit addīcū vel nō: ⁊ penes hoc accipiunt q̄tuor qōnes sequētes: sicut cuilibet patere pōt. Tertia aūt diuersitas sumit penes eē principij formalis in se vel in subto. qđ est mā in gn̄e vel sm mȩ determinationē per potētiā ad motū ⁊ transmutationē ⁊ sic accipiunt tres qōnes q̄tes vtrū numero vel spē siue rōne determinet. ⁊ vtꝝ corruptibiliū ⁊ incorruptibiliū sint p̄ncipia eadē ⁊ vtrū p̄ncipia corruptibiliū ⁊ incorruptibiliū sint incorruptibilia sicut patere pōt facile per antedicta. ¶ Sex aūt vltimarū qōnū p̄ma est de p̄ncipꝰ formali ꝓpter positionē pitagore facta sicut scit ex hijs que loquentes de positione pitagore determinauimꝰ. ¶ Alie autē qnq̄ sūt ꝓpter Platonis phiam: ⁊ prime quidem tres sunt de p̄ncipijs p̄mis que nō sunt eēntia sed sunt ante res p̄habentia eas simplr ⁊ imāst sicut dixit Plato. alie aūt due sunt de hijs que posuit eē p̄ncipia ⁊ eēntia. tres aūt p̄me differūt sic ꝙ p̄ma inter tres est de mō ipsaꝝ causaꝝ: que sunt principia p̄habētia de qbus querit an sint vniulia vel ꝑticularia q̄dā. ¶ Seqūētes aūt due sunt de mō cāndi illaꝝ causaꝝ: qꝛ Plato posuit formas eternas cāre: ⁊ iō si modus cāndi attendit ex ꝑte cause cāntis querit vtrum causent ꝑ nāte vel scīa cāe existentes. Si aūt modus idē ex parte cāti accipit querit vtrū causent cū motu vel sine: qꝛ cātū non sine motu p̄ducit ⁊ tū hmōi p̄ncipia separata vident mām mouere nō posse. ¶ Ultīe āt due sunt de hijs que sunt p̄ncipia ⁊ eēntia ⁊ penultima qdē est de suba hmōi eēntoꝝ que sit: ⁊ secūda est de mō qm̄ si mathematica sint suba entiū cū ea que sūt de suba rerū in rōne sua ɔcipiāt mām rerū videbunt talia nō eē separata per rōnē diffinitiuā. Ecōtra aūt cū sint mathematica separata esse vident. ⁊ iō insurgit qđ vtꝝ sit separata. Ex dictis igit rō ⁊ ordo facile qōnū manifestat.

¶ Tractatꝰ secūdus tertii libri metaphysice. De disputatione questionum inductarum.

¶ Cap. p̄m. De disputatione prime questionis ⁊ quarte.

Tex. cō. 3.

Disputando autem de qōnibus inductis nō eandē tenebimꝰ ordinem: sed ɔiūgemꝰ eas quaꝝ adinuicē manifestat determinatio. Primū igit disputemꝰ de qbꝰ in p̄mis diximꝰ. s. vtrū vniꝰ vel pluriū sciaꝝ sint oia gn̄a cāꝝ q̄ speculāde sunt: ⁊ qꝛ logice disputabimꝰ ⁊ logici est ingstiue ꝓcedere ōramus qđo erit vnius ⁊ eiusdē scie principia cognoscere q̄ nō sunt ɔria exn̄tia. In analeticis. n. posteriorībꝰ determinatū est ꝙ vna scia q̄ est vniꝰ generis subi ⁊ quecūq ɔsideiant in scia p diuisionē ɔriaꝝ diaꝝ exeūt a genere illo. Quecūq igit p diuisionē ɔrioꝝ nō reducunt ad genꝰ vnū nō sunt ɔsideiata in scia vna. Genera aūt cāꝝ licet diuersa sunt nō tn̄ per modū hmōi ɔrioꝝ reducunt ad genus vnū. Non igit vna de ipsis est scia: qꝛ oium hmōi ɔrioꝝ est scia vna ⁊ non alioꝝ vt p se pꝫ in oibus. ¶ Amplius cū vna scia sit de ente aliquo vno sm genus facile est videre ꝙ non oīs scie ɔsiderare de oibus generibꝰ cāꝝ: qꝛ multa sunt de nūero exn̄tiū quibꝰ nō oia īsunt genera causaꝝ. Quo nāq mō possibile est cām q̄ est motus p̄ncipiū siue mouēs q̄ vocatur efficiens inesse hijs q̄ sunt imobilia ⁊ cū oē qđ ꝑticipat bonū nō ꝑticipat ipm nisi exeūdo ad finē motus q est appetitꝰ eius qđ mouet appetita ꝑfectio qđo possibile est inesse boni nām in hijs q̄ sunt imobilia. Omne. n. qđ sm se ⁊ sui nāz bonū est finis est: ⁊ sm ꝙ est finis ⁊ vltimū appetitū est cāe ideo sicut iam antediximꝰ illius cā ⁊ ꝓp illud fiūt ⁊ sunt oia cetera. Nō. n. loquimur hic de puro ⁊ p̄io bono: qđ sm ꝙ ait Plato p subam est bonū. nec loquimur de bono qđ ꝫ suppo sita cū ente ɔuertit. hoc. n. eo ꝙ a bono est boni sumit rōnez qꝛ boni est bona adducere: nec pōt intelligi ꝙ nō est bonuz qđ ab eo bono est ꝙ eēntialr bonū ⁊ ꝙ nō aliō disponit ad causandū nisi bonitas. ¶ Cā. n. prima qꝛ bona est diffundit cāta ⁊ iō oia q̄ ab ipso sunt bona sunt: qꝛ p̄io bonitatis rō q̄ntū possibile est resultat in ipsis: ꝫ nos hic nō de tali loquimur bonitate: sed de eo qđ ē exitio ⁊ optio qđ res appetit ab ipsa hoc. n. est finis. Finis aūt talis igit qđ ē appetitꝰ ⁊ cuiꝰ cā sit totū qđ sit est finis actus ⁊ cōplementi cuiusdaz. ¶ Ois enim talis actꝰ est cū motu: qꝛ ē vltimū motꝰ q̄ tale p̄nꝰ boni ⁊ finis nō ɔuenit eē ī mobilibꝰ: nec in talibꝰ ɔuenit aliqd esse antboagatū hoc ē p se bonū inquātū hmōi sunt. ꝓp qđ in signū huius ēt in mathematicis nihil ostēdit p eā cāz quā finalē vocamꝰ. Nō. n. in mathematicis ē demōratio aliq eo ꝙ melius aut deteriꝰ sit aliqd. Nec oino vllus mathematicoꝝ taliū alicuiꝰ reminiscit cāꝝ qꝛ nulla ɔclonū mathematicaꝝ posset ɔcludi. Que. n. separant sm formā ⁊ rōnē separant: sm finē aūt ⁊ efficientē ⁊ mām semp voluit eē ɔcepta ⁊ ɔiuncta ⁊ nō separata ꝓp qđ ēt sophistaꝝ qdaz vt Aristippus cāz in gn̄e cāꝝ ponere p̄neglexit. opinatꝰ est. n. oia cāre nāta mathematicis sicut ⁊ multi alij. In mathematicis āt nō vidēs eā ēt in alijs dixit nō inesse hac cāꝫ ꝫ casu fieri ea q̄ fiunt in alijs aūt artibꝰ illiberalibꝰ q̄ mechanice vocant vt ē tectonica siue edificatiua ⁊ coriaria dixit oia dici ita ꝙ aliqd in eis est meliꝰ ⁊ aliqd viliꝰ siue deteriꝰ. Mathematicas autē scias nullā de bonis vel de malis rōnem facere. ¶ Ex hijs igitur pꝫ nō esse vnā aliquā sciam de ꝑticulari ente tractātē que de oibꝰ inqrat generibꝰ cāꝝ. Sed si ꝓp hoc dicat ꝙ scie ɔsiderātes diuersitates cāꝝ sunt plēs: ita ꝙ diuersa p̄nꝰ siue cāe sint attributē diuersis scijs sic mathematicis attribuit forma p quā demōstrat: ⁊ phicis mouēs ⁊ mā p quā spālr demonstrant phica. ⁊ isti scie attribuit vltimus finis ⁊ forma p̄ncipalis. ¶ Tūc antequā ad istā disputemꝰ oꝫ nos q̄rtā superiꝰ motā hic inducere qōnē: qꝛ ex eius determinatōe dependet determinatio qōnis p̄ie. ¶ Queramꝰ igit si diuersis scientijs speculatiuis diuerse attribuunt cāe. q̄ illaꝝ sciaꝝ dicēda est sapiētia illa q̄ hic querit aut qs illoꝝ phoꝝ ē maxime sciēs rē quācūq de qua q̄rit hn̄tiuz cās illas qbus cāe attribuunt aliqū. n. ɔtingit vni ⁊ eidē inesse oēs q̄tuor modos cāꝝ: sicut domꝰ cā vnde motꝰ siue mouēs: formalr qdē mouens est ars tectonica: efficiēter aūt mouēs ē edificator. Cuius vō cā sit siue finis est opatio siue vtilitas domus sic operire a caumate ⁊ a pluuijs. Materia vō domꝰ ē terra: lapides ⁊ ligna. spēs vō siue forma domꝰ est iō que dat eē ⁊ rōnē que est figura in talibꝰ artificiatis: nec pōt esse ꝙ per qslibet istaꝝ cāꝝ notificata equali sciatur. ¶ Queramus igit si diuersis scientijs diuersa attribuunt genera illa cāruz quā ipsaꝝ sciaꝝ sm dudū a nobis de sapiētia ⁊ sapiēte in p̄ libro determinata decet vocare sapiētia. Cū. n. sapiēs sit q cām cognoscit qꝛ doctissimū cāꝝ sapiētē esse dicimꝰ. Uidet quādā rōnez hēe quālꝫ sciaz vocari sapiaꝫ q̄ docet p aliquā cām ꝫ hec oia facile determinant si ɔsideiat in mō cāꝝ q̄s cōsiderant scie theorice inq̄tū. n. cā ɔsiderata in scia senior est ⁊ prior intantū est p̄ncipalior ⁊ ipa ⁊ scia que eā ɔsiderat: ⁊ hoc est cuiꝰ veluti subiētes ⁊ famulātes exn̄tes alias scias que famulātes cās ɔsiderāt nō ɔuenit ɔdicere sed in oibus obedire ⁊ famulari. Talis aūt iuste est qui est vltimi finis ⁊ boni eius qđ totius vniuersitatis est bonū: huiꝰ. n. cā sicut ducis ⁊ ordinātis sūt oia cetera. Ad hoc. n. famulatur efficiens ⁊ mā ⁊ forma oīs. ⁊ ad hoc bonū ordinat oē qđ est in p̄ma vniuersitatis cā sicut in duce exercitus sicut sepiꝰ diximus: ⁊ iō cū ista scia p̄ncipalr ɔsideret hūc finē ipsa erit vocata sapia. Inquātū vō hec eadē sapia est p̄imaꝝ cāꝝ sicut in antehabitis determiatū est: ⁊ inq̄tū diffinita est eē eius qđ maxime scibile est ꝫ suā nām maxie ēt faciēs scire. Sic ēt post ɔsiderationē vltimi finis erit ēt ɔsideratiua sube q̄ ē forma ⁊ qdditas reꝝ. ¶ Cū. n. multis modis aliqs idē sciat magis qdē dicimus scire eū q per demōnē rez illā in ipso esse formali qd ipsa res est sm subm q̄ qd est ⁊ ꝓp qd dicit: q̄ qui nō nouit rei subale eē ⁊ hoꝝ ⁊ eoꝝdē qui sic diuersimode p diuersa nouecūt ē dicimꝰ aliū alio magis ⁊ certiꝰ nosse inq̄tū nouit p formā prioꝛ: ꝫ maxime illū nosse dicimus: q nouit p̄imū qd est. Nō aūt dicimꝰ illū maxie nosse qui nouit accn̄a rei sicut q nouit q̄ta ⁊ qualis est. aut quid facere: aut q d pati apta nata sit. ¶ Amplꝰ ⁊ in alijs speculatiuis scientijs: que nō adeo post formas cōsiderāt sicut ista: ⁊ sic potamus scire ea q̄ singularia sunt hoc est determinati entis accn̄a quoꝛuz sunt mathematice demōstrationes q̄n sciuas formalr qd est sicut pꝫ ex vltimo secūdi geometrie. ¶ Si enim queramꝰ quid est tetragonizare hoc est altera parte longiori quadrangulo ⁊ dato trigono equū q̄driatum describere: dicemus qꝛ medie inuentionis proportio inter

Primo poste rior. tex. c. 43

latus lõgius ꝛ breuius dat lineã que in se ducta tale describit q̃dratum ꝛ huius cã est formalis talis eq̃litatis q̃drati. Similr est in alijs omnibus demõstrabilib⁹: igitˀ ista scia pnceps erit ex ꝯsideratiõe nobilissimi finis. ꝛ certissima ex ꝯsideratiõe forme que pncipalis ꝛ vera rei quidditas est. Hoc n. est pncipiũ substantie in eo ꝙ substãtia est entis in eo ꝙ ens sicut sepius dcm est ꝯsiderat hec scientia cãm efficientẽ sed nõ ita principaliter: sed cõsiderat mouentia prima ꝛ facientia ꝛ considerat vltimo loco mãm ſm redditionem in substantiã ꝛ ens ꝛ cõsiderat omnes causas: eo ꝙ est de ente ꝛ id qḋ cõsequiˀ ad ens inquãtũ est ens ꝛ tã vel cãtũ: q: omne ens vel est causa vel causatũ: ꝛ ita pma questio est determinata: q: causa ꝛ causatum sunt generis subiecti huius scientie qḋ est ens. Nec tamẽ sic vniunˀ tñ que sunt vnius scientie sed potius eiusdez scientie sunt que sunt ad hec vltimũ vnũ: qui est finis illius sciẽtie: sicut pz in medicina que scia vna est ꝛ oia ꝯsiderat q̃ sunt ad sanitatẽ quocũq ꝫ modo aut indicanda aut faciendã aut ꝯseruandam: ꝛ sic de alijs: ꝛ sic etiã ista scia de oibus causis vltimo fini famulantibus. Est igitur vocata sapiẽtia q: doctissima causarũ est: ꝛ est princeps q: finis eius intus est ꝛ sciendi: igiˀ ꝛ certissima ꝓpter quidditatis prime ꝯsiderationẽ. Physica vo etiã cõsiderat causas oẽs vt in .2. diximus phicoꝝ: sed q: principaliter est circa generationes ꝛ actus siue actiones generatorꝫ ꝛ generantiũ ꝓprias: ꝛ circa oẽm quaz cognoscimus ex sensibiliter agentibus trãsmutationẽ: pncipaliter cõsiderat motus principiuz qḋ vocaˀ cã mouens: eo ꝙ motus ſm sui primã cãm ꝛ rõnem est actus mouentis principiũ autez sic mouens est in modo casualitatis oppositũ fini: eo ꝙ sic mouens famulatur ad finem. hoc. n. mouẽs phicũ moueˀ dum mouet ꝛ dũ agit patitur: quoꝝ nihil cõuenit fini vltimo ꝓp quod est quicqd est ꝛ fit quicqd fit ꝛ cui nihil cõtradicit ex omnibus causis: sed omnes coaptant se ad seruiendũ sibi. ¶ Quapropter videbiˀ alterius esse sciẽtie hanc cãꝝ singulas speculari pncipaliter: q: phicus principaliter cõsiderat quoddã mouens ꝛ mãm ꝛ secũdario considerat formã ꝛ finem nec ꝯsiderat nisi quãdam formã cũ motu ꝛ materia. s. conceptã: ꝛ quẽdã finẽ qui est vltimũ trãsmutationis ꝛ motus: mathematicus aũt principalr cõsiderat quãdã formaz cum q̃titate cõceptam. lz a motu ꝛ materia sensibili separatam. prima aũt phia cõsiderat simplr finẽ rei que simpliciter est forma principalr ꝛ ꝯsiderat mouens imobile ꝛ mãm ſm ꝙ est aliqua suba ꝯsideratio igiˀ causaꝝ eque principaliter de qualibet cã accepta diuersaꝝ est sciaꝝ. ¶ Sed si pncipaliter ꝛ secũdario accipiaˀ tunc est sapiẽtie prime simplr ꝛ phice ſm quẽdam modũ vt pz ex inductis.

¶ Cap. 2m. De disputatione secũde ꝛ tertie questionis ꝛ q̃stionis .7. que est affinis cum tertia.

Tex. cõ 4.

Uia ꝟo vnū celū totū sit manifestū est ex his q̄ dicent nūc. Mā si daret ꝙ plures eēnt celi sicut hō est nā que multiplicat in plura nūero rōne nictia in vna nā spēi: tūc oporteret ꝙ circa q̄dlibet celū eēt tale p̄n^m eēntie ꝙ eēt specie vnum ⁊ nūero multa po^a vel actu ⁊ ex hoc sequeret ꝙ cū p̄n^m sit forma celi q̄ est suba separata ꝙ motores ēt vni⁹ celi ⁊ possent eē ⁊ nūero multa ⁊ specie vnū. sed quecūq̄ sūt numero multa: mām hnt p quā diuidunt q̄ differētia numero nō differūt p formā sed p mām solā. Multoꝝ.n. numero differētiū est vna ⁊ eadē rō spēi sicut vna est rō hoīs quāuis hēat multa idiuidua ⁊ quoꝝ q̄dlibet est vnū nūero sicut socrates est vnus. illud.n. q̄d est q̄d erat eē tm̄ ⁊ separatū ⁊ primū nō hꝫ mām aliquā: eo ꝙ ipm est endelechia siue act⁹ purus ⁊ simplex sicut iā in antehabitis pbatuꝫ est. Opȝ igit ꝙ primū mouens q̄dlibet celū sit vnū tm̄ ⁊ rōne ⁊ nūero. fm ꝙ idē nūero est in quo nulla inenit diuersitas in numerādo: ⁊ illud mouēs est ens imobile: ⁊ q̄ sic motor est vnū numero ⁊ specie siue rōne: ⁊ motor est forma ⁊ actus eius ꝙ mouet. Opȝ ēt ꝙ id q̄d mouet motu cōtinuo ⁊ vno in quo reiterat fm vnā ⁊ eandē subaꝫ icorruptibilē motū sit vnū solū specie ⁊ numero ⁊ rōne. Ergo q̄dlibet celū ꝙ mouet est vnū soluꝫ fm suā spēm ⁊ rōnē: ⁊ ex ista pbatiōe hētur ꝙ oēs substātie separate differūt abinuicē spē: ⁊ sicut spē differūt sube separate. ita differūt ēt celi ⁊ stelle mote adinuicē specie: ⁊ nulla cū alia est vna spē ⁊ eadē. hoc ēt pbat aliter: q̄ quecūq̄ habēt vnā nām cōem que multiplicat p nām hnt actū vnū quo ipsam nām accipiūt: ⁊ hoc actus est gñatio. ⁊ hoc cōstat p hoc ꝙ nō est multiplicatio vni⁹ nāe in multas mās: nisi p pesse diuinū ꝙ nō pmanet in vno solo sicut pbatū est in fine scđi perigeneseos. que igit nō hnt actū gñationis ipsa sunt vnū nō multiplicabile p numeꝝ celi igit ⁊ stelle ⁊ substātie separate sūt nō multiplicabiles p numeꝝ ex hoc accipit ꝙ sicut loco spheraꝝ vna est supior altera ita ēt dignitate vna substātia differt ab altera. quāuis igit oēs sint itellectuales tm̄ intellect⁹ differūt p hoc ꝙ supiores sunt magis simplices q̄ inferiores ⁊ sicut diximus formas entiū hnt magis vles: ⁊ magis ambiētes q̄ iferiores: ⁊ fm hūc ordinē oēs referunt ad vnū p̄imuꝫ sicut mēbra in hoīe referunt ad coꝝ: ⁊ sic oēs operant ad idē ⁊ mouēt idē. ⁊ ab hac vnitate ordinis aliquōrū celū dicit vnū in qua vnitate p̄im⁹ motor est sicut coꝝ: ⁊ sicut dux a quo oēs accipiūt motū ⁊ formas quas per motus suos deducūt in mām. Et sic sphere ⁊ stelle inferiores sunt sicut mēbra in corpore que accipiūt ⁊ largiunt: ⁊ motor primus est sicut coꝝ ꝙ a nullo accipit sed largit oībus ⁊ oīa: q̄ nihil est corporaliū virtutū ꝙ coꝝ nō largiat: sicut in libro de aīalib⁹ ostēsum est: ⁊ fm hūc modū supiores planete saturnus ⁊ iuppiter qui pcidunt de circulo in circulū vel de triplicitate in triplicitatē accipiūt a spheris supiorib⁹ formas vles que signāt res maiores que accidūt in mundo sicut dicunt sapiētes astroꝝ. ¶ Istis igit modis celū est vnū ⁊ multa: ⁊ procul dubio scias ꝙ si celū est vnū specie ⁊ multa nūero: tūc oīa que in celo sunt hērent mām vnā ⁊ formas diuersas numero. ¶ Dico aūt mām vnā que potentie est vni⁹ ⁊ eiusdē: ⁊ sic mām hēt vnā trāsmutant adinuicē corpora igit celestia trāsmutabilia eēnt adinuicē q̄d nos videmus esse falsuꝫ. Si aūt q̄s querat q̄lis sit multitudo spheraꝝ ⁊ stellarū. Rñdendū ꝙ est multitudo eoꝝ sicut eoꝝ q̄ descēdunt ab vno p̄ncipio ad hoc ꝙ sint p̄ncipia determinātia eē sicut dictū est: ⁊ nō p̄ncipia eē determinātia vnde ē ⁊ idē: nisi sint diuersa cōueniētia in vna cōi nā itellectuali fm prius ⁊ posterius: ⁊ hec cōitas nō est eoꝝ que sūt vnū spē vel gñe sed eoꝝ que pportiones ⁊ analogiā hnt ad vnū. Et iō q̄dā dixerūt ꝙ sicut rō est in vmbra itelligētie: ⁊ sensus in vmbra rōnis: ⁊ vegetabile p̄n^m in vmbra sensus: ita vna itelligentiaꝝ est in vmbra alteri⁹: ⁊ prima itelligētia in vmbra cāe prime. Et dixerūt ēt ꝙ q̄dā itelligētia est que ifusa est actiuis ⁊ passiuis in sphera elātoꝝ q̄ opat in seminib⁹. ⁊ cui⁹ est op⁹ nāe: ⁊ hāc dixerūt esse in vmbra itelligentie que est in sphera lune: ⁊ propter illam dixit Orpheus: ꝙ oīa sunt plena diis ⁊ ꝙ aīa trahitur a respirantib⁹ per auras. sed de ista disputatione disputatum est alibi a nobis.

¶ Cap. 29m. Q fm eos qui fabulose loquuntur de celestib⁹ numerus motorum accipitur fm numerum mobiliuꝫ sicut fm eos qui loquuntur de eis phice.

Tex. cō. 50.

Uod aūt de celo ⁊ astris traditū est a seniorib⁹ ⁊ antiq̄ssimis in fabule figura dimissum est posteriorib⁹. ¶ Est aūt hoꝝ sniā ꝙ celestia corpora sūt dii ⁊ ꝙ hec oīa cōtinēt vniuersam nām ⁊ hnt eā in ptāte cōuertēdi pūt volūt ad libitū ⁊ reliqua q̄ de his dicta sūt ab antiq̄s iā a posteris sunt adducta ad psuasionē multoꝝ vulgariū. ⁊ cōuersa sunt ad leges q̄b⁹ colunt religiōes eoꝝ ⁊ ad cōferens ad vitam hoīuꝫ. ita ꝙ colūt ea supplicationib⁹ ⁊ sacrificiis: vt ad ppitiationē ⁊ placationē inducāt. dicūt.n. celestes substantias esse cōformes ⁊ hoīb⁹ ad sīitudinē trāsformāt eas animaliū alioꝝ. ¶ Circa hoc aūt multa dicūt cōsentia q̄dā sīitudinis q̄ sunt sīis dictis. Si q̄s aūt sepans ⁊ distinguens dicta eoꝝ id solū accipiat ab eis ꝙ ista dicūt eē deos tūc ēt ab his accipim⁹ estimationē: q̄ sube sepate sūt quedā diuine sube ⁊ q̄ sic dicit putabit dici ad impole ea q̄ sepe p successiones phoꝝ iuenta sunt. Quoꝝ oīum opīo semp fuit: ꝙ ille substātie eēnt dii ⁊ nobiles ⁊ in celis habitatiōes hērēt qm̄ ⁊ ante hec nr̄a tpa fuit phia ⁊ forte fm successiōes seculoꝝ ⁊ tēpoꝝ sepe corrupta ⁊ iteꝝ reinuēta: sicut ⁊ alie artes ⁊ easdē illoꝝ opīones q̄ ex illis tpib⁹ sibi successerūt videm⁹ vsq̄ nūc ad hec nostra tpa saluari: oēs aūt isti phi sic succedētes p secula cōcorditer posuerūt vt diximus: has eē substātias diuinas: ⁊ motores eaꝝ eē subas sepatas ⁊ eē ipsa p̄ncipia gñationis. ⁊ iō ēt fm eos q̄ fabulose phiam tradiderūt fm superius inductū modū accipiēdus est numerus motoꝝ ⁊ subñtiaꝝ imobiliū fabula.n. aliq̄d phīe est: ⁊ ex miris q̄b⁹ philosophari incepitū est cōterit phiam: quāuis aūt fabula ad hoīum sīitudineꝫ ⁊ alioꝝ aīaliuꝫ retorqueat celestia tm̄ hoc nō itenderūt ꝙ hoīes eēnt ⁊ aīalia: sed potius ex similitudinibus q̄busdā per pprietates quasdā dissimiles fariūt vulgariter inotescere quedā phica: nec itenderūt dicere nisi q̄ talia corpora virtutē causandi in iferiorib⁹ hnt: ⁊ substantie que mouēt ea separate sunt ⁊ imobiles ⁊ itellectuales: ⁊ sunt itellect⁹ practici: q̄ quaꝝ itellectus cā est entiū omnium quecūq̄ in mām cāntur p gñationeꝫ sicut dicit in libris de nā ⁊ virtute deoꝝ: quāuis.n. sepe corrūpant habitationes

per intēperies q̃ ex motu planetarū accidūt: τ plaga que non est habitabilis efficiat͛ habitabilis: τ ecōtra plaga que est habitabilis cōuertat͛ ad ihabitationē τ in his successionibus destruant͛ terre τ scie: τ iterū redificent͛ sicut nos ostēdim⁹ in libro de nā locati τ loci: tn̄ hoc semp remāsit quasi pro reliquis apud oēs ꝙ corpus qd mouet͛ perpetuo motu mouetur nō a nā sed a motore que est aīa τ itellectualis substātia sepata que p itellectū est cā entis: τ per motū suū exequitur formas quas hꝫ in seipsa. ¶ Et opinio igitur paterna que a primis ꝓgenitorib⁹ est deriuata nō amplius manifesta est nobis de primis substantijs quā modo dictū est.

¶ Cap. 30^m. De modo intellectus substantiarū separatarū.

Tex. cō. 51.

Circa aūt q̃ sūt circa itellectū hui⁹ subarū sepatarū q̄sdā hūt difficultates quas opꝫ determinare. Una aūt illarū est q̃ videt͛ eē ex nūero eorū q̃ apparēt oib⁹: τ est q̄si cōis ꝯceptio ab oib⁹ supposita ꝙ itellect⁹ τ itelligere sepatarū subarum sit q̄ddā marie diuinū hꝫ itelligēdi modū. Cū aūt talis sit itellect⁹ dictarū subarū marie difficultatē hꝫ qō itelligēdo sit se hūs: aut .n. suba itelligit sepata: aut nō itelligit. τ si itelligit aut itelligit ſm actū aut ſm habitū: si itellige ſm actū: aut sic itelligit ꝙ itellect⁹ τ itelligere: τ res itellecta idē sint: aut ꝙ hec sint diuersa. ¶ Hec .n. oia sunt dubia q̃ ingrere opꝫ: τ si q̄dē nō itelligit: tūc nō erit suba itellectualis: τ tūc queram⁹ qd erit ſm nām isignae suba sepata cū ꝯstet nāꝫ nō itellectualē nō hēre aliqd nobile siue isigne. Si aūt est q̄dē itellect⁹ siue itellectualis nā sepata τ nō vtitur itellectu ſm actū: sed hꝫ itellectū in habitu. tūc hꝫ se itelligēdo sicut dormiēs sit: q: dormiēs vt frequētl⁹ hꝫ itellectū τ nō vtit͛ ipso: τ hoc iterū nō est nobile: q: sic erit trāsmutabilis sepata substātia τ ociosa: τ hoc iā in aīhabitis īprobatū est. ¶ Si aūt dicat͛ ꝙ hmōi nā q̃ est sepata itelligat q̄dē. sed itelligēdo nō hꝫ aliqd ꝓpriū p qō differat ab alijs q̃ itelligunt hoc apud nos: tūc sequit͛ ꝙ itelligētia q̃ est act⁹ itellect⁹ nō sit idem cū suba sua: sꝫ suus itellect⁹ est i potētia sicut itellect⁹ hūanus. ¶ Et p itelligere exibit in actū: τ itelligētia q̃ est ꝯsideratio itellect⁹ est differēs a suba ipsius itellect⁹ sicut differt i hoie. ¶ Sepata igit͛ suba nō est optima τ nobilissima sꝫ est iperfecta τ potētie admixta: q: itelligit͛ ei inesse q̄dāꝫ honorabile qō educit eā de potētia ad actū: oē .n. qō potētiāꝫ educit in actū honorabili⁹ est illo sicut agēs honorabili⁹ est patiēte: oporteret .n. tūc ꝙ illud itelligibile eēt in lumine alicui⁹ itellect⁹ agētis p qō educeret itellectū i po^a exntē de potētia ad actū: τ sic altior eēt aliq̄s itellectus agēs q eēt nobilior q̄ aliq̄s itellect⁹ sube sepate. ¶ Amp̄. siue ponam⁹ ꝙ itellectus sit idē cū sua suba siue nō: τ siue ponam⁹ ēt ꝙ itelligētia que est ꝯsideratio itelligētis sit idē in suba cū itellectu siue nō: queramus de eo ꝙ itelligit qd sit illud τ quō se hēat ad ipsum: aut cū itelligit seipm tm̄: τ itelligēdo se itelligit alia. aut itelligit diuersūꝫ a se τ hoc est q̄rere. vtrū spēs itellecta sit idēꝫ ipsi p subāꝫ aut diuersa: τ queram⁹ iterū si itelligit diuersum aliqd a se aut illud diuersum est idē aliqd semp p qō itelligit q̄cq̄d itelligit aut itelligit aliud τ aliud sp sicut nos: hec eni oia opinata sūt iā a pbis. ¶ Si aūt itelligit diuersū a se: ita ꝙ spēs itellecta nō sit idem ei. Tūc queram⁹ vtrū differet in aliquo illud bonū τ nobile itelligere subarū sepatarū a nr̄o itelligere vel nō: τ videt͛ ꝙ i nullo differet quo ad hoc: q: sicut nos p aliud itelligim⁹ a nobis: ita faciūt sube separate. τ tūc queram⁹: vtrū ꝯtigēs sit itelligere subas separatas: vel nō. ꝯtingēs .n. eē videt͛: q: illud aliud p ꝙ intelligit suba separata pōt inesse τ nō inet͛ sicut τ i nobis: τ hoc de q̄busdā optimis τ nobilissimis substātijs absurdū ē itelligere. Palā est ergo ex his ꝙ hoc qō est suba sepata est itelligere qūdā qō est marie diuinū τ itelligit honorabilissimū τ per honorabilissimū itellectū q̄cq̄d itelligit: honorabilissimū autē hūs itellectū hꝫ cū semp in actu τ indiuisibilē: τ nō mutat͛ de itellectu vno in aliud vel de po^a ad actū. si .n. mutaret͛ hꝫ intellecta ipm foret idigni⁹. q: oporteret ꝙ efficeret͛ in actu p intellecta τ ante ea eēt in potētia: mutatio .n. talis est quidā motus sicut determinatū est in scōo de aīa τ in scōo de itellecta τ itelligibili: τ est motus impfecti veniētis ad pfectionē: ꝓbatū est aūt in aīhabitis ꝙ sube separate sunt imobiles: τ per se τ p accn̄s. Primū ergo ꝓn^m sit dicat͛ nō eē itelligētia pura sed dicat͛ eē potentia que p aliud a se efficit͛ in actu

2. de aīa. tex. cō. 55. τ 56.

rōnabile laboriosum fieri in accipiēdo itellectū τ intelligere ſm actū: q: itelligit per aliud a se qō ꝯtinet ei itellectuꝫ sicut actus ꝯtinet potētiā omne .n. qō itelligit p diuersum a se hꝫ potētiā: τ exitus illius ad actū motus est q lassitudinē inducit in eo ꝙ est māle. Māle aūt semp est qō est in po^a. Deinde palā iterū est: q: aliqd aliud erit ab ipso qō est dignissimū. in nā eni itellectuali opꝫ aliqd dignissimū ponere primū. τ hoc nō pōt eē illud p qō diuersum a se itelligit q: hoc est in potētia τ laborat in itelligēdo: in hoc .n. ꝙ sic itelligit dignius est itellectu q̄ ipse q itelligit itellectus: aliter .n. itelligēti inerit τ itelligere sicut diuersūꝫ ab ipso: τ itelligētia q̃ est cōsideratio itellect⁹ ēt inerit sicut diuersūꝫ ab ipso: τ erit idignissimū ab ipso itelligēte. cū .n. ipse itelligēs sit suba separata si itelligit p diuersūꝫ a se semp itelligit per aliqd: ꝙ sibi est idignuꝫ cū ipsa sit nobilissima oīum subarū: τ sic ois itelligētia sua q̄dā est vilificatio suiipsius: q: sp ꝯiungit͛ viliori se: τ eēt q̄ diffugiēdū sube sepate ab oi itellectu ne vnq̄ itelligeret hꝫ actuꝫ: q: ēt in nobis sic est: ꝙ nō videre q̄dā in qb⁹ vilificat͛ visus melius est q̄ videre: τ si sic itelligit nō erit nobile qd itelligētia ipsius. Hoc aūt in itellectu hūano nō est sīle: q: lꝫ noster itellect⁹ itelligat p diuersum a se illud aliqn̄ sit vilius: tn̄ q: nō itelligit illud nisi in actu τ lumine agētis intelligit noster itellect⁹ p nobili⁹ se τ nobilitat͛ τ adipiscit͛ itellectū agētē ꝯtinue. hoc aūt in p̄mis substātijs dici nō poterit. q: ille nō hūt aliqd nobili⁹ se p qō itelligibilia fiant: τ iō si sepata suba itelligit p diuersum a se oī mō itelligit p vilius: τ ois itellectus suus est vilificatio suiipsius: q: id qō adipiscit͛ per itellectuꝫ est vilius ipso. ¶ Opꝫ igit͛ dare ꝙ seipm τ per seipm intelligit si ꝯcedat͛ ꝙ ipse est id qō potissimū est in itelligendo. est aūt adhuc aliud qō de itellectu separatarū subarū: opꝫ aduertere q: cū itelligētia apud nos sit itelligētia dicta ad itelligētiā itelligibilis eo ꝙ itellect⁹ est rei itellecte itellect⁹: τ hꝫ eē ꝯ dependet ad itellectū itellect⁹ aūt ſm actū in nobis sp est ali⁹ siue alteri⁹ itellect⁹. sicut τ sensus τ opio τ mens τ oia q̃ ſm hūc modū dr̄: respect⁹ .n. horū oium ēt i ipsa voce nois qua vocant͛ iportat͛. In itellectu aūt sepate sube. nō est ita q: ille nō dependet ad reꝫ cū sic cā rei. sꝫ ecōuerso res dependēt ad ipsam sicut actificiata dependēt ad itellectū artificis. ¶ Amp̄. si itelligere sepate sube est aliqd aliud ab ipsa ſm ꝙ inest ei itelligere hūi: τ ſm optimū modū itelligēdi q est ſm actum. tūc semp ſm aliud ab ipso hꝫ itellm̄ optimū: τ tunc nō putabis ꝙ idē sit id qō itelligit͛ cū itelligentia in q̄busdā: sicut in eisdē nō est idē scia τ res scita. Et cū optimus itellect⁹ sit ille q est ſm actū semp optim⁹ itellect⁹ in his q̃ sic intelligunt erit ab alio: τ hoc est in oibus q̃ hūt intellm̄ in po^a. ¶ In potētijs q̄dē mālib⁹ verū est: q: sine mā p abstractionē idēꝫ est suba τ qd erat eē sicut ostēsum est in septimo hui⁹ sapie lib. In theoricis vo hoc est itellectualib⁹ τ puris: idē penit⁹ est rō per quā sit itellectus τ res itellecta τ ipsa itelligētia que ē ꝯsideratio intelligētis: cū igit͛ suba sepata sit tota theorica τ itellect⁹ purus nō itelligit diuerso exntē itellectu τ intellecto: q nec q̄ꝫ .n. theorica nō mām hūt idē sunt in eis itelligētia q̃ est actio itellect⁹ τ itellm̄: τ vnū sunt hec tria in eis intellectus. vꝫ. τ id qō itelligit͛ τ ipsa actio itellectus q̃ itelligētia vocat͛. in nostro aūt itellectu nō sunt idē nisi p accn̄s: qō vꝫ. accidit ipsi itellectui ꝙ intelligat͛: tūc .n. in nobis idēꝫ est itellect⁹ τ id qō itelligit͛. ¶ Amp̄. aūt adhuc restat circa hūc locū dubitatio de eo ꝙ intelligit p̄ma τ sepata suba: vtrum sit cōpositorū intellect⁹ eius vel nō. nostra .n. itelligētia indiuisibiliū in qb⁹ nō est verū vel falsum q̄ aūt verorū vel falsorū iaꝫ est cōpō q̄dā itellectuū: τ si dr̄ ꝙ itellect⁹ sube separate sit cōpositus: tūc opꝫ ꝙ trāsmutet͛ in partib⁹ cōpōnis totius ita ꝙ vnā ptē accipiat p̄mo τ postea aliā: τ tūc vnā cōponit cū altera: τ sic trāsmutat͛ sup cōponētia τ cōpōnē ipsorū: τ hoc nō facit itellect⁹ nisi q intelligendo diuersa τ a se τ abinuicē accipit intellecta. τ hoc iam ostēsum est nō ꝯuenire itellectui sube sepate. Hec .n. icōueniētia p certo sequitur aut opꝫ redire ad id qō supradictū est: ꝙ. vꝫ. oē qō nullo mō hꝫ mām vel potētiā mālēꝫ sicut hꝫ humanus intellect⁹ est indiuisibile: τ nō itelligit p diuersuꝫ a se. hūanus aūt intellectus quāuis nō hēat mām ex qua sit nā tn̄ caret potentia materiali taq̄ꝫ tū accipit cū cōtinuo τ tpe τ inquātū itelligit p diuersum a se: q: recipere diuersum a se nō accidit nisi habēti mālem potētiā: accipere enim cū cōtinuo τ tpe acci-

dit ei q inclinat ad nãm determinatã forma cõtinuitatis et q̃titatis. Sic ergo dicem⁹: aut q intellect⁹ subie sr pate est sicut dixãos qđ falsũ est: aut opz nos dicere q intellect⁹ cõpositoꝝ q itelligit accipiẽdo diuersum a se bene hz et suũ optimũ sortit in hoc itelligibili: aut in illo sm q adeptũ itellectũ colligit ex itelligibilib⁹. et sic itellect⁹ substatiaꝝ nobiliũ erit sicut noster itellect⁹: aut opz dicere q id qđ nobilissimũ est in nã itellectuali est aliud qđ a nobis qđ nõ itelligit sicut nos cõposita: sed poti⁹ intelligit cõposita resoluta ad simplicia et diuersa in se et sepz itelligẽdo itellit: et mãlia imãliter et tpalia itpalit et cõposita et cõplexa simplr: sic aũt se hñs subã sepata et talis est itelligẽtia ipsius imobilis et eternalr. sic igit de itellectu subaꝝ sepataꝝ sm Arist. sit determinatũ. Suis eni3 verbis nihil penitus addidimus nisi explanationem.

Cap. 31ᵐ. Et est di. de nãm itellect⁹ substãtiaꝝ sepataꝝ.

Redeundũ adhuc videt nobis ad pn^m vt meli⁹ videat veritas dictoꝝ: determinanda. n. q̃dã sũt de itellectu subaꝝ sepataꝝ quoꝝ tria iam tacta sũt sub breuitate. Primo q̃ q̃ram⁹ qlis sit itellect⁹ diuinaꝝ subaꝝ et huic addem⁹ qualr se habẽt adiuicẽ intellect⁹ illaꝝ subaꝝ: et qualr se hñt ad itellectũ primi motoris siue sube pme. Scdo aũt q̃remus qlis sit modus itelligẽdi illaꝝ subaꝝ. verũ. vz. aliqd diuersum a se accipiãt aut nõ: et qs sit modus itelligẽdi illi⁹ itellect⁹ q nihil accipit. Tertio q̃remus qualr itelligit ea q̃ itelligit: verũ. vz. in vli vel pticulari: aut itelligit cõposita et an itelligit mãlia et priuatiõs et hõi⁹. Ultimo aũt ex oib⁹ his q̃remus an itellect⁹ istaꝝ subaꝝ depẽdeat ad ens itellm vel ecõuerso. Ens itellectũ depẽdet ad ipm: de oib⁹. n. his iam nimis breuiter sm Arist. trãsiuim⁹ ita q breuitas generat obscuritatẽ. De primo igit q̃lis sit itellect⁹ subaꝝ diuinaꝝ determinãdo dicem⁹: q itellectus noie suo sonat substãtiã separatã et imãlem q̃ nulli aliqd hz cõe: qđ. n. est illud qđ formis q̃ in ipso sũt vel ab ipso ad nullã eẽ alicui⁹ forme distinguit: oino est sepatũ a mã talis aũt est ois intellectus et agẽs et possibilis et quocũq alio noie significet. Si enim formis distingueret et determinaret ad eẽ oporteret q ipse oia eẽt q̃ itelligeret qđ falsũ est. Est aũt mãe ppriũ q omni et soli cõuenit formis quas hz ad eẽ determiari. pz igit omnẽ itellectũ a mã eẽ absolutũ. Si aũt alicui aliqd hẽret cõe iaz eẽt itellectiu⁹ eoꝝ q̃ eẽnt de nã illoꝝ: sicut oculus nõ videt nisi q̃ cõtrant rũ nã pspicui: et auris nõ audiuit nisi q̃ cõcutit cũ aere tremẽte: et oporteret q eẽt virtus armonica et organica que oia possibilia sũt. et iprobata a nobis in libro. 3. de aia: et q nõ est virt⁹ in corpe nec actus alicui⁹ corporis: ideo oia intelligit et vlr est oium et nãlis et mathem alicoꝝ et diuinoꝝ. Est igit nã itellectualis talis vt dicta est: et hoc iam ab antiq̃ssimis acceptũ est p vba Anaxagore q talẽ eẽ dicit intellm solũ. Cũ igit sit sine oi mã et potẽtia mãli nisi p accñs accidat hoc itellectui hũano piuncto imaginationi et sensui sicut dicimus: opz q itellect⁹ de nã sua inquãtũ ipse intellect⁹ est cũ nulla re aliqd rõitatis habeat. Talis aũt erũt intellectus sicut iã pz p multa q̃ in pcedẽtib⁹ determinata sũt opz q sit mouẽs et imobilis p se et per accñs. Si eni3 nõ moueret pbatũ est q eẽt inutilis: et pcipue si nõ moueret et eẽt aptus mouere sm nãm: videmus. n. q ea que pfectũ hñt motũ voluntariũ sunt ea que hñt itellectũ in iferiorib⁹: alia. n. aialia mouent istinctu nãe p aliquẽ modũ. Solus aũt hõ discretũ hz motũ et mouet bono simplr: et nõ bono vt nunc tñ: opz igit itellectũ separatũ eẽ mouẽtẽ actu: q si nõ moueret cum ex se sit motus pn^m oporteret q esset ociosus et inutilis in eo q esset motiuus: et nõ moueret. dicere aũt de suba separata q sit inutilis et ociosa est error: cũ hec sit maxima demõstratio qua demõstramus subas separatas esse: q scimus ipsas eẽ p motũ ppetuũ. Si aũt mouẽs moueret ab alio quodaz p se nõ eẽt mouẽs pmũ et ppetuũ sicut sepe pbatũ est. Si quis aũt obiiciat q iferiores motores mouent a pmo motore: dicemus q hoc est falsum. qualr aũt se hẽant ad ipsuz in pte iã diximus et pro illa pte adhuc dicem⁹ inferius: neq eẽt mouet p accñs: q mot⁹ p accñs reducit ad motũ aliquez p se sicut hõ qui mouet motu nauis p accñs reducit ad motũ nauis q est p se: tũc oporteret q aliqd ante ipm moueret per se qđ absurdũ est: vñ pz q nec p se nec p accidẽs mouet substãtia sepata itellectualis: dato ergo q moueret cũ omnis

motor moueat ad aliqd opz q ad aliqd moueat: et sicut in antehabitis est pbatũ mouebit ad esse vniuersi: cũ igit itellectus sepatus nõ moueat ad esse vniuersi nisi largiẽdo formas qbus vniuersa fiunt et sunt et distinguunt: opz q de nã intellectus sit sepati dare formas. pz ex iudiciis q hoc non est itellect⁹ posis vel speculatiui vel adepti. Isti. n. itellectus mouent et fiunt in nobis et nõ faciunt neq causant res: sed fiunt et cãnt reb⁹: nec isti itellect⁹ mouẽs in sẽa aliq̃ sed potius accipiũt a corporeis organis sicut ab instrumentis. Colligamus igit hoc in vnũ et hẽbimus nãm sube separate: que est itellect⁹ sepat⁹ nulli hñs aliqd cõe modo suo quo mouet largit formas ad eẽ quas largit eẽntiali lumie suo p hoc q est itellect⁹ vlr est agẽs nihil a corpore recipiẽs qui neq mouet p se neq p accñs. hec igit est nã sube separate.

Cap. 32ᵐ. Et est digressio declarãs modum qualiter itellectus diuini se habeant adinuicem.

Sicut in antehabitis determinatũ est iste substantie se hñt adinuicẽ sicut se hñt adinuicẽ celi quos mouẽt: et iõ sicut celũ ambit celũ et ptinet ipz ita q iferius magis hz determiatũ et distinctũ motũ q̃ supius. Superioris aũt mot⁹ est magis vlis et formalis et ptẽtiuus: ita se hz itellect⁹ separat⁹ ad itellectũ: et hoc nõ fit sic q vna suba moueat aliã: sed sicut dicũt Astronomi q in piunctiõe luminũ celestium iferior applicat supiori eo q determinat ipso: et supius sm illã vtaz nõ applicat iferiori sed informat ipm: ita dicem⁹ q iferior itelligẽtia applicat supiori p hoc q determinat ipaz: et supior nõ applicat iferiori: q nihil recipit ab ipsa sed largitur ei lumen formale et vle qđ hz: et hec applicatio fit vsq ad mouẽs primũ qđ largit oibus et a nullo accipit: et iõ nulli dicit applicari: et sicut lumina stellaꝝ vniunt et fiunt vnũ sine motu mixtionis ita vniont forme itelligentie supioris formis itelligẽtie iferioris ad opationẽ esse qđ facit in materia. Nec est dicendũ q aliqd largit itellect⁹ supior itellectui iferiori nisi p motũ corporis qđ mouet itelligẽtia superior. q dõ posset p pbiam inueniri modus quo supior largiret et iferior acciperet. Sed poti⁹ sicut nos videm⁹ q omne instrm mouet in forma sui motoris: ita celũ cõpositũ ex motore et moto mouet in forma itelligẽtie mouẽtis ipm et cum inferioris celi itelligentia cũ suo celo ptineat a supiori sicut mã ptinet a forma sic per motũ applicat ei forma quã largitor supior et iferior determiat ea magis ad mãm et exequtur eã per motũ sui celi sicut iam in antehabitis diximus: nec mĩ inferior mouet a supiori ppͥe loquendo sed ibi est talis receptio sicut in corpore hũano recipit virtus pticularia ab vli sicut sensus pticularis recipit a sensu cõi: et sicut virtus epatis recipit a virtute cordis: et sicut vis motiua recipit a virtute cerebri et cordis. In oibus. n. talibus id qđ est formale fluit a virtute vli: et pticularis virtus determinat hoc ad actũ: et iõ applicatio talis nõ est motus sed determinatio. Ad primũ igit motorẽ oẽs hñt se sicut accipientes ab ipso et hoc q sunt et hoc q cause sũt sicut in antehabitis dictũ est: adinuicẽ aũt sic se hñt: q hoc qđ accipiũt a pmo motore determinãt sm descẽsuz vt pportionet huic prime et illi: q hoc qđ accipit vna pars mãe nõ accipit alia. tñ in his acceptionib⁹ qlibet mouet p eẽntiã sicut in antehabitis ẽ ostẽsuz: et qlibet est eẽntia simplex et imobilis: s3 supior est simplicissimus et imobilissimus et maxie virtutis. Cũ aũt cõparant in virtute motiua adinuicẽ nõ cõparant sm virtutem mouẽdi tpe ifinito: q: in illa virtute sũt eq̃les. sed cõparant sm vigorẽ mouẽdi: q in hoc vna supat aliã. Et similr sicut aia hois nõ mouet corpus capre: et sicut ars carpẽtaria non mouet istrumenta artis tibicine. ita itelligentia que mouet vnũ celum non mouet aliud celum: et hoc ideo est: q et ipse intelligentie et celi earum differunt specie adinuicez sicut in antehabitis determinatum est.

Cap. 33ᵐ. Et est digressio declarans quis sit modus intelligendi substantiarum diuinarum.

Et dicitis aũt iaz fere itelligit qs sit modus intelligẽdi istaꝝ substãtiaꝝ: nõ aũt intelligũt ens causatũ nisi p modũ illũ quo sunt cause ipsius. Et hoc est sicut si ponam⁹ q tota suba itellect⁹ practici sit ars: et nihil addit ei penit⁹ iste itells in se q̃ est idiuisibilis est s3 extensus in manus



Solutio primi quaesiti.

3. de aia. tex. co. 4 et infra.

Quod nulla suba separata mouet per se nec per accidens: vide per hunc Co. in 2. capitulo de suba orbis.

Separate sube nã q̃ sit ex pñti descriptione colligitur.

Superiores itelligentie nulli iferiori applicant: sz iferiores superiorib⁹.

Quo itelligẽtie se hñt respectu prie et quo adinuicẽ.

⁊ instrumēta diuisibilis est: ⁊ formā artificiali que ipse est p ptes exequit ⁊ instra que accipiūt formā parietis non accipiūt formā fundamēti: sed ponamus q aliis istrumētis facit vnū q alterum: ⁊ si demus et q eisdem istrumentis facit vtrūq ad huc verū est q illa forma que fit p ea in faciēdo parietē nō est illa que fit in faciēdo fundamētū: ⁊ eū non possumus dicere q ipse itellect⁹ talis q itelligēdo seipm itelligit se in se idiuisibiliter nō itelligat formā artis pcedētē a se in manū ⁊ istrumēta: ⁊ nō intelligat eā qū est in mā artificiali. ¶ Et si queramus p qd itelligat dicemus q p nihil nisi per seipm: ⁊ si queramus vtrū aliqd diuersū a se itelligat: dicemus q sic quia forma i manib⁹ ⁊ istrumētis est diuersa a seipso ⁊ forma in mā extra magis ē diuersa. Et si queramus: vtrū aliqd itelligēdo sic recipiat. Dicemus q nihil penitus eccipit sed oia facit nec p itellectū possibilē vel ꝯtēplatiuū vel adeptū itelligit: sed oia itelligit p itellectū agentē ⁊ operātē: ⁊ iō scia illa nec est scia in vli neq in pticulari: qr scia rei in vli est scia rei in hoc q ipsa res nō ē nisi in potētia sicut hō in aiali: ⁊ hoc mō nō est hic qr tota ⁊ expressa forma artificiali est ars siue accipiat in itellectu siue accipiat in manu ⁊ istrumētis siue accipiat put est mā. ¶ Hec etiā scia nō est scia in pticulari: qr scire rei particulari est scire in hoc q est nā sua ⁊ hoc mō p hoc q est nā rei nō itelligūt subē sepate: ⁊ iō hax substātiax est equoce dicta scia ad sciā nostram: qr scia nostra causat ab ente qd scim⁹ scia aūt illax substātiax est cā entis. Huius aūt exēpliū pulchrū satis duplex inenitur in nā. ¶ Quoꝝ vnū est in virtute spīa q est in semine: hoc enī iō qr discrete ⁊ diuersa in forma operat aliqū a plībus vocat intellectus: ⁊ aliqū vocat aia. ⁊ si ponamus q sit aia ⁊ intellectus p subam ꝯstat q illa substātia nō p formā aliquā additā sibi sed p suā substātiā opat oēs formas mēbroꝝ que fm q sunt in ipsa idē sūt ipsi substātie: ⁊ fm q pcedūt ab ipsa in humorē ⁊ mēbra diuersificant ab ipsa: ⁊ quāto plus recedūt ab ipsa tāto plus diuersificant ab ipsa ⁊ abinuicē: ⁊ tū si queram⁹ vtrū ille intellect⁹ cognoscat formas mēbrorum quātūcūq recedāt ab ipso: dicemus q sic: qr si nō cognosceret nō operet eas p suā sciā. Et si queram⁹ p qd cognoscit easdē: dicemus q p seipm: qr ipse est p essentiā cā ipsax. ⁊ si queramus qūo sunt in ipso: dicemus q sunt ipm inuicē ei⁹: ⁊ fm q sunt in ipso sunt id qd ipse est: ⁊ tū fm q distant ab ipso multa accidūt eis que nō accidūt itellectui illi: qr fm q distant ab ipso nō sunt idē ipsi: ⁊ id qd de lumine ei⁹ hz vnus nō est illud qd de lumine eius hz alia. ¶ Aliud āt exēpliū est de sole ⁊ luce solis. ponamus. n. q suba solis sit ipsa lux ei⁹: nec habeat aliā substātiā: adhuc lux solis idiuisibilis qdem erit i sole: ⁊ erit diuisibilis expāsa p omne pspicuū: ⁊ erit cā colox fm se lux expāsa imissa pspicuo superficiei terminati corporis: ⁊ lux sua erit ipsa colox substātia. Et si queramus vtrū sol habeat colores dicemus q hz eos sicut cā phabēs ⁊ fm hoc sunt id qd substātia eius. Et si queramus vtrū colores recipiant a luce solis dicemus q nō: sed poti⁹ causant ab ipsa: ⁊ modus qui sunt in ipsa est modus loci speciei non modus receptionis māe: sicut alibi dictū est. ¶ Et si ponamus q sol sit itellectualis substātia cognoscit oēs colores p modū qui iaz dictus est sepius. Qd igitur dixit Themisti⁹ de substātiis diuinis q cognoscūt res p hoc q cognoscūt se esse causas rex isufficienter dictū est nisi determinetur modus causalitatis isto mō quo diximus: qr ex hoc q aliqd se cognoscit vt cām nō cognoscit causatū nisi in potentia.

Cap. 34m. Et est digressio declarans modū cognitionis diuinarū substantiax ex parte cogniti.

Iam aūt clarū est id qd tertio querebat de cognito a substātiis diuinis. Iā. n. scit q subax diuinax scia nec est vlis nec pticularis nec vniuoca nostre scie: qr nō cognoscūt aliud nō cognoscēdo seipsas: iō mālia qdē cognoscūt imāliter ⁊ cōposita simplr: ⁊ tpalia intēporaliter: ⁊ multa vnite ⁊ diuisa idiuisibiliter: sicut. n. se hūt oia ad lucē sui itellectus q est cā ipsox: sic. n. forme sunt in vtute formatiua. ⁊ sic sūt colores in lumine solis: ⁊ sic sunt artificiata in arte: ⁊ hoc nō est difficile videre p andicta qr recessio eax a cā diuina est extēsio eax in motū ⁊ quātitatē ⁊ in mām: ⁊ ex hoc accipiūt ⁊ multitudinē ⁊ tpalitatē ⁊ motū ⁊ cōpositionē ⁊ diuisionē ⁊ nihil hox hūt a substātiis diuinis que est cā earū p itellectū: ⁊ ex hoc etiā soluit quaestio scilicet q si scirent primationes ipse diuine itelligentie: has. n. sciunt sicut ars scit peccata artis p hoc qr nō hūt artis formā pfectā. ¶ Sūt aūt q ex hoc obijciunt q sube diuine nō sciant res put sunt: qr multe sunt ⁊ diuise ⁊ cōposite ⁊ māles ⁊ hui⁹: ⁊ hec obō ex ignorātia puenit: qr lz ista nō accipiāt causata a cā sed a mā: tū cā cognoscens causatū per seipsaz cognoscit distantiā ⁊ dissimilitudinem sui a causato quolibet: ⁊ si cognoscit istā dissimilitudinē cognoscit ⁊ cām dissimilitudinis ⁊ modū: ⁊ sic cognoscūt oia suo modo substātie diuie. Nec fuit aliqd dicere q qdā ignari phie tradiderūt dicētes q cognoscūt res in vli ⁊ in particulari. ⁊ videnf esse de hac opinione Auicēna ⁊ Isaac ⁊ Algazel: qr cognoscere in vniuersali ⁊ in particulari nō accidit nisi itellectui ꝯtemplatiuo: ⁊ si nos phice loquamur sicut debemus in hac mā substātie diuine cōtemplatiuo intellectu nihil cognoscūt: nec hūt talem intellectū lz hūt intellectum ⁊ sunt itellectus vlr agens sicut dictū est ⁊ illi nō cōuenit cognoscere vle ⁊ pticulare sed poti⁹ cognoscere se ⁊ modos suos qbus explicat seipm in instrumenta qbus operatur in mām. Sed in hac scia diuina oēs fere errant: qr errorem Auicēne sunt sequuti: ⁊ quidam nostrorum sequuntur eum etiā in ipsis que ipsimet non intelligunt.

Cap. 35m. Et est digre. decla. vtrū itellectus substātiax diuinarū dependet ad id qd intelligit vel econuerso ⁊ quid sit illud qd oēs hoies scire desiderant.

Vtrū aūt iste talis itellectus ad itelligibile dependeat vel nō: sed ecōuerso itelligibile ad intellectū opz nunc ingrere. Dictū enī est in precedentib⁹ q scia relatiue dicif ad scitū: ⁊ scitū nō relatiue dicif ad sciam. ¶ In scia aūt diuinarū substantiax iō q scia est cā entis ecōuerso est: sicut ⁊ in forma artis: artificiū enim referf ad artem: sed ars nō necessario hoc ipm q est refertur ad artificiatū: ⁊ sic est in oibus que se adinuicē hūt vt causa ad causatum: causatū enim dependet ad cām: ⁊ est causatū ad alteꝝ: sz cā fm hoc ipm qd est nō depēdet ad causatū sed est ipsa ad seipsam ⁊ nō ad alteꝝ: causatū aūt ad alterū tm: siue enim sit causatū siue nō sit cā saluatur hoc ipm qd est. Sed causatum non saluaf in esse nisi cā esse habuit: ⁊ ppter hoc quidā dixerunt q cā pma non pōt deesse alicui causato: qr si in causato causa nō sit causatū peribit. Et huius assignāt rōnē dicētes q substātie separate nō per formā aliquā additaz sibi sz per essentiā sunt cause eoꝝ que sunt ⁊ fiunt: causa aūt p eēntiam semper agit fm actum: ⁊ sicut vita est existentib⁹ ita q esse rex videtur esse cōtinuus qdam fluxus ab eo qd essentialiter est causa esse: sicut dies est quidem cōtinuus fluxus luminis solis in hemisperiū: ⁊ sicut vita cōtinuus est anime fluxus in corpus. Si aūt sit sic: tunc videtur q eē oium eorū que sunt fieri quoddaz: ⁊ q nihil habet idē eē permanēs: ⁊ fm hoc sicut motus est forma post formā ita esse omniū eorum que sunt est motus quidā: ⁊ forma est vna post aliam: ⁊ fm hoc nihil omnium eoꝝ que sunt in eodem statu pmanet. Huius aūt adhuc aliā assignāt rōnem: dicunt enī oia que fiunt ab itelligentia per motū cōtinuū explicari: ⁊ que per motū continuū explicanf. videnf in motu ⁊ in fluxu eē: ⁊ hac de causa dicunt etiā omne esse mensurari tēpore ⁊ tēpus esse quātitatem eoꝝ que sic in motu ⁊ in fluxu sunt. Si aūt esse staret ⁊ nō moueret se: tunc nō haberet preteritū ⁊ futurū: hoc aūt falsum est: habet enī omne esse qd sub motu celi est preteritū ⁊ futurū: igitur est in fieri ⁊ non stat vt dicunt. Si aūt hoc verū est sequif q nihil sit in actu perfecto: motus enī est actus impfectus ⁊ actus impfectus est propter actum perfectū. Et si actus perfectus non sit nec actus imperfectus erit. oia igitur erunt in potētia ⁊ nihil in actu: ⁊ ideo pculdubio tenendū est q esse rex est esse eēntie stantis fm se: ⁊ hoc necessario pbat iducta obiectio: ⁊ si plāce in quamur: tunc cā nō adest semp causato qr lumen substātiarū diuinax quādo procedit ad materiā per motū non est nisi mouens ⁊ forma que est actus materie educif de materia per mouēs illud ⁊ ratio est actus stans ⁊ pmanens: nec est simile de vita ⁊ lumine diei: qr illa fiunt ab vno mouēte cōtinue: ⁊ hoc nō facit actus qui est perfectio potētie: sed educitur de materia ipsa sicut dictū est: tū Platonis ratio fuit actum predicto modo induci in materiā. Et si hoc cōcederetur

Mō scia itelligētiax nō est vlis neqz pticularis. vide ēt Cō. cō. 51. Scia equioce dr de scia separatax subax ⁊ d scia nrā. idem Cō. cō. 51. h⁹.

Nō ē Themistiū p quo vide ēt Cō. hic cō. 51.

Non em Au. ⁊ A[illegible]

retur non sequeret ꝑpter hoc ꝙ esset motus ꝯtinuus: qa re ceptū est in recipiente per potētiā recipiētis: ⁊ qr mā fundat formā stabit forma inq̄ꝫtū stat mā: q̄uis in mā aliqñ cōtrarie tate determinet: e cōtraria cōtinue agant in inuicē ⁊ patiā tur ab inuicē ⁊ in cōtinua actione ⁊ passiōe sicut in motu: non tamē eē ꝑpter hoc fluit sꝫ est eē sube: qa motus iste nō est in ipso nisi per accñs: tñ quātū ad talem mutationē bꝫ preritū presens ⁊ futur: sic ergo pꝫ id qđ querebat de intellectu diuinar subarum. ¶ Est autē attēdēdū ꝙ ordo istar subarum talis est ꝙ semper superior est lux ⁊ forma iferioris vsqꝫ ad motorē ꝑmū: qui est lux ⁊ forma oīuꝫ: ⁊ sꝫ q̄libet intelligētia resoluat lumē suū in id qđ est sibi cā intelligēdi: e lux sic adipiscit superiorē ⁊ lumē suū: ⁊ illā resoluēdo venit in eam que est aū cā: ⁊ sic recurrit vsqꝫ ad ꝑmā subaꝫ: ⁊ iferior oībꝰ est illa que est lux ⁊ forma itellectꝰ nostri. ¶ Et qa nos alibi iā docuimus qualr hō adipiscit intellectū suū: tūc iā ex isto potest sciri qualr adepto itellectu ꝑprio adipisci pōt intellectū subarꝫ diuinar: ⁊ qualr ista adeptio stat in itellectu sube prime que est lux oīuꝫ itellectuū ⁊ itelligibiliū per seipsaꝫ: ⁊ cū oēs hoīes nā scire desiderent: ⁊ illud desiderium nāle stet in fine ⁊ rōne. ⁊ causa oīuꝫ itellectuū ⁊ intelligibiliū ꝑ certo stabit desiderium in scientia intellectus prime sube: ⁊ propter hoc adipiscendū desiderat scire alia omnia: ⁊ quādo puenitur ad ipm stat ⁊ habet finem felicitatis cōtemplatiue.

Quid hoīes nā scire desiderant.

¶ Cap. 36m. In quo terminat de ꝑmo motore fm rōnē finis put ipm est oīs boni bonū ⁊ oīa ad ipsum ordinantur.

Tex. cō. 52.

Perscrutādū est post hoc qualr se hꝫ bonum ⁊ optimū in totꝰ vniuersi nā. Palā enī ꝫ est p ea que dicta sūt: ꝙ ꝑmus motor vt bonū oīs boni mouet oīa que sūt. ⁊ ꝙ oē qđ est ōsiderat ipm vt bonū ⁊ optimū suū: ⁊ ꝙ oīa que sūt aliquaꝫ ꝯsequunt eiꝰ bonitatē ⁊ per illā sūt hoc ꝙ sūt: ⁊ iō querēdū relinquit: vtrū bonū hoc ꝙ nā vniuersor hꝫ e desiderat sit sepatū qđ ab entibꝰ: ⁊ sit idē fm se sic diximus qdā: aut sit bonū in tali ordie participatū q est in ipsis ordinatis: ita ꝙ pricipet a q̄libet fm analogiā. ⁊ sit ei cā ordinis ad ꝑmū bonū ⁊ optimū: aut sit vtroqꝫ modo sic est bonū in exercitu. In illo enī ⁊ est bonū sepatū ꝙ est in vno q est dux exercitꝰ: ⁊ hec est victoria sup malitiā hostis: ⁊ tñ in eodeꝫ exercitu est bonū illud ꝑportionalr fm modū vniuscuiusqꝫ aliqđ cōferētis ad victoriā ad quā confert aliter miles pugnās: ⁊ aliter equū ꝑparās militi: ⁊ aliter gladiū faciens: et aliter cognans ⁊ cibū parās: ⁊ aliter speculās hostē: ⁊ aliter aciē ordinās ⁊ sic de alijs: cū tñ vniusqꝫ hor aliqđ ad victoriā ducis opet. Etenī in hoc ordie qdē bñ miles in actu pugne: ⁊ magis eē bñ miles in actu pugne q̄ alij: qa miles nō est pp ordinē fm ꝙ est in subministrātibꝰ militi equaꝫ et arma ⁊ cibū: ⁊ alia q̄cūqꝫ: sed ordo qui est in subministrātibus est pp militis actū. sicc enī in oībꝰ est in qbꝰ est ordo fm bonū: ⁊ melius ad idē optimū ordinātis. ¶ Dicemꝰ igit ꝙ est bonū ⁊ optimū qđ est in vno primo motore: ⁊ est bonum vniuscuiusqꝫ sibi ꝑportionatū: e est bonū vtroqꝫ mō qñ fm analogiā vniuscuiusqꝫ boni oīa ordinant ad ꝑmū: ⁊ illđ bonū est bonū finis vltimi qđ nō est in vno nisi fꝫ analogiā ad alia. ¶ Est aūt hoc bonū supeffluens largitas boni diuini in qđ oꝯsiderat ꝑmū bonū vt optimuꝫ: ⁊ alior vnūqđqꝫ est in gradu boni: fm ꝙ se hꝫ ꝑpe vel lōge ad illđ. per hoc enīꝫ vincit malitia ꝑuatiōis que nitit semper ad maleficiū sicut determinat in fine ꝑmi phicor. Vincit aūt p eē diuinū qđ aūr participat ab his q̄ sūt semp: ⁊ aūr ab his q̄ sūt frequenter: ⁊ aliter ab his q̄ sūt raro: ⁊ a qbusdā acqrit motu perpetuo: ⁊ a qbusdā motu nō ꝑpetuo: ⁊ a qbusdā motu vno ⁊ a qbusdā motibꝰ duobꝰ: ⁊ a qbusdā multis motibꝰ: oīa enim aliquo istor modor ordinata sūt ad ꝑmi boni pticipationē fm analogiā ꝯgruā vniculqꝫ ⁊ nō sūr: nō enī sūr ⁊ fm gradū vnū participāt illđ marina ⁊ volātia ⁊ plāte: ⁊ sūr alia q̄ participāt ipm. Videmus enī ꝙ aliđ e st bonuꝫ marinor ex frigido ⁊ hūido: ⁊ aliđ bonū volatiliū ex leui spirituali calido ⁊ hūido: ⁊ aliud bonū plante que vires accipit ex terrestri frigido ⁊ sicco: oīa enī hoc nō sic se hñt q̄si alteri ad alterū nihil sit ordinis fm analogiā boni. sed potiꝰ est eis aliqđ ordinis fm dictā boni ꝑportionē: eo ꝙ ad vnū oīa coordinant: ordie tñ diffiñ sic diximus: ⁊ hoc est queādmodum in oīs magne domus familia: in hac enī paterfamilias est sic motor ꝑmus: ⁊ liberi sicut celestia corpora: ⁊ serui sicut ea q̄ ex necessitate mouent gñabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ bestie sunt sic mālia cōlicta malitie. In domo enī tali liberis qdē non est possibile aliqđ facere licētiose sꝫ oīa faciūt ad nutū pris familias sc̄tis ex desiderio ⁊ dilectiōe patēris: nec in eis ē locus malitie: ⁊ iō oīa aut plurima eor que faciūt sunt ordinata ad bonū patēris percipiēdū. Seruis vō ⁊ bestijs paūr qđ eor que agūt est ad vtilitatem cōem: ⁊ nō nisi hoc ꝙ faciūt superiore mouēte: multitudo aūt oper suor que procedit ex ꝑprio motu est ab euētu fm ꝙ euenit ex ipetu vementis cōcupiscētie ⁊ irrōnabilis ire. nō enī respiciūt ad patreꝫ familias ex rōne sꝫ ex necitate q̄dā coactiōis. ¶ Seruos eīꝫ hic vocamus eos qui nati sūt serui: a natiuitate autē seruus est qui nō sufficit p seipm ad vite regimē publice vel priuate. Liber aūt q cā sui pōt eē in vite regimie: qñs aūt q ex lumine itellectꝰ: ⁊ sibi sufficit ⁊ alijs. Bestia vō que in regimine vite semp idiget vt agat ab alio. ⁊ qñ sibi relinqui r sequit ad oper a ipetu cōcupiscētie ⁊ ire. Serui igit ⁊ bestie nō referūtur ad iconomice finem ⁊ bonū nisi mouēte quodā alio q ex seipso est bonus: ⁊ ita est in rebꝰ vniuersi fꝫ analogiā participati boni: tñ sꝫ liber enī eor que sūt nā ipsa qđda est boni ꝑmi fꝫ diuersuꝫ gradū bonor. ¶ Dico aūt ꝙ opꝫ oīa hec venite ad discernēdū gradū cōpetētē vniculqꝫ fm ordinem bonor: ⁊ in hac qdē discretiōe: q̄dā sic sūt ꝙ oīa eor sūt cōmunia bona ad totū vniuersum: sicut sunt ea que vno modo se hñt vt celestia oīa enī que attribunt illis de motu ⁊ coniūctionibꝰ ⁊ ꝑuētionibꝰ ⁊ respectibꝰ ⁊ alijs rōnibꝰ ueniūt ad cōeꝫ vniuersi vtilitatē. ¶ Alia autē que sunt frequēter sunt sicut serui ⁊ pmittas sibi hñt malitias: ⁊ nō attingūt vniuersi bonū nisi inq̄ꝫtū ab illo qđ semp est vno mō regunt ⁊ cōtinent: ea aūt que raro sunt: sic bestie que nō dirigunt nisi q̄dā freno eor q̄ sp ⁊ eor q̄ sūt frequēter in ordie bonū vniuersi.

Qui nā nati sūt serui ⁊ liberi qui vsū eo? sūt.

¶ Cap 37m. De opinionibus ⁊ erroribus antiquorum qui aliter dicūnt q̄ predictum est.

Tex. cō. 53.

Non aūt opꝫ obliuisci eor ipossibiliū ⁊ q̄ absurda ⁊ impossibilia sūt que ꝯtingūt aliter dicētibus quā nos hic diximꝰ de ꝑmo bono ⁊ vltio: ⁊ ordine bonor ad ipm: nec opꝫ obliuisci eorū que dicūt illi q grossius circa hāc mām loquūtur. ¶ Adhuc aūt nō opꝫ obliuisci eor circa q̄ sunt minime dubitatiōes: sic sūt dicta: nō enī suffic dicē ea que vera sūt in tā alta mā nisi ēostēdant errores eor q aliter senserūt circa illā. ꝯueniunt aūr oēs antiquores in hoc ꝙ oīa q̄cūqꝫ nos diximus pticipare bonū diuinum ⁊ dinter eē illđ bonū in eē his que semp: ⁊ his q̄ frequēter ⁊ his que raro sūt eē ꝯtrijs. sꝫ tñ hoc nō recte dī qa nō oīa sūt ex ꝯtrarijs: qa celū nō fit ex ꝯtrijs nec ēt ea in qbꝰ sūt ꝯtria sūt ex ꝯtrijs tñ qa mām opꝫ subijcere ꝯtrijs: qa ꝯtrijs existentibꝰ sine subto ꝙ est mā ꝯtria sunt ipossibilia ad inuicē: hoc aūt icōueniens a nobis soluit rōnabilr ponētibꝰ tertiū qđ eē qđ ē subꝫ vtriusqꝫ ꝯtrior. ¶ Isti aūt tales qui sic ex ꝯtrijs oīa faciūt: ordinē destruūt bonor qa fm eos nihil est bonū ⁊ optimū distinctū ab entibꝰ: nec aliqđ est ꝙ primuꝫ sit illi bono ꝑ eē sp in vna suba saluatū: vñ illi dicūt. ac si bonū domus totuꝫ sit in seruis ⁊ bestijs: e nihil sit ꝙ ad vnū ⁊ ad ordineꝫ redigat dissonas actiōes ipsor. ¶ Alij corrigētes errores istor. faciūt mām eīntū illud qđ diuersor est a ꝯtrijs: sꝫ qđ sit illđ materiale nō recte dicūt. sꝫ dicūt vnū ꝯtrior māle eē ad alteruꝫ. dicūt enī paruū ⁊ magnū eē ꝯtria: ⁊ paruū eē māꝫ magni: ⁊ qr ineq̄le ⁊ eq̄le ab his q̄ ab his cānt: ēt sic dicūt ꝙ ineq̄le māle est ad eq̄le. ¶ Et sūr dicūr de vno ⁊ multo. dicūt enī multa cōponi ex vnis multis ⁊ eq̄le ex ineq̄libꝰ: ⁊ magnuꝫ ex paruis: ⁊ in hac sniā fuit Plato: qui magnū ⁊ puuꝫ māliа contraria eē dixit formale aūt ꝑmū dixit eē ideaꝫ: ⁊ iō ēt destruxit ordinē bonor. error aūt iste soluit eodē mō: illa enī q̄ vere est mā est vna ⁊ subta vtriqꝫ ꝯtrior: ⁊ iō nulli ꝯtrior pōt eē ꝯtria. ¶ Amplꝰ fm istos oīa sūt malitie participatione ꝑter vnū qđ fm eos est mā: ⁊ hāc tñ ponūt eē eīntū ad alter contrarior: vt diximus: ⁊ ponūt eē alter ꝯtrior māle eīntuꝫ ad alteꝫ: ⁊ iō isti ponūt malitie pticipatiōnē ⁊ non ponūt aliqđ per qđ malitia participata redigat ad bonū ordineꝫ. ¶ Sꝫ alij sunt pōst q vt ꝑnꝰ oīum ponūt bonū ⁊ malum: q̄uis cum hoc dicāt ꝙ in oībꝰ bonū est marie ꝑnm: vident enī isti ꝙ bonū ⁊ maluꝫ sunt in istis que sunt ex ꝯtrijs: ⁊ dicūt ꝙ nihil est

sn cātis q̄d nō sit ex cāsis: ⁊ iō dicūt bonū ⁊ malū etiā eē in celi partib⁹ ⁊ in motonib⁹ celo⁊. ⁊ iō kalodemones ⁊ kacodemones eē dixerunt: dicunt tñ in q̄busdā mařie bonū eē pñm et ab his ōriuista est secta hereticoꝝ q̄ ponūt duo pn̄a. ¶ Alij v̄o vidētes q̄ nunq̄ redigit ad ordinē boni vniuersū nisi sit vnū bonū ⁊ optimū oisticuz nihil hñs de malitia: dicūt ⁊ recte dicunt in hoc: q̄ eēntialr̄ bonū est pñm: sȝ nō dicunt insufficiēter: nō eni dicūt q̄d bonū est pñm: vtrū. vȝ. sit pncipiū q̄si finis: aut sit pñm q̄si mouēs: aut sit pñm q̄si species ⁊ forma. ¶ Est aūt bonū pñm in rōne har triū cāruz: q̄a vt desideratū est finis: ⁊ vt largiēs est mouēs: ⁊ vt vniuocū est spēs ⁊ forma: ⁊ hec oīa iā in pbabitis satis pbata sūt: verū de ordie bonoꝝ. Et Empeď. tradit icōuenienter. dic enim q̄ bonū q̄d est ois boni bonū ⁊ cā est amor. ¶ Hic eni dicit eē pñm sicut finis est pñm. q̄a est id cui⁹ cā fit: ⁊ dicit ēt q̄d est vt mouēs q̄a dicit q̄ amor colligit: cōsugere aūt mouere ē: q̄a dixit q̄ gñatio est ꝯgregatio. dixit ēt q̄ amor est vt mā: dic eni q̄ est pa mixti in gñato. q̄a amica sibi facil⁹ cōueniūt in mixtura. ¶ Sedsm Empedo. sequit q̄ idē sit pñm vt mā ⁊ vt mouēs cū tñ ista nō ꝯtingat idē eē sm rē: sic ꝯsuz est in ꝯ⁹ phĭsicoꝝ. ¶ Queram⁹ igit ab Empeď. sm q̄d amorē bonū illō q̄d est ois boni bonū. Si eni nō est mouēs efficiēter: tūc scimus q̄ nō est pñm vt finis: nec sine intētione finis mouet id q̄d est ois boni bonū. p̄ȝ igit q̄ amor nullo mō est pncipiū. Est aūt adhuc icōueniēs sm Empeď. q̄ ponit odium q̄d est ꝯtrariū amori eē icorruptibile: ⁊ hoc dic eē cām mali et separatiōis. Hec eni dicit eē nām mali q̄ separat. Si enim sic est vt dicit q̄ bonū ⁊ malū in oib⁹ pugnāt: ⁊ nō est reducibile vniuersū in ordinē boni sicut dixim⁹: q̄a nō vincit mali nisi per id q̄d est bonū puꝝ ⁊ optimū: ⁊ p id q̄d nec io est bonū semp nihil pticipās de malitia: pp q̄d antiq theologi posuerūt in celo nō eē locū malitie: ⁊ in iferno nō eē locū alicui⁹ boni.

Tex. co. 55.

¶ Anaxa. aūt dixit q̄ pñm vniuersi eē est bonū: ⁊ ē pñm vt bonū: dixit eni q̄ mouēs ad eē est itellca. Cū aūt intellectus nō moueat nisi per itētionē: opȝ q̄ moueat alicui⁹ boni cā: ⁊ ponebat q̄ hoc bonū est diuersum ab ipso itellectu: ⁊ iō aliter dixit q̄s nos de bono mouēte: q̄a nos dixim⁹ q̄ bonū mouēs est ipse pmus motor: put ipe est ois boni bonū: q̄ aūt mouēs moueat intētiōe alicui⁹ boni q̄n mouēs est intellect⁹: p̄ȝ in artib⁹ mouētib⁹ per intellectū. medicina enim que est forma artis in itellectu mouet: ⁊ hoc est sanitas que dā q̄a est forma ⁊ rō sanitatis: ⁊ hoc mouet itētiōe sanitatē que iducit in aialis cōplexiōe: que nō est idē illi que est in intellectu mouentis. ¶ Adhuc aūt diminute dixit Anaxa. q̄a cū oē mouēs moueat ex aliquo in aliqd: ⁊ ex ꝯrio in ꝯriū: iō icōueniēs fuit nō ponere ꝯriū itellect⁹ ⁊ boni pp q̄d mouet intellectus: vnū eni ꝯrioꝝ est puatio que ꝯriat forme quā intellectus mouēs inducit in mām ⁊ bono pp q̄d mouet. Sic ḡ nicēs Anax. ēt nō cōpleuit ordinē boni: q̄a nō posuit q̄ aliqd pticipet malitiā q̄ idigeret ordie. sȝ oīa posuit eē pura bōa.

¶ Cap. 38m. Et est de inconuenientibus que sequuntur ad preinductos errores.

Tex. vltimo.

eisdē ad suoꝝ dictoꝝ ɔfirmationē dicit eas nō deteriora faciēdo per ipugnatiōez. ¶ Dicta igit antiquoꝝ de pncipiis sube sūmatiz pstrigentes dicim⁹: q̄ eoꝝ q separata ponebāt eē pnª sube due sūt opiones: quaꝝ vna qdez dic subas illas que sunt pnª sube eē mathematica: sic nūeros quosdaz et lineas q̄sdā: et alia mathematica cognata istis. alia aūt dicit eē pnª sube oēs ideas. hec tn̄ opiniones in seipsis differunt. ¶ Quidā eni istoꝝ in uno gn̄a reducunt in vnū qdē ideas: in alio vo mathematicos nūeros ideo qḋ nūeꝝ dicunt pportionē que inenit in pncipiis sm q̄ pᵒ sūt qb⁹ pportionib⁹ pncipioꝝ ligant entia adinicē: ideas aūt dicūt formas simplices ad quaꝝ imitationē et sigillationē formant sube. Alii aūt vtroꝝq3 hoꝝ ideaꝝ. vz. et mathematicoꝝ nūeroꝝ dicebāt eē vnā nām generis cōez: ideo q̄ ēt idee nō formant entia nisi sub q̄dā nūeri pportiōe: quia aliter idea nō eēt hui⁹ idea: et idea vnius nō differet ab idea alteri⁹. Alii ēt de eadē secta existentes dicūt q̄ nō sunt alique sube que sint pnª nisi mathematica: et hoc ideo est: quia nō putabāt eē subam aliquā nisi corporalē tm̄: sic nos in anībabitis ondimus: et illā putabāt cōponi lineis et supfitieb⁹: lineas aūt et suꝑficies putabāt eē ex domeris: eo q̄ dicebāt pūctū eē vnitatez addita positiōe: et vnitatis fluxū facere lineā: et sic pncipiabant entia que vere sunt entia: et oia alia dicebāt eē subaꝝ q̄litates: ita q̄ ēt aiaz dicebāt quādā eē numeroꝝ armoniā: et potētias aie causari ex mathematicis rectis lineis et circulis sic nos in pᵒ de aīa determinauim⁹. ¶ In disputatiōe igit ista pᵒ perscrutāduz est de his q ponūt mathematica eē pnª: et nullā eis aliā addūt nām que cū eis sit sube pnᵐ: sic faciunt illi qui q̄runt vtrū idee sint aut nō sint: et si sint vtrū sint pnª et tales sube q̄ faciūt substare entia vel nō. Illi eni querūt aliqd addē mathematicis que cū eis sint pnª: sed nos pnᵐ hui⁹ q̄onis ponemus q̄n apud mathematica solū sit ideo principii: siue ipsa mathematica sint per se separata sm esse: siue nō sint sm eē separata. Et si nō sint q̄remus qūo sūt et qūo sint sm esse separatū illa que sunt post ista mathematica que pncipiātur ab ipsis: et postea queremus que sūt cōuenientia simplr et sm se ipsis ideis: et q̄remus etiā de oib⁹ que diuulgant de pncipiis sube gñalegis: leges eni diuersaꝝ gētiū multa de pncipiis talib⁹ diuulgauerūt loquendo de diis vt̄tes rōnibus vulgarib⁹ que sunt extra modū pħie: quia metaphoris et fabulis loquunt de hmōi: et sic loq nō est pħicū cū sicut dr̄ in 2° topicoꝝ: hoc peccatū sit in pblematib⁹. ¶ Ampli⁹ aūt opz vti plurima rōne iter oēs q̄ones ad istā pscrutationē qn̄ pscrutabimur si sube que sunt pnª oium sint nūeri vel idee: oportet enim prius pscrutari an idee sint: et ista est tertia qō: vna enī est an idee sint: et scōa an idee nūeri sint: et tūc restat tertia qō si idee nūeri existētes sint pnª subaꝝ et sube: quia q̄ pnᵐ ē sube est suba. Si eni sunt mathematica sic quidā dicunt: q̄ aut sint in sensibilib⁹ sm esse aut q̄ habeāt esse separatuz a sensibilib⁹: et hoc mō ēt alii qdā dixerūt: aut forte neutrum hoꝝ est veꝝ: quia aut nō sunt: aut sunt alio mō: q̄. vz. sm esse sint ɔiūcta sensibilib⁹: et sm rōnem sint sepata: hoc aūt mō si sunt nō erit nobis dubitatio de esse mathematicoꝝ: quia scimus q̄ sz eē sūt in sensibilib⁹: sz de mō eēndi ē dubitatio. et hec qō qdē ita diuisa ē vt dixim⁹: et ideo pus disputandū ē de mathematicis an q̄ de ideis disputem⁹: hoc eni mō tenebimus ēt ordinē pħoꝝ: quia priores fuerūt qui mathematica dixerūt pnª esse q̄ illi qui ideas eē pnª primitus inuenerunt.

¶ Cap. 2ᵐ. Et est disputatio ɔ eos qui mathematica separata esse et subm habentia dicebāt esse in sensibilibus.

Isputantes igit de sensibilib⁹ dicem⁹ hoc pᵐ q̄ mathematica subiecto et eē sepata ipoie sit eē in sensibilib⁹: ita q̄ sic sint cū plasmate siue cū indiuiduo sensibili q̄ p nāz plasmat: et hz multas rōnes: si eni sic sint cū plasmate: opz q̄ duo solida sic sint in eodē loco. Nos aūt iā dicim⁹ i hui⁹ sapie 3° libro. q̄ ipoie est duo solida eē in eodē loco: quia sicut ondim⁹ in pħicis si duo solida sint in eodez duo solida erūt vnū solidū. ¶ Ampli⁹ si mathematica ɔcedant eē cum sensibilib⁹: et q̄ tn̄ sint sz esse et subm sepata: et nō sint mēsura sensibiliū: sz q̄n in eis et cū eis existāt: tūc eiusdē rōnis est cōcedere ēt alias nās et alias potētias esse in sensibilib⁹: et q̄ nulla nā sit sepata ab ipsis p locū: et hoc est falsuz: et ɔ ea que in 11° hui⁹ sapientie libro pbata sunt: et he rōnes in 3° huius

In pħo capitulo primo.

sapientie libro a nobis superius sunt idnete: cuz de dubita-
bilib⁹ hui⁹ scie disputaret. ¶ Ad hec aūt que dicta sūt dice-
mus qd̄ sequit̄ ꝙ q̄dcūq₃ corp⁹ ipoē est diuidi ex dictis isto
rū. Nā si diuidit̄ corp⁹ opꝫ ꝙ fꝫ istos diuidat̄ fꝫ cōponentis
diuidet. ꝙ fꝫ supficies ex qb⁹ cōponit̄: ⁊ eadē rōne qꝫ supfi-
cies vt isti dicūt cōponit̄ ex lineis diuidet̄ fm lineas: ⁊ vlte-
rius qa linea cōponit̄ ex pūctis diuidet̄ linea fm pūcta: igit̄
si pūcta ipoē est diuidere: ita ꝙ fꝫ pūcta fiat diuisio eo ꝙ di
uisio diuini nū q̄ stat in idiuisibili: tūc ēt sequit̄ ꝙ nō fiet di
uisio supficiei fꝫ lineā: ⁊ si nō pōt fieri diuisio fm lineā tūc ēt
fm alia nō pōt fieri diuisio: que aliq̄ mō sunt idiuisibilia: ⁊
hoc sequit̄ similr̄ in oib⁹ que dicunt̄ cōponi ex hui⁹ pncipiis
qui sūt pūcta linee ⁊ supficies: q̄ramus igit̄ ab istis qd diffe
rat dicere ꝙ dicam⁹ sensibilia qdez esse tales nās que cōpo-
nant̄ ex pūctis ⁊ lineis ⁊ supficieb⁹: aut ꝙ dicam⁹ sensibilia
quidē nō esse nās sic cōpositas: sꝫ ꝙ q̄dā nāe mathematice
sint in eis que talez hāt cōpōnē: idez eni īcōueniens sequit̄
vtrobiq₃. ¶ Si eniꝫ ꝯcedat̄ sic verū est diuidi sensibilia seq-
tur ꝙ eadē rōne sic diuidunt̄ mathematica q̄ sunt in ipsis:
aut opꝫ dicere ꝙ nec sensibiles sub̄as vez sit sic diuidē: nec
etiā possibile sit diuidi sic nās separatas q̄s mathematicas eē
dicūt. nā si ꝯcedant̄ esse solida separata que diuersa sint ab
his que sūt sensibilia: sꝫ loc̄alr̄ sint in ipsis ⁊ sint pn⁹ eoruz: et
sint priora ipsis sensibilib⁹: tūc cū sic solidū sensibile se hꝫ ad
solidū mathematicū ita supficies sensibilis se hēat ad sup
ficiez mathematicā: ⁊ linea ad lineā: ⁊ pūctū ad pūctū: nece
est etiā alias esse supficies sepatas in istis superficieb⁹: ⁊ li-
neas in lineis: ⁊ pūcta in pūctis que sunt pter supficies illi⁹
solidi mathematici ꝙ ē in solido sensibili ⁊ pter lineas ei⁹:
⁊ pter pūcta ⁊ sint sepata. ¶ Hui⁹ aūt ꝯrie rō est: qa semp
nō cōposita pn⁹ sunt priora cōpositis: si igit̄ corporib⁹ sensibi
lib⁹ priora sunt corpora nō sensibilia: eadē rōne supficies sūt
priores supficieb⁹: ⁊ opꝫ ꝙ ille supficies sint priores etiā il-
lis supficieb⁹ que in imobilibus siue mathematicis solidis
que sunt fm se habētia esse ⁊ sub̄m. ⁊ huius causa est: qa cō
cedit̄ q̄dlibet pn̄m fm esse ⁊ sub̄m prius esse pncipiato: ⁊ cuz
hoc cōcedit̄ superficies esse pn̄m solidi. opꝫ igit̄ dicere ꝙ ali
qua sunt plana ⁊ linee fm esse ⁊ sub̄m ab eis que sunt in so-
lidis siue cū solidis separatis: dicunt eniꝫ illi ꝙ aliq̄ sūt fm
eē mathematicis solidis sic composita cuz ipsis: ⁊ alia sunt
priora mathematicis solidis sicut pn⁹ que vt dicunt fm eē
⁊ sub̄m priora sunt ipsis: eadē aūt rōne ⁊ hez superficie-
rum que fm esse separate sunt a solidis erūt linee pn⁹: ⁊ iō
separatū esse hñtes ⁊ illis lineis: qa ⁊ ipe cōposite sunt ex i-
diuisibilib⁹ lineis: vt dicūt opꝫ esse alias priores lineas ⁊ il-
lis opꝫ esse priora puncta per eandez rōnem: ⁊ his lineis in-
diuisibilibus: opꝫ adhuc priora esse pūcta separatū esse ha-
bentia: qa vt dicunt pn⁹ illarū sunt puncta. Sꝫ illis non am-
plius vt dicūt nō sunt. ¶ Ampli⁹ priora pūcta alia: quia illa
sunt pn⁹ prima fm opionē istoꝝ: dicūt eni ꝙ si istis eēnt ad-
huc priora alia puncta fieret absurda cōgerens ⁊ ifinita: qa
⁊ eadem rōne ⁊ illa puncta ⁊ superficies ⁊ linee haberēt alia
se principiātia: ⁊ pcederet̄ in infinitū: si semper pūcti pūct⁹:
⁊ linee linea ⁊ superficiei superficies esset pn̄m. pdicto autez
mō accidit ꝙ solida qdem sunt vnica siue vnius gn̄is: que
sunt circa sensibilia: ⁊ illa que sūt in mathematicis. ⁊ sic sūt
duo genera solidoꝝ: ⁊ superficies que circa solida sunt: sunt
in his solidis sensibilib⁹ ⁊ mathematicis que sunt sic̄ duo
genera superficieꝝ: qbus vnū addit̄ genus superficiei ꝙ est
pn̄m solidi: ⁊ sic sunt tria genera superficieꝝ: vnū qdē qd est
pn̄m ⁊ duo principiata: sed linee vere existentes sunt quater
narie: sunt enim sensibilium: ⁊ mathematicoꝝ linee in soli-
dis ipsis: ⁊ linee superficieꝝ in ipsis superficieb⁹: ⁊ linee di-
uisibiles que sunt principia istarū: ⁊ linee indiuisibiles que
sunt principia lineaꝝ diuisibiliuꝫ: pūcta aūt fm hoc accidit
esse quinaria. Quoꝝ primū est pn̄m: ⁊ 2ᵐ est sub̄a linee indi
uisibilis: ⁊ 3ᵐ sub̄tātia linee diuisibilis quā facit fluxu suo:
lineā enim indiuisibilem sicut dicūt isti non facit fluxu sꝫ po
sitione ⁊ cōtactu. 4ᵐ aūt est nō fm se sub̄tātia sed per lineā:
cuius ipm pūctū sub̄a est: ⁊ est illud qd est in superficiei ter-
minis. 5ᵐ aūt longius adhuc est sub̄tātia corporis per hoc
ꝙ est sub̄tātia linee ⁊ superficiei: ⁊ fm istū modū solida fm
esse sunt duo: ⁊ supficies tres: ⁊ linee q̄tuor ⁊ puncta qnque
ex qbus est eē qd est: nullus aūt posuit istoꝝ puncta eē prin-
cipia sensibiliuꝫ: qa sꝫ corpori accidat diuisio in infinitum: ⁊
etiā corpori mobili fm ꝙ est mobile ꝯtr̄ tamē nō accidit cor
pori sensibili fm ꝙ est sensibile. ¶ Isti aūt dicebāt ꝙ iō cor-
pus diuidit̄ in infinitū: qa cōponit̄ ex infinitis punctis ⁊ su-
perficiebus ⁊ lineis: ⁊ ideo tertiū genus pūctoꝝ nō addide-
runt. sunt aūt qui ista numerāt fꝫ esse principioꝝ ⁊ pncipia-
toꝝ vt dictū est: ⁊ sic stant in dicto numero ⁊ sūt qui ista nu-
merant fm māam: ⁊ isti dicūt ea esse infinita: qa sic linea cō-
ponitur ex pūctis infinitis: ⁊ quidē pma via est Platonis.
Scd̄a aūt Democriti. Nos aūt ab his qui numerāt ista fꝫ
eē formale pncipioꝝ ⁊ pncipiatoꝝ queramus circa que enu
meratoꝝ erunt sciētie mathematice nō eni pōt dici ꝙ scie
mathematice sint circa ista plana ⁊ circa illas lineas ⁊ cir-
ca illa pūcta que sūt in solido imobili. oīs enim scia pcipue
doctrinalis que demōstratiua est semp est circa ea que na-
tura priora sunt inter ea de qb⁹ est sꝫ sunt pūcta ⁊ linee ⁊ supfi-
cies nō priora q̄ illa que sūt in solido imobili ⁊ sūt illa que
sūt pn⁹ ipsi⁹ solidi. Hoc aūt est absurdū: qa nos scimus sci-
entias mathematicas eē de his que sūt fm eē in solido nō
mō mathematico sꝫ ēt sensibili. ⁊ si alia eēnt que fꝫ eē ⁊ sub̄m
differūt ab istis: pcerto sciētie mathematice essent de il-
lis: ⁊ nō de istis: ⁊ eadem ratione est de numeris quos qui-
dā istoꝝ dicunt esse principia. fm istos eni ⁊ diximus pun-
cta principiant̄ ex vnitatib⁹: ⁊ sic quedā vnitates que sūt pn
cipia punctoꝝ erūt fm eē ⁊ sub̄m separatū preter singula pū-
cta: non essent enī sub̄e nisi haberēt separatū eē ⁊ sub̄z: ⁊ sic
erūt vnitates separatū eē hñtes pter singula entia singula-
ria siue sint sensibilia sicut corruptibilia ⁊ mobilia siue sint
intellectualia sicut mathematica: igit̄ diuersa eēnt gn̄a ma
thematicoꝝ nūeroꝝ qd est iteꝝ īcōueniēs: qa tota arithme
tica est de his numeris que fꝫ esse sunt in sensibilibus ⁊ in-
telligibilibus. ¶ Amplius queramus ab istis q̄ō cōtingit
soluere ea que determinata sunt supra in huius sapiētie li-
bro tertio. ibi enim quesiuimus si hoc vt dictū est sint gene-
ra mathematicoꝝ circa que sit astrologia. Astrologiam eni
videmus esse sic circa corpora sensibilia ⁊ mobilia que sunt
celestia: ⁊ etiam circa ea circa que est geomet. quia cū celuꝫ
cōsideret ⁊ motum eius nō considerat ipsa nisi fm quātita-
tem absolutam. ¶ Q̄ō autem possibile est eē celū: aut aliq̄
q̄dcunq₃ corpus qd motum hꝫ preter hoc celuꝫ ⁊ preter hoc
corpus motum circa qd sit astrologia. que vt dicunt nō est
de sensibili sed de alio qd fm esse ⁊ sub̄m diuersum ⁊ sepa-
ratum est ab isto. Similis aūt questio est de scientia optica
siue perspectiua: ⁊ sciētia armonica siue musica. iste eni fm
ea que dicta sunt cū sint scientie non possunt esse de sensibi-
libus: ⁊ cū tamē vox circa quā est armonica ⁊ visus circa quē
perspectiua nō sunt nisi circa sensibilia ⁊ singularia. ⁊ cū sīt
circa sensibilia ⁊ singularia: tūc palam est ꝙ opꝫ eos dicere
ꝙ sunt aliȷ sensus ⁊ alia sensibilia fꝫ esse q̄ ista: ⁊ tunc que-
remus qui si magis habēt illa singularia ⁊ illi sensus q̄ ista
singularia ⁊ isti sensus: ⁊ si non pōt inueniri tunc oportet ꝙ
etiam alia cōcedant̄ eadē esse illa ⁊ ista: ⁊ tunc sequitur ꝙ
illa ⁊ illi sensus sint idem cū istis. Igitur ⁊ armonica ⁊ pspe
ctiua sunt circa illa: ⁊ sic̄ alie scientie mathematici. ¶ Am
plius autem a mathematicis describuntur quedā quanti-
tates in figuris: ⁊ describūtur vniuersalr̄ ita ꝙ qcquid demon-
stratur de illis vniuersalr̄ demōstratum est de omni quan-
titate ꝯsimili: qa igitur omne vniuersale abstrahit ab hoc ⁊ ab
illo. Iste sunt quedā quantitates medie que sunt fm esse in
istis ⁊ in illis. ⁊ in oībus alijs sꝫ fm rōnez abstrahant ab oī-
bus. si ergo oīa quecūq₃ in abstractione accipiuntur sunt sub
stantie: tunc etiam ista sic descripta erunt quedaꝫ sub̄a me
dia que fm rationez separata est ab idealibus primis sub-
stantijs: ⁊ a mathematicis qde illi media dicebant esse in-
ter sensibilia ⁊ ideas: ⁊ hec sub̄tātia sic descripta erit nec nu
merus nec puncta: nec mensure: nec tēpus nec aliqua quā-
titas mathematica vel sensibilis: ⁊ totum habebit esse fm
istos: qa vt dicebāt esse qd est separatuꝫ fm rationez est se-
paratuꝫ fm eē. ¶ Hoc aūt est impossibile: qa hoc dato pro
certo iteꝝ fieret abstractio vniuersalis ab illo: qa ab omni
eo qd hꝫ esse separatū fm sub̄m fit vl̄is abstractio. Si autē
hoc est impossibile: ꝙ sic vniuersalr̄ descripta habeāt esse sepa-
ratū: tunc eadē rōne palam est: qa ipossibile est etiaꝫ ea que
mathematica esse dicunt̄ fm eē separata esse a sensibilib⁹:

sed potius totaliter siue vniuerse contingit per contrariam rationem veri a ratione eius quod consueti sumus suscipere in physicis: si quis ponat sic esse ipsa mathematica: vt separate quedam sint substantie vel nature que esse et subito diuerse sint a sensibilibus: quia sicut diximus si sic sint ista mathematica necesse est quod sint priora sensibilibus mensuris non solum secundum rationem: sed etiam secundum esse et substantiam: et tempus: et secundum veritatem sunt econtrario posteriores eis generatione et secundum esse et tempus. nam sicut diximus in fine primi physicorum imperfecta mensura que determinat materiam generatione quidem prior est: et substantia generata sensibilis est posterior: sicut inanimatum prius est generatione animato et sicut potentia prior est actu. sed perfecta et determinata mensura et figura generatione est posterior. ¶ Amplius cui et quomodo erit vnum mathematice mensure oportet. n. quod sit principiatum generatum sensibile: quod etiam faciat ipsum actu vnum et non multa: sicut determinatum est in antecedentibus istius sapientie libris. 7. et 8. et hoc quidem non videtur conuenire mensuris mathematicis quas illi substantias dicunt esse sensibilium: quia vna que sunt hec in sensibilibus sunt vna forme et actus sicut vna anime que est perfecta anima aut vna potentia anime: que non est perfecta anima sed pars potentie anime. aut vna alicui alii rationabili forme que facit vnum. Sin autem non sic fiant vnum tunc sunt multa congregata et dissoluuntur in ea ex quibus congregata sunt. ¶ Queramus igitur ab istis: cum illa mathematica que dicunt esse substantias sint diuisibilia et quanta ex infinitis congregata que sit causa quod sint vnum: et quod accidit eis vnitas qua vnum faciat id cuius ipsa dicuntur esse substantia et principia: non. n. potest huiusmodi causa rationabilis assignari. ¶ Amplius hoc idem generationes ostendunt. Si n. generationes sensibilium perfectorum consideramus que sunt animata primum quod in generatione est secundum diametrum que est in longum supra et infra ex eodem procedente spiritu sanguinem et sperma: et deinde fit generatio in latum ad dextrum et ad sinistrum. et postremo fit distributio generationi in profundum ab ante et retro: et tunc dimensio generationi habet finem. ¶ Si ergo quod generatione est prius est substantia posterius et econuerso: sicut ostensum est in nono huius sapientie lib. corpus quod est secundum diametrum in profundum acceptum erit prius substantia quam planum et longum. et ideo etiam secundum dimensionem profundi erit perfectum et totum: vel vt magis physice loquimur sic erit animatum et habens esse singularis generati. Et ideo etiam principium vite secundum profundum est quod est cor in medio profundi positum inter ante et retro. Sed longitudo que est linea quando dicitur animata vt principium vite sit secundum ipsam: aut quando dicitur superficies que principium est latitudinis: animata vt secundum ipsam sit principium vite. ¶ Hoc. n. axioma siue dignitas quam illi dicunt communem animi conceptionem esse est supra sensus nostros: nos. n. videmus sensibiliter quod anima que dat esse et facit vnum est secundum dimensionem corpoream que est profundi: et non secundum dimensionem longitudinis et latitudinis. igitur longitudo et latitudo non sunt substantie et principia corporis sensibilis perfecti secundum generationem lapides. n. et metalla et huiusmodi sensibilia sunt perfecta coagulatione et non sunt perfecte formata et nata. Et ideo in his non ita expresse videtur: quod dimensiones mathematice non sunt principia et substantie sensibilis substantie. ¶ Amplius secundum istos corpus mathematicum quedam est substantia eo quod iam habet perfectum esse: vt dicunt. Similiter autem et linee sunt substantie quedam. Dicunt. n. isti quod sunt sicut forme et species quedam: quia linea se habet ad ea quorum est linea sicut anima que est actus animatorum linea. n. non habet se ad ea in quibus est velut materia et corpus. nihil. n. constituitur materialiter ex lineis et superficiebus inter substantias sensibiles: nec etiam ex punctis: videtur aliquid constitui quod sit potens potentia materiali. ¶ Si autem essent hec aliqua substantia materialis tunc videretur quod paterentur et susciperent talem materie potentiam cuius perfectio esset actus: et subiicerentur generationi. Cum autem nihil horum patiantur linee et superficies et puncta et sint substantie vt isti dicunt oportet quod sint forme sicut anima. Si autem sic se habent tunc oportet quod sint priora secundum rationem. sed oportet nos distinguere iterum ea que sunt ratione priora quod etiam secundum substantiam sint priora: quecumque. n. aliquis non supponit esse separata possunt esse ratione priora et non substantia. sunt. n. talia ratione consecutionis priora. et non ratione diffinitiua: et ideo sunt ratione priora inquantum sunt rationes ex rationibus siue rationes ex antibus quibusdam supra. Quecumque autem tali ratione sunt priora non existunt simul secundum naturam sed vnum est prius altero. Et huius exemplum est: quia si dicamus sicut et verum est: quia nulle passiones sine accidentia habent esse preter substantias sicut est motus et album quod semper est in substantia: tunc scimus quod secundum rationem conueniens albo homini prius est album quia sequitur quod si albus homo est quod album est et non conuertitur. et tamen album non est prius secundum substantiam quam homo albus: quia si prius esset secundum substantiam tunc oporteret quod haberet esse separatum sicut substantia: non autem est separate passio aliqua sed semper est cum integro

composito videlicet quod est subiectum eius. Integrum hoc voco totum congregatum sicut est homo albus. patet igitur quod non hoc est generaliter verum quod dicunt isti: quod omne quod sit ex ablatione se habens ad alterum sit prius illo secundum substantiam: nec econuerso generaliter est verum: quod omne quod se habet ad alterum ex additione sit posterius. ideo enim punctum dicebant esse prius linea: et lineam prius superficie et superficiem prius corpore quia punctus ex ablatione se habet ad lineam: et linea ad superficiem et superficies ad corpus. corpus autem ex additione ad superficiem et superficies ad lineam et linea ad punctum. albus. n. homo dicitur ex additione albi et tamen album non est prius albo homine: nec homo albus posterius est albo: igitur a simili non sequitur quod puncta et linee et superficies sint magis substantie quam corpora: propterea quod ex ablatione se habent ad illud nec sequitur ista mathematica priores esse substantias istis sensibilibus: propterea quod ista ex additione se habent ad illa. prioritas. n. illa non est substantie sed rationis que totum congregatum ponit partem et non conuertitur. ¶ Dictum est igitur a nobis sufficienter quod mathematica separata a sensibilibus non possunt esse alicubi.

¶ Cap. 3m. Et est conclusio ex inductis quale esse habeant mathematica: et quod non sint principia sensibilium substantiarum: et qualiter orationes et demonstrationes sunt de ipsis.

Si autem exempla sensibilis non possunt esse alicubi nec etiam in sensibilibus ipsis contingit ea esse: ita quod sint substantie sicut illi dicunt. palam est: quia alterum oportet dicere quod videlicet totaliter aut non sunt sicut ea que nihil sunt: aut oportet dicere quod sunt quodam modo ita quod secundum esse in sensibilibus sint et secundum rationem diffinitionis sint separata: sicut ea que in sua diffinitione non concipiunt materiam sensibilem: et hec est veritas: et ideo non sunt principia. vnde non est dicendum quod simpliciter sint: quia non sunt simpliciter nisi que esse et subito sunt separata: dicitur enim esse multipliciter: et ideo ista dicimus esse sicut esse dicuntur vniuersalia in mathematicis que considerantur non concepta cum materia sensibili: sunt. n. ista de separatis a materia sensibili circa quantitatem continuam et discretam que sunt mensure et numeri. ¶ Sunt autem de hijs que diximus non inquantum sunt talia quia ista sunt illa quibus conuenit habere mensuram. quia sic essent substantia et substantie mensura. et nec etiam illa que sunt de numeris: non de eis vt de quibusdam diuisibilibus: quia illa sunt numerata in quibus diuisio est causa numeri: et sunt substantie diuise numerate. sed potius est ipsa mathematica de numero quo numeramus non concepto cum diuisis vel diuisibilibus numeratis. Si autem sic est quod scientia est de mensura id quod habet mensuram et est de numero non concernendo diuisum vel diuisibile quod numeratur. Tunc etiam contingit de sensibilibus mensuris esse orationes diffinitiuas et demonstrationes non inquantum sunt sensibilia: sed inquantum sunt talia: hoc est mensure et numeri. sic enim de sensibilibus non inquantum sunt sensibilia: sed inquantum sunt mota solum multe sunt rationes: que non conueniunt sensibili inquantum est sensibile sicut in. 6. physicorum ostendimus: et ille rationes sunt extra vnumquodque talium sensibilium: et sunt extra ea que accidunt sensibili inquantum sensibile: quia sunt de mobili tamen inquantum est mobile preterquam quod concernatur de forma sensibilitatis: et tamen non oportet quod mobile propter hoc sit secundum esse et subiectum separatum a sensibilibus. aut etiam motus: quia etiam de motu sunt multe rationes que conueniunt ei inquantum est actus mobilis: et non conueniunt ei inquantum est actus sensibilis. Nec oportet propter hoc quod motus habeat esse separatum a sensibilibus: aut non est extra sensibilia quod sit quedam distincta et determinata natura in sensibilibus que non habeat esse in ipsis nisi sicut in loco. sic. n. et in his que mouentur sunt vniuersales rationes scientie que non sunt mota: sed sunt de ipsis inquantum sunt corpora: et sic iterum sunt rationes sic de ipsis inquantum superficies sunt solum: et inquantum sunt longitudines solum et inquantum sunt puncta solum que sunt indiuisibilia positionem habentia: et sic hoc modo rationes de multis inquantum sunt indiuisibilia solum abstracta possunt sicut indiuisibilis est vnitas: igitur sic considerare res non est dicere quod simpliciter sint: sed potius non solum separabilia esse dicimus: hoc modo quod consideramus ea non concepta: sed etiam hoc modo possunt esse inseparabilia que concepta sunt cum materia per hunc modum. sicut consideramus multa non mota et mathematica: que tamen secundum esse et mota sunt et sensibilia: igitur ex hoc non sequitur quod talia simpliciter verum sit dicere separata esse a sensibilibus: et quod talia sint qualia illi esse dicunt quod videlicet sint subito et esse a sensibilibus distincta: et quemadmodum alias scientias a mathematicis simpliciter est verum dicere esse huius siue de hoc inquantum de hoc est: et non propter hoc sunt eius quod accidit illi prout dicimus communiter accidens. sed tamen subiectum illius scientie et accidens non sint esse separata: sicut si dicamus quia est album de quo est scientia: sed id quod est sa-

Infra ibi supra.

g° meta. c. 15.

Nota hic qualiter multe rationes in physicis sunt de sensibilibus non inquantum sensibilia sunt: sed inquantum mota solum. vide commen. 15. sexti physi. et 45. quasi.

nõ est albũ: tñ scia est de sano inquãtũ est sanũ nõ ꝯsiderãdo albũ: q̃uis fm esse nõ separet albũ a sano: aut ẽt scia est illi⁹ subti de quo est inquãtũ est cuiuslibet subti scia: vt sit sani est scia ꝯsiderat sanũ inquãtũ est sanũ separata ꝯsideratione ab his que sunt cõiter ꝛ nõ ꝓprie accidẽtia sano. ¶ Si igitur scia hois est: de hoie inquãtũ est hõ: nec ꝓpter hoc hoiẽ hẽe esse separatũ a sensibilib⁹: tũc etiã geometriã ꝯueniẽs est sic esse de mẽsuris inquãtũ mẽsure sunt: ita q̃ nõ ꝓpter hoc habeant esse separatũ a sensibilibus: nã sicut est sciẽtia hois inquãtũ hõ est: sic ꝗ geometriã sciam accideret esse eoꝝ quorũ est: tũc nõ esset mathematica: qꝛ tũc accideret sensibilis ea esse quoꝝ est vt ꝓprioꝝ subtoꝝ: sed illa nõ sunt sensibilia lꝫ eẽ habeant in sensibilib⁹: ꝗ sciẽtie mathematice nõ sunt sensibiliũ: nõ tñ ꝓpterea sequit q̃ sint de aliis fm esse a sensibilib⁹ separatis: multa vo accidũt reb⁹ fm esse ꝛ fm ipm sive per se que sũt sicut accidẽtia per se sine aliis: que i diffinitione sua ꝯcipiant: ita possunt ꝯsiderari ꝛ põt esse scia de ipsis inquãtũ vnũqdq̃ taliũ existit fm seipm: qm ꝛ aial ꝯsiderat inquãtũ est femininũ: ꝛ inquãtũ est masculinũ: ista equidẽ aialis ꝓprie sunt passiões: ꝛ tñ lꝫ ista fm se ꝯsiderent nõ est aliqd separatũ a sẽsibilib⁹ qd sit masculinũ ꝛ femininũ: igit etiã de mẽsuris erit hoc mõ ꝯsideratio inquãtũ sunt longitudines solũ: ꝛ inquãtũ superficies: ꝛ nõ opꝫ vt sit aliqd taliũ fm esse a sensibilib⁹ separatũ: id aũt qd sic ꝯsiderat tãto magis hꝫ certiorẽ sciam quãto ipm fuerit plus de priorib⁹ ꝛ simpliciorib⁹: qꝛ id qd est oium primũ est simplex. ꝛ iõ per se notũ: qꝛ nõ hꝫ per qd innotescat: nisi per seipm. Si. n. haberet aliquid ante se eẽntialiter iam nõ esset simplex: ꝛ iõ ea que accipiunt sine mensura q̃titate nõ determinata: sicut divina per sola principia subẽ accepta certiora sunt in se ꝛ simpliciora q̃ ea que ꝯcipiunt cũ mẽsura: ꝛ q̃titatis hñe determinationẽ: ꝛ maxime sũt certa ꝛ simplicia qui sine motu accipiunt sicut subẽ prime. ¶ Sed si ꝯsideram⁹ motũ tũc maxime certũ ꝛ simplicẽ ꝯstat esse primũ motũ qui est localis: hoc eni est simplicissim⁹ motuũ: sicut in vndecimo hui⁹ sapientie li. ostensum est. Istius aũt generis mot⁹ simplicissimus est motus primus: inquãtũ est eq̃lis ꝛ vniformis totus de actu ad actũ existẽs ex parte movẽtis ꝛ eius qd movet. ¶ Hec fuit eadẽ rõ: sicut obiiciebat de armoniis musicis: ꝛ de optica sive ꝑspectiva. neutra. n. haꝝ speculat inquãtũ visus aut inquãtũ est vox ipm sensibile qd speculat: sed vtraq̃ speculat id sensibile qd speculat inquãtũ numeri quidẽ: sicut musica ꝛ inquãtũ linee sicut optica sive perspectiva: ꝛ hoc quidem numeri. vꝫ. ꝛ linee sunt ꝓprie quidẽ passiones illorum sensibiliũ: qui sunt vox ꝛ visus: ꝛ similr alia mathematica sunt sensibiliũ passiones: ꝛ oia habẽt talẽ separatã ꝯsiderationẽ si quis sit talia ponens separata a sensibilibus: ꝛ sic intendat aliquid de his inquãtũ sunt talia: ꝛ nihil mentit ꝓpter hoc falsum aliqd penitus non dicens: sicut nec mentit falsum dicens quando figuras mathematicas describit in terra: ꝛ dicit lineã esse bipedalẽ que forte monopedalis est vel brevior. Nõ. n. est falsitas in talib⁹ ꝓportionib⁹ que ad rem fm esse rei nõ referunt: optime. n. sic speculabit vnũqdq̃ si quis separãs vnũqdq̃ per ꝯsiderationẽ ponat nõ separatũ vnũqdqꝫ fm esse: qꝛ si ꝯsiderat nãm eius inquãtum est ipm: nõ ꝯcernẽdo sibi aliqd alienũ: ꝛ talẽ ꝯsiderationẽ facit arithmeticus in numeris: ꝛ geometer in cõtinuis. Si. n. accipiamus celũ hoc sensibile inquãtũ est eriũ ꝓ certo ipm est vnũ indivisibile per formã subẽ sue: qꝛ aũt sic positũ est esse vnũ indivisibile: deinde aliquis sicut physicus speculat⁹ est celũ inquãtũ est indivisibile ꝛ multa hoc mõ demonstrat de ipso: sed geometer nec speculat ipm inquãtũ est celũ: nec inquantũ est indivisibile. sed inquãtũ est solidũ ꝯtinuũ: ꝛ hec q̃ dẽ inessent ei etiã si nõ poneret esse celũ ꝛ indivisibile: adhuc eni eẽt solidũ ꝯtinuũ. Palã igit est: qꝛ ꝯtingit celo iesse posse solidũ cõtinuũ sine celo: ꝛ indivisibili ita q̃ nã celestis eius ꝛ indivisibilitatis eius nõ ꝯsiderat: ꝛ iõ geometre recte dicũt ꝛ de his que sunt vere entia disputant. hec. n. que ꝯsiderãt vere sunt entia. Sicut. n. in phisicis determinatũ est ens dicit dupliciter de ente endelechia sive actu ꝛ de ente ptãte: ꝛ ideo talia q̃lia mathematici ꝯsiderãt sunt potestate in entibus sensibilibus vere sciẽtie ipsoꝝ sunt de entibus. Et ideo sicut supra docuimus in primo ꝛ in 6° huius phie libris. sunt de nũero sciaꝝ theoricaꝝ.

¶ Cap. 4m. Qualr mathematice scie ꝯsiderãt bonum ꝛ agathon qd est spẽs ꝛ ordo ꝛ cõmẽsuratio: ꝛ determinatum eẽ.

Oe etiã mõ nõ est icõveniẽs dicere q̃ mathematicus ꝯsiderat id qd est bonũ. Qd. n. Grece vocãt agathon: ꝛ latine sonat bonuꝫ valde diversum est in diversis: ꝛ nõ vni⁹ gñis ꝛ rõnis: bonũ. n. fm sui aliq̃ rõnẽ semp est in actu sive in opere sicut bonũ virtutis ꝛ artis. Aliud aũt fm aliã rõnẽ: bonũ est i his ẽt que sũt imobilia. ¶ Dicentes ꝗ q̃ mathematica scia nõ dicit aliquo mõ de bono: aut agathon mentiunt: maxime. n. dicũt ꝛ ostẽdũt bonũ mathematice scie: nõ. n. sequit q̃ nõ ostẽdãt bonũ si nõ noiant ipm in ꝓpõnib⁹ ꝛ rõnib⁹. Opera. n. mathematicoꝝ ꝛ rõnes eoꝝ ostẽdũt id qd est bonũ q̃uis nõ ipo noie boni. ea. n. que maxie sũt boni dicte sunt spẽs ꝛ ordo ꝛ cõmẽsuratio ꝛ determinatũ esse sive determinatio: ꝛ hoc maxie ostẽdũt mathematice scie. Qꝛ igit hec que dicta sũt videnẽ eẽ cãe finales multoꝝ: palã est qꝛ scie mathematice talẽ cãm dicũt que est finalis: ꝛ dicũt eã que est cã vt bonũ per aliquẽ modũ q̃uis nõ dicãt vt finem ꝛ in rõne boni: ꝛ iõ hec magis note ꝛ recte dicũt qñ alr dicim⁹ de ipsis ostẽdẽtes physice vel metaphysice q̃ he sunt finis vltim⁹ quẽ itẽdit efficiẽs: ꝛ ad quẽ pvenit mot⁹ ei⁹: spẽs. n. vniuscuiusq̃ est duplr iñeẽ, vꝫ. ꝛ in hoc q̃ est eẽ ꝯsis ex pte mãe. ¶ Scdm esse aũt spẽs accepta sola est: que dat eẽ ꝛ hãc scie mathematice nõ ꝯsiderãt. ꝓprium aũt ꝛ ꝓximũ ꝯsis ex pte mãe qd sequit eẽ forme subalis est ꝓpria forma sive circa aliqd ꝯsiãs figura: ꝛ hec qdẽ aut est regularis aut irregularis. ꝛ regulares qdẽ ꝯsiderat mathematicus q̃uis nõ ꝯsiderat eas ꝓut sunt termini physicoꝝ corpoꝝ ꝛ bonũ ipsoꝝ. ¶ Eodẽ ẽt mõ ordo duplr ꝯsideratur: est. n. ordo principioꝝ ad perfectionẽ principiati cõvenientium: ꝛ hec est pars boni ꝛ agathon: ꝛ est ordo mensurarũ ꝛ figuracũ partiũ in toto ꝛ in comparatione ad formã: sicut dicimus q̃ tibie danẽ tibicinis: ꝛ dolabrũ huius figure dat architecto. ꝛ similr rotunda figura visui: ꝛ oblonga triãgularis odoratui: sicut nos in libris animaliũ determinavim⁹. ꝛ hoc est bonũ qd fm id qd est ꝯsiderat mathematicus: nõ tamẽ in rõne illa in qua est bonũ: necesse. n. q̃ ordo sit in figuris partiũ mũdi maioris ꝛ minoris. ¶ Similr aũt dõm est de cõmẽsuratione: opꝫ. n. principia nõ tñ fm virtutes: sed ẽt fm dimẽsiones i quadã cõmensuratione ꝯstituere id qd ꝯstituunt: ꝛ istã cõmẽsurationẽ fm id qd est ꝯsiderãt scie mathematice: sed tamẽ nõ ꝯsiderat eã fm q̃ est huius vel illius: ꝛ iõ nõ ꝯsiderant eam in boni rõne. ¶ Idẽ aũt est de eo q̃ dicit determinatuꝫ. Sunt. n. termini esse ꝛ termini quãti ꝛ ꝑfecti: ꝛ terminos qdẽ esse colligit diffinicio: terminos aũt quãti ad perfectã quãtitatẽ deducti fm q̃ quãtitates sunt ꝯsiderat mathematicus: fm aũt q̃ sũt termini huius vel illius fm augmẽtũ nãe sibi debiti ꝯsiderat physic⁹: ꝛ sic mathematicus ꝯsiderat id qd est bonũ ꝛ agathon non aũt in rõne agathon. ¶ Est aũt hoc nõ pretereundũ q̃ tria de supra nominatis sunt vnũ bonũ: ꝛ quartũ dicit illius boni perfecti statũ ꝛ cõplementũ: nihil. n. est vere ens aũt substãtia nec suba eẽ põt nisi sit simplex vel cõposita: ꝛ si quidẽ est cõposita tunc bonũ eius ꝯsistit in spe forme ꝛ cõmẽsuratione que referẽ ad potẽtias ꝓprie mãe: vt nõ solũ potẽtia mãe sit cõmensurata forme: sed ẽt partiales potẽtie partium mãe cõmẽsuranẽ viribus ꝛ actibus forme. Ordo aũt ꝯsistit in ordine ꝓductiosis vnius de alio tam in toto q̃ is partibus. ¶ Si aũt est suba simplex: tunc ad hoc ipsa est principium sube: ꝛ sic spẽm hꝫ fm respectũ forme ꝛ cõmensurationem fm respectũ potentie qua potest in hoc cuius ipsa est principium: vt nec excellat nec excellatur: ꝛ ordinem habet in agendo id cuius est principiũ ꝛ ipm ꝛ partes eius. ¶ Si aũt est accidẽs tunc quidẽ potius est esse q̃ ens: ꝛ fm hoc habet hec tria: ita q̃ spẽs est in natura sua: ꝛ cõmẽsuratio extenditur in cõparatione ad potentias subiecti ex quibus causatur ꝛ ordo ꝛ esse qꝛ est de ꝯsequentibus: sicut patet cuilibet qui bene considerat naturam accidentis: fm q̃ in. 7. hui⁹ phie libro est determinata. Sunt autẽ hec ꝛ in mobilibus substãtiis: ꝛ tunc spẽs refertur ad bonum essentiale ꝛ intellectuale quo prefulgent: ꝛ cõmensuratio attenditur ad potentiam qua movet: ꝛ ordo fm quẽ vt cause antecedunt omnia alia. hec tamen non sunt de proposito. Tot igit et

In pḿo vbi supra.

Ea q̃ sũt maxime boni que sũt spẽs ordo ꝛ determinatio.

Spẽs vniuscuiusq̃ duplr ꝯsiderari pñt.

Documẽtum

ista dicta sunt a nobis de mathematicis: quia videlicet sunt entis et quomodo sunt entia: et quoniam priora sunt aliis: et quomodo non sunt priora sed posterius existentia: et sic dictum est de una parte opinionis superius inducte.

¶ Cap. 5m. De explanatione opinionis eorum qui ponebant ideas et in quo differebant a Socrate et Pithagoricis.

In primo capitulo secundo dicit. De ideis autem etc.

Secunda autem pars a principio posite opinionis est de ideis. de ideis autem disputare volentes: oportet nos primum perscrutari eam opinionem que est secundum ideas: ita quod ideam simpliciter consideremus non copulantes eam ad naturam numerorum. Sic enim ordinatior erit disputatio: et postea de numeris idealibus disputabimus. accipiamus igitur ideas in eadem acceptione in qua susceperunt ideas illi qui a principio ideas esse dixerunt. ¶ Dicamus igitur quod opinio de ideis sive speciebus accidit his qui posuerunt eas. hac de causa: quia posuerunt ideis sit fides et certitudo de veritate sciarum sermonibus Heracliticis qui probabat nihil sciri de veritate: nec aliquid esse verum: eo quod omnia sensibilia semper transeunt: ideo sicut obiecit Heraclitus. si scientia est perceptio accepta de re aliqua: oportet quod quedam nature sint diverse a sensibilibus que sunt manentes uno modo eo quod scientia non est de numero transitoriorum: sed permanentium: et oportet quod illa natura permanens sit non transitoriorum: et tamen secundum esse sit distincta ab esse eius: quia aliter transiret sicut sensibilia. ¶ Isti autem qui hac de causa ideas esse dixerunt primo inducti sunt ad hoc a Socrate. Socrates vero versans probando circa ethicas sive morales virtutes: et de his volens diffinire universaliter: eo quod vidit particularia diffinire non posse dixerit istos qui ideas posuerunt ad universalis considerationem: tamen Socrates a principio sue philosophie est parum probatus: eo quod ibi tangendo solum diffinit quid calidum et quid frigidum universaliter diffinitione. Pithagorici autem prius ante Socratem universales desiderant diffinitiones de quibusdam paucis. quorum tamen rationes diffinitivas ad numeros reduxerunt: eo quod principia omnium dicebant esse numerum: diffinierunt quidem sic: quid est tempus dicentes tempus esse numerum actionum vel motuum: et diffinierunt sic quid est iustum dicentes iustum esse equale et par: pluris et paucioris in damno et lucro. unde etiam iste Pithagoras sicut et Socrates sanius et verius inquisivit quid est: quam illi qui ideas invenerunt. Quia nec Socrates universale nec Pithagoras numeros posuit esse separato esse distincta et eterna. Syllogistice ergo uterque illorum quesivit quid est: eo quod principium omnium syllogismorum qui vere syllogismi sunt et probantes et inferentes est diffinitio dicens quid est per rationem diffinitivam. Illa enim diffinitio est medium syllogismi qui est propter quid dialectica enim virtus tota medium est quod est diffinitio quid erat esse dicens. ¶ Sic autem isti utebantur universalis diffinitione: ut possent intendi et accipi per intellectum ab eis et contraria eorum que diffinita erant absque diffinitione: quia diffinito uno contrariorum scitur diffinitio alterius: et illud contrariorum quod est sicut habitus est index sui et sui oppositi: et ista et non alia est scientia contrariorum. numero namque sunt que aliquis iuste reddet Socrati tanquam particulari sub universali diffinito reducens: reddet autem per exactivas et inductivas rationes similium: et eodem modo unum universale respicientium: et sic diffinire universaliter docuit socrates et sanius quam illi qui formas esse dixerunt separatim existentes sub quibus particularia colligi non possunt exactivis et inductivis rationibus. ¶ Ea namque ambo sunt circa principium scientie tam inductio videlicet quam universalis diffinitio. Sed socrates quidem fecit universalia separabilia a particularibus quia aliter scientia non esset de ipsis. et hoc ideo fecit: quia universalia vidit esse naturas communicabiles multis: et communicabile et incommunicabile quod est particulare non sunt idem: et tamen hec non sic dixit esse separata sicut separata sunt que subiecto et loco sunt distincta. diffinitiones autem que non naturas vel essentias: sed esse dicunt dixit Socrates non esse separatas: quia esse nunquam potest esse separatum ab eo cuius est esse. ¶ Alii autem qui ideas posuerunt separaverunt utraque ab eis que sunt et appellaverunt ipsa ideas. Ratio autem et nominis et separationis istius a nobis est exposita in huius philosophie libro primo et propter hoc per consequens accidit eis quod fere omnium sint idee quecunque dicuntur universaliter ita quod universalis non est in eis. Et dico fere propter artificiata: quia licet universaliter dicantur tamen ideas non habent sicut dictum est alibi: eo quod per se esse non possunt: et oportet dicere quod omnia secundum unam similitudinem habent ideas que universalis in se habent naturam: ita ut sicut in primo huius philosophie libro diximus: si quis numerare volens entia sensibilia: et putet numerare ea per ideas minus quidem: vel pauciores entes quam sunt ipsa sensibilia: putet non se ea numerare non posse: eo quod pauciora non numerant plura. Sed si plus secundum numerum faciat ideas quam sensibilia numeret. eo quod maior numerus includet minorem. Dicunt enim isti quod sensibilium substantiarum sunt plures species ut sic dicatur quod sint ipse: quia sensibilis substantia habet ideam speciei et generis. et generis subalterni et generis generalissimi et ideam differentie quia sunt plures idee quam sint substantie sensibiles. Querentes enim causas sensibilium substantiarum pervenerunt ex his que sensibilia sunt illuc ad ideas videlicet insensibiles. Quelibet enim substantiarum illarum equivoca est ad plures illarum que ibi sunt sicut diximus: et quelibet idearum est circa substantias multarum aliarum sensibilium que idealis substantia unum est in multis tam specie quam genere et differentia. Ista enim communicas: que una substantia est in multis equivoce est tam in his que sensibilia sunt quam etiam in sempiternis in quibus una predicatur de multis: dico autem equivoce: quia ex quo secundum esse divisum et separatum predicatum a subiecto non potest predicari de ipso nisi equivoce: hec igitur est opinio de ideis. Rationes autem huiusmodi opinionis posite sunt a nobis in huius philosophie libro primo. et sunt rationes que sunt contra hanc positionem: et ideo hic breviter pertransseundum est de ipsis.

¶ Cap. 6m. Et est disputatio contra eos qui ponunt ideas esse eadem que posita sunt in libro primo philosophie huius.

In primo vide supra.

Amplius autem sicut et in primo huius philosophie libro diximus secundum eosdem modos quibus ostenditur quod species sunt sive idee secundum nullum eorum videtur quod sint: ex quibusdam enim non potest fieri integrum. quia contrare in compositione cum aliis non possunt. ex quibusdam vero fieri potest: quia componibilia sunt. sed non sunt talia qualia illi putaverunt esse: sic illi enim dixerunt esse propter rationes que sumuntur ex scientiis species et idee erunt omnium eorum quecunque sunt scientie: et erunt species secundum hoc universale quod est unum in multis in affirmationibus et negationibus secundum compositionem et divisionem secundum quas fit syllogismus defectus qui fit in integro secundum quod aliquid affirmatur vel negatur ab ipso. sed secundum quod aliquid intelligitur vel intenditur corrumpi oportet esse formam corruptibilium phantasma enim est et apparens forma secundum quam aliquid intelligitur corrumpi: omne enim quod intelligitur per formam aliquam intelligitur. oportet igitur quod sit aliqua forma corruptionis ex qua componitur integrum sive compositum illud quod corrumpitur. ¶ Amplius autem quedam rationes quas certissimas reputant faciunt substantiam quam ideam dicunt esse ad aliquid: ita quod equalis non sit ad aliquid hoc ipsum quod est: tamen est cum comparatione ad aliquid: quia idea dicitur ad ideatum. hoc autem non competit incorruptibili substantie. quam solam dicunt esse secundum se. illa enim non debet secundum comparationem dependere ad aliquid: alie autem rationes que etiam certissimorum sunt secundum eos tertium esse dicunt hominem sicut in antehabitis diximus. Totaliter etiam isti ponentes ideas auferunt suas rationes: et destruunt eas et specialiter principales: quas iter omnes magis volunt esse illi qui dicunt ideas esse per hoc quod ponunt ideas esse quedam numerorum: ex dicto enim illo sequitur quod dualitas sive binarius mathematicus non sit primus numerus: et sequitur quod binarius non sit hoc aliquid: et quod non sit sed sive substantia: sed sit ad aliquid: et ut universaliter dicatur omnia illa sequuntur ex dicto isto quecunque aliqui qui adversantur positioni isti de principiis per syllogismum sequi faciunt contra istam opinionem: quia si idea equalis nomine dicatur eius cuius est idea: et est principium eius secundum esse: oportet quod ipsa idea dualitatis sit prima dualitas: et sit ante dualitatem et mathematicam qua numeramus ista sensibilia et sic alicuius idea et non absolute dicta: et hec omnia late exposita sunt in prehabitis. ¶ Amplius secundum illam susceptionem sive conceptionem intellectus secundum quam auctor huius opinionis dicit esse ideas: oportet quod ipse idee sint species sive forme: et quia universales dicit oportet quod sint forme diversorum adinvicem que multa sunt potentia vel actu: et oportet quod sint etiam aliorum quam sensibilium substantiarum: quia oportet quod sint omnium illorum de quibus est una universalis acceptio: et sic erunt etiam accidentium. Intellectualitas enim una communis non solum est substantiarum sed etiam non substantiarum: et hec est derisio quod idea accidentis sit forma per se existens: et accidens non sit per se: et tamen oportet quod secundum istos sic dicatur: quia scientie propter quas ponunt idee non sunt solum substantiarum. sed etiam accidentium. Sequuntur autem contra istam positionem etiam alia talia mille inconvenientia. ¶ Si autem consideremus simul id quod est necessarium secundum esse: et quod etiam sequitur ex positione talis opinionis: ut simul ex natura rei et hypothesis disputemus: tunc tam ex parte rei quam ex parte positionis oportet quod idee sint participabiles ab his quorum sunt sicut forme substantiales: et secundum hoc non possunt esse idee nisi substantiarum solarum. forma enim per se existens secundum esse et intellectum non potest esse forma accidentis: et ideo non potest esse quod idee secundum accidens aliquod sensibile participentur sed oportet quod singula participent naturam istam inquantum de subiecto aliquo dicitur. ¶ Dico autem

explanando hoc: vt si qd est duplu͂ p se exn̄s ꝙ est idea dupli hoc nō pōt pticipari ab eis ꝙ est accn̄s: ⁊ sic duplū in nūe͂ris nō est accn̄s. Silr aūt scia et sic spēs siue idea q̄daʒ p se exn̄s ⁊ non erit accn̄s. He vo idee quas ponūt illi signant subaʒ q̄ est hoc sensibilis apud nos: qꝛ dicūt eas eē nās ⁊ subas istarū subaꝝ: ⁊ si qd fuerint illic vbi ponunt eē de numero sepseoꝝ ibi significāt videri aliqd eē p̄ter eas ꝙ sit vnū in multis ⁊ de multis sicut vle: hoc.n. qđ est sicut vnū ī multis preter eas est qꝛ nō pōt esse separatū ab eis in qb⁹ ⁊ de qb⁹ ē: adhuc si spēs siue idea est aliqd p se: tūc opʒ ꝙ sit subm: ⁊ opʒ tunc ꝙ aliqd sit cōicas fm vnā nām in vtrisq̄ exn̄te: ⁊ ideis ⁊ pticipātib⁹ ideas. Qꝫ autē hoc sequaꝛ pʒ ex hoc: qꝛ nō pōt assignari rō q̄re magis vnū cōe p̄dicatuʒ qđ est dualitas sit cōe multis dualitatib⁹ ⁊ diuersis sed icorruptibilib⁹ quarū vna nō est alia q̄ cōe p̄dicatuʒ spēs equoca: hoc.n. eq̄li noie p̄dicata de illis q̄ñ p̄dicatū cōe dicit̄ de dualitate corruptibili ⁊ icorruptibili. ℂ Si.n. dicat aliqs: ꝙ noie p̄dicat̄ ⁊ non fm nām pticipatā aliquā tūc eēt talis p̄dicatio ac si qs diceret calliā ⁊ statuā ligneā eē hoīes nullā nāe cōitatē respiciēs istoꝝ: hoc aūt nō dicunt istius pōnis auctores: ⁊ si vna rōne p̄dicat̄ dualitas de icorruptibili ⁊ corruptibili: tūc sequit̄ ꝙ idee eē sic idea: ⁊ ibitur in infinitū. Si vo sic dicēdo cōgrue posuerimus: ꝙ ideaꝝ siue spēꝝ rōnes sunt alia q̄dā cōiter predicata de ipsis sicut iā diximus: tūc rōnes que sunt in circulis trib⁹ sensibili. vʒ. ⁊ mathematico ⁊ ideali: illi n. fm hoc habebūt cōes naturas p quas hēbunt rōnes diffinitiuas: ⁊ tūc hēbūt illi circuli sup ficiē que est vt genus: ⁊ alias partes diffōnis cōes istis trib⁹ circulis. Id aūt cuius est diffinitio addet medio circulo mathematico. vʒ. aut sup̄ficiei mathematice que est media īter idealē ⁊ sensibilē: aut addet oib⁹ circulis aut sup̄ficieb⁹: opʒ.n. ꝙ addant̄: qꝛ oīa que sunt in suba que diffinit̄ hūt ideas: ⁊ oīa q̄ sunt in suba q̄ est diffinitio sunt idee: vt aial ⁊ bipes sunt idee hoīs. ℂ Cū igit̄ mathematicus circulus ⁊ idealis sint in sensibili: ⁊ diffinitio datur de his que isunt opʒ ꝙ illa nā cōis que predicat̄ de his tribus circulis addat̄ cuilibet circulo: vt dicat̄ ꝙ circulus est sup̄ficies sup̄ficiei idealis ⁊ mathematice ⁊ sensibilis totum q̄ plana planiori ideali ⁊ mathematice ⁊ sensibili qđ est absurdum. ℂ Amp̄. palā est: qꝛ necesse est ꝙ id qđ est predicatū cōmune de tribus sic predicatū sit aliquid ⁊ sit aliqua natura que sit vt superficies aliqua que oibus his tribus speciebus circuli ineit sicut genus vnū istoꝝ triū: ⁊ ex hoc sequit̄ ꝙ de istis tribus hoc cōe vniuoce predicetur: ⁊ sic idee erit idea ⁊ ibitur in infinitū sicut diximus prius.

ℂ Cap̄. 7m. In quo ostenditur ꝙ idee nec prosunt ad sciētiaʒ nec ad generationem.

In p̄bo cap. 3 ibi. oium autē maxime dubitabit aliqs ⁊c.

sicut diximus inequale efficitur in eo qd est ad aliqd et numerum cum uno. hoc enim necesse est per syllogismum accidere sic dicentibus. Qui vero sunt extra istam opinionem et ponunt numerum idealem esse substantiam entium et non numerum simpliciter etiam illis necesse est in eadem inconvenientia: quomodo ista numeri ponant entia sive faciant ex eis numerum specierum idealium sive mathematicam: multe vero sunt cause q ad istas mathematicas causas ut ad principia conversi sunt phi: maxima tamen causarum fuit que eos ad hoc convertit dubitatio: quam phi omnes habebant antiquitus. Videbat enim eis q omnia que per generationem facta sunt entia essent ipsum ens: quia ex ente non fit nisi ens simile illi: et ex non ente nihil penitus fit: hoc enim omnes confitebantur: et sic videbat q omnia non essent nisi unum ens: nisi quis solvere volens hoc vadat illi ratione qua vult Amendes phs dicens q aliquando fit diversum: sic fiunt diversa: et ideo quando non de more plantata sunt: sic quando diversa generis planta inseritur in aliam que alterius generis est ab ea: et sic etiam dicebat q semper fiunt eadem ex eisdem nisi diversi generis fiant principia: sicut mas et duo contraria et hoc dicebat esse diversa diversorum: sed secundum veritatem loquendo necesse est ostendere non ens si qd est non ens q possit esse principium. Sic enim ex ente qd est non ens potentia: et ens et alio quodam qd est actus fiunt entia quecumque sunt futura multa quia actus dividit inter multa ea que sunt unum in materia. Et primum quidem attendendum q ens dicitur multipliciter. hoc enim ens dicitur q significat substantiam: aliud vero dicitur ens quia significat quantitatem: et aliud quia qualitatem: et sic est de aliis cathegoriis: unum autem convertitur cum ente: et cum entia dicuntur unum eo q unum predicatur de entibus sicut et ens. Queramus quale unum sit illud qd entia dicuntur unum. Sed non fiunt illud non ens sic diximus: q est potentia ens sed fiunt unum q est unum natura actu existens. Queramus enim utrum illud unum sit substantia aut passiones qualitatum: aut aliud aliqd similiter omnium predicamentorum: dicimus enim unum hoc q est substantia: dicimus unum hoc q est tale sive quale: et sic secundum alias cathegorias quecumque unum significant: hoc enim antiquis maxime fuit causa erroris: quia videbant q unum et ens fiunt principia quandam: et non potuerunt videre quid esset principium multitudinis eorum que fiunt ex uno sed absurdum et magis ad hoc impossibile est quam id qd quidam dicunt: q una natura genita sit causa entis: sic q sit quod hec est substantia et hoc quantum et hoc ubi et hoc quale: et sic de aliis. Si enim hoc genitum sit: sic oportet q sit in aliquo genere entis: et principium illius generis erit causa ipsius: et non ipsum erit causa entis in genere illo. Deinde queramus si entia sunt ex non ente ex quali non ente sunt ea que fiunt: dicitur enim non ens multipliciter non ens cum hoc significat quidem ens sed non significat ens hominem. Similiter non recte significat non esse tale secundum actum et similiter non ... significat non esse tale secundum actum: queramus igitur ex quo ente et non ente sunt multa entia ex quo utique dicitur multipliciter propter qd antiqui dixerunt q oportet aliqd falsum supponere sicut et geometre falsum supponunt: quia lineam pedalem esse supponunt que descripta non est pedalis: ita dicebant q oportet supponere non ens qd non est non ens sed ens actu. Sed hoc est impossibile sic se habere non enim geometre aliquod falsum supponunt: sicut patet in his que de hoc in .2° libro prime sapientie libro determinata sunt: similiter in physicis cum dicitur non ens id qd est potentia ens non supponitur aliqd falsum quia propositiones que sunt in syllogismo sunt de simpliciter non ente necesse fit ex simpliciter non ente sed potius ex illo non ente in qd corrumpitur ens actu non autem constituitur in simpliciter non ens. Sed postea ideo: quia non ens secundum casum denominationem dicitur pariter cathegoriis hoc quantum substantia omnis dicitur non ens id de quo per denominationem et casum omnia alia dicuntur: et q sic est non ens entia: ens tamen secundum potentiam ex hoc est generatio omnium ipsa videtur unum substantia eorum: ut ex non homine actu potentia vero homine est homo et ex non albo actu potentia vero albo est album. Similiter sive fiat unum ex illo sive multa apparentia tamen hoc qd quam maxime fecerunt antiqui omnes: quia ex quo supposuerunt q unum est principium ex quo fiunt entia. Unum autem non est causa multitudinis dubium est: quomodo multa sunt entia generata: et in illo enim qd secundum substantiam est dicitur: hec autem est qd propter quam solvendam multa dixerunt de principiis pluralitatis antiqui tamen quia numeri et longitudines et corpora secundum esse sunt insensibilibus et sensibilia per se genita sunt: oportet q et ista genita sint illis genitis: et ideo absurdum est illa ponere generationis et multitudinis generatorum principia. Et similiter absurdum est querere primo quomodo multum est id qd est: et non querere primo quomodo sint que sunt substantie: aut qualia aut quanta ea que sunt. huius enim causam q hoc sit quid et hoc quale et hoc quantum non potest indefinita dualitas que est forma dualitatis duobus unis non determinatis: nec magnum: nec parvum que quidam ponunt primam dualitatem potest esse causa q sint duo alba aut q ea que multa sunt colores aut humores aut figure. Si enim hec essent multitudo tunc essent numeri vel unitates: sed cum tenent sicut illi dicunt a primo uno: et pluralitate prima. Si autem antiqui perscrutati fuissent ista non primo investigantes causam multitudinis: sed quidditatis eius qd fit: tunc perfecto vidissent causam veram generationis: et vera generationis principia que sunt in ipsis causa propria: illa enim causa ex excessu multiplicate: sunt causa multitudinis entium: quia sic cognovissent rerum proprias formas propter quas ipse res ponuntur in numerum: quamvis verius est causa q multa sint generata. Similiter ab antiquis querunt opposita entis: et unius ex quibus cum his duobus que sunt ens et unum fiant entia: videbant enim q nihil fit ex non ente: et q unum cum ente convertitur: et ideo sic fiunt entia ex ente ita fiunt ex uno. videbant etiam principia generationis opposita esse eo q mutatio est de opposito in oppositum: et ideo querebant opposita enti et uno: ex quibus fierent entia: et ideo talia opposita supponebant esse quedam que sunt ad aliqd: ut est inequale q nec est contrarium nec negatio illorum que sunt ens et unum que sunt una natura ut materia entium quemadmodum natura quorundam est q sine substantia et sic una natura est que eorum que sunt in qualitate: in omnibus enim generibus est unum et ens aliqd natura eorum que sunt in genere illo: q nec est contrarium nec negatio aliquorum que sunt in genere illo sed potius est principium substantiam omnium est hoc posuerunt dualitatem contrariorum que sunt et contraria adinvicem et negativa sed non habebant opponere ad id qd est principium substantiam que sic diversa sunt unum et ens in quolibet genere: et dicebant illa esse causas multitudinis relate ex uno et ente: sed tunc querere oportet et hoc qd dicunt quomodo ipsa ad aliqd qd dicunt esse principium: sint multa et non unum. Nunc enim querendum est quomodo multe unitates sunt circa principium unum: et querendum est quomodo sunt multa inequalia preter principium inequale: non enim ex dictis antiquorum sufficienter habetur ratio de illis: dicebant enim unum et unum non facere dualitatem nisi forma dualitatis superveniat: que inequalitatis est principium: et sic ab inequalitate dicebant causari multitudinem: utuntur enim talibus principiis: et dicunt magnum et parvum multum et paucum esse quoddam magnum et parvum ex quibus numeri fiunt: productum autem et breve dicunt quoddam magnum et parvum esse ex quibus linea sive longum: latum autem et arctum esse quoddam magnum et parvum ex quibus fit superficies: profundum autem sive altum et humile est quoddam magnum et parvum ex quibus fit corpus sive moles corporis: et adhuc ampliores et plures species eius qd est ad aliqd dicunt esse principia entium: et causam multitudinis in eis. Sed non queramus ab eis que sit causa talibus q ipsa sint multa. Constat enim q sicut in probatis dictum est q talia sunt genita principia sive generationis et multitudinis habent: cum autem causam non possunt assignare necesse est q supponant qd et dictas est q potestate ens est unicuique propriarum: et quia prime potestates sunt diverse: ideo diversa sunt que sunt entia: et hec diversitas causa est multitudinis: hoc autem qd est potestate ens et principium substantiam enuntiatur quod dicitur q aliqd est potestate ens qd est substantia: et hoc quidem est non ens secundum se: ut dicitur illud qui dicitur potestate ens quia est ad aliquid non ens ad eius. ut actu: sive illud sit quale sive quantum: sive aliqd aliud: qd quidem non potestate est unum aut ens: sed actu: nec est negatio unius aut entis sed est unum quid entium in aliquo genere multo magis ut dictum est sed iste que sunt quomodo multa sunt entia: alia enim sunt substantie: et alia passiones et alia ad aliqd et hec omnia fiunt ex potestate ente: et queritur quomodo hoc fiat. Ad hanc questionem respondendum dicimus q in aliis quidem cathegoriis id qd factum est ex potestate ente hoc id quod factum est quidam et alio quia in illis est congregatum: et non unit et ideo in illis secundum intentionem quomodo multa non per hoc q illa predicamenta non sunt separabilia: et ideo ipsa et substantia sunt multa et sic aliquis intentio qualia quidem esse multa et quanta esse multa: tamen oportet quandam naturam esse subiectam singulis generibus que est natura generis primi sicut primum subiectum est in genere substantie excepto hoc solo q impossibile est separabilem esse naturam generum aliorum a substantiis in quibus sunt: sed in genere substantie est separata natura generis. unde in his aliquibus quadam habet rationem questio qua querunt quomodo est multa id qd fit et hoc aliquid: nisi forte id qd fit et fiat aliqd et hoc aliquid sit in natura aliqua talis: sicut q ex potentia fit actu: hoc enim est unum et non multa: quia non est in natura alicuius est in natura actus eiusdem potentie in qua fuit potestate sicut in libris 7° et 8° huius philosophie determinatum est: unde magis est dubitatio secundum istos unde sint multe actu substantie: et non una ex subiecto uno et ente: est enim una que est aliqd subiectum idem est hoc aliqd et non diversum. De quanto autem non queritur quomodo quare multa quia non est unum subiectum prime substantie et quantitatis: ideo substantia quanta est duo: sed queri potest quomodo ipsa quanta secundum g

quanta

Idee: que sunt prime forme sepate. Et si ita nō dicat tūc qs esset locus ideaꝝ. tūc. n. nō haberēt locū iter causas: nec aliqd cōferrēt entib⁹: ⁊ hoc ꝓ incōuenientī cōcludā: tū sicut sepe diximus procerto idee nihil cōferūt ad eē: sicut nec mathematica apud illos q eas ponūt esse causas aliqd cōferūt ad esse entiū: vel ad sciā ipoꝝ. nullū. n. penitus theorema is mathematicis aliter hoc vel illud mathematicū cōstituat hāc vel illā subā: nisi aliqs velit mouere ⁊ trāsferre mathematica per similitudines adaptacionū: ⁊ sic facere velit q̄sdā ꝓprias nō vniūes opiones que non sunt theoremata demōstrabilia. ¶ Est aūt nō difficile sic accipere q̄scūq₃ suppōnes mathematicas: ⁊ ad alia q̄dā eas ꝓducere ⁊ cōglutinare eas eis per adaptatiōes similitudinū. Igit oēs isti ea cā que dicta est ideis inhiantes plus q̄ opꝫ peccāt in mathematicis principijs que ponūt alij vō p̄mo faciūt duo gīa nūeroꝝ que dicūt esse principia spērum: videlꝫ nūerū ⁊ mathematicū. Et isti nullatenus dixerūt nec ēt ex his que posuerunt habuerūt facultatē dicēdi q̄uo ⁊ ex quo sicut ex pricipio erit mathematicus nūerus ex ideali nūero. Hij. n. faciunt mathematicū nūerū mediū iter idealē siue spiritualē nūerū ⁊ sensibilē. Si. n. isti volūt dicere q̄ mathematic⁹ numerus ꝓducit ex magno ⁊ paruo: idē illi nūeri erūt ipsi qui sunt ideaꝝ nūeri: qꝛ magnū ⁊ paruū absoluta non sunt nisi idee magni ⁊ parui. Alius vō numerus secūdus: vt dicunt est numerus parui ⁊ magni: qꝛ isti mēsuras faciūt ex nūero parui ⁊ magni indefinite accepto. ¶ Si aūt aliqs dicit aliqd diuersum a numero parui ⁊ magni esse elemētū magnitudinū quas faciūt ex nūeris: ille plura dicit esse elementa q̄ dualitatē parui ⁊ magni. ⁊ hoc est cōtra hypothesim: qꝛ ex vno cū dualitate vt diximus oia dicunt generari: ⁊ si dicat q̄ vnū qd vtriusq₃ parui: videlꝫ ⁊ magni est cōe principiū: tūc queremus qd erit ipm vnū qd in ipsis principiū cōe est: adhuc aūt querendū est: q̄uo tunc multitudo q̄dā sit magnū ⁊ paruū: cū ipsa sint vnū qd est in eis: ⁊ q̄uo cōtingat simul cā hoc numerū fieri ex eis: cū sint vnū. Magnū eni ⁊ paruum fm istos sūt p̄ma simplicia cōtraria que in se habēt pluralitatē dualitatis indefinite. ¶ Adhuc aūt alr obijciēdo fm illū qui sic dicit vnū esse magnū ⁊ paruū: ipossibile est eē oia ea ex vno ⁊ dualitate indefinita qꝛ fm eū dualitas redit ad vnitatē. Sed ꝓculdubio sicut p̄us diximus ista que dicūt antiq aduersant: ⁊ sibiipsis inuicē: ⁊ aduersant his que fm veritatē sunt rōnabilia: ⁊ videt eē in eis Simonidis poete longa oratio: qꝛ sicut ille ita ⁊ iste nihil sanū dicūt. Videt etiā isti nō ex rōne q̄dē ponere magnū ⁊ paruū esse elemēta: sed potius vident ea violēter acclamare per cōtencionē ⁊ attracta cōtra rei nām: nullatenus eni pōt aliqd generare nūerum nisi duplicatū ab vno fm ꝓgressionē: cū nūerus sit cōseruatio vnitatū: ⁊ sic ad numerū nihil faciunt magnum ⁊ paruū: absurdū est ēt facere generationē eoꝝ que sunt sempiterna entia: ⁊ est hoc magis vnū quid de numero ipossibiliū q̄ q̄ ponat esse verū: nō opꝫ ergo nos dubitando ingrere: vtrū Pithagorici vere faciunt generationē aut non faciant. Manifeste enim dicunt q̄ vno cōstituto qd dicunt vnitatē sensibilē siue hoc cōstituat ex superficiebus mathematicis: siue ex calore qui est forma physica simplicis corporis: siue ex spermate qd est genitura animatoꝝ: siue etiā cōstituat ex quibusdā que dubitant dicere esse principia sicut est rectum indeterminatū qd proxime est infinito qd dicūt esse principiū: ⁊ ve generaliter dicat quocūq₃ mō constituat vnū hoc est attractū ad esse ⁊ terminatū termino cētrali: qꝛ aliter vnū nō esset diuisum ab alijs nisi esset sic terminatum: ⁊ sic patet quid dicunt eoꝝ que sūt esse generationē. Sed qui dictis suis sic decorant. ⁊ physice dici volūt istū est eos inuestigare ea que sunt de natura per principia naturalia. ⁊ hoc quidē nō faciant: sed tractatus iste p̄sens mō dimittat a nobis: qꝛ nos hec querimus principia que sunt in imobilibus substantijs: propter qd etiā taliū numeroꝝ quales inducimus a nobis hoc est persēmtāda generatio: qꝛ illi imobiles esse substantie ab antiquis ponebant. Ani qui aūt numeri q̄dē imparis generationem nō dicūt quasi palā sit: qꝛ existit impar numerus per generationes numeri paris: parē aūt primū iter pares numeros qui est dualitas faciunt ex inequalibus quidē ipsoꝝ: que inequalia dicūt eē magnū ⁊ paruū equata: ⁊ ad equalitatē reducta. Si autem verū est qd dicunt necessariū est q̄ illis equatis prius inst inequalitas ex qua reducta sunt ad equalitatē. Si eni semp fuissent equata siue equalia: tunc nō fuissent p̄mo inequalia: cū aūt ipso numero magni ⁊ parui nihil sit prius: videt q̄ nō fuerant prius inequalia: ⁊ ideo palā est q̄ nō faciūt generationē numeroꝝ speculandi causa ⁊ demonstrandi: sed potius vt ostendant sensibilia esse ex ipso: fm speculationem enim vt iam habitum est non potest fieri binarius ex inequalibus equatis: qꝛ equari dicebant in qualia per mixtionem magni ⁊ parui ad quanti generationem.

¶ Incipit Tractatus secundus tertijdecimi libri prime philosophie in quo inquiritur qualiter preindicta principia se habent ad bonum ⁊ optimum.

¶ Cap. p̄m. In quo ponit opinio eoꝝ q bonū ⁊ optimū nō dicebāt esse p̄n̄a. sed poti⁹ potētia eq̄it regnare bonū ⁊ malū.

In p̄mo cap. scdi tr. [illegible] aūt dubitationē ⁊ bene dubitāt interpretationē q̄r [illegible] ad bonū ⁊ malū elementa.

Habet aūt dubitationē magnā si nō cōtenti sumus q̄ loquamur in cōmuni de principijs: sed insensibus dicim⁹ primi principij interpretationē quid sit fm nām ⁊ suppositū: sic eni vt in 11° huj⁹ p̄hie lib. ostēdimus prima suba sepata est bonū ⁊ optimū oīs boni. ¶ Queramus igit ab his qui a fferos dicūt esse subas separatas ⁊ principia entiū: q̄uo se habet principiū qd ponunt ad id qd est bonū ⁊ valde bonū: ⁊ optimū. Ad hoc eni fꝫ aliquē modū opꝫ q̄ se habeant pricipia prima: ⁊ elemēta que isti ponūt. Dubitatio eni est qd eoꝝ sit principiū bonū: ⁊ verū est aliqd illoꝝ principioꝝ id qd volumus ⁊ intēdimus dicere bonū ⁊ optimū: aut nō est aliqd principioꝝ bonū ⁊ optimū: sed sicut dixerūt quidā bonū ⁊ optimū sunt ex principijs posterius genita: a theologis eni q̄busdā qui sunt ne adhuc tēpore Aristo. presentibus in vita ⁊ p̄hia: videt esse cōfessum hoc q̄ bonum ⁊ optimū nō sunt principia. sed genita ex principijs ⁊ illoꝝ fuit Eudoxus: ⁊ quidā alij tunc p̄sentes in p̄hia. isti eni nō dixunt apparere valde bonū ⁊ optimū nisi preueniente mā entiū: ⁊ sicut in antehabitis dictū est pfectū ⁊ bonū dicebāt esse principiatū ⁊ imperfectū ⁊ malo permixtum dicebāt eē principiū boni ⁊ optimi. hoc autem fecerūt ideo: qꝛ ad erubescentiā ducti fuerunt ex quadam vetā difficultate quam obijciebant sophe cōtra oēs illos qui dicebant vnū esse principiū oium mālē: sicut quidam antiquoꝝ dixerūt. fm enim illos accidit procerto imperfectū esse pricipiū pfecti: ⁊ permixtū malo priuationis esse principiū boni ⁊ optimi. Est aūt hec difficultas eueniēs nō ideo: qꝛ bonum reddat siue attribuat hoc qd dicūt: ita q̄ ipm qd vere pricipiū existens sit sicut dicūt sed potius iō: qꝛ dicūt vnū esse principiū ⁊ elementū mālē entiū: ⁊ dicūt q̄ numerus est ex vno ptāte: ⁊ qꝛ numerus ex vno est ptāte: ⁊ numerus est cā entium ideo potestatē dicunt esse principiū entiū: ⁊ sic iperfectum ⁊ pmixtū malo dicunt esse principiū: ꝓpter qd etiā antiq videntes q̄ ex vno mālī principio ꝓcedunt entia per cōtrarioꝝ actionē ⁊ passionē dicebant: bonum ⁊ malū esse principia: ⁊ principium lucis ⁊ principiū tenebrarū ⁊ principium humoris: ⁊ abyssum absorbens oia. ¶ Et iō dixerūt similiter inequali potētia ⁊ regnare ⁊ principiari nō q̄dē primos deos q sunt principia imperfecta fm eos qui sunt vt nox ⁊ celū quoꝝ vnū est principiū p̄cedentiū: ⁊ alterū principiū lucis sequētis: aut ēt chaos qd est abyssus absorbens que precedit aut oceanū qui principiū est humoris qui vite est fabm. Sꝫ Iouem pfectissimū oium ⁊ sublimē deū nō dicebāt primo regnare: sed postea ex alijs dijs genitū. His aūt cōtingit talia dicere ꝓpter hoc q̄ vident q̄ illi q principiant in entib⁹ fm oēs vtutes suas sūt cōtinue trāsmutabiles ⁊ amittentes virtutē ex cōtrarioꝝ successiōe: qm̄ dicere cōtingit q̄ oia sunt permixta ex permixtione istoꝝ principatuū. ⁊ hoc dicunt nō fabulariter sed expressa veritate sine tegumento fabularū: ⁊ hoc mō dicit Fericida p̄hus ⁊ alij sapientū quidā qui dixunt q̄ p̄mū dignitate qd est bonū ⁊ optimū est generatū ex principijs primis ⁊ elementis. hoc etiā quidā magni de numero posteriorū sapiētū dixerunt vt Empedo. ⁊ Anaxago. quoꝝ q̄dē Empedo. vꝫ. dixit amorē eē elemētū oiu: ille vō s. Anaxa. dixit oium principium esse intellectum: sed

inter eos qui immobiles subas dixerūt esse principia. Illi quidē dicūt ꝙ ipm vnū siue vnitas est principiū qđ est valde bonū. ⁊ dicūt vnū ⁊ vnitatem esse subam oīum: qꝛ putāt ꝙ vnū maxime sit ens ⁊ entiū cā: ea igiē dubitatio in qua nūc sumus est: vtrū opʒ nunc dicere bonū principiū aut principiatum: mirū aūt videē valde: si ei qđ est primum simplex ⁊ sempiternū ⁊ sufficiens nō existit hoc: ⁊ ꝯuenit ꝙ idē qđ est principiū sit valde bonū: ⁊ ꝙ ipm per se sufficiēs sit ⁊ saluꝰ: ⁊ nō accipiat illud ab alio sicut id qđ egrediē de potētia ad actū qđ eni incorruptibile est nō est ꝓpter aliud qđ ipm ad esse deducat: qđ eni incorruptibile est nō eo sine ab eo ꝙ bene se hʒ: nec est per se sufficiens sicut generata sunt propter generans ꝙ bene se hʒ ad agentis nām: nec tā est per se sufficiens: sicut generans determinatuʒ vt homo bene qdē se hʒ: sed tñ sine primo vniuersaliter mouēte nō est sufficiēs. ¶ Impossibile est igiē: ꝙ primū principiū appareat esse tale: ꝙ sit ipm vnū qđ est numeri principiū: aut etiā si hoc nō est principiū ipossibile est ꝙ appareat nunc elementū: ⁊ tale elementū ꝙ sit elementū quorūcūqꝫ numerorū: qꝛ talis principium vt diximus est potentia ⁊ imperfectū ⁊ malitie permixtū. Accidit eni ex hoc si ita dicaē multa difficultas: quaʒ quidā fugientes abdicauerunt ⁊ a positione recesserunt: cū tñ aliqñ dixissent vnū quidē pricipiū esse primū ⁊ elemētū: ⁊ negauerunt verū esse qđ prius vt ruʒ esse ꝯfitebanē. Mathematici aūt qui mathematica omniū dicebant esse principia: dixerunt numerum esse principium omnium: dicunt enim ꝙ in numero omnes vnitates sunt ⁊ generātur quēadmodum fit ⁊ generatur valde bonū ⁊ optimum quid.

¶ Cap. 2m. Qualiter malū participatur ab entibus: ⁊ est regio ⁊ locus boni ſm opiniones aliquorum.

In pho vbi supra.

Et multa ⁊ multiplex est inuestigatio inter philosophos valde bonorū. ¶ Ampliꝰ aūt si spēs ideales ponanē esse numeri tñ ſm hoc ꝙ numeri sunt prime sube separate: sequiē ꝙ oēs spēs sunt bonū qđ qꝛ sunt ⁊ quidditates ⁊ bonū: qđ vt diuinum appetunt oīa. Sed quicūqꝫ vult ponat aliqs ideas: nā si deē ꝙ idee sunt de numero bonorū solorū: sequiē ꝙ idee nō sūt substātie entiū. si aūt est bonū etiā substantiarū: nūc sequiē ꝙ oīa alia ⁊ plante sunt bona: ⁊ ea que etiā participāt bonū ⁊ optimū: ⁊ hoc nō dixerūt auctores idearū qui vnā ideā dixerūt esse: sicut alterius entis qđ est in genere vno: bonū eni dicerant esse ens in genere qualitatis. hec aūt incōuenientia accidūt: ⁊ accidit ēt ꝙ si vnū est elementū ꝙ etiā ꝯtrariū vni ⁊ bono sit elementuʒ sicut quidā dixerūt. illud vni contrariū elementū esse pluralitatē siue etiā ꝙ illud sit inequalitas que est magnū ⁊ paruum: ex quibus fiunt omnia cum vno. ⁊ dicit ꝙ ipsum elementū inequalitatis ⁊ pluralitatis est ipsuʒ malum: ꝓpter ꝙ etiam ille quem effugit bonū: ita ꝙ nō pōt copulare ipm vni qđ est in potentia omnia eo ꝙ necessariū sit ꝙ sit ex cōtrarijs generatio boni perfecti ſm actū dicit malū esse pluralitatis naturā forte ideo: qꝛ bonum est ex vna ⁊ tota sola causa: malū aūt est omnifariā sicut determinaē in ethicis. ¶ Alij vo dicunt inequale mali naturā esse ⁊ nō copulāt bonū cū vno: eo ꝙ est vnū elētū ⁊ ptāte qdā ens bonū aūt ſm actum ⁊ ſm vtrosqꝫ hos accidit oīa participare malo sicut participant pluralitatis: vel inequalitatis nature preter vnū qđ est semp vnū idē. ⁊ hoc est vnitas ipsa: ⁊ maxime accidit participare malo: in eo ꝙ permixtū est ⁊ participat: numeros aut mēsuras: ⁊ isti dicūt ꝙ malū est regio ⁊ locus boni: eo ꝙ eādē dicebāt esse receptionē loci ⁊ receptionē mãe qđ tñ nō est verū sicut ostensum est in 4° physicorū: ⁊ dixerūt ꝙ corruptibile desiderat bonū: sicut dem est in fine primi physicorū. vnū. n. ꝯtrariū corruptiuū est alteriusꝰ ⁊ vt generaliter dicaē quēadmodū diximus: qꝛ mã est potestate sicut id qđ est ignis actu prius est potestate ignis. Sic dicūt ꝙ ipm malū est potestate bonū: malū eni in talibꝰ est ꝯtra naturaʒ forme eē. ⁊ ideo malū ſm suppositū qđ supponit est mã sub priuatione. hec aūt incōuenientia oīa accidunt ex diuersis que supponunt que sunt facta circa prima pricipia. hoc. n. qđ dicūt ꝙ bonū est generatū sequiē ex hoc qđ dicūt: ꝙ illud pricipiū qđ est oīum primū est elemētū: quoc aūt ⁊ qles sint pricipiaꝰ mali ⁊ boni sequiē ex hoc qđ dicūt: ꝙ prima pricipia sunt ꝯtraria. ꝙ aūt pfectū ⁊ optimū sit potētia numerꝰ ⁊ multiplicē sequiē ex hoc qđ ꝯcedūt: ꝙ vnū qđ est pricipiū nūeri sit primū pricipiū ⁊ suba entiū. ꝙ aūt bonū ⁊ optimuʒ sit nūerus ⁊ species idealis sequiē ex hoc qđ dicūt: ꝙ prime sube sint nūerus ⁊ spēs ideales ⁊ sepabiles. Si ḡ ſm istorū dicta sequiē ꝙ ponere bonū iter pricipia est ipossibile: ⁊ ꝙ nō ponere ipm iter principia sit iterū ipossibile palā est ꝙ hoc est idō: qꝛ ſm dicta eorū principia male reducunē ⁊ adaptanē entibus: que si recte ponerenē nihil sequereē incōueniēs: nec prima principia inter ea que sunt principia recte ponunē ꝓcedere ab his que non sunt indefinita: sicut est mã ⁊ ea que sunt ptāte: prima. n. principiorū definita sunt ⁊ a nullo fiunt sed sunt cā oīum. ¶ Illi aūt dicūt ꝙ sunt iperfectorū iperfectissima. Dicūt eni ꝙ sunt potētie ꝓprie ex qbꝰ sit vnūqđqꝫ que sunt qdē iperfecte: ꝯsiter alia iperfecta sūt pfectiora qdā: cū tñ totū ꝯtrariū sit verū: qꝛ sunt pfectissima: ⁊ sūt actꝰ deducētes ad actū esse iperfectū. Hec igiē est cā ꝓpter quā sic se habere res dicūt in primis pricipijs: ⁊ idō dicūt ꝙ ēt ipm vnū qđ est principiū nō est ens qd determinatū: sed ptāte tñ est qd ens. ⁊ hoc totū accidit vt dicimꝰ: qꝛ dicūt ꝙ idē est principiū ⁊ elemētū: ⁊ tñ elementū nō sit nisi ptāte dixerunt ꝙ principium non sit nisi ptāte. ¶ Sunt aūt ⁊ h apud nos: vt mō nō loquamur de primis principijs: sed de proximis quedā principia perfecta ſm actū existētia ex quibꝰ sūt ea que sunt imperfecta: homo eni qui est actu perfectū principiū generationis generat: ⁊ ab ipso est sperma: ⁊ idō sperma nō est primū generās: ⁊ ita poterāt scire ꝙ ante oīa que sunt ptāte. sunt ea que sunt actu: ⁊ ꝙ prima pricipia sunt pfectissima nihil ꝯtrariū habētia: sed qꝛ in antehabitis hec sufficienter determinata sunt ideo hic relinquanē.

¶ Cap. 3m. Et est contradictio cōtra eos qui dicunt mathematica esse in loco: ⁊ contra eos qui dicūt ꝙ ea que sunt ex elementis prima sunt numeri discreti.

In pho erpo 2°. ibi. Incōueniēs aūt ⁊ locū sil cū mathematicis corporibꝰ facere.

